LVDOVICI POSTII

I.V.C. PERVSINI,

IAM MACERATÆ, PICENIQVE Locumtenentis, & nunc illius Rotæ Auditoris, & Prætoris,

DE SVBHASTATIONE:

TRACTATVS NON SVPERFLVVS, SED neceſſarius, & ad praxim aptatus, & ordinatus.

IVNCTIS AD MATERIAM DECISIONIBVS Rotæ Romanæ vltra Centum alibi non impreſſis.

Cum INDICE *Rerum ac Materiarum vberrimo.*

BIBL·SEC·COLL·ROM·SOC·IESV
IHS
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



GENEVÆ,

Sumptibus Samuelis Chouët.

M. DC. LXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Eminentiſs. & Reuerendiſs. D.

IVLIO SACCHETTO
S. R. E. CARDINALI
Signaturæ, Juſtitiæ Præfecto.

LVDOVICVS POSTIVS
Fœlicitatem.

QVI Procelloſo, atque infido ſe committit mari, Eminentiſſime Princeps, ſine benigni aſpectu ſyderis, næ ille vndis ludibrium debet, ac ventis. Hominum cœtum pelagum eſſe non fidum, ſapientum plerique dixere. Illum ingreditur, quiſquis ingenij ſui partus typis exponendo, fluctuanti mortalium iudicio ſe credit. Ne igitur opus hoc tanto periculo in ſui editione ſe ſubiiceret, ſub tuæ fulgore purpuræ in altum vela dabit, certum, quòd & aduerſantes inuidiæ ventos, & opertos ſimulationis ſcopulos, & difficilis cenſuræ Syrtes curſu proſpero ſuperabit. Quidni ſub tuæ patrocinio beneuolentiæ velificabit felicius, quando ſub tuæ rudimento diſciplinæ (cum penè adoleſcens eas te coram patrocinabar cauſas, quas incredibili doctrina, æquitate infracta, & communi Cauſidicorum plauſu diiudicabas) veluti inſtrumenta nautica parabat? DE SVBHASTATIONE inſcribitur; vel hoc ipſo titulo tui ſe ſubdit nominis patrocinio. Inſpice igitur obtutu benigno, qui ſecundo huius aſpectu ſyderis inter procellas, ac turbines tranquillitatem nacturum certò ſe ſperat. Vale. Maceratæ. Kalend. Iulij 1644.

Digitized by Google

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D.

EMILIO ALTERIO EPISCOPO CAMERINEN.

LVDOVICVS POSTIVS
Fœlicitatem.

PRODIT quoque ſub altera tui patrocinij, tuæque virtutis haſta meus DE SVBHASTATIONE *Liber, Illuſtriſs. Alteri, quo aduerſantium incurſus felicius queat infringere. Morem ſecutus ſum, apud rerum Dominos Romanos olim vſitatum, qui geminas proferebant ſub haſta iudiciorum ſententias. Quicunque ingenij labores in lucem profert, literatorum omnium ſe ſubiicit iudicio. Patere igitur, humaniſsime Præſul, vt tuum quoque præferat inſcriptum nomen liber hic, quò duplici ſub haſta protegente non tam ritè, quam tutò ſeuerum hoc, ac metuendum mundi iudicium ſubeat. Humanitas tua, quam mihi pridem Prouinciæ Marchiæ Præſes exhibuiſti, dum ciuilium cauſarum vſus es Arbitro; mox verò inter Maceratenſis, ac Picenæ Rotæ Iudices locus per tuas mihi manus conceſſus eſt, iſta inquam humanitas acceſsum ad te facilem præbet, ac promittit impoſterum tuæ beneuolentiæ patrocinium mihi, rebuſque meis ſemper affuturum. Vale. Maceratæ. Kal. Julij 1644.*

INSPE-

Digitized by Google

INSPECTIONVM,

ET

OPERIS ORDO.

DE Subhaſtationis vſu, vtilitate, origine, vnde dicta, & quid ſit; & de Licitatore, licitatione, Præcone, Apparitore, & addictione. Subhaſtatio quo iure ſit introducta, quare, & quotuplex, inſp. 1. fol. 2.

Quando, & in quibus rebus ſit neceſſaria Subhaſtatio, & Primo, an requiratur in venditione, & locatione rerum Eccleſiæ, Hoſpitalis, Confraternitatis, & aliorum Piorum locorum, inſp. 2. fol. 5

An Subhaſtatio requiratur in alienatione, & locatione bonorum Principis, Cameræ, Spoliorum Eccleſiaſticorum, Fabricæ Sancti Petri Fiſci, & acceptorum vti vacantium, & Fiſci debitoris. Et quid in bonis Domanij, Decurionum, Reipublicæ, Ciuitatis, Pagorum, Vniuerſitatum, & earum debitorum, & in Gabellis, vectigalibus, & publicis reditibus, & in officio Exactoris. inſp. 3. fol. 6

An Subhaſtatio requiratur in venditione, & locatione bonorum Minorum. inſp. 4. fol. 10

An neceſſaria ſit Subhaſtatio in venditione bonorum pro executione vltimæ voluntatis. inſp. 5. fol. 13.

An requiratur Subhaſtatio in venditione bonorum Abſentium. inſp. 6. fol. 13

De Subhaſtatione in venditione bonorum debitoris pro ſatisfaciendo priuatis creditoribus. inſp. 7. fol. 14

An ſit locus Subhaſtationi in diuiſione rei, quæ commodam diuiſionem non patitur: ſeu quando vnus ex ſociis habet illi rem cohærentem inſp 8. fol. 16

Quando non ſit neceſſaria Subhaſtatio, ſeu ad illam non ſit deueniendum. inſp. 9. fol. 16

De debito, & debitoris interpellatione ad effectum Subhaſtationis Pignoris, inſp. 10. fol. 17

De Pignore, & illius conſtitutione, ac ſpeciebus. inſp. 11. fol. 19

De Tempore ante executionem debitori concedendo. inſp. 12. fol. 22

De executionis principio, medio, & fine, ac de primo & ſecundo Decreto. inſp. 13. fol. 24

De ordine, & forma ſeruanda in executionibus faciendis. inſp. 14. fol. 28

De tempore debitori concedendo poſt executionem, & ante Subhaſtationem, inſp. 15. fol. 33

Quis ſit Iudex competens Subhaſtationum. inſp. 16. fol. 34

Debitor an, & quomodo poſſit impedire diſtractionem pignoris, & moram purgare tam ante, quam poſt deliberationem, ſeu adiudicationem. Et de illius iure redimendi, ſeu reluendi, & offerendi, etiam in caſu nullitatis Subhaſtationis. inſp. 17 fol. 38

De Tertio ſe opponente executioni, & ſubhaſtationi. An, & quomodo conſumari poſſit ſubhaſtatio contra Tertium, in quem lite pendente facta ſit alienatio. De Tertio offerente. Et quæ ſubhaſtari poſſint, vel non, inſp. 18. fol. 49

De Creditorum concurſu in pignora, & bonis debitoris ſubhaſtandis. inſp. 19. fol. 60

Digitized by Google

De Solemnitate ſubhaſtationis in generali. inſp. 20. fol.64

De Solemnitatibus requiſitis in Subhaſtatione rerum Eccleſiæ, Mirorum, & Vniuerſitatum in executionem rei iudicatæ. inſp.21. fol.65

De Comparente pro creditore. inſp. 22. fol. 66

De Cauſæ cognitione, Citatione, & Terminis ſeruandis in iudicio Subhaſtationis. inſp.23. fol.68

De Statuto, Conſuetudine, & Stylo loci, & præcipuè Curiæ Romanæ, Bononien. Perujin. & Maceraten. circa Subhaſtationis ſolemnitatem, & formam, ac terminos ſeruandos. inſp. 24. fol.79

De bona & mala fide. inſp.25. fol. 86

An, & quando ad effectum ſubhaſtationis debeat conſtare de Credito. inſp. 26. fol. 87

An Executione, vel etiam Subhaſtatione facta, ſeu pendente, fieri poſſit alia. Et quid, ſi ex prima non ſequatur totius crediti ſatisfactio. inſp.27. fol.90

An magna res ſubhaſtari poſſit, pro paruo credito, ſeu vna tantum ex pluribus ſit ſubhaſtanda, & vilior, ſi ſit ſufficiens. Et an poſſit res tota vendi ratione partis. inſp.28. fol.92

De ipſis Subhaſtationibus, Præconiis, Incantis, Bannimentis, & Edictis, ac diligentiis faciendis pro venditione Pignorum, & rerum ſubhaſtandarum. inſp.29. fol. 95

De Tempore, quo durare debent Subhaſtationes. inſp.30. fol.99

Subhaſtationis ſolemnitati an poſſit renunciari. inſp. 31. fol 103

Qui admittantur, vel non, ad licitandum. inſp.32. fol.104

De oblationis, ſeu Licitationis forma, & requiſitis. inſp 33. fol.108

An, & quando oriatur obligatio inter ſubhaſtantem, & oblatorem, & cogatur oblator ad ſoluendum, & quibus remediis, inſp.34. fol.112

De Maiore, & inferiori, ſeu primo, & ſecundo Licitatore, & cui res ſit deliberanda, ſeu debeatur. An termino elapſo admittatur nouus oblator, & terminus. De oblatore à debitore ſuppoſito, & fraudulento. De pluribus ſimul offerentibus. Et de oblatione ab eodem reiterata, & aucta. inſp. 35. fol.122

De Licitatoribus ſeu Perſonis habentibus ius prælationis in re, quæ ſubhaſtatur. inſp.36. fol. 133

An in Subhaſtatione, & Deliberatione Pecuniæ interuentus ſit neceſſarius. inſp.37. fol. 138

An, & quando bona capta per Saluianum poßint ſubhaſtari, & quid Hypothecaria. inſp.38. fol. 143

De Pretio, & retractu Pignoris, & in quo vertendum. inſp.39. fol.145

De Pretio deponendo, & Cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus. inſp.40. fol. 147

De Creditorum ordine, & prælatione. inſp.41. fol.149

De Adiudicatione, ſeu in ſolutum Datione. inſp.42. fol.151

Creditor an poſſit cogi, pignus in ſolutum accipere, vel hoc ſit potius in eius facultate. inſp.43. fol.154

Adiudicatio, ſeu ſubhaſtatio an reſpectu debitoris dicatur voluntaria, vel coacta, & neceſſaria. Et de differentiis inter in ſolutum dationem iudicialem, & extraiudicialem. Et an inferri poſſit à venditione, ſeu alienatione ad inſolutum dationem, & è contra; & an ab in ſolutum datione extraiudiciali ad iudicialem, & è contra, & de variis Statutis. inſp.44. fol.157

Subhaſtatio an debeat præcedere adiudicationem, ſeu ſit ad illam neceſſaria. inſp. 45. fol.161

De Differentia inter adiudicationem factam ſimpliciter, & factam pro certa ſumma. inſp.46. fol 164

De Æſtimatione, & an requiratur in adiudicatione. inſp.47. fol 167

An ex

Digitized by Google

An ex Subhaſtatione, & deliberatione, ſeu adiudicatione rei Emphyteuticæ, ſeu Feudalis debeatur Laudemium. inſp. 48. fol. 171

An Subhaſtatio probet iuſtum pretium, ſeu, illa ſtante, poſſit allegari fraus, & dolus. inſp. 49. fol 173

Subhaſtatio, & deliberatio, ſeu adiudicatio facta pro non debito, ſeu pro maiori ſumma debiti, vel exceſſiua an, & quando ſubſiſtat, vel non. inſp. 50. fol 178

An in adiudicatione, quæ fit creditori, admittatur aliquod lucrum. Et quid in Subhaſtatione, & deliberatione. inſp. 51. fol. 184

Quid comprehendatur in deliberatione, & venditione, ſeu adiudicatione. Et qui fructus veniant. Et an, illa perfecta, noua conditio, ſeu exceptio apponi poſſit. inſp. 52. fol. 185

Subhaſtatio, & deliberatio, ſeu adiudicatio quid operetur, & cuius ſit efficaciæ. inſp. 53. fol. 189

De Emptoris, & Adiudicatarij ſecuritate circa pretium ſolutum, & in re empta, vel adiudicata; & an poſſit moleſtari ab aliis creditoribus, ſeu ius habentibus. inſp. 54. fol. 192

Emens ad haſtam, & Creditor ex adiudicatione quando faciat fructus ſuos, & quando illos reſtituere, ſeu compenſare teneatur, ſtante præſertim nullitate, vel læſione. inſp. 55. fol. 196

An, & quando in iudicio ſubhaſtationis, ſeu à ſubhaſtatione, & deliberatione, vel adiudicatione, permittatur Appellatio, ſeu poſſit dici de Nullitate, & poſſit idem Iudex eam reuocare. inſp. 56. fol. 202

An, & quibus aduerſus ſubhaſtationem, ſeu illius omiſſionem detur in integrum Reſtitutio. inſp. 57. fol. 2[illegible]5

Pro recuperatione pignoris, & rei non rite, & recte ſubhaſtatæ, quæ Remedia competant & contra quos. inſp. 58. fol. 210

An in re ſubhaſtata, & deliberata, vel adiudicata locum habeat Remedium l. 2. C. de reſcind. vendit. inſp. 59. fol. 218

De probatione Læſionis, vel Iniuſtitiæ pretij. inſp. 60. fol. 221

De aliquibus caſibus, in quibus eſt nulla vel iniuſta ſubhaſtatio, & deliberatio, ſeu adiudicatio præter alios, de quibus ſparſim per Tractatum inſp. 61. fol. 225

De Retentione rei nulliter ſubhaſtatæ, vel adiudicatæ pro vero credito. inſp. 62. fol. 228

Creditor, & vendens pignus ad haſtam an teneatur de Euictione, & ad quid. Et an de euictione cauere teneatur emptor ad haſtam, ſeu creditor, cui res adiudicata fuit in caſu retractus. inſp. 63. fol. 231

An Debitor teneatur de euictione rei ſubhaſtatæ. inſp. 64. fol. 234

Re deliberata, vel in ſolutum data, euicta, an creditor Agere, ſeu vti poſſit primæuis iuribus, vel alius. inſp. 65. fol. 236

De Secundo creditore offerente poſt deliberationem, ſeu adiudicationem. inſp. 66. fol. 240

Subhaſtatio, illiuſque ſolennitates, quomodo probentur. inſp. 67. fol. 245

Subhaſtatio, vel adiudicatio nulliter facta, an poſſit iterum valide fieri, vel Principis reſcripto ſanari. inſp 68. fol. 247

Res, quæ ſemel obligationem exiuit ſubhaſtatione mediante, an rediens ad debitorem in obligationem reincidat. inſp. 69. f. 248

Digitized by Google

Si Placet Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. D. Papirio Siluestro Epiſcopo Macerat.

Imprimatur.

Fr. Vincentius de Guliis Min. Con. Sac. Theol. Doct. in Patr. Vniuerſ. Publ. Phil. Interp.

Imprimatur.

Claudius Angelutius Can. Theol. Prothon. Apoſtol. & Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. D. Papirij de Syluestris Vic. Generalis.

Hieronymus Spinuccius S. Saluatoris Can. Phil. ac Sac. Theol. D. & S. Offic. Reuiſ. vidit, & approbat.

Imprimatur.

Fr. Iohannes Baptiſta Talianus Vic. S. Officij Macer. Ord. Præd.

LVDOVICI

Digitized by Google

LVDOVICI POSTII,

I. V. D. PERVSINI,

Tractatus

DE SVBHASTATIONE.

SVMMARIA.

1 *Subbaſtationis materia eſt practicabilis, frequens, & quotidiana.*

2 *Et vtilis,optima,notatu digna, & in praxi commendabilis.*

3 *Subbaſtatio affert commodum, emolumentum, bonum,& æquum.*

4 *Non eſt ſurda aure prætereunda,ſed altius inſigenda animo atque memoriæ.*

5 *Fuit antiquitus introducta.*

6 *Haſtæ veteres ſupponebant, quæ publicè vendebantur.*

7 *Origo vendendi ſub haſta.*

8 *Haſtam cur antiqui affigerent in venditione bonorum debitorum.*

9 *Pignora antiquitus ſub haſta præcipue vendebantur, cum inter duas haſtas iudicabatur.*

10 *Subhaſtare quid ſit.*

11 *Auctio idem eſt,quod ſubhaſtatio.*

12 *Haſtæ ſubiicere eſt vendere in auctione.*

13 *Haſta exponitur in auctionibus, venditionibus, & locationibus,quæ publicè fiunt.*

14 *Breue, ſeu decretum, mandans bona vendi, & auctioni ſubijci, intelligitur per viam ſubhaſtationis.*

15 *Haſta erat virga, quæ tradebatur, dum poteſtas dabatur alicuius mercis.*

16 *Dicitur ab haſto,quod haſtans ferri ſoleat.*

17 *Idem eſt, quod venditio, auctio, & incantus.*

18 *Haſta ponebatur in auctionibus.*

19 *Subhaſtatio vocatur ab haſta.*

20 *Vel ab haſtario, quod ſecundum Papiam locus eſt venditionis bonorum proſcriptorum,ſeu quæ venduntur in publico.*

21 *Venditiò in incantu publico dicitur ſubhaſtatio. Ampl.vt nu.22.*

23 *Haſterij qui ſint.*

24 *Subhaſtatio quid ſit.*

25 *Licitare qui dicantur.*

26 *Licitare eſt pretium ſæpe augere.*

27 *Licitantes licitatores,& licitarij qui ſint.*

28 *Licitatio eſt pretij auctio.*

29 *Licitatio dicitur,quando emptor ſuper eo,quod venditur,facit augmentum.*

30 *Licitatio ſumitur pro ſubhaſtatione, & venditione propoſita, quæ pretio ementis augetur.*

31 *Venditio publica fit auctionibus,& licitationibus ſub haſta.*

32 *Licitationes, ſeu promiſſiones poſteriorum emptorum maius pretium offerentium ſunt adiectiones.*

33 *Auctionem vincere, ſeu ſuperare eſt maius in licitatione pretium offerre.*

34 *Subhaſtatio dici poteſt actio ab augendo per augumentum precij.*

35 *Bona, quæ ad haſtam venduntur vendi dicuntur etiam ad diſcurſum.*

36 *Subhaſtatio eſt, cum quid publicè venditur plus offerenti, & pretium creditoribus aſſignatur.*

37 *Res dicuntur ſubhaſtatæ,quæ ſub haſta venales propoſitæ ſunt.*

38 *Solenniter fieri dicitur venditio, quæ fit ſub haſta.*

39 *Præconibus proclamantibus fit venditio ſub haſta.*

40 *Pignora in cauſa iudicati diſtrahi ſolebant per Apparitores.*

41 *Præcones qui ſint.*

42 *Præconij inclamatio dicitur præconium.*

43 *Rem eſſe ſubhaſtatam, & præconizatam, idem ſunt.*

44 *Res,quæ publicè vendebantur, Præconis voci, & haſtæ ſubiiciebantur, & licitatione vincenti addicebantur.*

45 *Haſta præconis,venditionis,emptio ab haſta,& quod bona haſtæ ſubiiciebantur, & ad haſtam accedere,vnde dicta,& nu.46.*

47 *Addicere denotat actum venditoris, quando tradit.*

48 *Addictio dicitur traditio, quæ fit pluris licitanti.*

49 *Apparitores dicti ſunt ab apparendo.*

50 *Apparere eſt praſto eſſe obſequiis,& iuſsionibus Magiſtratuum.*

51 *Apparitores,& cohortales iidem ſunt.*

52 *Executores, Exactores, Scriba, Viatores, Lictores, & Pracones appellatione Apparitorum continentur.*

53 *Solemnitas ſubhaſtationis inducta eſt de iure ciuili.*

54 *Propter venditiones faciendas plus offerenti maiori, & iuſto precio,& nu.61.& 62.*

55 *Ob publicam vtilitatem.*

56 *Et ad fauorem debitoris, & eius,cuius bona alienantur.*

57 *Vt fraudibus obuietur; & ne res vtili precio vendantur,& nu.58.& 60.*

59 *Res in neceſsitate oblata ſolet vendi viliſsimo precio.*

63 *Subhaſtatio alia eſt voluntaria,alia neceſſaria.*

64 *Subhaſtatio voluntaria eſt, qua fit à priuato de re propria,vt carius vendat.*

65 *Subhaſtatio neceſſaria eſt in re Eccleſia,Fiſci, Reipublica,minorum,& condemnati.*

66 *Subhaſtatio dicitur venditio neceſſaria,non voluntaria.*

67 *Subhaſtatio alia eſt iudicialis, alia extraiudicialis, & qua,& nu.70.*

68 *Subhaſtatio nihil aliud eſt, quam venditio iudicialis.*

69 *Iudicium ſubhaſtationis eſt ſummarium, & executiuum.*

De ſubhaſtationis vſu, vtilitate, origine, vnde dicta, & quid ſit, & de licitatore, licitatione, Pracone, Apparitore, & addictione, Subhaſtatio quo iure ſit introducta,quare,& quotuplex.

INSP. I.

1 SVBHASTATIONIS † ma-
teriam eſſe practicabilem,
dicit, *Io.Ant. Nouar.in ſchol.ſeu
comment.ad l.ſi tempora ſub nu.
3.C.de fid.inſtrum. & iur.haſt.
Fiſcal.lib.10.*& admodum fre-
quentem, & quotidianam,
tradit *Iodoc. in ſubhaſt.compend.exegeſ.cap.1.ſub nu.2.
& cap.5.ſub nu.41.Aſin.de execut.§.6.cap.14.numero 1.*
ac frequentiſſimam, *aſſerit Ar. Pinel. de reſcind. vend.*
2 *part.2.cap.2.nu 29.* † atque vtilem,optimam,no-
tatu dignam, & in praxi apprimè commenda-
bilem,*ſubdit. Iodoc.d.cap.1.nu.2.& 3.& c.5. ſub n.41.*
3 Cum † ea præter commodum,emolumentum,
bonum,& æquum nihil afferat, *Iodoc.d.cap.1.nu.
18.* Vnde † non eſt ſurda aure prætereunda, ſed
4 altius infigenda animo atque memoriæ ſcrinio
commendanda,*Iodoc.d.c.5.nu.41.*
5 Fuitque ſubhaſtatio † antiquitus introdu-
cta,vt late deducit *Aſin de execut.§.6.cap.1.numero
1.& ſeqq.* Cum olim ea, † quæ publicè vende-
6 bantur,veteres haſtæ ſupponerent,vt in *C.de fid.
inſtr. & iur.haſt.Fiſcal lib.10. Rebuf.de pracon.licit. &
ſubh.in praſat. ſub numer.6.Io.Caluin.in lexic.iurid.in
verb. ſubhaſta. & in verb. haſta ab haſto, & in verbo*
7 *haſta praeſſe.*Atque † ſub haſta res vendendi origo
inde cœpiſſe videtur,quia haſta ſymbolum for-
titudinis erat, eaque Principes rerum ſuarum
auctoritatem tuebantur,& conſeruabant,*Ioan.
Caluin. in dict. verb. haſta ab haſto, verſ. ſub haſta.*
Proindeque † antiqui, dum vendebant bona 8
debitorum,etiam ad fiſci vtilitatem, haſtam fi-
gebant forte ob ipſorum debitorum timorem,
ne eos vendere impedirent, *Rebuff. & Io. Caluin.
vbi ſup.* & etiam vt haſta viſa, licitantes quaſi
bello laceſſiti de pretio præliarentur, *Cluſian de
dat.in ſolut.cap.74.num.78.in fin.& 79.*Et apud Ro-
manos, vt plurimum in vſu erat, vt † ſub haſta 9
venderentur pignora,quando inter duas haſtas
iudicare conſueuerant, *l.2.§.eodem vbi Bart.ff. de
orig.iur.Pancirol.in pract.part.3.in verſ.captis pignorib.
fol.311.*
Subhaſtare † eſt ſub haſta mittere,*Iodoc.dict.* 10
*tract.de ſubhaſt.cap.1.numer.12.Ioan.Caluin.in d.lexic.
iuridic.in verb.ſubhaſtare, ſeu venire.Ioan.Caluin.in d.
lexic.iuridic.in verb.haſta praeſſe,* vel rem venalem
proponere haſta ſuppoſita, *l.3.Cod. de execut. rei
iudic. Nebriſſ. in vocabul. vtriuſque iur.in verb.haſtari,
& in verb.ſubhaſtare,*hoc eſt per incantum publi-
cum vendere, *Ioan. Caluin. in dict. lexic. in verb.
ſubhaſtare,*atque per auctionem,*Iodoc.de ſubhaſtat.
cap. 1. numer. 12.* Cum † auctio in effectu idem 11
ſit,quod ſubhaſtatio, *Rebuff.de pracon.licit. & ſub-
haſtat. in praſat.num.5. & 6.Rot. apud Pacific.de ſalu.
deciſion.226.numero 5.*& † haſtæ ſubiicere ſit ven- 12
dere in auctione, *Ioan. Caluin. in lexic. iuridic. in
verb.haſta ſubiicere.*Diciique conſueuit, † haſta ex- 13
poni non ſolum in auctionibus,& venditioni-
bus, ſed etiam in locationibus, quæ publicè
fiunt, *Ioan. Caluin. in dict.lexic.iuridic. in verb. haſta
autem, & in verb.haſta ab haſto.* Ideoque † Breue, 14
ſeu decretum mandans bona vendi, & auctio-
ni ſubiici neceſſario intelligitur, vt venditio
fieri debeat ſubhaſtatione, & licitatione me-
diante,*dict.dec.226.nu.6.poſt pacific.*
Haſta autem † erat virga, quæ tradebatur, 15
cum poteſtas cuiquam dabatur alicuius mer-
cis, ſecundum *Iodoc. de ſubhaſtation.cap.1.num.13. &
Ioan.Caluin.in d.verb.*ſubhaſtare.† Diciturque ab 16
Haſto,quod haſtans ferri ſoleat, *Ioan.Caluin.dict.
lexic. iuridic. in verb.haſta ab haſto*, & † idem eſt, 17
quod venditio,*vt not.in rubric.Cod. de fid.inſtru.&
iur. haſt. Fiſcal. lib. 10. & per Nebriſſ.in dict. vocabul.
vtriuſque iur.in verb.Haſterij,*& haſtam pro auctio-
ne, ſeu incantu poſuiſſe videntur Imperatores
*in leg.ſi tempora.Cod.d.tit. de fid.inſtrum. & iur. haſt.
Fiſcal.lib.10.Pandulph. Prat. in lexic.iur. in verb.haſta.
Ioan. Caluin. in dict. lexic. iuridic. in verb. haſtam.pro
auctione.* Ponebaturque haſta in auctionibus, &
† ob id vocata eſt ſubhaſtatio, *Rebuff.de pracon.* 18
*licitat. & ſubhaſtat. in praſat.ſub numero 6.Io.Caluin.
in dict. lexic. iuridic. in verb. haſta praeſſe, & in verb.
ſubhaſtatio.* Seu † ſubhaſtatio dicitur ab haſta- 19
rio,quod,ſecundum Papiam,locus eſt,vbi ven-
duntur,ſeu vendebantur proſcriptorum bona,
*Iodoc. de ſubhaſtatione cap.1.numer.10. Fabian.de Pont.
de empt.& vendit.quaſt.5.rubric.ſubhaſt.mater.numer.
84. Mangil.de ſubhaſt.quaſt.1.numer.6.* hoc eſt bona
eorum,quæ vendebantur,ſeu venduntur in pu-
blico, cum † venditio in incantu publico di- 20
catur ſubhaſtatio, *leg.ſi quos, Cod. de reſcind.vend.
Ioan.Caluin.in d.lexic.iuridic.in verb.haſtarum ſolem-
nitate*, † præſertim vbi fiat ex mandato Iudi- 21
cis,

Digitized by Google

cis, *Fontanel.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.10.nu.69.part.2.*
23 † Appellanturque Haſterij, qui rem venalem
proponunt haſta ſuppoſita, *Nebriſſ. in vocabul.*
vtriuſque iur.in verb.haſterij.
24 Eſt itaque † ſubhaſtatio rei venalis publica
expoſitio, *Vinc. de Franc.deciſ.54. numer.14. vbi Add.*
*numer.31.Mangil.de ſubhaſt.quæſt.1.numero 1.& 2.*ſeu
venditio facta in publico,& celebri loco. *Bart.*
in leg.licitatio.ff.de public.& vectig. & in l. 1. C. de fid.
inſtrum.& iur.haſt.Fiſcal.lib.10. Rebuff.de præcon.lici-
tat.& ſubbaſt. in præfat.num.5. & 6.Iodoc. de ſubhaſt.
cap.3.ſub numero 15. Mangil.eod.tract.quæſt.1.numero
2.Rot.poſt tract.Pacif.de ſalu.deciſ. 226. numer. 5. plus
offerenti,*Mangil.dict.quæſt.1. numero 3.* & vt aper-
tius,& pinguius dicunt *Iod.præfato tract.de ſubhaſt.*
cap.1.numero 9.& Fabian. de Mont. de empt. & ven-
dit.quæſt.5.rubr.de ſubhaſt.mater.nu.83.in fin.per auth.
hoc ius porrectum,Cod.de Sacr.Eccl. & dict.l.1.C.de fid.
inſtr.& iur.haſt.Fiſcal lib.10. ſubhaſtatio eſt rei ve-
nalis publica expoſitio cum edicto, vel procla-
matione Præconis, quæ pluris licitanti ſe offe-
renti conceditur.
25 Dicunturque † licitare, qui in ſubhaſtatio-
ne,ſeu auctione pretium offerunt pro re venali
expoſita,ſeu locanda, *Fontanell.de pact.nupt.clauſ.7.*
26 *gloſſ.9.part.2.nu.95.prior.tom.* & † licitare eſt ſæpe
augere pretium,*Ioan.Caluin.in lexic.iuridic.in verb.*
27 *licitari,*& † inde licitantes,*leg.licitatio.alias locatio.*
ff. de public. & vectig. ſeu licitatores,vel licitarij,
Rebuff.de præcon.licitat. & ſubbaſt. in præfat. numero
7. Fontanell.loc.proxim.citat. id eſt qui pretium of-
ferunt, & addunt in auctione pro re venali,
vel locanda, *Io.Caluin. in dict.lexic. iuridic. in verb.*
28 *licitari, & in verb.licitator.* atque † inde etiam li-
citatio, *dicta leg.licitatio, alias locatio ff.de public. &*
vectig. Pardulph.Prat.in lexic.iur.in verb.licitatio. Ne-
briſſ. in vocabul. vtriuſque iur. in verb.licitatio, in fin.
*Mangil.de ſubhaſt.quæſt.1.numer.4.*hoc eſt precij au-
ctio, *Io.Caluin. in dict. lexic. iuridic. in verb. licitari.*
29 Cum † licitatio ſit, quando emptor ſeu vendi-
tor, ſeu ſuper eo, quod venditur facit augu-
mentum, *Mangil. de ſubhaſt. dict. quæſt.1. numer. 5.*
30 Quare † licitatio ſumitur pro ſubhaſtatione,
Rebuff. de præcon.licit. & ſubhaſt. in præfat. numero
quinto. Fontanell. de pact.nupt.dict.clauſ.7.gloſ.9.part.
2. numero 95. Nebriſſ. in dict. verb. licitatio in fin.
*Mangil. de ſubhaſt.dict. quæſt. 1. numero quarto,*hoc
eſt pro venditione propoſita,quæ pretio emen-
tis augetur, *Ioan.Caluin.in dict.lexic.iuridic.in verb.*
31 *licitator.* † fitque publica venditio auctionibus,
& licitationibus ſub haſta, *Mangil. de ſubhaſt.*
32 *dict.quæſt.1. numero 9.* atque † ſunt adiectiones li-
citationes, ſeu promiſſiones poſteriorum em-
ptorum maius precium offerentium, *Io. Caluin.*
in dict.lexic.iuridic. in verb.ſub haſta. Add. ad Alberic.
33 *in diction.ſub verb. addicant.*& † auctionem vince-
re,ſeu ſuperare,eſt maius precium offerre in li-
34 citatione, *Rebuff. vbi ſup.numero 8.*& ſic † ſubha-
ſtatio auctio dici poteſt ab augendo per augu-
mentum precij ex obligationibus reſultans,
Iodoc.de ſubhaſta.cap.3.ſub num.15.Rebuff.de præcon.li-
citat.& ſubhaſt.in præfat.num.5.Mangil.de ſubhaſt.d.q.
35 *1.nu.5.*& † bona,quæ ſic venduntur,vendi etiam
dicuntur ad diſcurſum, *vt per Maſtrill. dec. 247. la*
prima num.3.& 4.part.3.
36 Atque † ſubhaſtatio eſt, quando aliquid pu-
blicè venditur plus offerenti, & precium ex re
ſubhaſtata redactum vſque ad debiti men-
ſuram creditoribus aſſignatur, *Mangil. de ſubha-*
ſtation.dict. quæſt.1.nu.tertio.† & ſubhaſtatæ res di- 37
cuntur,quæ ſub haſta venales propoſitæ ſunt *l.*
3.Cod.de execut.rei iudic.Ioan.Caluin. in dict.lexic.iu-
ridic.in verb.vt fraudibus obuietur haſtarum ſolennita-
ti, & † ſolenniter dicitur fieri venditio, quæ fit 38
ſub haſta, vel mediante ſubhaſtatione, *l.3.Cod.ſi*
aduerſ. Fiſc.leg. pen. Cod. de fid. inſtrum. & iur. haſt.
Fiſcal. lib. 10. Mangil. de ſubhaſt. dict. quæſt. 1. numer.9.
in fin.
Fiebatque, atque † fit venditio ſub haſta 39
Præconibus proclamantibus, *Pardulph. Prat. in*
lexic.iur.in verb.haſta. Briſſon. de formul. & ſolennib.
Popul. Roman. verb. libro ſexto. fol.mihi 569.ſeq.Ioan.
Caluin.in dict.lexic.iuridic. in verb.haſtarum ſolenni-
tate. Et † pignora in cauſa iudicati capta per 40
Apparitores diſtrahi ſolebant, *leg. ſi pignora. ff.*
de euict. & Cod.tot. tit. ſi pign.in cauſ. iudicat. capt.
ſit.
Sunt autem † Præcones,qui iuſſu Magiſtra- 41
tus publicè aliquid ore denunciant,ſeu denun-
ciabant, qui auctionem faciebant, & audien-
tiam in theatris indicebant, *Iodoc. de ſubhaſtat.*
cap.1.numero 14.Rebuff.de præcon.licitat. & ſubhaſtat.
in præfat. numero ſecundo, & hinc † inclamatio 42
Præconis dicitur præconium,*Rebuff.loc.cit.numer.*
1.& † rem eſſe ſubhaſtatam, & præconizatam 43
idem ſunt,*auth.hoc ius porrectum Cod.de Sacroſanct.*
Eccleſ.leg. ordo. vbi gloſſ. in verb.ſubhaſtantes, Cod. de
execut.rei iudic.leg.edicto. Cod. ſi aduerſ.Fiſc.reſtit. po-
ſtul.Nebriſſ.in vocabul. vtriuſque iur in verb.ſubhaſta-
ta.Iodoc.de ſubhaſtat.cap.1.numer.11.Iodoc.enchirid.par.
aut ſimil.iur.inter comm.opin. part. 31. in verb.ſubhaſt.
fol.mihi 637.A.
Vnde ea,† quæ publicè veniebant Præconis 44
voci, & haſtæ ſubiiciebantur, haſtaque poſita
Præcone prædicante,ei,qui licitatione vicerat,
addicebantur,vt refert *Briſſon.de formul.& ſolen-*
*nib.Popul.Roman.verb.lib.6.fol.mihi 70.*Et hinc † di- 45
cebatur haſta Præconis, haſta venditionis, &
emptio ab haſta, *Briſſon.loc.cit.* & quod bona
ſubiiciebantur haſtæ, ſeu ſub haſta, *Briſſ. ibid. &*
fol.ſeq. & fol. 583. & quod † quis ad haſtam acce- 46
deret,*Briſſon.dict.fol.583.* & de materia Præconis
vide etiam infra *Inſp.29.*
Addicere vero † proprie denotat actum ven- 47
ditoris, quando tradit, *Add. ad Alberic. in diction.*
in verb. addicant. Vnde † addictio dicitur col- 48
latio, ſeu traditio, quæ fit pluris licitanti rei
ſubiectæ voci Præconis,ſeu venalis,*Ioan.Caluin.*
in lexic. iuridic. in verb. ſub haſta. & in verb. addi-
cere.
Apparitores † dicti ſunt ab apparendo, & 49,
apparere eſt † præſto eſſe obſequiis,& iuſſioni- 50
bus Magiſtratuum. De quibus extant quinque
tituli *in XII.lib. Codic. à titul. 53. ad 57.* & eis ſub-
ſequitur titulus de Cohortalibus † quos eoſ- 51
dem eſſe cum Apparitoribus exiſtimat *Budæus*
in adnotation. ad pandect. part. poſter. &c. folio
143. iuxta edition. Lugdunen. quod ſuadet in-
ſertio tituli inter Apparitores,cum poſtea duo
alij tituli, nempe 59. & 60. eiuſdem mate-
riæ Apparitorum ſubiiciantur, & poſt hos
de Executoribus, & exactoribus, & tandem *de con-*
cuſſionibus Apparitorum, & denunciantibus, &
inſinuantibus publicas litteras Conſulatus, & lit-

Digitized by Google

52 *rat iudiciales* † quos omnes eiuſdem generis ho-
mines eſſe conſtat. Vnde appellatione Appa-
ritorum, Scribas, Viatores, Lictores, & Præco-
nes contineri, notat *Briſſon. lib. 1. de verborum ſigni-
fic.* & nos generali nomine Executores appel-
lamus, vt ſentit *gloſ. in leg. non eſt ſingulis, 137. ff. de
reg. iur.*

Subhaſtationis † ſolennitas inducta fuit de
53 iure ciuili, *Ioan. Franc. de Pont. conſil. 53. numero 25.*
54 † propter venditiones faciendas, *Mangil. de ſub-
55 haſt. queſt 151. numero 3.* & † ob publicam vtilita-
tem, *Gluſian. de bon. ad crid. ponen. numero 282. Galle-
rat. de renunciat. tom. 2. cent. 2. renun. 113. numer. 1.* &
56 † ad fauorem debitoris, & eius, cuius bona a-
lienantur, *Iodoc. de ſubhaſtat. cap. 3. numero 16. Ant.
Sol. ad decret. Sabaud. lib. 3. tit. 39 de form. ac ord. obſer-
uand. in pignorat. ſubhaſtat. ac deliberat. bonorum ſtabil.
gloſſ. 1. numero 17. Gallerat. de renun iat. tom. 2. centur.
2. renunciat. 113. numero 1. & 2. Crauett. conſil. 442.
numer. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 479. numero 3.
Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 24. numero 30. & quæſt. 25. in
57 fin.* & † vt fraudibus obuietur, *Gratian. dict. cap.
479. numero 21. & cap 811. numer. 12. Fenzon. ad ſtatut.
Vrb. cap. 194. numer. 69. & 70. Mangil. de ſubhaſt. quæſt.
25. numer. 15. queſt. 27. num. 12. quæſt. 59. numero 10. qu.
74. numer. 7. quæſt. 156. num 9.* cum eæ ſæpe per ſub-
haſtationem euitentur, *Mangil. de ſubhaſt. quæſt.
58 194. num. 3.* & † ne bona magni valoris vili pre-
cio vendantur in debitoris, ſeu domini præiu-
dicium, *Iodoc. dict. cap. 3. numer. 16. Mangil. de ſubhaſt.
qu. 79. numero 7. & qu. 156. numero 9.* cum ſæpenume-
59 ro videamus, † rem in neceſſitate oblatam ven-
ditioni viliſſimo precio venundari, *Iodoc. loc. cit.*
60 & † vt huic iniquitati iura ſubueniant, *Iodoc. ibid.*
61 ac † ad finem ex licitantium æmulatione rem
vendendi maiori, & iuſto precio, *Iodoc. dict. cap. 3.
& numero 16. Aſin. de execut. §. 6. cap. 14. num. 1. & cap.
15. numer. 1. Gratian. dict. cap. 811. numero 12. Mangil de
62 ſubhaſt. quæſt. 38. in princip. & numero 1.* & † plus
& vltimo offerenti tradendi, *Boer. deciſ. 248. num.
63 2. circa fin.* Genus autem † ſubhaſtationis eſt du-
plex, voluntarium aliud, aliud neceſſarium, *Ar.
Pinel. de reſcind. vend. part. 2. capite 2. numero 26. An-
ton. Sol. ad decret. Sabaud. libro tertio titul. 39. de form.
ac ord. obſeruat. in pignorat. ſubhaſtat. ac deliberat. bo-
64 norum ſtabil. gloſ. 3. numero viceſimoquarto.* † Volun-
taria dicitur ſubhaſtatio, quando aliquis priua-
tus voluerit res ſuas in publico ad vocem Præ-
conis diſtrahere, vt ex licitatorum calore ca-
rius res vendantur, vel ſaltem ex hominum, &
oblatorum concurſu citius diſtrahantur, vt ſæpe
fit in magnis Ciuitatibus, *Pinel. dict. numero 26.*
65 † Neceſſaria cenſetur ſubhaſtatio in diſtrahen-
dis rebus Eccleſiæ, Fiſci, Reipublicæ, mino-
rum, & condemnati pro executione rei iudica-
tæ, *Pinel. de reſcindend. vend. dict. part. 2. cap. 2. nume-
ro 26.* quem male refert *Anton. Sol. ad decret.
Sabaud. libro tertio, titul. 39. de form. ac ord. obſeru.
in pignorat. ſubhaſtat. ac deliberat. bonorum ſtabilium,
gloſſ. 3. numero 24.* dum ſupponit, Pinellum dice-
re, voluntarias eſſe ſubhaſtationes in rebus
Fiſci, minorum, & Eccleſiæ, quod an, & quan-
66 do procedat ſtatim dicam. Et hinc † ſubha-
ſtatio dicitur venditio neceſſaria, non volunta-
ria, *Gregor. deciſion. 193. numero 2. & deciſ. 319. nume-
ro 6.*

Rurſus † ſubhaſtatio alia eſt iudicialis, alia 67
extraiudicialis. Iudicialis eſt, quæ fit in execu-
tionem rei iudicatæ, & contra debitorem ſer-
uata tela iudiciaria, & de manu Iudicis. Vnde
dicit *Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 16. de diſtract. pign.
defin. 6.* quod, † ſubhaſtatio nihil aliud eſt, quam 68
venditio iudicialis. † Illiuſque iudicium eſt 69
ſummarium, *Gluſian. de bonis ad crid. ponend. cap. 1.
numero 196.* & executiuum, *Gluſian. de dat. inſolut.
cap. 17. numer. 259. Gratian. deciſ. 9. ante numer. 4. Giurb.
deciſion. 64. numero 1. Rot. recent. deciſ. 161. numer. 11. &
12. part. 6.* † Extraiudicialis vero eſt, quæ fit in 70
alienationibus, & venditionibus, ſeu locatio-
nibus rerum Eccleſiæ, minoris, Fiſci, & Reipu-
blicæ, ac rei priuati voluntarie, vt de ſubhaſta-
tionibus, quæ fiunt per Magiſtratum tradit *Card.
Tuſc. in verb. offerre, concluſ. 80. in fin.* & de ſubhaſta-
tione voluntaria ex forma Statuti Mediola-
ni habes *tractat. dict. Gluſian. de bon. ad crid. po-
nend.*

SVMMARIA.

1 Eccleſiæ, Hoſpitalium, & locorum Piorum bona præſertim immobilia, vendi, & alienari non poſſunt, niſi per ſubhaſtationem.

2 Ampl. etiam in annuis reditibus perpetuis.

3 Ampl. etiam in locationibus. Contrarium nu. 5.

4 Reſtringe, niſi locatio ſit ad modicum tempus.

6 Ampl. quoad bona Hoſpitalis, & diſtingue, vt ibi.

7 Ampl. eo magis ſtante conſuetudine, vel Statuto.

8 Lim. niſi venditio fiat ex neceſſitate ſoluendi æs alienum, vel in vtilitatem Eccleſiæ.

9 Lim. niſi bona eſſent modici valoris arbitrio Iudicis.

10 Lim. in bonis mobilibus, & iis, quæ ſeruari non poſſunt, & nu. 11.

12 Sublim. niſi eſſent mobilia, in quibus caderet affectio.

13 Lim. ſecus eſſe de iure Canonico, & num. 16. Contrarium, num. 15.

14 Subhaſtatio quando fit de re Eccleſiaſtica, fit ad firmandum contractum.

17 Ius Canonicum non requirens in re Eccleſiaſtica ſubhaſtationem, ſeruandum eſt vbique locorum.

18 Solennitas ſubhaſtationis in Eccleſiaſticis bonis alienandis de conſuetudine non ſeruatur, & contrarium tenentes loquuntur contra communionem, & in puncto iuris, & numero 21.

19 Ampl. iam in iis, quæ poſſint ſine ſolennitatibus alienari, quam in aliis, quæ non poſſint.

20 Conſuetudo, vel Statutum poteſt ſolennitati ſubhaſtationis derogare.

22 Eccleſiaſtica bona prohibentur alienari abſque Beneplacito Apoſtolico, non requirit ſubhaſtationem, & ita ſeruatur.

24 Subhaſtatio competit de iure ciuili.

25 Eccleſiaſtica bona de iure ciuili alienari non poſſunt.

26 Lim. niſi iuſta cauſa.

27 *Eccle-*

Digitized by Google

27 *Eccleſiaſticæ rei in emphyteuſim conceſſio pro maiori ſumma in licitatione reperta præſumitur Eccleſiæ vtilis.*

INSP. II.

Quando, & in quibus rebus ſit neceſſaria Subhaſtatio, & Primo, an requiratur in venditione, & locatione rerum Eccleſiæ, Hoſpitalis, Confraternitatis, & aliorum Piorum locorum.

1 PRimo † requiritur de iure ciuili ſubhaſtatio (vt à dignioribus exordiamur) in bonorum Eccleſiæ, Templorum, Hoſpitalium, & omnium Piorum locorum venditione, & alienatione, & præſertim quoad bona immobilia, vt in *Auth. hoc ius porrectum. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. & in Auth. de alien. & emphyt. coll. 9. §. hoc autem ſuper ipſis. & §. hæc vero iubemus, conſtit. 3. Ferret. de gabell. numero 275. Bertach. eodem tractatu parte 2. numero 17. Iodoc. de ſubhaſtatione cap. 1. numero 16. & 17. & cap. 3. numero 29. 31. & 47. Fabian. de Mont. de emptione & venditione quæſt. 5. in rubric. ſubhaſtat. mater. numero 83. & ſequent. Neguſ. de pignor. part. 6. membr. 1. in fine. Alberic. in ſuo diction. in verb. ſubhaſtatio. Aſin. de execut. §. 6. cap. 1. numero 20. & cap. 18. numero primo. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. rubr. de ſolemn. numero 56. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. libro quarto, tit. 7. numero quarto. Cardin. Tuſc. in verb. ſubhaſtatio. concluſ. 713. numer. 1. & 3. Adr. Pinell. de reſcind. vend. part. 2. cap. 2. numero 26. Munnoz. de Excubat. de ratiocin. adminiſtr. capite 16. numero decimo. Marc. Anton. Genuen. in prax. Archiepiſcop. Cur. Neapolit. cap. 89. in fine. Anton. Sol. ad decret. Sabaud. libro tertio, tit. 29. de form. & ord. obſeruat. in pignor. ſubhaſtatione & deliberat. bonor. ſtabil. gloſſ. 1. numero 13. & gloſ. 3. numero 18. Iul. Caſ. Gluſian. de dat. inſolut. cap. 4. numer. 76. Mangil. de euict. quæſt. 45. numero vndecimo, & de ſubhaſtat. quæſt. 29. numer. 1. & 5. & quæſt. 30. numer. 1.*
2 *& ſeqq.* & † in annuis reditibus perpetuis, *Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 105. numer. 9. & 10. & quæſt. 200. num. 23. & 24.*

Quod ampliatur † etiam in locationibus,
3 *Munnoz. vbi ſup.* † niſi ſint ad modicum tem-
4 pus, *Andr. Alſer. conſ. 51. numer. 14.* vbi † idem vide-
5 tur ſentire in locationibus non ad modicum tempus. Atque ampliatur quoad bona Hoſpi-
6 talis † tam reſpectu Hoſpitalis actu hoſpitalitatem exercentis; quam reſpectu Hoſpitalis priuati confraternitatis, quando ageretur de alienandis bonis dotalibus Hoſpitalis, ſecus quando ageretur de bonis aliunde quæſitis, vel ex legatis piis prouenientibus, vel vbi Hoſpitale ſucceſſerit in bonis alicuius in eo ab inteſtato morientis, vel quando Hoſpitale haberet clauſulam fundationis, qua cautum eſſet, vt nihil proprij poſſidere poſſet, ſed liceret omnia vendere, *Munnoz. dict. cap. 16. numer. 10. & 12. verſ. limita tamen. Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 30. numer. 6. &*
7 *ſeqq.* Quæ † procedunt eo magis ſtante conſuetudine, vel Statuto, *Iodoc. de ſubhaſtat. cap. 5. ſub num.*
29. Niſi † bona venderentur ex neceſſitate pro 8
ſatisfaciendo debito, vel in vtilitatem Eccleſiæ, *Fabian. de Mont. de empt. & vendit. dict. quæſt. 5. nu. 84. Iodoc. de ſubhaſtat. cap. 1. ſub numer. 35. Gratian. diſcept. for. cap. 564. numer. 33. Io. Ant. Nouar. ad l. ſi tempora. C. de fid. inſtrum. & iur. haſt. Fiſcal. lib. 10. num. 14.* † vel 9
eſſent modici valoris arbitrio Iudicis, *Iodoc. dict. cap. 1. numero 33. & 34.* † vel venderentur bo- 10
na mobilia, *Aſin. de execut. §. 6. cap. 1. numero 2.* † & 11
ea, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, *Iodoc. dict. cap. 1. numer. 36.* † Niſi mobilia eſſent talia, in 12
quibus caderet affectio, quia ea ſine ſubhaſtationis ſolennitate vendi non permitterentur, *Iodoc. de ſubhaſt. cap. 2. nu. 8. & 9.*

Verum † huiuſmodi ſolennitas non eſt ne- 13
ceſſaria de iure Canonico, *Bald. in dict. auth. hoc ius porrectum. C. de Sacr. Eccleſ. Ferret. Alber. Mantic. & Marc. Ant. Genuen. vbi ſup. Bertach. loc. cit. numero 18. Redoan. vbi ſup. numer. 29. & 56. Fabian. de Mont. loc. cit. numer. 84. & 88. Roland. conſ. 99. numer. 18. lib. 1. Alex. Rauden. conſ. 16. numer. 58. Nouar. ad dict. leg. ſi tempora numer. 14.* vbi quod, † quando interuenit, 14
ſit ad firmandum contractum. *Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 29. numer. 3.* † quidquid in contrarium vi- 15
deatur ſentire *Iodoc. dict. cap. 1. num. 17. & 18.* vbi tamen hoc relinquit iuris ſtudioſis cogitandum.
† Neque facit, quod *dict. auth. hoc ius porrectum,* 16
Cod. de Sacr. Eccleſ. ſit relata *in cap. hoc ius. 10. quæſt. 2.* quia non ex hoc approbatur, ſed ſolum ibi fuit regiſtrata ad oſtendendum ſtudium Piorum Imperatorum in Eccleſiam, *Gratian. diſcept. for. cap. 479. numero 16. Mangil. de ſubhaſtat. qu. 29. ſub nu.*
4. † Quod ius Canonicum eſt in hoc ſine du- 17
bio ſeruandum vbique locorum, *Aſin. de execut. dict. §. 6. cap. 18. numer. 1.* † Cui adhæret conſuetu- 18
do, ſecundum quam in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum ſubhaſtationum ſolemnitates non admittuntur, *Gratian. dict. cap. 479. numero 14. cap. 564. numero 24. & cap. 861. numero 21. & deciſion. 154. numero 3. Laderch. conſ. 116. numero 2. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 28. numer. 4. quæſt. 29. num. 3. & 4. qu. 30. numero 12.* vbi de bonis etiam Hoſpitalium, *& qu. 31. nu. 1. & ſeq.* vbi de bonis etiam confraternitatum, & † ſiue ſint de eis, quæ poſſint ſine ſo- 19
lemnitatibus alienari, ſiue non. *quæſt. 32. nu. 4. & qu. 153. n. 3.* † quæ conſuetudo, ſeu etiam ſtatutum 20
poteſt ſubhaſtationis ſolennitati derogare, *Mangil. d. qu. 29. n. 5. & 6. & quæſt. 59. n. 12. & 13.* † Nec 21
ſtante conſuetudine curandum eſt de tenentibus contrariam opinionem, tanquam ea ſit minus recepta, & in puncto iuris, *Gratian. d. cap. 479. nu. 17. & Mangil. qu. 29. in fin.*

Cæterum, cum † huiuſmodi bona hodie 22
prohibitum ſit alienare ſine Apoſtolico Beneplacito, & eo † interueniente non ſit neceſſaria 23
ſubhaſtatio, nec vſu recepta, ſuperfluum eſt quærere de eorum ſubhaſtatione, † quæ iure ci- 24
uili competit, † quo iure bona Eccleſiæ aliena- 25
ri non poſſunt, *Aſin. de execut. d. §. 6. cap. 16. in fin.*
† niſi iuſta cauſa, *Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 200. nu. 23.* 26
& 24.

Non omitto, quod † conceſſio rei Eccleſia- 27
ſticæ in emphyteuſim facta pro maiori ſumma reperta in licitatione præſumitur Eccleſiæ vtilis, *Gregor. XV. dec. 34. nu. 3.*

SVMMARIA.

1 *Subhaſtatio requiritur in alienatione bonorum patrimonialium Principis, Declar. vt nu.20.22.23.26.28.& 29.*

2 *Cameræ.*

3 *Spoliorum Eccleſiaſticorum.*

4 *Fabricæ Sancti Petri.*

5 *Fiſci, ſeu confiſcatorum, & incorporatorum. Decl. vt num.32.& 35.*

6 *Vel acceptorum vti vacantium.*

7 *Et tam in venditione bonorum ſuorum, quam alterius, & priuati propter ſolutionem onerum, & debiti.*

8 *Et in annuis reditibus perpetuis.*

9 *Subhaſtatio frequens eſt in prædiis, quæ nunciantur, & Fiſco vacare cenſentur.*

10 *Subhaſtatio dicitur ea venditio, quæ iure haſtæ Fiſcalis, & auctionis fit à Fiſco de bonis caducis, vel commiſſis, vel obligatis.*

11 *Subhaſtatio neceſſaria eſt etiam in rerum Fiſcalium, & vectigalium locatione. Contrarium numero 12. Et an ſit facienda diſtinctio inter locationem perpetuam, & temporalem, numero 13.14.& 16.*

15 *Locatione durante non eſt eius fides infringenda.*

17 *Subhaſtatio requiritur in alienationibus Theſaurariarum, Dohanarum, Gabellarum, & aliorum iurium, bonorum, & redituum in Vrbe, & Statu Eccleſiaſtico ad Cameram ſpectantium.*

18 *Subhaſtatione opus eſt in conceſſione rerum Demanij ſterilium ſub annuo reditu.*

19 *Demania bona, quæ ſint remiſſiue.*

20 *Princeps vendit ſine ſubhaſtatione, lim. & Decl. vt num.34.*

21 *Princeps non ligatur Statuto de ſubhaſtatione diſponente.*

22 *Procurator ſpecialis Principis vendit abſque ſubhaſtatione.*

23 *Ampl. etiam in procuratore cum libera.*

24 *Procurator eſt Pica, & organum principalis.*

25 *Solemnitates adhibendæ in actibus minorum, non ſunt adhibendæ in actibus gerendis per minorem procuratorem ab alio conſtitutum.*

26 *Subhaſtatio non requiritur in venditione Proregis de re Regis vti illius procuratoris ſecundum conſuetudinem, & numero 28. & 29. vbi declarat.*

27 *Subhaſtatio requiritur in venditione, quæ fit per Regiam Cameram Fiſci nomine.*

30 *Res patrimonialis Principis, vel Fiſci non poteſt vendi ſine ſpeciali Principis mandato.*

31 *Res debitoris Fiſci vendi poteſt abſque ſpeciali mandato Principis.*

32 *Fiſcus præter gabellas vendere poteſt abſque ſubhaſtatione.*

33 *Princeps, vel Imperator ratificare poteſt venditionem factam per miniſtrum, vel aſſertum procuratorem ſine ſubhaſtatione.*

35 *Fiſcus vendere non poteſt ſine ſubhaſtatione rem alienam, nec vt alienam pro debito, nec vt ſuam.*

36 *Beneficio l. omnis, & l. bene à Zenone, C. de quatrien. præſcript. locus eſt, ſi Princeps, vel Fiſcus vendat rem alienam præuia ſubhaſtatione.*

37 *Ampl. maxime ſi venditio ſit ex cauſa oneroſa.*

38 *Subhaſtatio requiritur in alienatione rerum Decurionum.*

39 *Lim. niſi ſint mobilia.*

40 *Subhaſtatio requiritur in alienatione bonorum Reipublicæ, Ciuitatis, Pagorum, Collegiorum, & Vniuerſitatum, quæ ab Adminiſtratoribus reguntur. Contrarium nu.47. & 48. Declar. vt n.45.46.49.50.51.52.& 53.*

41 *Ampl. ſiue fiat venditio de rebus ſuis, ſiue de alienis propter debitum.*

42 *Ampl. etiam in locatione.*

43 *Haſta dicitur tam de venditionibus, quam de locationibus publicis.*

44 *Subhaſtatio hodie eſt in vſu tam in vendendis, quam in locandis bonis publicis.*

45 *Subhaſtatio neceſſaria eſt in locatione, & venditione Gabellarum, Vectigalium, & publicorum redituum.*

55 *Ampl. vt finito tempore primæ locationis fieri debeat noua ſubhaſtatio.*

56 *Subhaſtatio requiritur in venditione immobilium, & pignorum ob collectas non ſolutas.*

57 *Secus in mobilibus, & iis, quæ in numero, pondere, vel menſura conſiſtunt, niſi cadat affectio. & nu.58.& 59.*

60 *Exactoris collectarum officium ponitur aliquando ſub haſta.*

61 *Operæ aliquando ad haſtam conducuntur.*

An ſubhaſtatio requiratur in alienatione, & locatione bonorum Principis, Cameræ, ſpoliorum, Eccleſiaſticorum, Fabricæ Sancti Petri, Fiſci, & acceptorum vti vacantium, & Fiſci debitoris: & quid in bonis Demanij, Decurionum, Reipublicæ, Ciuitatis, Pagorum, Vniuerſitatum & earum debitorum, & in Gabellis, Vectigalibus, & publicis reditibus, & in officio exactoris.

INSP. III.

SEcundo † requiritur ſubhaſtatio in aliena- 1
tione, ſeu diſtractione bonorum patrimo-
nialium Principis, *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.4.tit.9.numero 22. Mangil. de ſubhaſt. quæſt.34. nu-*
mero 3. † Cameræ, *Roccat. ad Conſt. Ægid. gloſ.4. nu-* 2
mer.82. nec non † ſpoliorum Eccleſiaſticorum, 3
vt *in Bulla Pij IV. 87. in nou. bullar.* & habetur *in in-*
ſtructione ſubcollectorum, numer.5. & † ſpectantium 4
ad Fabricam Sancti Petri de Vrbe, *vt in Bulla Leon. X. incip. poſtquam ad Apoſtolatus apicem, & in alia Clem.* VII. *incip. admonet nos, ac in alia Pauli* III.
incip. dum ad vniuerſas, & † Fiſci, ſeu confiſcato- 5
rum, & incorporatorum, *leg. edicto Cod. ſi aduerſ. Fiſc. reſtit. poſtul. l.1. ſi tempora, Cod. de fid. inſtrumen. & iur. haſt. Fiſcal. lib. X. Bertach. in verb. ſubhaſtatio. Iodoc. de ſubhaſtat. c.3. nu.31. & 32. Fabian. de Mont. de empt. & vend. qu.5. nu.84. & ſeq. Giuſian. de dat. in ſolut. cap. 4.*
nu.76. vel † acceptorum vti vacantium, *Peregr. de* 6
iur. Fiſc. lib.4. tit. 2. nu. 30. & † ſiue fiat venditio de 7
bonis ſuis, ſiue de bonis alterius, & priuati propter ceſſationem ſolutionis onerum, & debitum ſoluendum, *Fabian. de Mont. vbi ſup. numer. 85. & 87. Iodoc.*

Digitized by Google

87. Iodoc. dict. cap. 3. numer. 32. Neguſ. de pignor. part. 6.
membr. 1. in fin. Ant. Sol. ad decret. Sabaud. lib. 3. titul. 39.
de form. ad ordin. obſeru. in pignor. ſubhaſtat. & deliber.
bon. ſtabil. gloſſ. 1. numer. 13. Peregr. de iur. Fiſc. lib. 6. tit. 4.
numer. 5. verſ. quarto requiritur. Euerard. de argument.
legal. in loc. ab vſitat. numer. 7. Aſin. de execut. §. 6. cap. 1.
numer. 20. cap. 16. in fin. cap. 18. numer. 1. & cap. 19. num.
1. Tuſc. in verb. ſubhaſtatio concluſ. 713. num. 5. Ar. Pinell.
de reſcind. vend. parte 2. cap. 2. numero 26. Mantic. de
tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 9. numer. 22. Caluin. in
lexic. iuridic. in verb. haſtarum ſolemnitati. Mangil. de
euict. quæſtio. 45. numero 11. & de ſubhaſt. quæſtio. 34.
numero 1. & 2. Nouar. ad leg. ſi tempora. Cod. de fideic.
inſtrument. & iur. haſt. Fiſcal. 10. numer. 11. & eſt text. in
8 l. 1. Codic. eod. tit. & † in annuis redditibus perpe-
tuis, Mangill. de ſubhaſtat. quæſtio. 165. numer. 9. & 10.
9 † Eſtque ſubhaſtatio frequens circa prædia, quæ
nunciantur, vel cenſentur Fiſco vacare, Nebriſſ. in
vocabul. vtriuſque iur. in verb. ſubhaſtatio. & † ſub ha-
10 ſtæ venire dicuntur ea, quæ iure haſtæ Fiſcalis,
id eſt auctionis, quæ fit à Fiſco de bonis cadu-
cis, vel commiſſis, vel obligatis. Ioan. Caluin. in
dict. lexic. iuridic. in verb. ſub haſta.

11 Locuſque eſt ſubhaſtationi † etiam in ipſa-
rum rerum Fiſcalium, & vectigalium Fiſci lo-
catione, leg. licitatio alias locatio. ff. de public. & vecti-
gal. l. pen. Cod. de vectigal. & comm. l. 2. vbi gloſſ. in verb.
publici prædij. Cod. de vend. & rer. Ciuit. lib. 11. lib. 1. l. lo-
ca. Codic. de locat. præd. ciuil. & Fiſcal. eod. lib. 11. Eue-
rard. in dict. loco, ab vſitat. numer. 7. Franc. Marc. quæſt.
566. numer. 4. p. 1. Aſin. de execut. d. §. 6. cap. 19. numer. 1.
Roland. conſ. 99. num. 20. lib. Mangil. de ſubhaſt. dict. quæ.
12 34. numero 4. & ſeq. & num. 8. in fin. Quamvis † con-
trarium dicat Bertach. in verb. ſubhaſtatio. & videa-
tur ſentire Iodoc. de ſubhaſt. cap. 3. numer. 32. & idem
Bertach. de gabell. part. 2. numer. 17. qui ſe remittit ad
gloſ. in d. l. 2. in verb. publici prædij C. de vend. rer. Ciuit.
libro 11. & in l. 3. in verb. licitatio. Codic. de fund. pa-
13 trimon. eod. libro 11. † diſtinguentem, vt ipſe ait,
inter locationem perpetuam, & temporalem.
14 † Quæ tamen gloſſa non videtur diſtinguere
de perpetua, & temporali locatione reſpectu
requiſitæ, vel non requiſitæ ſubhaſtationis, ſed
reſpectu admiſſionis, vel non admiſſionis ma-
ioris oblatoris, & quod, ſi locatio ſit perpetua,
& iam diu facta, non admittatur maior oblator,
ſecus ſi temporalis, addas tu, & finita, & reno-
15 uanda, cum † ea durante non ſit fides locationis
infringenda, vt habetur in dicta l. 2. Cod. de vendit.
16 rerum Ciuitat. lib. 11. Sed, quod † tam in locatione
perpetua, quam in temporali rerum Fiſcalium
requiratur ſubhaſtatio, tradit Mangil. de ſubhaſta-
tione dict. quæſtio. 34. num. 7. & 8. & quæſt. 42. numero 2.
17 Et quod † in omnibus alienationibus Theſau-
rariarum, Dohanarum, Gabellarum, aliorum-
que iurium, bonorum, & redituum in Vrbe, &
aliis locis Status Eccleſiaſtici ad Cameram
pertinentium debeant adhiberi licitationes, &
ſubhaſtationes per publica edicta cum expreſ-
ſione locorum, & dierum, diſpoſuit Pius IV. inter
eius Conſtitut. in Bullar. conſtitut. 43.

18 Vt quoque † ſubhaſtatio requiritur in rebus
Demanij ſterilibus concedendis ſub annuo re-
ditu, Afflict. ad Conſtitut. Neapolit. libro 1. de locat. de-
man. rubri. 85. num. 13. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 40. nu. 10.
19 † Demania autem bona quæ ſint, tradit Mart. de
clauſ. parte 2. clauſ. 17.

Quando † tamen vendit ipſe Princeps, non 20
requiritur ſubhaſtatio, Ioan. Franc. de Pont. conſ. 54.
numero 8. & ſequent. † nec Princeps ligatur ſtatuto 21
de ſubhaſtatione loquente, de Pont. dict. conſilio
54. numero 12. & ſeq. & in rubr. de ſubſcript. numero 8.
Et † idem eſt, quando vendit ſpecialis Principis 22
Procurator, de Pont. dict. conſilio. 54. 9. 13. & 14. † vel 23
habens ab eo mandatum cum libera, de Pont.
dict. conſilio 54. numero 5. & ſequent. numero 10. & 11.
vbi, quod ita eſt iudicandum. Cum † Procurator 24
nihil aliud ſit, quam Pica, & organum Princi-
palis, vt dicit idem de Pont. dict. conſilio 54. numero 7.
Et hac ratione † ſi fiat mandatum in perſonam 25
minoris, non debent adhiberi ſolemnitates in
actibus gerendis per eum, quæ alias requiruntur
in contractu minoris, de Pont. dict. conſ. 54. nu. 8. per
text. in l. cum mandato patris, ff. mand. Quare dum
† vendunt Proreges res ipſius Regis; vt illius 26
Procuratores, adeſt conſuetudo, vt non inter-
ueniant ſubhaſtationes, Ioan. Franc. de Pont. dict.
conſilio 54. ante num. 1. & num. 15. & ſeqq. & num. 47.
in fin. Ioan. Baptiſt. de Thor. in compend. deciſ. Neapolit.
in verb. ſubhaſtationes, vbi † ſecus, quando fieret 27
venditio per Regiam Cameram, quæ vendit
nomine Fiſci. Ricc. in collect. deciſio. colleg. 1726. part. 5.
& † leges requirentes ſubhaſtationum ſolem- 28
nitates in re Principis, loquuntur in Procura-
tore Fiſci, cui fuit limitata poteſtas vendendi,
niſi cum dictis ſolemnitatibus, non autem pro-
cedunt in venditionibus, quæ fiunt per Procu-
ratorem Cæſaris, & ſic Proreges vti Procurato-
res Regis, quia tales venditiones habentur, ac
ſi faceret ipſe Princeps, vel Rex. l. 1. ff. de offic. Pro-
curat. Cæſar. Ioann. Franc. de Pont. dict. conſilio 54. nu. 4.
& ſeqq. † ſi ſint in ipſius Principis commodum 29
factæ, ſecus econtra, d. l. 1. ff. de offic. Procurat. Cæſar.
vbi gloſſ. in verb. diligenter.

Non tamen † venditio rei Patrimonialis 30
Principis, ſeu rei Fiſci ſit ſine ſpeciali Principis
mandato, Peregrin. de iur. Fiſc. libro 6. titul. 4. numero
2. quamvis † ſecus ſit in venditionibus rerum 31
debitoris Fiſci, Peregrin. ibidem. Valetque † Fiſcus 32
nec in aliis rebus vendendis præter gabellas il-
las vendere ſine licitatione, Ferret. de gabell. nume-
ro 282. ex gloſſ. in leg. quamvis, Codic. de vend. rer.
Ciuitat. libro 11. & l. 1. Cod. de vend. rer. Fiſcal. commun.
cum priuat. libro 10. & tradit Faſett. conſilio 10. nume-
ro 1.

Sed, † ſi venditio facta per miniſtrum, ſeu 33
aſſertum procuratorem Imperatoris, vel Prin-
cipis abſque ſubhaſtatione ab Imperatore, &
Principe ratificetur, valet, & tenet, de Pont. dict.
conſilio 54. num. 21.

Eſtque etiam animaduertendum, quod, † ſi 34
Princeps vendit rem alienam vt alienam, ex
cauſa præcedentis debiti, requiritur ſubhaſtatio,
ſed ſi vendit rem alienam ſimpliciter, vt ſuam,
nulla requiritur ſubhaſtatio, gloſſ. in §. final. in
verb. emit. Inſtitut. de vſucap. Nicol. Bellon. conſilio 51. nu-
mero 5. Sed, † ſi vendat Fiſcus, vtroque caſu ven- 35
dere non poteſt ſine ſubhaſtationibus, Fabian. de
Mont. de empt. & vendit. quæſtion. 5. numero 85. Peregrin.
de iure Fiſc. dict. libro 6. titul. 4. numero 4. in princip.
iuncto numero 5. verſicul. quarto requiritur. Perſonal.
conſilio 35. numero 7. Io. Franc. de Pont. dict. conſilio 54.
numero 9. D. Thomat. deciſio. 81. num. 2. Præterea † eſt 36
etiam neceſſaria ſubhaſtatio in re aliena vēdita,

Digitized by Google

ſeu alienata à Principe, vel Fiſco ad effectum, vt
eius emptor, ſeu ceſſionarius vti poſſit benefi-
cio *l.omnis, & l.bene à Zenone, C.de quadrien.præſcript.*
Mangil.de ſubhaſt.qu.136.num.5.& 7.vbi de communi.
37 † præſertim ſi venditio, & alienatio fuerit ex
cauſa onéroſa, *Mangil.ibid.nu.6.*
38 Deſideratur † etiam de iure ſubhaſtationis
ſolemnitas ratione publicæ vtilitatis in vendi-
tione, & alienatione rerum Decurionum, *Fa-*
bian.de Mont.de empt.& vendit.quæſtio.5.nu.86. Iodoc.
de ſubhaſtat.cap.3.numero 31.& 49.Aſin.de execut.§.6.
cap.1.num.20.Anton.Sol.ad decret. Sabaud.libro 3.titul.
39 de form.ac ordin.obſeru. in pignorat.ſubhaſta. ac de-
liberat.bonor.ſtabil.gloſſ.1.numer.13. Gluſian. de dat. in
39 *ſolut.capit.4.numero 76.* † niſi ſint mobilia, *Aſin.loc.*
cit. numer. 21. Mangil. de euict. quæſtio. 45. numero 11.
40 † Et in venditione, & alienatione bonorum
publicorum, nempe Reipublicæ, Ciuitatum,
Pagorum, Collegiorum, & aliarum Vniuerſita-
tum, quæ ab Adminiſtratoribus reguntur, *Iodoc.*
de ſubhaſtat.cap.1.numero 24.& 34. vbi de communi:
41 *Fabian.de Mont.dict.numero 85.* vbi † ſiue à Repu-
blica fiat venditio de bonis ſuis, ſiue de alienis
propter debitum ſoluendum. *Neguſ. de pignor.*
parte 6.membr.1.in fin.Roland.conſil.99.numero 10.lib.
1.Ludouic. Morot.conſ. 63. numero 9.Simoncell de Præt.
conſilio 74.numer.23.Crauett.conſilio 476.num.4.Aſin.
de execut.§.6.cap.16.numero 1.& ſequent. Nicol.Loſæu.
de iur.vniuerſ.parte 3.capite 5.numero 9.& cap.7.num.
6.Gluſian.de dat.in ſolut.capit. 4. numer. 76. Mangil.
de ſubhaſtat.quæſt. 33. numer. 1.& 2. Rot.in Sabinen.
Alluuionis 24.Maij 1624.coram Pirouano, poſt tractat.
42 *deciſio.105.numero 1.*vbi vide. Atque † etiam in ea-
rum locatione, *gloſſ.in leg.quamuis, Cod.de vend.rer.*
Ciuitat.lib.11. Roland.dict. conſ.99.num.20.lib.1. Nicol.
Loſæu. de iur. vniuerſit. dict. parte 3.capite 7. numer. 6.
vbi de locatione perpetua fundorum publico-
rum. *Mangil.de ſubhaſtat.quæſtio.89. num.2. Rebuff.de*
præcon.licit.& ſubhaſtat.art.4.gloſſ.1.numero 32. Atque
43 ideo † haſta non ſolum de auctionibus, & ven-
ditionibus, dicitur, ſed etiam de locationibus, &
conductionibus, quæ publicè fiunt, quamuis
impropriè, *Aſin.de execut. §. 46.cap.1.numero 12.&*
44 *13.* & † hodie ſubhaſtatio tam in vendendis,
quam in locandis bonis publicis frequenter eſt
in vſu, *Aſin.ibid ſub nu.15.*
45 Declarari autem debent prædicta, vt † ſub-
haſtatio ſit neceſſaria in immobilibus, annuis
reditibus, & bonis etiam mobilibus, quæ ſer-
uando ſeruari poſſunt, *Nicol.Loſæu.de iur.vniuer-*
46 *ſit.parte 3.capite 5.numero 9.* † ſecus vero in mobi-
libus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. *Loſæu.*
ibidem numero 10.
47 Sunt tamen, † qui generaliter tenent con-
trarium, quod ſcilicet ſubhaſtatio non ſit neceſ-
ſaria in vendendis, & diſtrahendis rebus Rei-
publicæ, Ciuitatum, & aliarum Vniuerſitatum,
vt tradit *Aſin.dict.§.6.capite 16.num.4.& inter alios*
Tuſc.in verb.ſubhaſtatio concluſ.713.ſub numero 1.& 9.
Ruin. conſilio 189. numero 9. & 16. libro 1. Mantic. de
tacit.lib.4. tit. 9. Gratian.diſcept.for.cap.479.numer.15.
& cap.564.numero 4. Mangil. de ſubhaſtat.quæſtio.33.
48 *numer.2.& 3.* Et † ita ſeruatur de conſuetudine,
Gratian.dict.cap.564.numer.4. Mangil.de ſubhaſt.dict.
quæſtio.33.numer.2.quæſt.89.numer.6.& quæſt.153.n.3.
49 † Dummodo tamen alienationes fiant in caſu
licito, & bona fide, *Mangil.dict.quæſtio.33.num.3.&*
*quæſt.89.num.6.*vbi, & iuſto pretio. Et † niſi Ciui- 50
tates de rebus ſuis alienandis legem particula-
rem, vel priuilegium habeant, *Mangil.dict.qu.33.*
in fin. † vel conſuetudinem, quia, etſi ſuperuaca- 51
nea multis Doctoribus viſa ſit ſubhaſtationis
ſolemnitas in rerum Ciuitatis alienatione, ſi ta-
men in aliquo loco interuenire ſoleat de con-
ſuetudine, ea omiſſa vitiatur alienatio, *Crauett.*
conſilio 773.numero 10.
In alienatione vero bonorum Ciuitatis,
† quæ fieret ex cauſa neceſſaria, hoc eſt, pro 52
alieno ære ſoluendo in caſu, quod non apparet
aliunde tunc potuiſſe, paratam haberi pecu-
niam, non eſſet neceſſaria ſubhaſtatio, *Simon. de*
Præt.conſ.74.num.23.Gratian.diſcept.for.cap.564.n 33.
† nec vbi pecuniæ conuerterentur in Ciuitatis 53
vtilitatem, *Gratian.dict.numero 33.*
Neceſſaria eſt itidem † ſubhaſtatio, ſeu ven- 54
ditio ad extinctionem candelæ in locatione,
venditione Gabellarum, *leg.licitatio.in princip.ff.de*
public.& vectig.leg.penul.vbi D.D. Codic.de vectig.&
comm. Bertach.de gabel.parte 2.numer.17. Aſin.de exe-
cut.§.6.cap.20.numer.1.Caroc.de locat.& cond.parte 3.
de locat.vectig.quæſt.3. numer 8.vbi de veriori. Manſon.
*de cauſ.execut.lib.1.ampl.30.numer.11.& 13.*vbi, quod
ita in praxi ſeruatur. *Mangil. de ſubhaſtat. quæſtio.*
42. numer. 17. & quod etiam olim vectigalia, &
publici reditus ad haſtam locarentur, tradit
Briſſon.de formul. & ſolemn.Popul. Roman.verb.lib.6.
fol.mihi 583. Et † finito tempore primæ locatio- 55
nis facienda eſt noua ſubhaſtatio. *Viu.deciſ. 359.*
numer.1.libro 2.
Requiritur etiam ſubhaſtatio † in aliena- 56
tione earum rerum immobilium, & pignorum,
quæ ob collectas non ſolutas vendi debent, *l.1.*
C.ſi propt.publ.penſit. Bertach.in verb.ſubhaſtat.& de
gabel.part.2.nu.18.Ferret.eod.tract.nu.273.Feſtaſ.de col-
lect.par.3.nu.11.& 14.Aſin.de execut.§.6.cap.21.num.1.
Mangil.de ſubhaſtat.quæſt.156 num.1. Sed † in bonis 57
mobilibus ſubhaſtatio non requiritur. *Bertach.*
loc.titul.Aſin.vbi ſup.& cap.1.nu.21. Mangil.d.qu.156.
n.2. † nec in iis, quæ in numero, pŏdere, vel men- 58
ſura conſiſtunt, quia eorum pretium eſt mani-
feſtum, † niſi cadat affectio, quia tunc ſubha- 59
ſtari debent, *Feſtaſ.vbi ſup.n.12.*
Ad haſtam etiam † aliquando ponitur offi- 60
cium Exactoris collectarum, & meliorem con-
ditionem offerenti deliberatur, vt in partibus
Lombardiæ tradit *Feſtaſ.de collect.d.part.3.cap.1.n.3.*
& ſic † ad haſtam aliquando conducuntur o- 61
peræ, *ad Mangil.de ſubhaſt.qu.28.n.18.*

SVMMARIA.

1 *Subhaſtatio requiritur in alienatione bonorum pu-pilli, & minoris aliàs nulla eſt.* Contrarium num. *18.19.34.35.36.& 46.*

2 *Decretum vbi requiritur, ſubhaſtatio etiam præſup-ponitur.*

3 *Vendi omnia debent ad haſtam, quæ ſine decreto alienari, vel locari non poſſunt.*

4 *Datio in ſolutum minoris de ſtabilibus pro pecu-nia ſine ſubhaſtatione, & decreto eſt inualida.*

5 *Minoris rei venditio fieri ſolet cum ſubhaſtatio-ne.*

6 Sub-

Digitized by Google

6 *Subhaſtatio ſine dubio requiritur in bonis pupilli, quicquid ſit quoad bona adulti.*

7 *Edicta de iure communi requiruntur in venditione bonorum minorum.*

8 *Ampl.1.vt ſubhaſtatio ſit neceſſaria etiam in annuis redditibus, & mobilibus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt.*

9 *Ampl.2.etiam in locatione.*

10 *Et tam in perpetua,quam in temporali à tutore, vel alio adminiſtratore facienda,aliàs tenetur de eo, quod percipi potuerit, & forte locatio nulla eſt, & num.11.*

12 *Ampl.3.ſiue alienet pupillus, ſiue tutor, & miniſter.*

13 *Ampl. 4. eo magis ſtante conſuetudine, vel Statuto.*

14 *Ampl.5.vt ſubhaſtatio requiratur iudicialis,nec ſufficiat extraiudicialis coram ſolo tutore.*

15 *Declar.1.procedere de iure ciuili,ſecus de iure canonico,ſecundum quod ſufficit bona fides, & numero 16.*

17 *Declar.2.procedere,ſi ita ſit conuentum, ſecus è contra.*

20 *Declar.3. procedere in venditione, quæ fit per Iudicem abſque tutore, vel curatore, ſecus in ea, quæ fit à tutore, vel minore cum decreto Iudicis, & num.18.& 21.*

21 *Tutor, & Curator vti habentes adminiſtrationem cum libera poſſunt alienare ſine ſubhaſtatione.*

22 *Procuratores habentes adminiſtrationem cum libera alienant ſine ſubhaſtatione.*

23 *Iudex facere debet, & vt fiat curare, quod pupillo, & minori expedit,& nu.49.*

24 *Minori expedit,rem ſuam ſub haſta poni.*

25 *Iudex ignorat iuſtum rei precium, & quantum ex ea percipi poſſit.*

26 *Subhaſtatio requiritur in executionibus, & tenutis captis in vim mandati Iudicis pro executione rei iudicatæ.*

27 *Fraudulenter proceſſum videtur, ſi bona in tenutam partim ſubhaſtata fuerint, & partim in ſolutum data.*

28 *Subhaſtatio non requiritur in venditione, & locatione,quæ fit de re minoris in caſu licito, & bona fide, ac iuſto precio. & numero 29. vt ſi fiat pro ſoluendo debito,vel in vtilitatem pupilli,vt numero 31.*

30 *Bona fides in dubio præſumitur.*

32 *Subhaſtatio, quatenus ſit neceſſaria in alienatione rei minoris, intelligitur non ad conualidandum contractum, ſed ad excludendam reſtitutionem in integrum.*

33 *Lex intelligi debet ſecundum naturam tituli, ſub quo poſita eſt.*

34 *Subhaſtatione non adhibita in alienatione rei minoris,ea non redditur nulla,ſed peti poteſt in integrum reſtitutio,ſi alius plus offerat.*

35 *Alienationes bonorum minorum hodie ex conſuetudine totius orbis ſuſtinentur etiam abſque ſubhaſtationibus.*

37 *Conſuetudo de non ſubhaſtando res minorum, quæ alienatur,eſt valida.*

38 *Et poteſt iuri communi,quoad ſolemnitatem ſubhaſtationis,derogare.*

39 *Multa de iure requiruntur, quæ in praxi non ſeruantur.*

40 *Opiniones ſi ſint variæ, attenditur ea, pro qua eſt conſuetudo.*

41 *Atteſtationes Doctorum circa conſuetudinem faciunt præſumptionem, ex qua transfertur onus concludenter probandi contrarium ſtylum loci in aduerſarium, & quod fuerit introductum ab habentibus facultatem, & numero 42. & 43.*

44 *Stylus contrarius particularis non dicitur probatus, nec ex eo generali conſuetudini derogatum, ſi conſtet de ſtyli varietate.*

45 *Conſuetudine particularis non probatur ex inſtrumentis, niſi etiam probetur, illis adhibitam eſſe fidem.*

46 *Minorum bona ſi vendantur mediante ſubhaſtatione,conſultius,& cautius agitur,alias periculum incurri poteſt,& nu.47.*

48 *Minorum bona ſubhaſtari debent, ſi ita minoribus expediat, ſecus ſi non expediat, quod Iudex cognoſcere debet, & prouidere, qui decretum interponit.& nu.49.*

50 *Minoris rerum venditio requirit ſolum cauſam iuſtam, Iudicis decretum præuia cauſæ cognitione.*

51 *Iudex cognoſcens de valore, & pretio rei, & decernens venditionem validam,iudicat id,ob quod requiritur ſubhaſtatio.*

52 *Pupillo ſemper vtilis eſt ſubhaſtatio, nec eam expectare expedit.*

53 *Minorum bonorum alienationes, & in ſolutum dationes Rota ſæpius admiſit etiam non præcedentibus ſubhaſtationibus.*

54 *Credito vero exiſtente,& non conſtito de exceſſu,vel læſione minorum, rigor defectus ſubhaſtationis non attenditur,ſed æquitas.*

55 *Subhaſtatio inducta eſt ad euitandum fraudem,qua ceſſante,ceſſat & diſpoſitio.*

56 *Subhaſtatio fieri ſolet ad probandam diligentiam.*

57 *Diligentia quomodocunque probata ſufficit.*

58 *Subhaſtatio in venditione rei minoris requiritur, quando decretum Iudicis venditionem præceſſit,ſecus, quando ſubſequitur, & numero 61. & 67.*

59 *Decretum in alienatione rerum minorum debet præcedere, vel in ipſa alienatione interponi non ſubſequi, & numero 60. Declar. vt numero 68. & 69.*

62 *Subhaſtatio non eſt neceſſaria,quando vendit tutor, vel minor cum Iudicis decreto.*

63 *Præſumptio eſt, quod, quæ fiunt in præſentia Iudicis, iuſte,& legitime fiant.*

64 *Decreto poſt venditionem rei minoris valide interpoſito, præſumuntur omnia ſolemniter acta, & ipſa ſolemnitas ſubhaſtationis, ſecus ſi decretum interuenerit ante venditionem, & numero 66.*

65 *Ampl.eo magis ſi decretum ſit contentioſum, & interpoſitum vel in ipſo actu,vel poſt.*

67 *Inſtrumentum non probat ſubhaſtationes, ſed de eis aliunde conſtare debet.*

68 *Decretum in alienatione rerum minorum an fiat ante,vel poſt ſubhaſtationem,& n.69.*

70 *Subhaſtatio non eſt neceſſaria rei minoris, quam tutor,vel curator tradere condemnatus eſt.*

71 *Subhaſtatio non requiritur in mobilibus minorum, quæ ſeruari non poſſunt, & vendi poſſunt*

Digitized by Google

in foro, vt ſunt victualia, & ponitur ratio. Declar. vt nu. 72. & 74.
73 Tutores poſſunt alienare veſtes tritas, & animalia ſuperuacua etiam ſine decreto.
75 Subhaſtatio non requiritur in alienatione rei minoris, quæ quotidie deterioratur, vel eſt in periculo ne amittatur.
76 Nec in re minoris danda pignori.
77 Res minoris quod vni potius, quam alteri detur, non refert, vbi inter aliquod temporis ſpatium eſt luenda.
78 Minores poſſunt ſubhaſtationibus renunciare.
79 Minoribus inuitis non poteſt quis nullitatem omiſſionis ſubhaſtationis apponere.

An ſubhaſtatio requiratur in venditione, & locatione bonorum Minorum.

INSP. III.

1 TErtio principaliter † requiri videtur de iure ſubhaſtatio in bonorum ſtabilium pupilli, aut minoris venditione, & alienatione, alias ea videtur ipſo iure nulla, leg. & ſi ſine, §. 1. alias ait Prætor. §. hodie, vbi gloſſ. & Bartol. ff. de min. Bertach. in verb. ſubhaſtat. Iodoc. de ſubhaſtat. cap. 2. nu. 1. 10. & 11. & cap. 3. numero 29. & 31. Fabian. de Mont. de empt. & vend. quæſt. 5. in rubr. ſubhaſtat. mater. vbi de communi, & in rubr. de ſolemnit. in alienat. minor. rebus, ſub numer. 95. Aſin. de execut. §. 6. cap. 1. numer. 20. cap. 15. numer. 2. & ſeq. cap. 16. numer. 1. & cap. 18. num. 1. & 3. Tuſc. in verb. ſubhaſtatio. concluſ. 713. nu. 1. & ſeqq. Neguſ. vt pignor. par. 6. memb. in fin. Pariſ. conſil. 97. nu. 10. & conſilio 99. numer 15. lib. 1. Crauet. conſil. 336. num. 9. vbi de recepta opinione, & conſil. 442. num. 1. Roland. conſil. 99. num. 17. & ſeq. vbi de communi lib. 1. & conſ. 18. numer. 84. lib. 2. Corn. conſil. 71. num. 1. lib. 3. Peregrin. conſil 84 numer. 17. lib. 2. Anton. Sol. ad decret. Sabaud. lib. 3. tit. 39. de form. ac ord. obſeru. in pignor. ſubhaſtat. ac deliber. bonor. ſtabil. gloſſ. 1. numer. 13. gloſſ. 3. numer. 17. Nicol. Loſæu. de iur. vniuerſit. part. 3. cap. 5. numer. 9. & 10. Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1. numer. 64. & 66. verſic. contra hanc concluſionem. Mantic. de tacit. libro 4. tit. 6. numero 31. vbi de communi, & quod hæc ſententia frequentiori calculo eſt recepta. Boccat. ad Conſtit. Ægid. gloſſ. 4. nu. 10. in fin. Borgnin. Caualcan. de tutor. & curat. numero 129. Bertaz. de clauſ. clauſ. 10. gloſſ. 2. num. 7. Munnoz. de Eſcub. de ratiocin. adminiſtr. cap. 16. numer. 17. & ſeq. num. 30. Mangil. de euict. qu. 45. numer. 11. & de ſubhaſtat. qu. 27. nu. 1. Gluſian. de dat. in ſolut. cap. 4. numer. 76. Viu. dec. 25. num. 11. lib. 1. Maſtrill. dec. 121. num. 7. part. 2. Gratian. dec. 134. nu. 1. D. Thomat.
2 dec. 81. nu. 2 † Vbi enim in alienatione decretum requiritur, ſubhaſtatio etiam præſupponitur, Ar. Pinell. de re cind. vend. part. 2. n. 25. ita vt † omnia ad
3 haſtam vendi debeant quæ ſine decreto alienari, vel locari non poſſunt Gluſian. loc. cit. Et quod
4 † datio in ſolutum à minore facta de rebus immobilibus pro pecunia abſque ſubhaſtatione, & Iudicis decreto ſit nulla, Ludouic. Morot. conſilio
5 58. numero 10. &, quod † venditio rerum minorum fieri ſoleat cum ſolemnitate ſubhaſtationis, Viu.
6 deciſio. 426. numero 8. in fin. libro 3. Et † vbi res dubitationem habeat in bonis minorum, ſeu adultorum, in pupillaribus tamen ſubhaſtatio proculdubio locum habere videtur, Crauet. dict. conſ.
336. numero 9. &, † quod in eorum venditione de 7
iure communi requirantur edicta, dixit Rot. in Romana Pracodij 10. Iunij 1622. coram Coccino, poſt tractat. dec. 57. num. 6.

Ampl. primò, vt † ſubhaſtatio requiratur 8
in alienatione annuorum redituum, & bonorum mobilium, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, Nicol. Loſæu. de iure vniuerſit. parte 3. capite 5. numer. 10. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 105. nu. 9. & 10.

Ampl. ſecundò † etiam in locatione, Munnoz. 9
de ratiocin. adminiſtrat. dict. cap. 16. nu. 1. & ſeq. Mangil.
de ſubhaſtat. quæſt. 89. numer. 2. & † tamen locatione 10
perpetua, quam in temporali à tutore, vel alio adminiſtratore facienda, ſecundum Munnoz. dict.
cap. 16. numero 4. vbi, quod † alias de eo, quod 11
percipi potuit, oneratur, & quod forte locatio nulla eſſet iudicanda.

Ampl. tertio, † ſiue alienet pupillus, ſiue tu- 12
tor, aut miniſter, Tuſc. in verb. ſubhaſt. d. concluſ. 713. n. 2. Munnoz. dict. cap. 16. num. 2. Mangil. de ſubhaſtat. qu. 27. numero 2.

Ampl. quartò, † eo magis ſtante conſuetudi- 13
ne, iure municipali, ſeu Statuto, Iodoc. de ſubhaſt. c. 3. ſub numero 29.

Ampl. quintò, † vt ſubhaſtationes fieri de- 14
beant ex decreto Iudicis, & in modum iudicij, nec ſufficiant extraiudiciales, & coram ſolo tutore, Camill. Borrell. conſ. 65. numero 70.

Declara 1. vt † ſubhaſtatio quoad alienatio- 15
nem bonorum pupillorum, & minorum, quæ à loco moueri non poſſunt, ſit neceſſaria de iure ciuili, ſecus de iure Canonico, Simoncell. de decret. libr. 1. titul. 1. numero 66. Roland. conſilio 99. numero 18. lib. 1. Aſin. de execut. §. 6. cap. 18 numero 1. circa fin. Mangil. de ſubhaſtat. dict. quæſtio. 27. numero 3. vbi de magis recepta, & veriori, & quæſtio. 200. numero 17.
Beltram. ad dec. Gregor. 485. numer. 13. & † ſufficit de 16
iure Canonico, quod venditio facta fuerit bona fide, Mangil. d. qu. 27. nu. 4. & qu. 200. nu. 17. Beltram. loc. cit.

Declar. 2. vt † ſubhaſtatio de iure communi 17
non requiratur in alienatione rerum minorum, niſi ita ſit conuentum, Mandell. conſ. 205. numero 31. lib. 2. vbi ex Baldo, quod de iure cautum non reperitur, & quod dict. leg. & ſi ſine, §. 1. ff. de minor. loquitur, quando conuentum erat; & addit Mandel. quod non eſt veriſimile, quod Iuriſconſultus in l. magis puto, §. non paſſim. cum §. ſeq. Codic. de præd. minor. vbi fuit tam diligens in enumerandis his, quæ ſunt neceſſaria, omiſiſſet ſubhaſtationem, ſi & ipſa neceſſaria fuiſſet. Vnde ſunt,
qui dicunt, † non reperiri iure cautum, quod, 18
vbicumque alienatio fit à tutore, vel minore cum Iudicis auctoritate, ſubhaſtationem, vel licitationem interuenire oporteat, vt per Aſin. de
execut. §. 6. cap. 15. nu. 6. & 7. Ita vt † ſubhaſtationis 19
omiſſio non vitiet contractum, Gratian. diſcept. for. cap. 479. numero 13.

Declara 3. vt † ſubhaſtatio ſit neceſſaria, 20
quando venditio fit per Iudicem abſque tutore, vel curatore, & non aliter, Mandell. dict. conſilio 205. num. 32. vbi, quod hoc videtur habere rationem,
quia † tutor & curator habent adminiſtratio- 21
nem cum libera, ergo poſſunt alienare abſque
tali ſubhaſtatione, prout † poſſunt procura- 22
tores habentes ſimilem adminiſtrationem

cum

Digitized by Google

23 cum libera.Debet enim † Iudex curare, vt fiat,
& facere, quod pupillo, vel minori expedit, &
24 † maximè illi expedire videtur, rem ſub haſta
ponere, *Aſin. de execut. §.6.cap.15.num.4. Mangil.de*
25 *ſubhaſt.quæſtio.27.num.13.*Cum † Iudex iuſtum rei
precium,&,quantum ex ea percipi poſſit,igno-
ret,*Aſin.dict.cap.15.nu.5.in fin.*Atque proinde † re-
26 quiritur ſubhaſtatio in executionibus conceſ-
ſis, & tenutis captis cum mandatis Iudicum in
executionem rei iudicatæ,*Fabian.de Mont.de empt.*
& vendit.quæſtion.5.in rubric.ſubhaſt.mater. ſub num.
88.& in terminis mandatorum A.C.in tota Pro-
uincia Marchiæ, tradit *Gratian.deciſio.134.numero*
27 *4.vbi,& numero 12* quod,† ſibi bona in tenutam
capta partim ſubhaſtata fuerint , & partim in
ſolutum data,videtur hoc fraudulenter factum,
dum pro vna , & eadem cauſa diuerſo modo
proceſſum fuit.

28 Declarat. 4. vt ſaltem † non requiratur ſub-
haſtatio,quando venditur palam in caſu licito,
& bona fide,*Fabian.de Mont.de empt.& vendit.dict.*
quæſtion. 5. in rubric. ſubhaſtat. mater. ſub numero 88.
Mandel. dict. conſilio 205. numero 33. libro 2. Ioann.
Franch. de Pont.conſilio 1.numer.132. & 138. Simoncell.
de decret. libro 1.titul. 1. numero 66. verſicul. limitatur
tertio. Mangil. de ſubhaſtatione quæſtione 27. numero
4. quæſtio. 32. numero 5. & quæſtio. 89. numero 6. vbi
29 † de locatione bona fide, & iuſto pretio, quæ
30 † bona fides in dubio præſumitur, *Iodoc. de ſub-*
haſtat. capite tertio, ſub numero 29. Mangil.dict. quæ-
31 *ſtion.32.in fin.* Quare † non eſt opus ſubhaſtatio-
ne, vbi alienatio fit pro ſatisfaciendo ære alie-
no,vel in vtilitatem pupilli,*Gratian.diſcept.forenſ.*
cap.364.num.33.

Declarat.5.vt,etiam ſi velimus ſubhaſtatio-
nem eſſe de iure neceſſariam in alienatione rei
32 minoris,† id intelligatur, non quoad conuali-
dandum contractum ipſo iure,ſed quoad exclu-
dendum reſtitutionem in integrum , *Mandel.*
33 *dict.conſilio 205.num.34.*vbi † quod,cum *dict.leg.&*
*ſi fine,*ſit ſub titulo *de minor.*in quo ſolum tracta-
tur de reſtitutione , debet intelligi ſecundum
34 naturam ipſius tituli.Atque ob id,† ſi ſubhaſta-
tio non interueniſſet,venditio,& alienatio non
vitiaretur, ſed in integrum reſtitutio peti poſ-
ſet,ſi alius fortaſſe plus offerret, quam res ven-
dita eſſet,*Aſin.de execut.§.6.cap.1.num.6.& 7.*

35 Declarat. 6. vt † hodie per generalem con-
ſuetudinem totius Orbis ſubhaſtationes non
adhibeantur,ſed paſſim ſuſtineantur alienatio-
nes huiuſmodi bonorum,etiam non factis ſub-
haſtationibus,*Simoncell.de decret.libro 1.titul.1.num.*
67. Ioann Franch. de Pont. conſilio 1.numer.121. Aſin.de
execut.dict.§.6.capite 15. numero 7.in fin. vbi, quod
proptereà ſi omittatur, non vitiat.*Laderch.conſil.*
116.numero 2.Gratian.diſcept.forenſ.capite 479. numero
9.& ſeqq. vbi infinitos allegat,& de veriori, ma-
gis communi , & in praxi magis recepta opi-
nione teſtatur,*capite 564. numero 24. & capite 861.*
nu.19.& ſeqq.& deciſ.134.numero ſecundo, Mangil.de
ſubhaſtat.quæſtion.27. numero3. quæſtio. 32. numero 4.
quæſt.89. numero 6.quæſt.114. numero 6. & quæſtio.153.
*num.3.*qui etiam de communiori, & in practica
36 ſeruata opinione,& quod † ſubhaſtatio non ſit
neceſſaria in venditione , ſiue alienatione re-
rum minorum, & de communi,& magis com-
muni tradit *Nou. ad leg. ſi tempora.Codic.de fid. in-*
ſtrumen.& iur.haſt.Fiſc.lib.10.n.13. † Quæ conſuetu- 37
do eſt valida,*Grat.in d.c.479.nu.10.* & † poteſt iuri 38
communi quoad ſolemnitatem ſubhaſtationis
derogare,*Gratian.d.cap.479.num.17. Mangil.de ſub-*
haſtat.dict.quæſt.27.num.7.† Sunt enim multa,quæ 39
de iure requiruntur, & tamen in praxi non ſer-
uantur,*Gratian.d.cap.479.num.24.Mangil.de ſubhaſt.*
qu.59.in fin.&,† vbi ſunt variæ opiniones, ea at- 40
tenditur opinio,pro qua eſt conſuetudo, *Simon-*
*cell.de decret.libro 1.titul.1.nu.68.*Et † de huiuſmodi 41
conſuetudine creditur Doctoribus de eadem
atteſtantibus quoad probationem præſumpti-
uam, *Gratian. vbi proximè* , † ex qua transfertur 42
onus concludenter probandi contrarium ſty-
lum loci partem in aduerſam, *Gratian.dict.c.479.*
nu.24.& cap.861.ſub nu.21.& † quod fuerit intro- 43
ductum ab habentibus facultatem, *Gratian.dict.*
cap.861.ſub nu.21. † nec diceretur contrarius ſty- 44
lus probatus, nec dictæ generali conſuetudini
derogatum ſi conſtaret de ſtyli varietate *Gra-*
tian. dict.c.861.n.22. Prout † non probaretur par- 45
ticularis conſuetudo ex inſtrumentis,niſi etiam
probaretur, quod illis fuiſſet adhibita fides, &
veniſſet in notitiam maioris partis Notario-
rum,& Populi,*Gratian.dict.cap.861.nu.23.*

Declarat.ſeptimò,vt,† quamvis iure cautum 46
non reperiatur, vt in venditione rerum mino-
rum ſit neceſſaria ſubhaſtatio, vt illius omiſſio
cauſet nullitatem, datur tamen pro cautela, &
conſilio , vt nihilominus mediante ipſa ſubha-
ſtatione vendantur, *Corn.conſil.29. num.3.lib.4. Io.*
*Franc.de Pont.conſ.1.num.134.& ſeqq.*ex quo † peri- 47
culum eſt,ſi ſubhaſtatio non adhibeatur, *Bertaz.*
de clauſ.clauſ.10.gloſſ.2.num.7. cum † ſatis videatur 48
neceſſaria,vbi minori expediat ad licitationem
deueniri, † quod cognoſcere debet Iudex, qui
decretum interponere debet, & tenetur facere 49
illud,quod expedit, ac propterea,ſi iudicauerit
expedire rem ſubhaſtari,hoc prouidere debeat,
& ſi ſecus, valebit venditio ſine ſubhaſtatione,
Ioann.Franch.de Pont.dict.conſil.1.numero 134.Mantic.
de tacit.lib.4.tit.6.numer.31. Mangil.de ſubhaſtat. dict.
quæſt.27.num.13.† cum ſufficiat in rebus minoris 50
vendendis adeſſe cauſam iuſtam , & decretum
Iudicis,præmiſſa cauſæ cognitione, *de Pont.dict.*
conſil.1.nu.137. Nam, † dum Iudex adhibet cauſæ 51
cognitionem particularem ſuper valore rei, &
quantitate pretij,& tandem decernit,venditio-
nem validam,iudicat in ſpecie id,propter quod
requiritur ſubhaſtatio, *Ioann.Franch. de Pont. dict.*
conſil.1.num.141.Gratian.diſcept.for.dict.cap.479.num.
12.& 13.

Nec † quidem ſemper ſubhaſtatio vtilis eſt 52
pupillo,nec ei ſemper expedit licitationem ex-
pectare,*Corn.dict.conſil.29.num.3. circa med.libro 4.*
Mantic.d.tit.6.numer.31. Bertazol.d.clauſ.10.gloſſ.2.nu.
7. ad med. Gratian. dict. cap. 469. numero 11.Ioan. Ant.
Nouar. ad leg.ſi tempora.numer.13.Codic. de fid.inſtru-
ment.& iur.haſt. Fiſcal lib.10.Mangil.de ſubhaſtat.dict.
quæſtion. 27. numero 5. & 13. Vnde † Rota ſæpius 53
admiſit alienationes , & dationes in ſolutum
bonorum minorum,quamvis factas nullis præ-
cedentibus ſubhaſtationibus, cum † rigor Iu- 54
ris, quatenus illas requireret, non attendatur,
ſed æquitas præualeat, quando conſtat de vero
condito , & non de aliquo exceſſu, vel læſio-
ne minorum , *Gratian. dict. cap. 479. numero 19.*

Digitized by Google

55 *& 20.Mangil.dict.quæſt.27.num.10.& ſeqq.* & † talis
forma ſubhaſtationnm ſit inducta ad euitan-
dam fraudem,qua ceſſante ceſſat etiam diſpo-
ſitio,*Gratian.dict.cap.479.num.21.Mangil.dict.qu.27.*
56 *num.12.Seraph.deciſ.358.nu.1.* Et † ſolet fieri ſubha-
ſtatio ad probandam diligentiam, *Gratian.eodem*
57 *cap.479.num.21.* † quæ quomodocunque proba-
ta ſufficit,*Gratian.ibid.nu.22.*

58 Declara 8.vt † ſubhaſtatio in venditione rei
minoris requiratur , quando decretum Iudicis
præcedit venditionem,*Io.Franc.de Pont.d.conſil.1.*
*num.132.Aſin.de execut.§.cap.15.num.3.& ſeqq.*prout
59 † præcedere debere annuit *Munnoz. de ratiocin.*
cap.16.nu.30.verſ.8. & vltimum requiſitum. Mangil. de
ſubhaſt.dict.qu.27.num.1.& ſecundum Duran.deciſ.83.
60 *nu.8.*† de iure communi debet decretum præce-
dere,vel in ipſa alienatione interponi,non au-
61 tem ſubſequi eius perfectionem, † ſecus,quan-
do decretum ſubſequitur, *Ioan.Franc.de Pont.dict.*
62 *conſil.1.nu.132.* & † quando venditur res minoris
per tutorem , vel minorem cum decreto Iudi-
cis.*Tuſc.in verb.ſubhaſtatio.concluſ.713.numero 4.*vbi,
quod ita ſeruatur de conſuetudine,& ita intel-
ligendus videtur *Fabian.de Mont.de empt. & ven-*
*dit.quæſt.5.in rubric.ſubhaſt.mater.ſub nu.88.*vbi,quod
non reperitur iure cautum , quod hoc caſu re-
quiritur ſubhaſtatio.

63 Nam † præſumptio eſt , quod ea quæ facta
fuerunt in præſentia Iudicis, iuſte, ac legitimè
64 facta ſint, *Iodoc.de ſubhaſtat.cap.3.num.19.* & † exi-
ſtente valido decreto,quod fuit poſt venditio-
nem interpoſitum , ex eo præſumuntur omnia
ſolemniter acta,& ſignanter præſumitur ſubha-
ſtationis ſolemnitas,*gloſſ.in l.1.in verb.omni ordine,*
in fin.Cod. de fid.inſtrument. & iur.haſta,Fiſcal.lib.X.
& in leg.quacunque,§.fin.in verb.tutore,ff.de public.in
rem.Actor.Ioan.Franc.de Pont.dict.conſil.1.numero 126.
Mandell.dict.conſil.205. numero 35.lib.1. Munnoz. dict.
capite 16.numero 30.verſic. aduertendum tamen, & fa-
ciunt tradita *per Iodoc. de ſubhaſtat. cap. 2. numero*
65 *24. & ſeqq.* Et † fortius in decreto contentioſo,
quod interponitur ſuper venditione rerum mi-
norum in ipſo actu venditionis , vel in vendi-
tione facta , ſecundum *Ioann. Franc. de Pont. dict.*
conſil.1.num.127. in quo tamen contrarium vide-
66 tur ſentire *Iodoc.dict.cap.2.ſub num.28.* At † in fa-
cienda ſecus eſt, quia tunc non poteſt præſumi
ſolemnitas futura in actu explicando poſt de-
67 cretum, *de Pont.d.conſil.1. numero 128.* Vnde † hoc
vltimo caſu requiruntur ſubhaſtationes poſt
decretum Iudicis, adeo quod nec ſtatur inſtru-
mento de illis mentionem facienti, niſi de eiſ-
dem alio modo appareat, *Roland.conſil.33.num.13.*
libro 1. Et ideo ait *Bertaz. de clauſ.10.nu.7.poſt med.*
68 quod † Doctores,qui dicunt,decretum debere
interponi ante ſubhaſtationes,ſunt intelligendi
de decreto permiſſiuo de vendendo, alij verò,
qui dicunt huiuſmodi ſolemnitatem ante de-
cretum interuenire debere,loquuntur inſpecta
69 communi practica , † per quam decretum ap-
ponitur in fine inſtrumenti , & ſic poſt vendi-
tionem;quod eſt omnium confirmatorium.

70 Declarat 9. vt, † vbi tutor,vel curator con-
demnatus ſit ad tradendum rem minoris , non
ſit neceſſaria ſubhaſtatio, *l.3.§.item quæri.& §.*
ſeqq.ff.de rebus eorum.Surd.conſilio 30.num.1.Munnoz.
de ratio.in.capite 16. numero 18. in fin. Mangil.de ſub-
haſtat. quæſtion. 114. numero decimoſexto.

Declarat. 10. vt † ſubhaſtationes in vendi- 71
tionibus faciendis per adminiſtratores, ſeu de
bonis minorum non requirantur in mobilibus,
quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vt *per Loſeu.*
*de iur.vniuerſit.parte 3.capite 5.numero 10.*ſeu in mo-
bilibus, quæ poſſunt vendi in foro, & tempore
conſumuntur, vt ſunt vinum,triticum, oleum,
caſeum, & alia victualia, ſeu ſimilia, tanquam
eorum pretium ſit tam manifeſtum,vt in iis col-
luſiones interuenire non poſſint, *Iodoc.de ſubha-*
ſtat.capite 2.numero 7.& 11.Simoncell.de decret.libro 1.
titul.1.nu.66.verſicul.ſecundo limitatur.Aſin.de execut.
§.6.capite 1.numero 21. Munnoz.dict.capite 2.num.28.
vbi † hoc tamen verum intelligit, quando cer- 72
tum pretium talibus victualibus eſſet conſtitu-
tum,*ex gloſ.in l.2.in verb.Iudicis,in fin.Cod.de reſcin-*
dend.vend. Prout † poſſunt de iure communi ve- 73
ſtes tritæ, & animalia ſuperuacua per tutores
alienari omiſſo etiam decreto, *l.fin.Codic.quand.*
decret.opus non ſit.leg.lex, quæ tutores,Cod.de admini-
ſtrat.tut.Anton.Sol.ad decret.Sabaud.libro 3.de form.&
ordin.proced in pignor.ſubhaſtat. & deliber.bon.mobi-
lib.gloſſ.1.numero 28.

Subdeclar. † niſi eſſent tales res mobiles, in 74
quibus conſiſteret affectio, veluti, ſi venderen-
tur vaſa aurea, vel argentea, veſtes ſericæ, vel
deauratæ, vel aliæ res, quibus pretium certum
conſtitutum non eſſet,quia tunc ſine ſubhaſta-
tionis , & præconiorum ſolemnitate alienari
prohiberentur,*Simoncell.dict.numero 66.verſicul.ta-*
men. Munnoz.dict.cap.16. numero 29.Iodoc.dict.cap.2.
numero 8.

Declarat. 11. † non requiri ſubhaſtationem 75
in alienatione rei,quæ quotidie deterioraretur,
vel vbi adeſſet periculum amiſſionis rei propter
circunſtantes tyrannos, vel aliam cauſam,*Gra-*
tian.diſcept.for.cap.264.nu.18.& 19.

Declarat. 12. † non eſſe neceſſariam ſubha- 76
ſtationem in re minoris danda pignori , quia 77
† multum non confert,quod vni potius,quam
alteri tradatur,poſtquam inter aliquod tempo-
ris ſpacium luenda eſt , *Simoncell.dict.numero 6.*
verſic.limitatur quarto.

Declarat. 13.vt † poſſint tamen minores ſub- 78
haſtationibus renunciare,*Crauett.conſilio 442.n.1.*
ita vt † non valeat quis opponere nullitatem 79
contractus ob earum omiſſionem , illis inuitis,
Crauet.d.conſ.442.num.1.

Formam † ſubhaſtationis rerum minorum 80
in Regno Franciæ ponit *Papin.de arreſt.lib.18.tit.*
6.art.6.in fin.

SVMMARIA.

1 *Subhaſtatio requiritur in venditione facienda per Executorem teſtamentarium pro executione vltimæ voluntatis.Contrarium num.3.limit.vt nu.9. ſublim.vt num.11.*

2 *Aliàs venditio nulla eſt.*

4 *Ampl. præcipue in ſtabilibus, & etiam in Executore abſolutam auctoritatem habente.*

5 *Ampl.eo magis ſi bona ſint minorum.*

6 *Ampl.etiam in venditione iuris luendi.*

7 *Ampl. præſertim ſi ita ſit de conſuetudine loci , vel Statutum vigeat.*

8 *Vendentes pro aliis vendere debent iuſto pretio, quod melius, quam per ſubbaſtationem percipi non poteſt.*

12 *Executor teſtamentarius vendere debet primo mobilia, deinde ſtabilia.*

13 *Non poteſt pro paruo debito vendere rem magni valoris.*

14 *Nec vltra neceſſitatem.*

15 *Tutor, vel curator non poteſt pro exiguo debito vendere rem magni valoris, nec vltra neceſſitatem.*

16 *Executor teſtamentarius non poteſt exequi extra tempus à teſtatore præfixum, computandum à die aditæ hæreditatis.*

An neceſſaria ſit ſubhaſtatio in venditione bonorum pro executione vltimæ voluntatis.

INSP. V.

1 QVarto principaliter † ſubhaſtatio requiritur in venditione facienda pro executione vltimæ voluntatis de bonis hæreditariis, & per Executorem teſtamentarium, puta ad effectum dandi precium pauperibus, *l. 1. ff. de reb. eor. l. 1. C. quand. decret. opus non eſt. Bertach. in verb. ſubhaſtatio. Fabian. de Mont. de empt & vendit. q. 5. in rubr. ſubhaſt. mater. numero 84. & 85.* vbi reſpondet contrariis. *Iodoc. de ſubhaſt. cap. 3. num. 28. & ſeq.* qui pariter reſpondet contrariis. *Mangil. de euict. q. 192. num. 40. & de ſubhaſtat. q. 32. num. 2. q. 113. num. 5.*
2 *& queſt. 114. num. 8.* † alias diſtractio nulla eſſet, *Mangil. d. q. 192. num. 40. de euict. & d. q. 113. num. 1. de*
3 *ſubbaſt.* † quidquid in contrarium videatur per eundem *Mangil.* dictum *in d. tract. de ſubbaſt. q. 32. nu. 1. 3. & ſeqq.* diſtinguendo etiam, an ſit electa perſona Executoris, vel non.

4 Ampl. 1. † præſertim quoad bona immobilia, etiam ſi liberam, & abſolutam auctoritatem habeat Executor vendendi ab ipſo teſtatore, *Iodoc. de ſubb. cap. 3. nu. 30. Aſin. de execut. §. 6. cap.*
5 *17. n. 1. Mangil. de ſubhaſt. q. 114. n. 2. & 4.* & † eo magis, ſi ſint bona minorum, *Munnoz de ratiocin. adminiſtr. cap. 16. n. 18. Gratian. diſcept. for. cap. 479. n. 8.*

6 Ampl. 2. † etiam in venditione iuris luendi, *Mangil. de ſubb. d. q. 113. n. 2. & 3.*

7 Ampl. 3. † eo magis ſtante conſuetudine, vel ſtatuto loci huiuſmodi bona vendendi ſubhaſtationibus præmiſſis, *Iodoc. de ſubhaſt. d. cap. 3. ſub nu. 29. Mangil. eod. tract. d. q. 114. n. 3.* Et ratio eſt,
8 quia † illi, qui pro aliis vendunt, iuſto precio vendere debent, quod melius percipi non poteſt, quam ſubhaſtationis, & licitationis via, *Aſin. d. cap. 17. n. 1.*

9 Limit. † concluſionem procedere, vbi data eſt ſimpliciter facultas vendendi, vel ſimpliciter dictum fuit, vt bona vendantur, ſecus ſi additum fuerit, quod poſſit Executor vendere cum bannimento, vel ſine, *Munnoz d. cap. 16. num. 18. Mangil. de ſubb. d. q. 114. n. 1. & 5. Surd. dec. 77. nu. 4.*
10 † præſertim ſi venditio fiat ab Executore bona fide, *Mangil. d. q. 114. nu. 6.*

11 Sublim. † limitationem procedere, ſi teſtator vendi iuſſerit ſpeciale prædium, ſecus ſi in genere licentiam dederit vendendi bona, quia tunc ſubhaſtatio videtur neceſſaria ſecundum plures, *Mangil. de euict. q. 192. num. 42. & de ſubhaſt. quaeſt. 114. nu. 2.*

In qua venditione, & ſubhaſtatione † primo 12
mobilia vendenda ſunt, deinde ſtabilia, *Mangil. de euict. d. q. 192 n. 42. & de ſubhaſtat. q. 113. n. 4.* † Nec 13
poteſt Executor pro exiguo debito diſtrahere rem magni valoris, *Mangil. de ſubhaſt. d. q. 113. nu. 5.*
† nec vltra quam vrgeat neceſſitas *Mangil. d. q.* 14
113. nu. 6. vbi † idem in tutore, & curatore. 15

† Neque etiam poteſt Executor exequi extra tempus à teſtatore diffinitum, computandum à die aditæ hæreditatis, *Mangil. de ſubbaſt. q. 114. nu. 9. & 10.* 16

SVMMARIA.

1 *Subbaſtatio requiritur in venditione bonorum abſentium. Lim. vt n. 4.*

2 *Subbaſtatio non requiritur in venditione bonorum præſentium.*

3 *Lim. niſi ſint bona minorum.*

An requiratur Subbaſtatio in venditione bonorum abſentium.

INSP. VI.

QVinto † ſubhaſtatio interuenire debet in 1
omnibus venditionibus bonorum abſentium, *l. fundusque, ff. de reſcind. vend. Bald. in l. ordo num. 4. C. de execut. rei iudic. Bertach. in verb. ſubbaſtatio. Fabian. de Mont. de empt. & vend. q. 5. num. 85. Iodoc. de ſubb. cap. 3. num. 31. & 47. Neguſ. de pignor. par. 6. memb. 1. in fin. Aſin. de execut. §. 6. cap. 1 num. 20. & cap. 26. nu. 1. Anguſ. conſ. 34 in mater. iudic. 3. nu. 3 lib. 3. Mangil. de euict. q. 45 num. 12. & ſentit Rot. poſt Nigr. de ſubb. dec. 49. num. 4.* † Secus verò in venditioni- 2
bus bonorum præſentium, *Iodoc. d. nu. 31. & 47. & Fabian. de Mont. vbi ſup. n. 85.* vbi vterque, † niſi 3
ſint bona minorum, Eccleſiæ, Decurionum, & Fiſci. In quibus tamen dicas, vt nos diximus *ſupra ſuis locis.* Et † ſecus etiam in bonis mobi- 4
libus, *Aſin. d. §. 6. cap. 1. num. 21.* circa quæ ſupple, quæ habentur *in ſequenti inſpectione.*

SVMMARIA.

1 *Subbaſtatio requiritur in venditione bonorum debitoris pro ſatisfaciendis creditoribus.*

2 *Pignoris venditio fieri debet per viam ſubbaſtationis, & nu. 5.*

3 *Tam ſi vendat Iudex, quam ſi creator.*

4 *Subbaſtanda ſunt pignora, & bona, in quibus facta eſt executio, vel tenuta capta pro ſententiæ executione.*

5 *Bona fides poſtulat, vt Executor rei iudicatæ pignus ſub haſta diſtrahat.*

6 *Bonorum apprehenſio in executionem ſententiæ facit pignus, non ſolutionem.*

7 *Pignus in executione captum creditor non retinet, nec ex eo ſibi ſoluit aliud pro alio.*

8 *Nec eius arbitrio conceditur.*

9 *Pignus pro executione rei iudicatæ eſt, in priuatorum gratiam, & vt eis ſatisfiat, & n. 11.*

10 *Publicè, & ex officio capitur, & diſtrahitur; & publicum dicitur.*

12 *Non quæritur priuato, qui in iudicio vicit; nec ab eo occupatur, ſed Prætoris officio capitur, & diſtrahitur.*

13 *Pignora iudicialia aliter vendi non poſſunt, quam per ſubhaſtationem.*

14 *Ampl. etiam in captis ob rei, ſeu debitoris contumaciam, non præcedente ſententia.*

15 *Ampl. etiam in condemnatorialibus. Contrarium num. 17. & ſeqq. Decl. vt nu. 16.*

18 *Solemnitas ſubhaſtationis non requiritur niſi in venditione pignoris capti pro executione rei iudicatæ, non in aliis, niſi ſint bona minorum, Eccleſiæ, Decurionum, vel Fiſci.*

19 *Creditor poteſt pignus conuentionale priuatim vendere, & vt bonus Paterfamilias cum denunciatione debitori, & bona fide, & n. 20.*

21 *Denunciatio, & bona fides, ſeu malam abeſſe, quomodo probetur, remiſſiue.*

22 *Executor pignora iudicialia tenetur vendere magis ſolemniter, quam creditor conuentionalia.*

23 *Subhaſtatio bonorum debitoris tunc ſolum neceſſaria dicitur, cum debitor cogitur in iuditio.*

24 *Pignora conuentionalia de conſuetudine, & ſt. lo, præſertim Curiæ, vendi ſolent cum ſubhaſtatione, & ſeruatis ſeruandis vt iudicialia, ad ſuſpicionem fraudis remouendam.*

25 *Cedentis bona ſunt auctoritate Iudicis ſubhaſtanda, & plus offerenti concedenda, non apprehendenda auctoritate propria.*

26 *Mobilia, & ſe mouentia, in quibus non conſiſtit affectio, vel non ſunt pretioſa, non requirunt ſolemnem ſubhaſtationem.*

27 *Lim. niſi Statutum etiam in mobilibus ſubhaſtationem requirat.*

28 *Eſculenta, & poculenta ſatis eſt, vt vendantur in foro publico abſque alio præconio. vbi de ratione.*

29 *Vel poſſunt ſtatim iuxta communem valorem tradi creditori.*

30 *Non obſtante Statuto mandante mobilia ſubhaſtari.*

31 *Æſtimatio annonarum, & rerum victualium non eſt aliunde ſumenda, quam ex foro publico loci.*

32 *Mobilia, & ſe mouentia, quorum præſentatio informat Iudicem, non requirunt ſubhaſtationem.*

33 *Pecunia loco pignoris accepta, vel tradita, non ſubhaſtatur, etiam ſtante Statuto ſubhaſtationem mobilium requirente.*

34 *Pecunia dicitur res mobilis.*

35 *Nummus vnus non valet plus, quam alter.*

36 *Fraus non poteſt conſiſtere in pecunia, cuius valor eſt notorius.*

37 *Mobilia pretioſa, & ea, ac ſe mouentia, in quibus cadere poteſt affectio, non poſſunt vendi abſque ſubhaſtatione, vbi exempla.*

38 *Nec ſunt ſtatim tradenda creditori, niſi præuia æſtimatione, vt in ſtabilibus.*

39 *Res, quæ cum ſubhaſtatione carius vendi poſſunt, vt annui reditus, ſine ea vendi non poſſunt.*

40 *Cenſus abſque ſubhaſtatione, ſi Statutum de ea diſponat, nec vendi, nec creditori adiudicari poteſt.*

De ſubhaſtatione in venditione bonorum debitoris pro ſatisfaciendis priuatis creditoribus.

INSP. VII.

SExto † requiritur ſubhaſtatio in venditio- 1
ne bonorum debitoris pro ſatisfaciendis
creditoribus, *Iodoc. de ſubh. capit. 3. num. 17. Feſtaſ. de
collet. par. 3. num. 13. Aſin. de execut. §. 6. cap. 1. in princ.
Mangil. de ſubh. q. 151. ſub num. 3.* & † in venditione 2
pignoris, *Bertach. in verb. ſubhaſtatio. Rot. poſt Nigr.
de ſubhaſt. dec. 43. nu. 3.* † tam ſi venditio pignoris 3
fiat à Iudice, quam ſi fiat à creditore, *Aſin. de exe-
cut. d. § 6 cap. 16. nu. 4.*

Siue † agatur de venditione pignoris, ſeu 4
bonorum, in quibus facta ſit executio, vel te-
nuta capta pro ſententiæ, & mandati execu-
tione, *l. ſi in cauſa, ff. de minor. l. ſi pignora. ff. de euict.
l. ſi quis erat, ff. famil. erciſ. l. ordo. C. de execut. rei iu-
dic. l. 2. & tot. tit. C. ſi in cauſ. iudic. pign. capt. ſit. l. 2. & fin.
C. de fid. inſtr. & iur. haſt. Fiſcal. lib. 10. Iodoc. de ſubhaſt.
cap. 3. nu. 1.* vbi *num. 17.* de iis, quæ in tali, & qua-
uis alia ſimili venditione deſiderantur. *Fulvan.
de Mont. de empt. & vend. q. 5. num. 84.* vbi *num. 88.* re-
miſſiue etiam de requiſitis in huiuſmodi ven-
ditione. *Pract. Papien. in form. execut. ſent. diffinit. in
gl. ſapienſ. numero 20. verſ. amplius quæritur & ſub nu-
mero 23. Baldun. de pignor. cap. 18. col. 2. in fin.* vbi
quod † bona fides poſtulat, vt pignus publicè 5
auctione, & licitatione, tanquem ſub haſta di-
ſtrahatur, ſi ab executore rei iudicatæ venda-
tur, & quod ita vendi ſolet, *Corn. conſ. 282. num. 2.
poſt med. lib. 1. Aſin. de execut. d. § 6. capit. 1. numer. 26.
Formul. Aduocat. tract. 2. cap. 22 in fin. fol. mihi 13. Ne-
guſ. de pignor. par. 6. memb. 1. in fin. Galleſ. de oblig. ca-
mer. quæſt. 37. numero 29. ſecundum nouam impreſ.
cum Zacch. Tuſc. in verb. ſubhaſtatio. concl. 713. num. 2.
Ant. Sol. ad decret. Sab. tit. lib. 3. de form. & ord. proceſſ.
in pignor. ſubhaſt. & deliberat. bon. mobil. gl. 1. numero
25. Io. Caluin. in lexic. iuridic. in verb. pignus rei iudica-
tæ Gluſian. de dat. in ſolut. capit. 4 num. 76. Seraph. de pri-
uileg. iuram. priuil. 45. numero 2. Marcheſ. de commiſſ.
par. 3. de comm. admiſſ. ad bon. ceſſion. §. 1. numero 31.
Mangil. de euict. quæſt. 45. numero 10. & de ſubhaſt. quæſt.
1. numero 10. quæſt. 21. numero 1. & quæſt. 173. numero 1.
D. Thom. deciſ. 81. numero 1. Rot. in Anconitana Bonorum
Sancti Apolinaris 26. Iunij 1613. coram Pirouano, penes
Marcheſ. de comin. par. 2. fol. 244. num. 3. & in recent.
deciſ. 515. par. 3.* Cum † apprehenſio bonorum in 6
executionem ſententiæ faciat pignus, non ſo-
lutionem, *Mandell. conſil. 240. numero 1. & ſequent.
lib. 1.* † nec illud creditor retinet, nec ſibi ſoluit 7
aliud pro alio, *Corn. d. conſil. 282. numero 2. poſt med.
lib. 1.* † nec illud eius arbitrio conceditur, *Man- 8
gil. de ſubhaſt. quæſt. 21. numero 5.* Ita vt, quamuis
† huiuſmodi pignus rei iudicatæ exequendæ 9
cauſa in priuatorum gratiam ſit, attamen † pu- 10
blicè, & ex officio capiatur, & diſtrahatur,
*Ioan. Caluin. in lexic. iuridic. in verb. pignus rei iudi-
catæ* & appelletur publicum, quia, † licet 11
rei priuatæ cauſa, vt ſcilicet priuatis ſatisfiat,
conſtituitur, nihilominus † nec priuato, qui 12
iudicio vicit, quæritur, nec ab illo occupatur,
ſed

ſed Prætoris officio capitur, & diſtrahitur, *Io-*
13 *han.Caluin.ibid.* † Nec quidem pignora iudicia-
lia aliter vendi poſſunt, quàm per ſubhaſtatio-
nem, *Mangil.de ſubhaſt.q.21.num.1. Rot.poſt Nigr. de*
ſubhaſt.dec.48.n.4.& dec.49.nu.6.

14 Siue † agatur de venditione pignoris ca-
pti ob rei, ſeu debitoris non comparentis con-
tumaciam, nulla præcedente ſententia, *leg.1.§.*
ex hoc reſcripto, verſic. quid ergo. ff.de ventr. inſpic. leg.
cum vnus, ff.de bon. auct. Iudic. poſſid. Mantic. de tacit.
lib.11.tit.3.num.6. Sebaſt.Medic.de fortuit.caſib.qu.3.n.
134. Seraph.de priuileg.iuram.priuil.45.n.2.Petr.Roy-
ꝫ Maur.dec.1.n.3.

15 Siue † agatur de venditione pignoris con-
uentionalis Bertach.in verb. ſubhaſtatio. *Iodoc.*
de ſubhaſt.cap.3.nu.33.& 39. Ant.Fab.in Codic.lib.8.tit.
16 *16. diffin.13.& 26. in alleg.* vbi, † ſi tamen nihil in
contrarium expreſsè actum ſit. *Mangil. de ſubh.*
q.21.num.10.& qu.160.nu.10.& ibi Rot.dec.16.nu.8.in fin.
17 Quamuis † contrarium videatur ſentire *Ne-*
guſ.de pignor. par.6.memb.1.in fin. dum dicit, quod
18 † ſolennitas ſubhaſtationis non requiritur,
niſi in venditione pignoris capti pro execu-
tione rei judicatæ, non autem in aliis pignori-
bus, niſi ſint bona minorum, Eccleſiæ, Decu-
rionum, vel Fiſci, & contrarium etiam teneat
Baldun. eod.tract. cap.18. verſ. an vt pignus, vbi, quod
19 † creditor poteſt priuatim pignus vendere, &
ſatis eſt, ſi vendat, vt bonus paterfamilias, &
Seraph.de priuileg.iuram.priuil.45.num.2. Ant.Sol. ad
decret.Sabaud. lib.3. tit.39.de form. ac ord. obſeru. in pi-
gnor. ſubh. ac deliber. bon. ſtab. gloſ.1. num. 11. & 12.
Rot. poſt Nigr.de ſubh. deciſ.48. num.3. & ſeqq. & dec.
20 *49. num.6. & 7.* vbi, quod † ſufficit denunciare
debitori, & bona fide vendere, *& d.deciſ.48. n.6.*
21 traditur, † quomodo probetur denunciatio,
22 & bona fides, & malam abeſſe. Sed † Executor
tenetur vendere magis ſolenniter, *Ant. Sol. vbi*
23 *ſup.* Adeo vt † ſubhaſtatio neceſſaria dicatur
tantummodo, cum debitor cogitur in iudicio,
24 *Burſat. conſ.44.n.31.lib.1.* † Conſuetudo tamen, &
ſtylus eſt ad omnem fraudis ſuſpicionẽ remo-
uendam, vt ſemper in pignoribus etiam con-
uentionalibus præuia ſubhaſtatione, & ſerua-
tis ſeruandis, provt in pignoribus judicialibus,
procedatur, vt de ſtylo Curiæ teſtatur *Saluſt.Ti-*
ber.in pract.A.C.lib.1.cap.42.nu.18. & Duran. dec.445.
num.80.

25 Siue † agatur de bonis, quæ debitor credi-
toribus ceſſerit, nam non poſſunt creditores
apprehendere eorum poſſeſſionem propria au-
ctoritate, ſed curare debent, vt vendantur au-
ctoritate Iudicis, exponanturque venalia, &
plus offerenti liberentur, *l.legis Iuliæ Cod.qui bon.*
ced.poſſ. Crauett.conſ.21. num.1. Lud. Peguer. deciſ.299.
num.33.

26 Non † tamen eſt neceſſaria ſolennis ſubha-
ſtatio in venditione bonorum mobilium, & ſe
mouentium in quibus non conſiſtit affectio,
ſeu quæ non ſunt pretioſa, *Aſin.de execut.§.6.cap.*
1.nu.11. Peregr.de iur.Fiſc.lib.6.tit.4.num.14 in fin.Man-
27 *gil.de ſubhaſt. queſt.73.num.1.& ſeqq.* † niſi adſit Sta-
tutum requirens ſubhaſtationem etiam in mo-
bilibus, ad tradita per *Mangil.de ſubhaſt. queſt.74.*
28 *num.1.& 2.* Et, quatenus † ſint mobilia eſculen-
ta, vel poculenta, vt frumentum, oleum, vi-
num, caro ſalata, lardum, butirum, caſeus,
cum ſimilibus, quorum precium certum eſt,
quia per mercata ſingularum hebdomadarum
habentur per Ciuitates venalia in foro publi-
co, ſufficit, quod ea vendantur in ipſo foro pu-
blico, vbi hæc vendi conſueuerunt abſque alio
præconio tanquam fruſtratorio, & quia pre-
cium ita eſt notum, & manifeſtum, vt de collu-
ſione aliqua timendum non ſit, *leg.2.C.de reſcind.*
vend. Iodoc.de ſubhaſt.cap.2.numero ſeptimo Aſin.d.§.6.
cap.22.num.1.Peregr.d.num.14. in fin. Gratian. diſcept.
forenſ.cap.811.n.15. Mangil.de ſubhaſt.dict.q.73.nu.1.&
ſeqq. Vel † poſſunt etiam iuxta communem va- 29
lorem ſtatim de manu in manum tradi credi-
tori, *Simancell.de decret.lib.1.tit.1.n.66.verſ.ſecundo li-*
mitatur Gratian.dict.n.15. Mangil. dict.queſt.73 num.2.
† Non obſtante Statuto diſponente, mobilia 30
ſubhaſtari, *Gratian.loc.cit. Mangil. de ſubhaſt. queſt.*
74.in fin. † Nec aliunde æſtimatio annonarum, 31
& aliarum rerum victualium eſt ſumenda,
quàm ex foro publico loci, quanti ſcilicet ibi
illa vendi, & emi ſoleant, *Gratian. dict. cap.811. nu.*
17. Mangil. dict.queſt.73.n.4. Et † idem dicendum 32
eſt de aliis mobilibus, & ſe mouentibus, quo-
rum exhibitio, vel præſentatio informet Iudi-
cem de æſtimatione, vt ſunt, equi, boues, oues,
& aliæ res animatæ, vel etiam inanimatæ,
Mangil.ead.queſt.73.n.5.

Eadem ratione, vel etiam maiori, † non eſt 33
ſubhaſtanda pecunia loco pignoris accepta, ſeu
tradita, vt valida ſit iudicialis venditio pro ſa-
tisfactione crediti, etiam quod Statutum re-
quirat ſubhaſtationem bonorum mobilium,
quia, quamuis † pecunia dicatur res mobilis, 34
non tamen † vnus nummus valet plus, quam 35
alter, *Gratian.d.cap.811.n.9.& ſeqq. Mangil.de ſubhaſt.*
q.74.num.1. & ſeqq.& q.156.n.3.& ſeqq. † nec fraus 36
poteſt conſiſtere in pecunia, cuius valor eſt no-
torius, & manifeſtus, *Gratian.dict. cap.811. num.12.*
Mangil d.q.74.n.8.& q.156.n.9.

Pretioſa † autem, vt gemmæ, margaritæ, ta- 37
bulæ depictæ ab inſignibus pictoribus, & mo-
bilia, ac ſe mouentia, in quibus cadere poteſt
affectio, non poſſunt vendi abſque ſubhaſta-
tione, *leg.& ſi ſine, ff.de minor.auth.hoc ius porrectum,*
C.de Sacroſ.Eccleſ.Simoncell.de decret.dict.lib.1.tit.1.nu-
mer.66. verſic. quod tamen ſublimitatur, Aſin. dict. §.6.
cap.22. numero 1. Peregr. de iur. Fiſc. lib.6. tit.4. dict.
num.14. in fin. Gratian.dict. cap.811.num.19. Mangil, d.
qu.73.num.7. † neque ſunt ſtatim tradendæ cre- 38
ditori de manu in manum, niſi præuia æſti-
matione, provt in immobilibus, *Simoncell. Gra-*
tian.& Mangil.loc.cit.

Idemque † ſeruandum eſt in caſibus in qui- 39
bus mediante ſubhaſtatione res carius vendi
poteſt, vt in annuis reditibus, *Gratian. dict. cap.*
811.n.20.Mangil.de ſubhaſt. q.104. n.10. Vnde † cen- 40
ſus venditio, ſeu adjudicatio, abſque ſubhaſta-
tione requiſita, nulla eſt, quamuis conſtet de
ſolutione tantę pecunię, quanta erat ſors prin-
cipalis eiuſdem, & ſic eſſet datum denarium
pro denario, cum forſan, ſi præceſſiſſet ſubha-
ſtatio, potuiſſet talis cenſus carius vendi, quam
eſſet illius ſors, & proprietas, ſeu pretium,
ac ideo eſt in illius diſtractione, præciſè ſer-
uanda Statuti forma, *Gratian. dicto capite 811.nu-*
mero vigeſimo & Mangil. de ſubhaſt. queſt. 105. nume-
ro 10.

Digitized by Google

SVMMARIA.

1 *Subbaſtationi locus eſt etiam in diuiſionibus faciendis.*

2 *Declar. procedere, vbi res non patiatur commodam diuiſionem, vbi exempla, & nu.6. Et vbi creditor, vel ſocius ſit pauper non habens pecuniam ad effectum offerendi.*

4 *Res non recipiens commodam diuiſionem adiudicari poteſt vni ex ſociis, & num.6.*

5 *Domus pluribus communis, in qua omnes habitare non poſſunt, debet per præconium plus offerenti locari, & pecunia diſtribui.*

7 *Licitationi locus eſt in re, quæ commodè diuidi non poteſt, quando ſocius non vult ſoluere iuſtum pretium, ſecus econtra.*

8 *Locus non eſt, niſi cum alia diuidendi ratio non ſupereſt, vel ij, quorum intereſt, conſentiunt.*

9 *Licitationis remedium eſt odioſum, nec amplectendum, niſi aliis deficientibus.*

10 *Licitationes in diuidenda re communi cum minore ſunt periculoſæ.*

11 *Licitatio non eſt neceſſaria in re communi diuidenda, ſi alius ex diuidentibus habeat rem illi cohærentem.*

An ſit locus ſubhaſtationi in diuiſione rei, quæ commodam diuiſionem non patiatur, ſeu quando vnus ex ſociis habet rem illi cohærentem.

INSP. VIII.

1 SEptimo † deuenitur ad ſubhaſtationem & licitationem in diuiſionibus faciendis, *Al-*
2 *ciat.conſ.12.nu.4.tom.3.* † vbi ſcilicet res diuidenda, puta, domus, molendinum, aut melioratio non poteſt diuidi, vel non patitur commodam diuiſionem, *§.eadem. Inſtit.de offic. Iudic. Rebuff. de præcon.licit.& ſubhaſt.art.3. gloſſ.1.n.3.& 7. Mangil.de ſubhaſt.qu.143.n.7. Ricc.in collect. deciſ. collect.67. Mo-*
3 *nac.deciſ. Bonon.56. num.8 & ſeqq. & per tot.* † Vel, vbi creditor, ſeu ſocius eſt pauper, & non habet pecuniam, ſeu modum offerendi, *Monac.dict.*
4 *dec.Bonon.56.n.13.84.19. & ſeq.* † Aut eſt tunc vni res adjudicanda, *dict. §.eadem, Inſtit. de offic. Iudic. Rebuff.loc.cit.Mangil.de ſubhaſt.q.58.n.9.q.143.n.7.*

5 Provt, † quando domus eſt plurium, & non poſſunt ſimul inibi commode morari, debet locari per præconium, & plus offerenti dari, & illa pecunia ſingulis dominis pro rata diſtribui, *Rebuff.vbi ſup. nu.4.*

6 Sed tamen † an, & quando admittatur licitatio, & adjudicatio in bonorum hæreditariorum, ſeu communium indiuiſibilium diuiſione, videas *Vaſ.in prax.partit.& collat.cap.11.& 22. Caſt.de rat.præmiſſ.3. nu.7 & 9. Hect.Felit.de ſociet. cap.39.num.87.& ſeqq. Fontanell.de pact.nupt.clauſ.7.gloſ.9. par.3.num.85.& ſeq. tom.poſter. Mangil. de ſubhaſt. qu.58.nu.4.& ſeqq.*

Debetque dictis in caſibus ad licitationem
7 deueniri, † quando is, qui rem in commune habet, non vult ſoluere juſtum precium, quia, ſi vult, licitatio non eſt admittenda, *Vinc. de*
Franc.dec.54.num.13.par.1. † Nec licitationi locus 8
eſt, niſi cum alia diuidendi ratio nulla ſuperſit, aut ij omnes conſentiant, quorum intereſt,
Ant.Fab.in ſuo Codic.lib.3. tit.27. diffin.14.n.6. quia † 9
licitationis remedium eſt odioſum, & per conſequens non amplectendum, niſi aliis omnibus deficientibus, *Fab.ibidem nu.8.*

Licitationes tamen, † quæ fiunt pro diui- 10
denda re communi cum minore ſunt periculoſæ, *Tepat.verſ.ſent.tit.417.de diſtract.pign.cap.1.*

Non † eſt autem licitatio neceſſaria in diui- 11
ſione rei communis, ſi aliquis ex diuidentibus habeat aliam rem illi cohærentem, *Ioan.Bapt.de Thor.in compend.deciſ.Neapol.in verb.licitatio.*

SVMMARIA.

1 *Subhaſtatio non eſt neceſſaria ad effectum vtendi beneficio auth.hoc niſi, Cod.de ſolut. dummodo alias diligentia probetur, & num.2.*

3 *Ampl.eo magis ſtante ſtylo, vel conſuetudine.*

4 *Stylus, vel conſuetudo non ſubhaſtandi poteſt iuri communi derogare.*

5 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij vendit bona hæreditaria pro ſoluendis debitis, & legatis abſque ſubhaſtatione.*

6 *Ampl.1. etiam pendente iudicio hæreditatis.*

7 *Cum non ſit interim poſſeſſione priuandus, & exerceat omnia, quæ ad hæredem pertinent.*

8 *Ampl.2. etiam in datione in ſolutum. Extende vt numer.11.*

9 *Ampl.3. etiam in bonis ab eodem debitore fideicommiſſo ſuppoſitis, ſi non adſint bona libera, & creditoribus vrgentibus, abſque eo quod aliqua adſit ſententia, ſeu decretum, vel aliqua capta tenuta, & nu.10.*

12 *Decl. vt, procedendo hæres per viam ſubhaſtationis, bonam fidem oſtendat; nec melius ſe gerere poſſit, & num.13.*

14 *Priuatus non ſolet teneri ad ſubhaſtationem in rerum ſuarum venditione.*

15 *Lim. niſi in caſu, quo ius commune, vel municipale aliter diſponat.*

16 *Subhaſtatio non requiritur in donatione.*

17 *Fructus beneficij vacantis prohibentur ſubhaſtari, cum diuidendi ſint cum ſucceſſore.*

18 *Beneficiatus poteſt fructus beneficij ſubhaſtare ad ſuam conditionem meliorem faciendam.*

Quando non ſit neceſſaria ſubhaſtatio, ſeu ad illam non ſit deueniendum.

INSP. IX.

NEceſſaria † non eſt ſubhaſtatio ad effe- 1
ctum, vt debitor vti poſſit beneficio *auth.*
hoc niſi, C.de ſolut. † dummodo aliter probetur ip- 2
ſius debitoris diligentia in acquirendis pecuniis, quæ ſola conſideratur ad fraudes remouendas, vt concludit *Mangil. de ſubhaſt.q.59.num.7. &*
ſeq. & † eo magis ſtante ſtylo, ſeu conſuetudine 3
in con-

Digitized by Google

4 in contrarium, *Mangil.dict.q.59.n.11.* † qui ſtylus,
ſeu conſuetudo, vel etiã Statutum poteſt in hoc
derogare juri communi, *Mangil. ibid.nu.12.& 13.*

5 Item † non requiritur ſubhaſtatio, nec alia
ſolennitas in venditione, quam facit hęres cum
beneficio legis, & inuentarij de bonis hæreditariis pro ſoluendis, & ſatisfaciendis debitis, &
legatis, *leg. fin. §. & ſi præfatam. vbi Bald. in primo not. Cod. de iur. delib. Bertach. in verb. ſubhaſtatio. Roland. de inuent. ſuper 9. vtilit. verſ. at quæritur. numer. 1. Guid. Pap. eodem tract. ſub numer. 16. Carp. ad Statut. Mediol. cap. 163. nu. 48. lib. 1. Aſin. de execut. §. 6. cap. 28. numer. 1. Iodoc. de ſubhaſt. capit. 5. num. 18. Mangil. eod. tract. quæſt. 112. num. 1. Coccin. deciſ. 228. nu. 5.* vbi, quod
6 † hoc poteſt facere etiam pendente judicio hæ-
7 reditatis, quia † interim non poteſt ſua poſſeſ-
ſione priuari, & poteſt omnia exercere, quæ ad
8 hæredem pertinent, prout † nec in inſolutum
datione, *Marcabr. ab Anguill. conſ. 3. num. 46. Man-*
9 *gil. d. quæſt. 112. num. 5.* † Etiam quod agatur de
bonis ab eodem debitore fideicommiſſo ſubje-
10 ctis, cum † in eorum alienatione ad dictum effectum creditoribus vrgentibus, non ſit neceſſaria Iudicis ſententia, nec aliquod decretum, nec quod bona in tenutam capiantur, nec quod ſubhaſtentur, ſed poſſit ſuo marte hæres bona alienare, & ex eorum precio creditoribus ſatisfacere, & ſufficiat, quod non adſint alia bona libera, & quod in effectu creditoribus ſatisfiat, *Mangil. de ſubhaſt. q. 118. n. 8. & ſeqq.* & per tot. † Et
11 eo minus eſt neceſſaria ſubhaſtatio, ſeu alia ſolennitas, quando hæres permittit, ſeu conſenſum præſtat, bona creditoribus adjudicari per judicem, *Rot. in Romana Executionis ſententiarum 17. Aprilis 1592. coram Orano, poſt tract. dec. 5. num. 4. vbi num. 4.* ex quibus non cenſeatur præſtitus
12 conſenſus. Quamuis, † procedendo hæres per
viam ſubhaſtationis, eius bonam fidem oſten-
13 dat, *Mangil. de ſubhaſt. q. 396. n. 8. & 12.* † nec in hoc
melius, & ſincerius ſe gerere poſſit, quam exponere bona venalia in publica auctione, & ſubhaſtatione, *Mangil. ibid. nu. 11.*

14 Neque † generaliter priuatus ſolet teneri ad
ſubhaſtationem faciendam in rerum ſuarum
venditione, *Rebuff. de præcon. licit. & ſubhaſt. art. 4.*
15 *gloſ. 1. nu. 32. Corn. conſ. 29. nu. 2. in fin. lib. 4.* † niſi in
caſu, quo ius commune, vel municipale aliter
diſponat, *Corn. d. conſ. 29. nu. 3. circa med.*

16 Præterea † ſubhaſtatio non requiritur in
donatione, vt, rejectis contrariis, tradit *Mangil. de ſubhaſt. q. 151. nu. 2. & ſeq.*

17 Prohibentur autem † ſubhaſtari fructus be-
neficij vacantis, qui diuidendi ſunt cum illud obtinente, *ad extrauag. 2. Ioann. XIII. de elect. vbi gloſ. in verb. nulla ſubhaſtatione, & Mangil. de ſubh. quæſt. 194. numer. 1.* vbi de ratione. Sed tamen
18 † Beneficiato vtique permiſſum eſt, fructus ſui
beneficij ad haſtam vendere, & licitare, & ſuam conditionem meliorem facere, *Rebuff. de præcon. licit. & ſubhaſt. art. 1. gloſ. 1. num. 4. Mangil. d. q. 194. nu. 2. & 4.*

S V M M A R I A.

1 Debitoris bonorum ſubhaſtatio requirit debitum. ſolutionis ceſſationem, & apud Iudicem interpellationem, etiam in Fiſcalibus, & quod debitor ſit in mora, & num. 2.

3 Alias venditio retractari poteſt, & nulla eſt, & numer. 4.

5 Deliberatio fieri debet pro debito præſenti, non futuro.

6 Subhaſtatio, vel adiudicatio pro debito ante diei, vel conditionis aduentum eſt iniuſta, & ſpoliatiua.

7 Iuſtitiæ defectus dicitur, ſi ex pacto, ex quo agitur, actio non ſit orta.

8 Legatum ſoluendum fœminæ tempore nuptus, ſi Monaſterium ingrediatur, ſeu ingredi velit, poteſt per viam ſubhaſtationis exigi ante profeſſionem, vel ingreſſus, & num. 9.

10 Amol. eo magis, ſi non appelletur.

11 Debitor Fiſcalis, ſeu gabellarum emptor ob neceſſitatem exigi poteſt ante diem, deductis interuſuriis medij temporis.

De Debito, & Debitoris interpellatione ad effectum ſubhaſtationis pignoris.

INSP. X.

REdeundo ad ſubhaſtationem pignoris ſciendum eſt.

Primo, quod † ad ſubhaſtationis effectum 1
requiritur, quod ſubſit debitum, & quod ſit ab illius ſolutione ceſſatum, & debitor fuerit conuentus, & interpellatus apud Iudicem, etiam in rebus Fiſcalibus, *leg. 2. & ſeq. Cod. ſi propt. public. penſit. vend. fuer. celebr. gloſ. in leg. 1. in verb. vili pretio. C. de praeſcript. trig. vel quatrag. ann. Rebuff. de præcon. licit. & ſubhaſt. art. 1. gloſ. 1. ſub num. 1. & art. 4. gloſ. 1. num. 31. Nicol. Feſtaſ. de collect. part. 4. numer. 13. Fab. de Mont. de empt. & vend. quæſt. 5. in rubr. ſubhaſt. mater. ſub numer. 87. Iodoc. de ſubhaſt. capit. 1. numer. 24. & cap. 3. numer. 39. Papon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arr. 43. Peregr. de iur. Fiſc. libro ſexto tit. 4. num. 4. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 375. num. 22. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 21. numer. 11.* † quodque ſit in mora. 2
Iodoc. de ſubh. dict. cap. 3. num. 17. Tepat. var. ſent. tit. 417. cap. 8. † alias venditio poteſt retractari, *Iodoc. vbi* 3
ſup. numer. 18. † Nec valida eſt ſubhaſtatio, nulla 4
facta interpellatione ſoluendi, *Papon. de arreſt. dict. lib. 18. tit. 5. arr. 43.*

Deliberatioque † fieri debet pro debito præ- 5
ſenti, & ſi venerit, & ceſſerit dies, non pro futuro, *Maſtrill. deciſ. 287. num. 7. & 8. par. 3.* Nec, † ſi ſo- 6
lutio ſit facienda certa die, vel ſub conditione, poteſt ante diei, ſeu conditionis aduentum ad ſubhaſtationem, ſed adjudicationem procedi, niſi injuſtè, & ſpoliatiuè, *leg. Fulcinius, §. ſi in diem, ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat. Bald. conſ. 35. numer. 4. lib. 2. Aſin. de execut. §. 7. cap. 278. numer. 4. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 177. num. 2. & ſeqq. Cavaler. dec. 653. 3. & ſeqq.*

Defectus † enim iuſtitiæ quoad forum judi- 7
diciale dicitur, ſi ex pacto, ex quo agitur, actio orta non ſit, *leg. cedere diem, ff. de verb. ſignific. Aſin. de execut. §. 7. cap. 276. num. 3.*

Sed † pro legato facto fœminæ ſoluendo 8
tẽpore, quo nuberet, ſi ea Monaſteriũ ingrediatur, poteſt procedi ad bonorum ſubhaſtatio-

Digitized by Google

nem in vim mandati ante factam profeſſionem, iuxta conſuetudinem Monaſterij, & ordinem Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium Sacræ Congregationis ſuper negotiis Regularium, *Rot.recent.deciſ.624.nu.1.& ſeqq.*
9 *par.3.* &; etiam antequam fœmina Monaſterium ingreſſa ſit, ſi ingrediendi animum habeat,
10 *Rot.dict.deciſ.624.nu.9.par.3.recent.* † præſertim ſi non appelletur, *ead.deciſ.624.nu.4.*

11 Provt † debitor Fiſcalis, ſeu gabellarum emptor poteſt ob publicas neceſſitates ante diem, & tempus conuentum exigi, deducto interuſurio medij temporis, *leg.1.vbi D.D. Cod.de cond. ex leg.Aſin.de execut. §.6.capit.4.numer.3. Mangil.de ſubhaſtat. quæſt.107.num.7.& ſequentibus* vbi, quòd tamen hæc ſententia ſibi dura videtur, & an ſit in vſu.

SVMMARIA.

1 *Creditor non obtinet bonorum debitoris diſtractionem, niſi in eis habeat ius pignoris conuentionalis, aut prætorij, vel iudicialis.*

2 *Pignus conuentionale contrahitur conuentione.*

3 *Et aliquando eſt ſolum conſtitutum, aliquando etiam traditum.*

4 *Sed ſolum conſtitutum pignus propriè non dicitur, ſed hypotheca.*

5 *Pignus prætorium, & iudiciale conſtituitur immiſſione, & acceptione, Iudicis mandato.*

6 *Bona executa obligata remanent creditori ab illa die, & poſſunt à quocunque peti hypothecaria, ac ſi debitor obligaſſet, & nu.7.*

8 *Pignus prætorium quando dicatur, & num.9.14.& ſeqq.*

10 *Pignus iudiciale quando dicatur, & num.11.12.13.19.& 21.*

17 *Pignus prætorium conſtitutum ex immiſſione ante ſententiam ceſſat per ſolutionem expenſarum, & cautionem, ſed, quando acquiſitum fuit in executionem rei iudicatæ, non ceſſat niſi ſolutione, & n.18. vbi ratio.*

20 *Pignus prætorium, & iudiciale vnum pro altero interdum vſurpatur.*

22 *Pignus conuentionale quando, & quomodo vendi poſſit, & num.23.*

24 *Non tamen creditor vendere cogitur, provt nec fructus, qui ſeruando ſeruari non poſſunt, & numero 25.*

26 *Pignus iudiciale, vel prætorium poſtquam eſt captum vendi poteſt.*

27 *Declar. ſi tamen pignus captum ſit, ſeu inductio facta per Nuncium, ſeu Executorem, ſecus ſi per alium.*

28 *Executione, & inductione in poſſeſſionem ceſſante ſubhaſtatio fieri non poteſt Limit.& declar.vt nu.32.33.& 34.*

29 *Re aliqua non executa cum executis ſubhaſtata, ſubhaſtatio nulla eſt, & reuocanda.*

30 *Exceptione dilata poſt ſententiam condemnatur excipiens in expenſis.*

31 *Mandatum de conſignando nullum eſt, executione non præcedente.*

34 *Executio quando habeatur pro facta.*

35 *Conſequenti conceſſo, conceſſum dicitur antecedens.*

36 *Conſenſus non reſtrictus ad particulare creditum intelligitur etiam reſpectu creditorum, de quibus adhuc in actis non conſtabat.*

37 *Poſſeſſionis apprehenſio deducitur ex decretis, quod procedatur ad ſubhaſtationem, & plus offerens in poſſeſſionem mittatur.*

38 *Et probatur ex mandato de conſignando pignora in executione capta.*

39 *Executio, & pignus iudiciale requirit præcedentem cauſæ cognitionem, & partis citationem.*

40 *Et condemnationem, ac mandati relaxationem, & rem iudicatam.*

41 *Debitor prius condemnatur, deinde Iudicis auctoritate exequitur in mobilibus, vel in ſtabilibus.*

42 *Executio, ſubhaſtatio, & venditio, condemnatione non præcedente, ſunt ipſo iure nullæ.*

43 *Pignora ante ſententiam capta recuperantur.*

44 *Quando capi poſſint non præcedente ſententia.*

45 *Antiquitus in obligatione camerali, facta confeſſione, procedebatur ad immiſſionem, & pignus ſic captum, dicebatur æquiparari pignori iudiciali.*

46 *Proceſſus ex obligatione camerali in Prouincia Marchiæ.*

47 *In proceſſu obligationis cameralis, vel alio executiuo non pronunciatur liquidando, & condemnando, ſed conceditur executio.*

48 *Executioni, & ſubhaſtationi locus eſt in debito executiuo ex inſtrumento, vel iudicato, & numero 49.*

50 *Secus in debito ex ſcriptura priuata, niſi ea recognita, & facta condemnatione, & nu.51.*

52 *Soluere quem compellit Iudex in modicis cauſis abſque libello, & iuris ordine.*

53 *Collectæ quomodo exigantur.*

54 *Citationis, & cauſæ cognitionis omiſſio quando non reddat executionem, & pignus iudiciale nullum, ſed appellandum ſit.*

55 *Pignus prætorium, vel iudiciale non conſtituitur nudo Iudicis verbo, ſed requiritur mandatum, vel corporea traditio, & nu.56.*

57 *Tenuta capta abſque Iudicis commiſſione non ſuffragatur.*

58 *Commiſſio, quæ non apparet, non præſumitur.*

59 *Executio, & ſubhaſtatio, vel adiudicatio nulla eſt, ſi ex actis non iuſtificetur ex mandati relaxatione, & expeditione.*

60 *Mandatum de deliberando eſt iniuſtum, non conſito de expeditione, & executione mandati executiui, quamuis iſta præcedere ſoleant.*

61 *Mandatum executiuum debet eſſe certum, alias ſubſecuta ſubhaſtatio, & deliberatio, vel adiudicatio nulla eſt.*

62 *Executio nulla eſt liquidatione non præcedente, vel non legitima, & nu.63.*

64 *Ampl. eo magis ſi id mandet ſententia.*

65 *Subhaſtatio nulla eſt, ac ſpoliatiua facta non præcedente requiſita menſuratione bonorum. Lim. vt num.66.*

67 *Vel ſi eſſet facta pro ſorte, & fructibus non ſolutis, illis aliter non liquidatis.*

68 *Vel pro expenſis non taxatis.*

69 *Vel pro damnis, & intereſſe non liquidatis.*

70 *Adiudicatio facta pro quantitate incerta nec valet, nec transfert dominium.*

71 Exe-

Digitized by Google

71 *Executor, opus eſt vt habeat poteſtatem à Iudice capiendi rem debitoris, non autem poteſt capere, & ſubbaſtare ad creditoris petitionem.*

72 *Mandatum exequi non poteſt propria auctoritate.*

73 *Creditoribus non licet inuadere bona debitorum auctoritate propria ſine Iudicis mandato.*

74 *Iudex non poteſt committere parti, vt exequatur ſententiam latam ſuper quantitate.*

75 *Obligatio cameralis, eiuſque extenſio non continet, vt creditor poſſit auctoritate propria ingredi poſſeſſionem bonorum debitoris.*

76 *Iudex, qui parti victrici executionem committeret, eſſet puniendus.*

77 *Iudex in actione reali poteſt in vim ſententiæ iuſtæ immiſſionem committere ipſi parti. Lim. vt num.79.*

78 *Executor, & Nuncius in cauſa propria, quando pars cenſeatur conſtituta.*

80 *Pars vti poteſt auctoritate propria ſibi à Iudice conceſſa de exequendo, ſi non reperiat, reſiſtentem, ſecus ſi reperiat.*

81 *Immiſſione per Iudicem executoribus commiſſa, prohibitum cenſetur parti poſſeſſionem nanciſci auctoritate propria.*

82 *Mandati executiui, ſeu executorialium forma, & num.83.*

84 *Executor volens exequi debet habere mandatum præ manibus, alias illi non creditur.*

85 *Et poteſt reſiſti.*

86 *Ac teneatur mandati copiam dare parti, ſi petat.*

De Pignore, & illius conſtitutione, ac ſpeciebus.

INSP. XI.

1 SEcundo ſciri oportet, quod † non poteſt
vllo caſu creditor petere diſtractionem
bonorum ſui debitoris, quin prius ſibi in iis
acquiſierit ius aliquod pignoris, aut conuen-
tionalis, aut prætorij, aut iudicialis, *tot. tit. C. de
prætor. pignor. & Cod. ſi in cauſ. iudic. pign. capt. ſit. An-
ton. Fab. in ſuo Codic. lib. 8. tit. 19. defin. 30. num. 8. in al-
leg.*

2 Conuentionale † pignus ſola conuentione
contrahitur, *Neguſ. de pignor. par. 3. memb. 2. in prin-
3 cip. Seraph. deciſ. 937. num. 3.* & † aliquando eſt ſo-
lummodo conſtitutum, aliquando etiam tra-
ditum, *Galleſ. de obligat. cameral. quæſt. 37. num. 4. ſe-
4 cundum nouam impreſſionem cum Zacch.* ſed, †
quando eſt ſolummodo conſtitutum, & non
eſt tranſlata illius poſſeſſio in creditorem, non
dicitur propriè pignus, ſed hypotheca, *l. ſi rem
§. 1. ff. de pignor. act.*

5 Prætorium † autem, & iudiciale non conſti-
tuitur, niſi ſecuta actuali immiſſione in poſſeſ-
ſionem, & pignoris captura Prætoris, & Iudi-
cis, ſiue Magiſtratus iuſſu, & auctoritate, *l. non
eſt mirum ff. de pignor. act. Papon. de arreſt. libro 18. tit. 6.
art. 29. colum. 1. Vinc. de Franc. deciſ. 345. num. 4. par. 2.
Gratian. deciſ. 11. num. 6. D. Thomat. deciſ. 99. num. 17.
Seraph. dict. deciſ. 937. num. 3. & 4. Duran. dec. 364. n. 6.*
6 & † huiuſmodi bona ſic capta obligata ſunt
creditori perinde, ac ſi debitor ipſe obligaſ-
ſet, & ideo hypothecaria actione à quocunque
peti poſſunt, *l. 1. Cod. ſi in cauſ. iudic. pign. capt. ſit.
leg. 2. Cod. de prætor. pignor. Pancirol. in pract. par. 3. verſ.
ſed ſi venit. fol. 307.* cum, † pignoribus captis in 7
executionem rei iudicatæ, oriatur ex tali
executione hypotheca, *Gait. de cred. cap. 2. tit. 8.
num. 3189.*

Diciturque † regulariter prætorium pi- 8
gnus, quando Iudex ex primo decreto mittit
aliquem in poſſeſſionem bonorum debitoris
nulla præcedente ſententia, *Neguſ. de pignor.
par. 3. memb. 3. num. 1. Add. ad Pract. Pancirol. part. 3.
verſ. vbi ego condemnatus, in verb. & hoc vocatur. fol.
297. Mangil. de ſubbaſt. quæſt. 6. n. 2. Ambroſ. deciſ. Peruſ.
2. num. 1.* & † ob non comparentis contuma- 9
ciam, *Pancirol. in pract. d. par. 3. verſ. ſed ſi venit. in fin.
fol. 307.*

Iudiciale † vero, quando præcedente ſen- 10
tentia *Neguſ. & Ambroſ. loc. cit. Pancirol. in pract. d.
par. 3. verſ. vbi ergo condemnatus, fol. 296. & verſ. ſed
ſi venit, fol. 307.* & ſic † eſt illud, in cuius poſſeſ- 11
ſione actor mittitur pro executione ſententiæ,
*l. à Diuo Pio. §. in venditione, ff de re iudic. Corn. con-
ſil. 282. num. 2. verſ. nec quiſpiam diceret, libro 1. Bero.
conſil. 102. num. 25. vol. 3. Pariſ. conſil. 42. num. 14. libro
1. Galleſ. de oblig. cam. quæſt. 37. num. 24. & 29. iuxta
nou. impreſſ. cum Zacch. Neguſ. de pign. par. 3. membr.
3. Hugon. Donell. eod. tract. in rubr. de prætor. pignor.
& quib. in caſibus pign. à magiſtr. conſtit. Sebaſt. Medic.
de formit. caſib. quæſt. 10. num. 134. par. 2. Ant. Sol. ad de-
cret. Sabaud. libro 3. tit. 39. de form. ac ord. obſeru. in
pignor. ſubbaſt. & deliber. bon. ſtab. gl. 1. num. 8. Scacc. de
iudic. lib. 1. cap. 96. ſub num. 20. Mantic. de tacit. libro 11.
tit. 3. num. 6. Gait. de cred. cap. 4. quæſt. 3. num. 31. Felician.
de cenſib. tom. 2. lib. 1. cap. 3. ſub num. 5. Seraph. deciſ. 937.
num. 2. & ſeq.* & ex primo decreto, *Neguſ. & Am-
broſ. vbi ſup.* † idemque cenſetur, cum capitur 12
pro executione inſtrumenti guarentigij, *Feli-
cian. ſub d. num. 5.* † vel alterius inſtrumenti, vel 13
ſcripti habentis executionem paratam, *Bero.
conſ. 102. n. 25. lib. 3.*

Vel † etiam dicitur pignus prætorium, 14
quando quis habens mandatum executiuum
in vim obligationis cameralis, ſeu rei iudica-
tæ in perſonali proceſſu per vim immiſſionis
ex primo decreto, faciendo, ſe immittit in poſ-
ſeſſionem alicuius rei, quod non dicitur capi
vt iudiciale, ſed creditori dari, de quo pigno-
re loquitur *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 194.* & tractant
*tituli ff. & C. de bon. auct. Iudic. poſſid. & Cod. de prætor.
pignor. vt per Duran. deciſ. 364. ſub num. 19. verſ. quar-
tus caſus & num. 33. 34. 38. & 52. & dec. 447. num. 1.* † 15
Nec eſt dubium, quin pignus prætorium di-
catur non ſolum, quando creditor facit ſe im-
mitti ante ſententiam in contumaciam debi-
toris non comparentis, *Duran. d. dec. 364. nu. 35.* &
hoc caſu quidem propriè, *vt inter comm. opin. tom.
2. libro 8. de prætor. pignor. tit. 12. in princip. fol. 348. Ne-
guſ. de pign. par. 3. memb. 2. per tot. & par. 6. memb. 1. n. 8.
Bald. eod. tract. cap. 8. & cap. 18. in fin. Corn. d. conſil.
282. num. 2. verſ. nec quiſpiam diceret. lib. 1. Ant. Sol. ad
decret. Sabaud. libro 3. tit. 39. de form. ac ord. obſeru. in
pignor. ſubhaſt. & delib. bon. ſtab. gl. 1. num. 9.* ſed † 16
etiam quando immittitur vigore mandati
executiui, vel rei iudicatæ, *Hugon. Donell. de pi-
gnor. d. par. 3. in rubr. de prætor. pignor. & quibus in ca-
ſibus pign. à magiſt. conſtit. Bald. eod. tract. cap. 3. & 8.*

Digitized by Google

Seraph.dec.937.nu.4. Durand.dec.364.n.35. & hoc caſu impropriè.*Seraph d.dec.937.nu.4.*

17 Hac tamen differentia, quod † primo caſu pignus prætorium ceſſat, ſi reus expenſas ſoluat, & caueat de lite ſuſcipienda, ſeu de ſoluendo, ſecundo vero caſu debitor, inuito creditore, non auditur volens recuperare tenutam, niſi prius ſoluat. *Mangil. de ſubhaſt. q.6.nu.13. & ſeqq.q.52.n.4.& 5.& q.127.n.10. Duran.d.dec.364.*

18 *num.36.& 37.* quia † hæc ſecunda miſſio dicitur facta propter contumaciam non ſoluentis, non propter contumaciam non comparentis, quæ ſunt inter ſe diuerſa, *Gratian.diſcept.for. c.16. num. 40. Mangil. de ſubhaſt.d.q.9.n.17. & quaſt.52.n.6.*

19 Iudiciale vero † propriè loquendo, & non prætorium dicitur, quando cum mandato executiuo, relaxato pariter in vim obligationis cameralis, vel rei iudicatæ in perſonali pignus capitur iuxta formam traditam per *Saluſt. Tiber.in pract.A.C.libro 1.cap.41* hoc eſt, dum Executores ſeu Officiales Curiæ pro pecunia, ſeu re debita de mandato Iudicis, & ad inſtantiam creditoris faciunt executionem in re non debita, de quo loquitur *titulus Cod. ſi in cauſ. iudic. pign.capt.fuerit.Duran.d.deciſ.364.nu.29.verſ. quartus*

20 *caſus,& n.33.* † licet alterum pro altero promiſcuè interdum vſurpetur, *Io. Caluin. in lexic.iurid.*

21 *in verb pignus rei iudic.in fin.* & † in omnibus caſibus, in quibus poteſt procedi executiuè, ſiue de iure communi, ſiue de iure ſtatutario, ſiue vigore conſuetudinis, ſiue quovis alio iure ſemper datur pignus iudiciale ex iudicato, non autem prætorium, etiam quod reus ſit contumax, quia non datur propter contumaciam, ſed vel propter confeſſionem, vel propter plenam probationem Statutorum, vel conſuetudinis colore ſuffultam & ſic ex iudicato, *Scacc. de iudic.lib.1.cap 97.n.3.*

22 Et, † ſicuti pignus conuentionale penes creditorem exiſtens, ſecuta mora debitoris non reluentis, poteſt vendi ſeruatis ſeruandis, ſiue à debitore data ſit licentia, ſiue non, ſi lapſum ſit tempus ad redimendum, *gl.in l.1.Cod.ſi in cauſ. iudic.pign.cap.ſit in figuratione caſus in fin. Neguſ.de pignor.par.6.princip.memb.1.ſub n.1.& ſequentibus Tepat. var.ſentent.tit.417.cap.11.Saluſt. Tiber. in pract. libro 1. cap.42.n.18.Mangil.de ſubhaſt.q.160.n.14. Seraph. deciſ.*

23 *1217.n.1.& deciſ.1282.n.3.* & quidem † etiam, quod ſit factum pactum de non vendendo, ſi ter debitor requiratur, *l.ſi conuenerit,& ibi gl.& Bart.ff. de pignor. act. Bertach. in verb. pignus alienatur. Neguſ.*

24 *lot. cit. nu.3. & ſequentibus Tepat. d.cap.11.* (licet † ex facultate vendendi, vendere tamen creditor non cogatur, debitore etiam affectante, *l.quam-*

25 *uis ff.de pignor.act. Petr.Koyz Maur.deciſ.5.n.385.* & † idem ſit reſpectu fructuum pignoris, qui ſeruando ſeruari non poſſunt, ſecundum *Maur.*

26 *d.deciſ.5. nu.384.*) Ita † vendi poteſt pignus iudiciale, vel prætorium, poſtquam creditor inductus eſt in illius poſſeſſionem, vel ad illius inſtantiam captum fuit, *Lu. de Bel.& Guid. Suz.de*

27 *primo, & ſecundo decreto ſub num.35.* † ſi pignus captum ſit, ſeu inductio facta per iuratum Nuncium, ſeu Executorem, ſecus ſi per alium, præſertim ſi pars opponat, *Ant.Sol. ad decret. Sabaud. l.3.de form.ac ord.proced.in pignor ſubhaſt.& deliberat. bonor.mobil.gl.1.n.10.*

Qua † inductione, & executione ceſſante, 28
eaque non præcedente, ad ſubhaſtationem deueniri non poteſt, *Siluan. conſ.26. num.7.Rot. penes Nigr.de ſubhaſt.deciſ.34.nu.9.* Adeo vt, † ſi aliqua 29
res, ſuper qua fuerit facta executio, inter alias, ſuper quibus verè fuerit facta executio, ſit ſubhaſtata, ſubhaſtatio nulla ſit, & reuocanda, *Papon. de arreſt.lib.18.tit.6.art.31.* vbi tamen † ſub- 30
haſtationem paſſus condemnatus fuit in expenſis, quia id non oppoſuit ante ſententiam. † Nullumque diceretur mandatum de conſi- 31
gnando relaxatum, nulla præcedente executione, *Rot. poſt Nigr.de ſubhaſt.deciſ.2.n.3.*

Non † tamen eſſet neceſſaria tenuta, ſeu 32
immiſſio, vbi Statutum contrarium prouideret, *Gluſian.de dat.in ſolut.cap.15.nu.230.* quamuis, † 33
ſi ſequatur ſit vtilis, & non vitiet, tanquam abundans cautela, *Gluſian.d.n.230. in fin.*

Et etiam † executio haberetur pro facta, ſeu 34
non eſſet neceſſaria, etiam quod in vim Statuti requireretur, vbi debitor indicaſſet bona, & deinde fuiſſet citatus ad præſtandum conſenſum ſubhaſtationi, & deliberationi bonorum per ipſum in actis iudicatorum, & ſubſecutum fuiſſe decretum, conſenſum haberi pro præſtito, pro vero, & reali credito, quia tunc executio haberetur pro facta cum omnibus requiſitis ad effectum, vt deueniri poſſet ad ſubhaſtationem, ſtante veritate crediti, *Mangil. de ſubhaſt.q.8.nu.3.& q.103.n.6.& ibi Rot.deciſ.8.num.2. & ſeq. quæ eſt etiam penes Zacch.de oblig.camer.deciſ. 13.nu.4.& ſeq.& poſt Fenzon.ad Statut.Vrb. deciſ.173. verſ. non obſtat*, quia, † cui conceditur conſe- 35
quens, dicitur conceſſum omne ſuum antecedens *Mangil.de ſubhaſt.d.q.8.n.2.& ibi Rot. d.deciſ.8. n.3.& 4.* & † conſenſus non reſtrictus ad credi- 36
tum aliquod particulare, vt pro quo detinebatur debitor carceratus, ſed generalis pro vero, & reali credito, intelligeretur etiam reſpectu creditorum, de quibus in actis adhuc non conſtabat, *d.dec.6.n.4.*

Prout † poſſeſſionis apprehenſio induceretur 37
ex Iudicis decreto, quo Iudex mandaſſet procedi ad ſubhaſtationem, & deinde plus offerentem in poſſeſſionem immitti, *Rot.poſt Nigr. de ſubhaſt.dec.34.num.10.& 11.* & † probaretur ex 38
verbis mandati de conſignando in quo mandarentur conſignari pignora in executione capta. *Rot.penes d.Nigr.de ſubhaſt.dec.2.n.3.& 4.*

Nec inductio † in poſſeſſionem, vel execu- 39
tio facienda pro debito fieri poteſt, nec ad pignus iudiciale deueniri abſque præcedenti cauſæ cognitione, & partis citatione, *Bero conſ. 102.nu.27.lib.3.* † neque ante condemnationem, 40
& mandati relaxationem, *l.cum nulla ff.de re iudic.Cor.conſil.42.n.10.libro 2.Mangil.de ſubhaſt. quaſt. 1.n.10.q.51.n.10.Mantu.dec.202.n.3.Buratt.dec.105.nu.2.* ac rem iudicatam, *Rebuff.de præcon.licit.& ſubhaſt. Art.7.nu.9.* Sed † iuris ordo ſeruandus eſt, nem- 41
pè, vt prius condemnetur debitor, & poſtea Iudicis auctoritate procedatur ad capturam pignorum mobilium, & tenutam immobilium, *Mangil.de ſubhaſt.d.q.1.n.10.*

Alias † executio, ſubhaſtatio, & venditio 42
bonorum, non præcedente condemnatione, ſunt ipſo iure nulla, *l.ſi cum nulla.ff.de re iudic.& dict.leg.1.Cod.de execut.rei iud. Anguſ.conſ.34.in mater. iudic.*

Digitized by Google

43 *iudic.n.1.lib.3.* † Pignoráque capta ante ſenten-
tiam poſſunt recuperari, *Federic.Schenk.de feu.&*
re iud.c.n.14.

44 Niſi † cauſa commiſſa ſit cognoſcenda, &
decidenda ſine ſtrepitu, & figura iudicij, vel ita
iure, vel Statuto caueatur, quo caſu poteſt Iu-
dex ad pignorum captionem deuenire abſque
aliqua ſententia, *Bart.in extrauag.ad reprimendum*
in verb.figura.Lanfranc.dec.190. vt contingebat an-
tiquitus in executione obligationis cameralis.
45 † in qua facta confeſſione procedebatur ad im-
miſſionem, & pignus ſic captum dicebatur
æquiparari pignori iudiciali, *Galleſ.de oblig.ca-*
46 *mer.q.37.n.24.iuxta nouam impreſſ.cum Zacch.* † ſe-
cundum quam antiquam formulam etiam ho-
die proceditur in Prouincia Marchiæ *ex euſ-*
dem Conſtit.lib.6.cap.5. Vel etiam dici poteſt, quod
47 † idem & hodie ſeruetur generaliter, cùm in
proceſſu obligationis cameralis & alio execu-
tiuo non pronuncietur, ſed ſaltem non ſit ſe-
cundùm bonam practicam, pronunciandum
ſuper liquidatione, & condemnatione, ſed ſit
executio concedenda, *Galleſ.dicto tract.de obligat.*
camer.q.35.n.15.& ſeqq.& ibi Zacch.littera O.ſub n.4.
& ibidem Rot.dec.K.nu.1.& ſeqq.

48 Vnde † executioni, & ſubhaſtationi locus
eſt, quando debitum eſt executiuum, vt ex in-
ſtrumento obligatorio, *Rebuff.de præcon.licit.&*
49 *ſubhaſt.art.7.nu.6.Mangil.de ſubhaſt.q.122.in princ.* †
50 vel ex iudicato, *Mangil.ibid.* † ſecus ſi ex chy-
rographo, vel ſcriptura priuata, quia in ea re-
quiritur recognitio, & condemnatio, *Rebuff.vbi*
51 *ſup.* † Quibus tamen adimpletis, executioni, &
ſubhaſtationi locus eſt contra debitorem, *Man-*
gil.de ſubhaſt.d.q.122.per tot.

52 Veluti quoque † in modicis cauſis poteſt
Iudex abſque libello, & ſine aliquo iuris ordi-
ne, quem ad ſoluendum compellere, *Marant.de*
ord.iudic.par.6.act.vlt.num.24.Par.de Put.de ſyndic.in
verb.executio.§.pone quod.in fin. Vt contingit in
53 collectis, † in quibus contra debitores execu-
tiuè agitur, compellendo eos abſque alia cita-
tione ad earum ſolutionem, præuio ſolùm
proclamate cum alicuius termini præfixio-
ne, quo elapſo aſtringuntur debitores captis
pignoribus, illiſque ad haſtam venditis plus
offerenti. *Nicol.Feſtaſ.de collect.par.3.in rubr.de offic.*
exact.cap.1.nu.7.& ſeqq.& n.47.& in rubr.debit.con-
tract.ab vniuerſ.nu.47.& 50.& par.4.in rubr.Eccleſ.
an,& pro quib.bon.collect.poſſ.cap.2.n.2.

54 Et, † vbi etiam requireretur citatio, & cau-
ſæ cognitio, ſi ea omitteretur, non ex hoc exe-
cutio, vel pignus iudiciale nullum eſſet, ſed
valeret, quamuis ob huiuſmodi omiſſionem
poſſet appellari, & inſtari, vt reuocaretur: at,
ſi non fuiſſet infra legitima tempora appella-
tum, & res pro executione fuiſſet vendita, exe-
cutio amplius reuocari non poſſet, nec audien-
dus eſſet debitor, *Bero.conſ.102.n.27.lib.3.*

55 Eſtque † ſemper ad ipſam inductionem in
poſſeſſionem, & executionem neceſſarium Iu-
56 dicis mandatum, vel corporea traditio, † nec
pignus prætorium, ſeu iudiciale conſtituitur
ſolo, & nudo Iudicis verbo, *Gratian.dec.11.nu.6.*
57 *& 7.* Ita vt † tenuta capta abſque Iudicis com-
58 miſſione non ſuffragetur, *Buratt.dec.240.nu.3.* †
nec commiſſio præſumatur, *d.dec.240.num.4.* &
† executio, & ſubhaſtatio, vel adiudicatio nul- 59
la ſit, quæ non iuſtificetur ex actis, quia non
conſtet, mandatum executiuum fuiſſe decre-
tum, nec expeditum, *Ruin.conſ.160.n.30.lib.2.Aſin.*
de execut.§.4.cap.39.nu.1.Nouar.ad l.ſi tempora.n.23.
C.de fid.inſtr.& iur.haſt.Fiſcal.lib.10.Duran.dec.142.
nu.2.& 3. † mandatumque de deliberando ſit 60
iniuſtum, non conſtito de præcedenti expe-
ditione, & executione mandati executiui,
quamuis à communiter accidentibus iſta
præcedere ſoleant, *Duran.dec.15.num.4.verſ.vlte-*
rius.

Debetque † mandatum etiam eſſe certum, 61
aliàs nulliter diceretur deuentum ad ſubha-
ſtationem, & deliberationem, vel adiudica-
tionem vigore mandati incerti, *Rot.in Romana*
Pecuniaria de Pinellis 8. Aprilis 1598. coram Orano
apud Marcheſ.de commiſſ.part.2.fol.591.num.1. † Eſt- 62
que executio nulla, vbi facta eſt, nulla præce-
dente liquidatione, *Nouar.ad l.ſi tempora.num.23.*
C.de fid.inſtr.& iur.haſt.Fiſcal.lib.10.Mangil.de ſub-
haſt.quæſt.50.num.9.& ſeqq.& ibi Rot.dec.49 num.4.
& ſeqq.& deciſ.52.num.7.verſ.adeſt etiam,& num.8.
Giurb.dec.60.num.1.& ſeq.Greg.XV.dec.224.nu.1.vbi
Beltram.littera A Rot.poſt Nigr.de ſubhaſt.dec.8.nu.7.
& deciſ.22.num.7.& 8.& in Romana Domorum 14.
Martij 1618.coram Vbaldo ſeniore, poſt tract.deciſ.46.
num.8. † ſeu non legitima, *Gratian.diſcept.forenſ.* 63
cap.318.nu.7. & † eo magis, ſi ſententia id man- 64
det, *Giurb.d.deciſ.60.num.11.& ſeqq.* vbi declara-
ti. *Rot.penes Gilian.ad Statut.Peruſ.deciſ.104.num.1.*
& 2.

Vnde † nulla, & ſpoliatiua eſſet ſubhaſta- 65
tio facta per Iudicem, non facta menſuratione
bonorum, quæ prius menſurationem require-
bant, *Gratian.diſcept.for.d.cap.318.n.4.& ſeqq.Man-*
gil.de ſubhaſtat.quæſt.88.nu.5.& ſeq.& ibi Rot.dec.70.
nu.2.& ſeqq.& dec.84.nu.5.& ſeqq.& in recent.dec.
355.nu.1.part.2.& poſt Nigr.de ſubhaſt.dec.8.nu 4.&
ſeqq. † niſi ea præceſſiſſe præſumeretur ex diu- 66
turnitate temporis, *Antonell.conſ.82.num.35.* † Et 67
idem, ſi eſſet facta puta pro ſorte ſocietatis Of-
ficij, & illius fructibus non ſolutis, illis aliter
non liquidatis, *Rot.poſt Nigr.de ſubhaſt.dec.4.in*
fin.& dec.6.nu.10. † & pro expenſis non taxatis 68
d.dec.6.num.10. † Vel ſi pro damnis, & intereſſe, 69
eis pariter non liquidatis, *Rot.poſt Nigr.de ſub-*
haſt.dec.13.nu.2. Prout † nec valeret adiudicatio 70
facta pro quantitate incerta, nec ex ea trans-
ferretur dominium, *Buratt.dec.122.nu.7.* Opuſ-
que † eſt, vt Executor, ſeu Apparitor à Iudice 71
poteſtatem habeat capiendi rem debitoris, &
injiciendi manus, aliàs ad ſolam partis peti-
tionem rem debitoris capere, & ſubhaſtare
non poteſt, *l.non eſt ſingulis.ff.de regul.iur.vbi*
gloſ.l.meminerint.C.vnd.vi.l.2.C.ſi in cauſ.iudic.&
ibi Cyn.& alij.& in l.iuſtè ff.de acqu.poſſ.Rebuff.de
præcon.licit.& ſubhaſt.art.7.gloſ.1.num.10.Ant.Sol.ad
decret.Sabaud.lib.3.tit.36 gl.1.n.2.

Nec † poteſt mandatum exequi propria au- 72
ctoritate, *Duran.dec.89.nu.3.& dec.355.num.2.* & † 73
multo minus licet creditoribus inuadere pro
ſuis creditis debitorum bona auctoritate pro-
pria abſque aliquo iudicis mandato, *l.legis.C.*
de ceſſ.bon.Mangil.de ſubhaſtat.quæſt.2.num 10. Im-
mo † nec Iudex poteſt committere parti, vt 74
ipſa exequatur, quando ſententia lata eſt ſu-

Digitized by Google

75 per quantitate, Gratian.dec.12.n 10. † Nec in for-
mula obligationis cameralis, vel illius exten-
ſione, quæ eſt in vſu, ſtatutum reperitur, quod
creditor quantitatis poſſit auctoritate propria
ingredi poſſeſſionem bonorum debitoris, Rot.
poſt Zach. ad Gall. c. ſ. de oblig. camer. deciſ.13. nu.10. &
76 † Iudex, qui parti victrici executionem com-
mitteret, eſſet puniendus, Ant. Sol. ad decret. Sa-
baud.lib.3.tit.36.quomod.proced. ſit in execut.gl.1.nu.3.
ex d. l. non eſt ſingulis ff. de reg. iur. vbi tamen allegat
77 Cyn.& Bart.de hac re diſputantes, † quidquid aliud
ſit quoad immiſſionem in actione reali in vim
ſententiæ iuſtæ, quia Iudex poteſt eam ipſi
parti committere, Gratian.deciſ.11.nu.8.Duran.dec.
78 255.nu.5. cùm † tunc pars cenſeatur conſtituta
Executor, & Nuncius in cauſa propria, Neguſ.
79 de pignor.par.6.memb.1.nu.9. niſi † immineat peri-
culum armorum, Gluſian. de dat. in ſolut. cap.12.
80 nu. 186. & ideo † tunc pars vti poteſt auctori-
tate propria ſibi conceſſa, ſi non reperiat re-
ſiſtentem, aliàs ſecus ſecundùm communem,
81 Gratian.d.deciſ.11.nu.8. Sed † vbi immiſſio in poſ-
ſeſſionem fuerit per Iudicem expreſsè com-
miſſa Executoribus, videtur prohibitum par-
ti, vt eam capiat auctoritate propria, Duran. d.
dec.253.n.6.

82 Quare, † lata ſententia, vel mandato rela-
xato, victor litteras executoriales, ſeu manda-
tum extrahi procurat, in quo Iudex Nuncio,
ſeu Executori committit, vt illarum littera-
rum, ſeu mandati auctoritate tantùm de bo-
nis debitoris capiat, quod ad ſummam debiti
aſcendat, & illa bona ſic capta ſubhaſtet, Ma-
rant.de ord.iudic.par.6.act.vlt.n.19.in fin.Aſin.in prax.
§.7.cap.5.limit.9.n.13.Mangil.de ſubhaſt.q.163.in princ.
83 & nu.1. & 2. licèt † ſufficiat etiam mandatum,
quo Iudex mandet capi perſonam, & bona ali-
cuius & ſub fida cuſtodia teneri ad finem ſa-
tisfaciendi creditori, nam poteſt cum eo deue-
niri ad executionem, & ſubhaſtationem, Rot.
diuerſ.dec.33.n.2.& ſeqq.par.2.ſentit Pancirol.in pract.
par.3.verſ.vbi ergo condemnatus, fol.298.

84 Debetque † Executor, dum vult exequi,
habere mandatum præ manibus, aliàs illi non
creditur, Ant. Sol. ad decret. Sabaud.lib.3. de form. &
ord. proced. in pignor. ſubhaſt. & de lib. bon. mobil. gl.1.
85 nu.7. & 8. & † poteſt reſiſti, Ant. Sol. ibid. Gilian.
ad Statut. Peruſ. in verb. executio. nu.6. & faciunt tra-
dita per me in tract. mand. de manuten. obſeru.1.nu.2.
86 & † eſt mandati copia danda parti, ſi petat,
Ant.Sol.loc.cit.

SVMMARIA.

1 Tempora tria conſiderantur in executione contra debitorem, & quæ.
2 Condemnatus ante executionem habet quatrimeſtre ad ſoluendum.
3 Lim. non procedere in debitore condemnato, ſed in alio.
4 Nec in condemnato actione reali, vel depoſiti.
5 Nec in caſu deſertæ appellationis, niſi durante quatrimeſtre.
6 Nec in condemnato ab arbitratore.
7 Nec in criminalibus, & debito contracto occaſione delicti.
8 Nec in cauſis breuibus.
9 Nec in iis, in quibus prouidet lex, Statutum, vel conſuetudo.
10 Nec in Principe, & Iudice Supremo, à cuius ſententia non appellatur.
11 Nec in cauſis miſerabilium perſonarum, vel piis, & aliis, in quibus Iudex nullo petente ſupplere tenetur, vt in alimentis.
12 Diſtinguitur quando habeat locum quatrimeſtre, & quando præceptum de ſoluendo infra decem, & quid ſtante Statuto, quod inſtrumenta exequantur ſicuti ſententiæ, & res iudicata, & n.13. & 14.
15 Termino aliquo in præcepto de ſoluendo non aſſignato, intelligitur de conſuetudinario decem dierum.

De Tempore ante executionem debitori concedendo.

INSP. XII.

TRia † tempora conſiderantur in execu- 1
tione pro ſatisfactione crediti, primum
ante executionem, ſecundum poſt executio-
nem, tertium dum res, & pignora ſtant ſub
haſta, & ſubhaſtatio perficitur, Rot.diuerſ.dec.146.
num.1.par. 2. † Ante enim executionem, de quo 2
nunc eſt agendum, de iure communi condem-
nato conceditur quatrimeſtre ad ſoluendum,
leg. debitoribus, ff. de re iudic. leg. in fideicommiſſ. in
princ.ff.de vſur.leg. debitori iuncta gloſ. in verb. indul-
tum eſt. ff. de iudic. leg.2. Cod. de vſur. rei iudic.c. con-
querente, de offic.deleg Aſin. de execut. §.4. cap 30 nu.1.
Veſtr. in prax. lib.8 cap. vlt. num. 6. vbi Grauat. num. 41.
in fin. Ant. Sol. ad decret. Sabaud. lib.3. tit.37. quomod.
proced. ſit in execut cauſ. act. perſon. gloſ.1. num.2. &
gloſ.2. num.15. Iaſ. in leg. à Diuo Pio. § in venditione,
num.10.ff.de re iudic. & int.comm. opin.tom.1.lib.8. de
diſtract.pign.tit.15.n.6.fol.394.A.

Quod tamen † non videtur procedere in 3
debitore condemnato, ſed in alio, ſecundum
Guid. Pap. q.97. & Natt. conſ.233.num.5. Ant.Sol.dict.
gloſ.2.nu.8. † Nec in condemnato actione reali, 4
vel depoſiti, † nec in caſu deſertæ appellatio- 5
nis, niſi pro tempore, quod ſuperſit ipſius qua-
trimeſtris, † nec in condemnato ab arbitrato- 6
re, nec in criminalibus, † & debito contracto 7
occaſione delicti, Ant. Sol. dict. gloſ.2.nu.18.& ſeqq.
Aſin.de execut.dict.§.41, cap.30.n.1.Barz.de guarantig.
q.4. † nec in cauſis breuibus. Gluſian. de dat.in ſo- 8
lut.cap.14.nu.194. † nec in iis, de quibus in ſpecie 9
lege, vel Statuto, vel conſuetudine diſponatur,
Ant.Sol.Aſin.& Barz.vbi ſup.Gluſian.loc.cit.nu.195. † 10
nec in Principe, & ſupremo Iudice, à cuius ſen-
tentia non appellatur, Ant. Sol. Aſin. & Barz. loc.
cit. Gluſian. vbi ſup. num. 197. † nec vbi Iudex co- 11
gnoſceret in cauſa miſerabilium perſonarum,
vel in cauſa pia, & in aliis, in quibus Iudex
nullo petente tenetur ſupplere, Gluſian. ibid. vt
in alimentis, ne quis fame pereat, Gluſian. ibid.
num.198.

Vel ſecundum Canar. de execut. inſtrum. q.42.
num.80. & Rot. diuerſ. deciſ.146. num.2. & 5. par.2. † 12
communis eſt Doctorum diſtinctio, quod de-
bitori,

Digitized by Google

bitori, qui in ius vocatus, oblato libello, & li-
te conteſtata, confeſſus eſt, ſe eſſe debitorem, &
condemnandus eſt per ſententiam diffiniti-
uam, datur tempus quatrimeſtre ad ſoluen-
dum, ſed ſi confeſſus ſit debitum, nullo obla-
to libello, nec lite conteſtata, & ſic, quando
non proceditur in figura iudicij, contra eum
fertur ſententia interlocutoria, hoc eſt præce-
ptum fit de ſoluendo infra decem dies, idque
non de iure, ſed de conſuetudine *& Canar. ad-*
13 *dit*, quod † dilatio quatuor menſium admitti-
tur, præſtita tamen cautione de ſoluendo, &
etiam ſtante Statuto diſponente, quod inſtru-
menta executioni demandentur, ſicut ſenten-
14 tiæ, ſeu ſicut res iudicata, ſed, † ſi ſimpliciter
dicat, quod inſtrumenta, ſeu lauda executio-
ni demandentur, vel, quod habeant executio-
nem paratam, tunc ſtatim fieri poterit execu-
15 tio. Et, † quatenus in præcepto aliquis termi-
nus non aſſignetur, adhuc intelligitur de ter-
mino conſuetudinario decem dierum, non
autem de legali quatuor menſium, *Rot. diuerſ. d.*
dec. 146. n. 5. & 6. par. 2.

SVMMARIA.

1 Mandato relaxato facienda eſt executio, eaque ad finem perducenda.

2 Subhaſtatio eſt vnus ex modis ſuccurrendi creditori mandatum habenti in actione perſonali ad quantitatem, vt ei ex pignore ſatiſfiat.

3 Executio Iudicis auctoritate fit in bonis debitoris, & pignora capiuntur, & dicitur hoc principium executionis, ſeu primum decretum, ſi ſit ſuper ſtabilibus, & n. 4.

5 Pignora in executione capta cadunt in cauſam iudicati.

6 Primo, & ſecundo decreto non videtur locus in executionibus in vim ſententiæ, & mandati executiui, in quibus deinde deuenitur ad venditionem & ſubhaſtationem, ad cuius effectum facta dicuntur, non immiſſionis & nu. 7.

8 Sed ſolum in immiſſione ratione contumaciæ in qua non fit adiudicatio.

9 Immiſſio in vim mandati executiui non eſt vtilis creditori.

10 Nec eſt conſona mandato mandati, vt auferantur bona.

11 Et facta ex ea deinde ſubhaſtatio nulla eſt, & ſpoliatiua, etiam quod alias illi immiſſio, ſeu aſſociatio competeret, & n. 12.

13 Mandati executiui forma ſeruanda eſt.

14 Remedium competens non ſuffragatur, ſi non illud, ſed aliud fuerit intentatum.

15 Executor in executione referens ſe ad mandatum executiuum quando non cenſeatur immiſiſſe ad effectum ſubhaſtandi, ſed acquirendi poſſeſſionem, & an idem ſit, ac ſi neutrum feciſſet, & nu. 16. 17. 18. & 19.

20 Tenuta capta in vim ſententiæ, & mandati executiui habetur pro primo decreto, & eius loco ſuccedit, & nu. 21.

22 Executio in vim actionis perſonalis fieri debet, at fit ex primo decreto ad effectum ſubhaſtandi, & deliberandi, vel adiudicandi pro credito conſequendo, & nu. 57.

23 Executio quando dicatur facta ad effectum ſubhaſtandi.

24 Primi decreti effectus quis ſit.

25 Immiſſus ex primo decreto non efficitur dominus.

26 Nec poſſeſſor, ſed detentor, & cuſtos & n. 42.

27 Debitor ex primo decreto non priuatur nec ciuili, nec naturali poſſeſſione, & n. 42.

28 Sed re potitur, ſubhaſtatione durante.

29 Et vſque ad ſecundum decretum dominus manet, & ad eum pertinent fructus, illoſque percipit ac percepiſſe præſumitur, & ſuos facit, & num. 30. & 31.

32 Spolium non reſultat ex immiſſione ad effectum ſubhaſtandi cum mandato ſer. ſer. relaxato.

33 Immiſſus ex primo decreto non acquirit ius percipiendi fructus.

34 Nec accipiens facit ſuos, niſi ſit ſecuta ſubhaſtatio, & deliberatio, ſeu adiudicatio, ſed tenetur cuſtodire, & in ſortem imputare, vel reſtituere, & nu. 36. & 37.

35 Sed poteſt colere, & locare.

38 Mulier moram paſſa in dotis reſtitutione, & fructus bonorum mariti accipiens, computat in ſortem niſi bona faciat diſtrahere, vel in ſolutum ſibi concedere.

39 Fructus percepti in ſubſequenti venditione rei pignoratæ non veniunt.

40 Creditor immiſſus ex primo decreto poſſidet ad commodum debitoris.

41 Et dicitur, iudiciali pignore capto, quaſi procurator illius, & eſt illi oneroſus, & quare, & n. 42.

43 Illique competit in huiuſmodi ſtatu manutentio. Lim. vt n. 44.

45 Pignoribus captis deuenitur ad bannimenta pro eorum futura venditione, & n. 47.

46 Bannimenta dicuntur medium executionis.

48 Pignoris iudicialis, vel prætorij venditio, & ſubhaſtatio facienda eſt auctore Prætore, ſeu Iudice, & num. 49.

50 Alias poteſt retractari.

51 Non autem fieri poteſt auctoritate partis, niſi ſit pignus conuentionale, vel ei Iudex auctoritatem conceſſerit, prout poteſt & nu. 52. & 53.

54 Pignoribus captis, & ſubhaſtatis, deuenitur ad eorum venditionem & diſtractionem.

55 Executionis finis eſt venditio, & diſtractio.

56 Decl. facta tamen reali traditione, & capta poſſeſſione.

58 Nulliter proceſſum dicitur pignoribus captis non ſubhaſtatis, & deliberatis.

59 Pignora, emptore non reperto, pro vltimo executionis actu, & fine, in ſolutum dantur creditori.

60 Creditori media ſubhaſtatione ſatiſfit vel in pretio ex re redacto, vel ex integræ, ſeu partis rei adiudicatione.

61 Pignoris diſtractio, & deliberatio, vel adiudicatio dicitur ſecundum decretum.

62 Secundum decretum eſt maioris præiudicij, quam primum.

63 Primum decretum ordinatur ad ſecundum.

64 Secundum decretum pro ſui validitate præſupponit primum.

65 Et ad ipſum de iure communi deueniri non poteſt, niſi primum præceſſerit, & legitime.

66 Et eſt nullum, ſi nullum ſit primum.

Digitized by Google

67 *Malo quæ ſunt inchoata principio, bonum finem conſequi non poſſunt.*

68 *Ordo loquens de iudicio ſecundi decreti intelligitur de valido.*

69 *Secundum decretum non poteſt fieri niſi ſuper bonis prius expignoratis, ac factis ſubhaſtationibus, & num.70.*

71 *Primum decretum, vt in bonis debitoris executio præcedat, non eſt neceſſe. Intellige vt n.2.*

72 *Tenutam videtur tacitè Iudex confirmare, dum poſtea mandat, rem ſubhaſtari.*

73 *Conſequens qui vult, videtur velle etiam ſuum neceſſarium antecedens.*

74 *Tenuta non eſt actus deciſorius, ſed præparatorius ad ſubhaſtationis executionem.*

75 *Primum decretum non requiritur in pignoribus conuentionalibus, & quare.*

76 *Pignus quoque prætorium ob contumaciam aliquando ſubhaſtatur, & adiudicatur, ſeruatis iis, quæ ſeruantur in iudiciali, & nu.77. licet in Vrbe ſiue reus compareat, ſiue non, ſemper ad ſententiam diffinitiuam procedatur, & ad pignus iudiciale, vt n.78.*

79 *Executionis ordo eſt diligenter, & ad vnguem obſeruandus, aliàs nulliter agitur.*

De Executionis principio, medio, & fine, ac de Primo, & Secundo Decreto.

INSP. XIII.

1 CVm itaque, † mandato relaxato, reſtet, vt ad illius executionem deueniatur, illaque ad finem perducatur, *Rot. in Forolinien. Ceſſionis Cenſus 2. Iunij 1627. coram Eminen. D. Card.*
2 *Vbaldo, poſt tract. dec.72. num.1.* & † ſubhaſtatio ſit vnus ex modis, quibus ſuccurritur creditori habenti ſententiam, & rem iudicatam, atque mandatum, ſeu executionem relaxatam in actione perſonali, & ad quantitatem, vt ex ipſo pignore ſuam habeat ſatisfactionem, *Pract. Papien. in form. libell. execut. ſent. diffin. in gl. ſapiens. n.20. verſ. amplius quæritur. Carpan. ad Statut. Mediol. lib.1. cap.166. n.16. 18. & 23. Aſin. in prax. §.31. cap.5. n.4. Mangil. de ſubhaſtat. q.21. n.15.*

3 Primo † fit auctoritate Iudicis executio in bonis debitoris, ſeu pignora capiuntur, *Aret. in l. à Diuo Pio. §. ſed ſi emptor. num.1. ff. de re iudic. Aſin. in prax. §.7. cap.5. num.10. Marcheſ. de comm. par.3. de comm. admiſſ. ad ceſſion. bon. §.1. numer.31. Borell. in ſumm. deciſſ. tit.32. num.271. tom.2. Fenzon. ad Statut. Vrb. cap.194. num.81. Mangil. de ſubhaſt. quæſt.1. ſub num.10. Maſtril. dec.58. num.2. par.1.* † quæ tunc ca-
4 dunt in cauſam iudicati, *Marant. de ord. iudic. par.6. act. vlt. num.19.* & † hoc dicitur principium
5 ipſius executionis, ſeu primum decretum, ſi executio ſit ſuper ſtabilibus, *Maſtrill. d. dec.58. n.2. Giurb. dec.49. num.23. & deciſ.64. num.4. Rot. in Ariminen. Spolij 2. Iunij 1627. coram Merlino, poſt tract. deciſ.72. n.4.*

6 Nam, quamuis † in huiuſmodi executionibus in vim ſententiæ, & mandati executiui non videatur eſſe locus primo, vel ſecundò decreto, ſed poſt immiſſionem ad bonorum venditionem deueniatur, *l. à Diuo Pio. § in venditione. ff. de re iudic. Bero. conſ.102. nu.25. lib.3.* cum † 7
huiuſmodi executio dicatur facta; & fieri debeat ad effectum licitationis, & ſubhaſtationis, non immiſſionis, *Mangil. de ſubhaſt. q.163. nu.1. Rot. recen. dec.185. nu.6. par.6. & adnotaui in tract. mand. de manuten. obſeruat.12. n.170.* & pro executione ſententiæ ſit neceſſaria venditio, *Vallaſc. conſult.37. nu.7.* & † primo, & ſecundo decreto locus ſit, 8
vbi ſit immiſſio ratione contumaciæ, *l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de damn. infect. Bero. d. conſ.102. n.16. lib.3.* in quo non fit adiudicatio, *Bero. ibid.* ita vt, † qui 9
in vim mandati executiui facit ſe tantum immitti, parum vtiliter ſibi prouideat, *Duran. dec. 364. num.48.* † nec, ſi inſpiciatur forma mandati 10
cantans, vt auferantur bona, &c. ſit illi conſona immiſſio in veram, & realem poſſeſſionem bonorum cum expulſione colonorum, & præcepto de recognoſcendo in dominum, *Rot. recent. d. dec.257. n.2. par.6.* &, ſi Executor cum hu- 11
iuſmodi mandato aſſociet ad poſſeſſionem, & fiat deinde ſubhaſtatio, ipſa ſubhaſtatio dicitur nulla, & ſpoliatiua, *Mangil. de ſubhaſt. q.163. n.3. Rot. in d. Ariminen. Spolij ſecundo Iunij 1627. coram Merlino, poſt tract. dec.73. nu.2.* † etiam quod credi- 12
tori aſſociato competeret, quia, † cum agatur 13
de mandato executiuo relaxato ſub certa forma, illa debuit ſeruari, *Rot. in d. Ariminen. Spolij 2. Iunij 1627. coram Merlino, poſt tract. dec.73. nu.10.* & † 14
remedium de iure competens non ſuffragetur, vbi non illud, ſed diuerſum fuit intentatum, *Mangil. d. q.163. nu.4. & 5. Rot. in d. Ariminen. Spolij, poſt tract. d. dec.73. nu.3.* † ac etiam quod Executor ſe 15
referat ad mandatum, nam non cenſetur immiſiſſe ad effectum ſubhaſtandi, ſed ad effectum acquirendi poſſeſſionem, dum proceſſerit ad actus merè poſſeſſorios, & mandauerit liberatoribus, vt immiſſum recognoſcerent in dominum, illique de fructibus reſponderent, *Rot. recent. dec.185. nu.2. & dec.257. n.5. & 7. par.6. & in eadem, hæc eſt in Ariminen. Spolij 17. Martij 1628. coram Merlino, poſt tract. dec.74. nu.1. & 2.* † & fortius ſi 16
creditor non procurauerit ſtatim ſubhaſtationem, ſed continuauerit poſſidere, & fructus percipere per aliquod tempus conſiderabile, *Rot. in d. Ariminen. Spolij 17. Martij 1628. coram Merlino, poſt tract. deciſ.74. nu.3. & 4.* † niſi ſtylus con- 17
trarius in ſpecie facti propoſiti probetur, *Rot. recent. d. deciſ.185. num.6. & 7. & deciſ.248. nu.2. par.6. & poſt tract. d. deciſ.74. num.4. verſ. neque obſtat.* vbi de fide Cauſidicorum, & † perinde habetur, 18
ac ſi neutrum fecerit, *Rot. recent. d. deciſ.257. nu.7. par.6.* quamuis † contrarium fuiſſet reſponſum 19
in antecedenti deciſione, de qua *in part.5. recent. deciſ.248. num.1. & ſeqq. & tradat Mangil. de ſubhaſt. quæſt.164. num.3. & in fin.* Attamen † etiam 20
in his executionibus in vim ſententiæ, & mandati executiui pro primo decreto conſideratur ipſa tenuta capta, *Peregr. de iure Fiſci. lib.6. tit.4. num.4. Gratian. diſcept. for. cap.375. num.17. Ambroſ. deciſ. Peruſ.2. nu.1. & 26. & Rot. recent. d. deciſ. 248. num.3. & 7. par.5. & deciſ.257. num.6. & 10. par.6.*
† vel ea loco primi decreti ſuccedit, *Peregr. d.* 21
num.4. † fierique debet vigore actionis perſo- 22
nalis executio ex primo decreto cum intentione, & ad effectum poſtea ſubhaſtandi, & deliberandi, ſeu adiudicandi ex ſecundo pro conſequendo credito, *Mangil. de ſubhaſtat. quæſt.*

Digitized by Google

23 quæſt.166.nu.2.Gratianus dec.12. ſub num.10. † & ad
effectum ſubhaſtandi diceretur facta executio,
ſi executor referret, creditorem, ſeu illius pro-
curatorem immiſiſſe in poſſeſſionem bono-
rum pro ſumma debita, & in mandato con-
tenta,& ſi ex primo decreto, Rot. recent.deciſ.185.
nu.2. & 3.parte 6.
Et hinc propterea dicunt Iac. de Bel. & Guid.
de Suz.de primo,& ſecundo decreto ſub num.35. quod
24 † effectus primi decreti eſt, quod per illud a-
ctor habet detentationem, & cuſtodiam re-
rum, & iudiciale, vel prætorium pignus ei
conſtitutum vendet,poſtquam eſt inductus in
25 poſſeſſionem, Iudice tamen mediante. † Non
enim ita immiſſus in poſſeſſionem ex primo
decreto efficitur dominus. Tepat.var.ſent.tit.419.
cap.4.Mangil.de ſubh.qu.7.nu.20. & qu.166.nu.2. Rot.
recent.dec.140.circa fin.parte 4.Card.Veroſpius ſenior in
voto in Peruſina prætenſi Spolij 15. Octobris 1626. poſt
tract.deciſ.96.num.15. Rot.in Ariminen. Spolij 17.Mar-
26 tij 1628.coram Merlino poſt tract.deciſ.74. num.3. † nec
poſſeſſor,ſed ſimplex detentor,& cuſtos, Ioan.
Caluin.in lexic.iurid.in verb.tenuta.Mangil. de ſubhaſt.
quæſt.141.nu.4.& quæſt.166.nu.2. Ambr.deciſ.Peruſ.2.
nu.24.& ſeq. Gratianus deciſ.22.nu.vndecimo & duo-
decimo.Rot.recent.dec.545.nu.4.& deciſ.630.nu.2.parte
2.& deciſ.640. circa fin. parte 4. & deciſ.348.nu.3.parte
5.& deciſ.185.nu.6.parte 6. Duran.deciſ.364.nu.46.49.
& 50.Buratt.deciſ.49.nu.9 deciſ.60. nu.11. & deciſ.340.
nu.8.Card.Veroſp. ſenior in dict.Peruſina prætenſi Spolij
15.Octobris,1626.poſt tract.deciſ.69.num.13. Rot.in dict.
Ariminen. Spolij 17. Martij 1628. coram Merlino, poſt
tract.deciſ.74.nu.3.& in alia Ariminen.Spolij 26. Apri-
27 lis 1630.coram Motmanno,poſt tract.deciſ.82.nu.8.† Nec
priuatur debitor ſuâ poſſeſſione ciuili, & na-
28 turali,Duran.deciſ.364.ſub num.8.29.& 30. Sed † re
potitur præconij durante tempore, Aſin.de exe-
29 cut.§.4.cap.30.nu.1. Boer.q.45.nu.vndecimo vol.1.& †
vti proprietarius vſque ad ſecundum decre-
tum ſemper dominus manet, & ad eum fru-
ctus pertinent,leg.Valerius patronus,§.plenè,ff.de iur.
30 Fiſc.Papon.de arreſt.libro 18. titulo 6.arr.29.col.pen. †
illóſque percipit.& ſuos facit, §.fin. & Boer.vbi
31 ſup. Duran.dict.dec.364.nu.29.in fin.& nu.30.ac † an-
te deliberationem, ſeu adjudicationem perce-
piſſe præſumitur,Card.Veroſpius ſenior in dict.Peru-
ſina prætenſi Spolij 15. Octobris 1626. poſt tract. deciſ.69.
32 num.14. Ita vt † non poſſit ex hâc immiſſione
ſpolium reſultare,præſertim ſi mandatum ſit
relaxatum ſeruatis ſeruandis,Mangil.de ſubhaſt.
quæſt.166.nu.2.Rot.recent.deciſ.545.num.4.& deciſ.600.
33 nu.2.parte 2.Buratt.dec. 49.nu.3.& 9.† Nec acquirit
creditor ius percipiendi fructus, Rot.in dict. Ari-
min.Spolij 17.Martij 1628.coram Merlino poſt tract.dec.
34 74.num.3. † nec illos percipiens facit ſuos non
ſecuta ſubhaſtatione,& deliberatione, ſeu ad-
judicatione, Cauagliol.in paraphraſ. poſt ſua conſſ.ad
gloſſ.in leg.à Diuo Pio, §.ſi virtum in verb.integrù, ff.de
re iudic.nu.35.vbi de communiori,& veriori. BertaZol.
conſ.401.nu.25.libro 2.Mangil.de ſubhaſt. quæſt.7.num.
20.& ibi Rot.deciſ.69.num.5. Tepat.var.ſent.titulo 419.
capite 4.Affl.dec.358.numero 4. Rot.poſt noſtrum tract.
mand.de manuten.deciſ.20.num.9. & nos adnotauimus
ibid.obſer.12.numero 171. Buratt.deciſ.240.numero 7.
vbi Add.littera A. & deciſ.327.num.2. Rot.recent.dec.
248. numero ſeptimo, parte quinta: † quamuis co-
35 lat,& locet,Rot. recent.dicta deciſione 248.numero 7.
parte 3. † Sed debet eos,quatenus accipiat,cu- 36
ſtodire,Rot.recent.dicta deciſione 248.numero ſeptimo,
& † computare in ſortem principalem,vel re- 37
ſtituere debitori, Felician.de cenſibus,tomo 2.libro
primo,capite 3.nu 5.verſ.ſecunda eſt. Burat.dict.dec.240.
num.7.vbi Add.littera A. & deciſ.337.numer.2. Rot.in
præfata Ariminen.Spolij 2. Iunij 1627.coram Merlino,
poſt tract.deciſ.72.num.4. Provt † mulier moram 38
paſſa in reſtitutione dotis ſoluto matrimonio,
& poſſidens bona mariti, fructus computat in
ſortem niſi faciat bona diſtrahi, vel ea ſibi in
ſolutum dari,Burat.deciſ.60.nu.12. † Nec fructus 39
antea percepti in ſubſequenti venditione rei
pignoratæ veniunt,Valaſc.conſult.37. nu 7.& deciſ.
36. Ricc. in collect. deciſ.collect.67. Et † per conſe 40
quens interim creditor poſſidet ad commo-
dum debitoris,Neguſ.de pignor.parte 6. memb.1.nu.
35.verſ ſubſequitur Bart. & dixi in tract. mand de ma-
nuten.obſer.72.nu.8.& ibi Rot deciſ.173.nu.8. † & dici- 41
tur, judiciali pignore capto, quaſi procurator
illius, Rot. in Romana Nullitatis contractus 18. Maij
1616. coram Coccino,poſt tract dec.ſ.38.num.3. † Pro- 42
priúſq; effectus immiſſionis ex primo decreto
in actione perſonali eſt, vt immiſſus vnà cum
domino teneat,non autem,vt poſſideat,& poſ-
ſeſſione priuetur dominus,vel inde expellatur
ſed potius vt dominum veluti canis Lepo-
rem ſequatur,& ſolummodo jus habeat cuſto-
diendi,Rot.recent. dec.257.nu.10.& ſeqq.parte 6. Et
ideò miſſus eſt oneroſus debitori, quia ſi do-
minus intret Cameram,ſeu Cellam vinariam,
& iſte ſimiliter intrare poteſt, & in re mobili,
ſeu ſe mouenti facit tædium:nam,ſi ſit miſſus
in poſſeſſionem equi,cùm dominus velit illum
ad aquam ducere, miſſus poteſt eum deuiare,
& ad aliam aquam ducere ſaniorem,cùm ipſe
habeat equi cuſtodiam,&, ſi miſſus ſit in poſ-
ſeſſione libri, cùm dominus velit legere in titul.
de dilat. ille voluere poteſt ad titul.de ſolut. Specu-
lat.libro ſecundo pratic.de primo decreto, §.5.numer.21.
† Competitque ipſi in hujuſmodi ſtatu, & de- 43
tentatione manutentio, Mangil. de ſubhaſt. qu.64.
numer.4. & habui in tract.mandat.de manutenen.ob-
ſeru.12.numero 173.& ibi Rot decisione duodecimâ, nu-
mero 3. Burat.deciſ.60.numero duodecimo, deciſ.194.
numero quarto vbi Add.littera A. Duran.deciſ.132.nu-
mero tertio vbi, † niſi fuerit illi renunciatum, 44
etiam mediante renunciatione facta omni
commodo adjudicationis.
Secundo, † bona, ſeu pignora capta ſub- 45
haſtantur,& bannimenta fiunt pro eorum fu-
tura venditione, Marant. de ord.iudic. parte 6.act.
vlt.numer.19.Aſin.in prax.§.7.capite 5.num.10.Borell.
in ſumm.deciſſ.titul.32. num.371.tomo ſecundo Maſtrill.
deciſ.64. num.4. parte 1. Et † hoc dicitur execu- 46
tionis medium,Maſtrill.ibid.Giurb.deciſ.19.num.23.
& deciſ.64.numero 4. † cùm in cauſâ judicati pi- 47
gnora capiantur,& deinde ſubhaſtentur,Man-
gil. de ſubh. qu.153. nu.1.
Et † eſt etiam hæc venditio, & ſubhaſta- 48
tio pignoris judicialis, vel prætorij facienda
auctore Prætore,leg.ſi pignori, ff.de euict.leg.2.C.de
execut.rei iudic.leg.1.vbi gloſ. & leg.2.C. ſi in cauſ.iu-
dic.pign.capt.ſit.Neguſ.de pignor. parte 6.membr.1. nu-
mero 9.Aſin.de execut.§.4.cap.54.ſub num.2. Nicol.Fe-
ſtaſ.de collect.parte 3.num.13. Tepat.var. ſentent tit.417.
capite 12. FenZon.ad Statut.Vrb. capite 194. numero 55:

Digitized by Google

Mangil. de euict. quæſtione 44. numero primo, & de
ſubhaſt.quæſtione primâ,numero decimo in fin. Affl.de-
ciſ.358.nu.5. Rot.poſt noſtrum tract.mand de manuten.
49 deciſ.323. num.16. & † ſic cum auctoritate Præſi-
dis,vel Iudicis,ſeu Magiſtratus, Iodoc.de ſubhaſt.
50 cap.primo,num.25.& cap.3.num.17. † aliàs retracta-
ri poteſt, Iodoc.dicto cap.3.num.18. Rot.poſt d.noſtrum
tract.mand.de manutenen.dicta deciſ.323. quæ eſt etiam
51 inter recent.parte 5.deciſ.411.nu.13. † Nec vendendi
onus incumbit parti, Tepat.var.ſent.d.tit.417.cap.11.
52 & 12. † quidquid aliud ſit in pignore conuen-
53 tionali, Tepat. dicto cap. vndecimo, † nec hoc fieri
poteſt propriâ auctoritate per ipſum credito-
rem miſſum in poſſeſſionem,niſi Iudex talem
auctoritatem ei conceſſerit prout poteſt ſe-
cundum Neguſ.de pignor. dictâ parte 6.membro 5.
numero nono,& Mangil.de euict.dictâ quæſtione 66.nu-
mero 2.

54 Tertio † ſequitur illorum venditio, ſeu
diſtractio, Aret,in leg.à Diuo Pio,§.ſed ſi emptor,nu-
mero primo, ff. de re iudic. Rebuff. de præcon. liuit. &
ſubhaſt.art.4.gloſ.1.nu.31.Borell.in d.ſumm. deciſ.tit.32.
55 nu.371.Maſtrill.dict dec.58.nu.2. Et † dicitur execu-
tionis finis, Maſtrill.ibid.Giurb.d.dec.49.nu.23.& de-
56 ciſ.64 nu.4. † facta tamen reali traditione, & ca-
pta poſſeſſione, Giurb.d.dec.64. nu.8.& ſeqq.& nu.
57 18. cùm † ad hunc effectum pignora capiantur
in execuionem iudicati, Ant Fab.li.8.& tit.6.de fin.
58 33.n.2.in alleg.& † nulliter procedi dicatur non
facta ſubhaſtatione,& deliberatione, Greg.XV.
dec.485. nu.8.

59 Vel † in caſu non venditionis pro quarto,
& vltimo executionis actu,& ſiue bona,ſeu pi-
gnora in ſolutum dentur creditori, l.à Diuo Pio,
§.ſi pignora, vbi omnes, ff.de re iudic.l. ordo,C.de exe-
cut.rei iudic. l.2.& 3.C.ſi in cauſ. iud.pign. capt.ſit Ma-
rant.de ord.iudic.d.p.6.act.vlt.n.19. Aſin.in prax.d.§.7.
ca.5.nu. 10.& §.3.c.5. n.4.Carpan.ad Statut.Mediol.li.
primo, ca.166.nu.17.& 19.Caball.conſ.163 nu.44.Giurb.
60 d.dec.49. n.23.

Satisfactio † enim mediante ſubhaſtatio-
ne duobus modis ſolet contingere, videlicet
vel ex pretio redacto ex rei debitoris venditio-
ne,vel ex integrę,ſeu partis rei debitoris adju-
dicatione, pro ſumma debita, Pract. Papien.in
form.libell execut.ſent.diffin. in gl. ſapiens, numero 20.
verſ.ſecundo modo prouidetur, Aſin.de execut.§.4.cap.
82.numero primo. Corn.conſil.163. ſub numero 2. verſ.
quia venditio.libro primo. Pancirol. in praxi parte 3.
verſ.captis pignoribus,folio 311. & verſ.tertius modus eſt,
folio 315.Rot.recent.deciſione 133. numero 14.& 15. p.6.

61 Ipſáq; † diſttactio,& deliberatio,ſeu adju-
dicatio reſpectiuè dicitur ſecundum decre-
tum, Guid.Pap.de primo,& ſecundo decreto,numero 31.
in fin.Iacob.de Bel.& Guid.de Suz.eodem tractatu nu-
mero 51. Gratianus diſcept.forenſ.capite 375.numero 17.
62 Giurb.dec.53.per totam, † quòd eſt majoris præju-
dicij,quàm ſit primum, Corn.conſil.73.numero 2.
63 libro 2.licèt † primum ad illud ordinetur, Du-
64 ran. dec.132.numero 4.& † ſecundum non ſolùm
pro ſui validitate præſupponat primum, Ma-
65 ſtrill.dict.deciſ.58.numero primo & 5. & Surd.deciſ.74.
numero 7. † & ad ipſum ſecundum de jure
communi deueniri non poſſit, niſi primum
præceſſerit, & legitime fuerit interpoſitum,
66 Aſin.de execut.§.7.capite 103.numero primo,Fenzon.ad
Statut.Vrb.capite 194.numero 13.& † nullo exiſten-
te primo,ſecundum quoque ſit nullum,quia,
† quæ malo ſunt inchoata principio, bonum 67
finem conſequi non poſſunt, Aſin.loco citato,pro-
vt † ordo loquens de iudicio ſecundi decreti 68
intelligitur de valido, Surd.dictâ deciſione 74.nu-
mero 6. Sed immò hoc ſecundum non poſſit fie- 69
ri niſi ſuper bonis priùs expignoratis, & effe-
ctis pignoribus iudicialibus, & prætorijs, ac
factis ſubhaſtationibus,& conſequenter † non 70
poſſit dari diſtractio, & ſit decretum ſecun-
dum, & ad illud deueniri abſq; primo decre-
to,& ſubhaſtationibus, aliàs eſſet nullius mo-
menti, Iodoc.de ſubhaſt.capite 3.numero 47. Maſtrill.
d. dec.58 ſub nu.3.& 4.

Ac proinde, quamuis † in bonis debitoris 71
primum decretum præcedere non videatur
neceſſe,ſecundum Aſin. de execut.§.4. capite 70.ſub
num.3. † hoc tamen ſit intelligendum, vt ſcili- 72
cet non ſit neceſſarium poſt adeptam tenutam
decretum Iudicis ſuper illius confirmatione,
provt ſeruatur Peruſiæ, ſed tenutam videatur
tacitè Iudex confirmare, dum poſteà mandat,
rem ſubhaſtati, Siluan.conſ.26.n.7.& 8.quia, † qui 73
vult conſequens, videtur velle etiam antece-
dens ſine quo conſequens eſſe non poteſt, Sil-
uan.d.n.7. † Neq; tenuta eſt actus deciſorius,ſed 74
præparatorius ad executionem ſubhaſtatio-
nis eorundem bonorum, Rot.recent.dec.552.num.3.
parte .3

In pignoribus † tamen conuentionalibus 75
primum decretum Iudicis ante adjudicatio-
nem non requiritur, quia illud ex partium
conuentione conſtituitur, Fenzon. ad Statut.Vrb.
cap 194.nu.13 & poſſidetur per creditorem, Greg.
XV.dec.194. nu.10.

Non omitto, quod † in pignore quoque 76
prætorio ob contumaciam deuenitur aliquá-
do ad iſtud ſecundum decretum ſubhaſtatio-
nis,& adjudicationis, † in quo tunc ſeruatur 77
idem ordo, qui ſeruatur in pignore judiciali,
iuxta tradita per Stacc.de iudic.lib.1.cap.97. ſub nu.24.
& ſeqq. vbi nu.5.quod † in Vrbe,ſiue reus compa- 78
reat, ſiue non, & ſic ſit contumax, ſemper pro-
ceditur ad ſententiam diffinitiuam, & ſic ad
pignus judiciale.

Eſtque † executionis ordo diligenter ob- 79
ſeruandus, & ad vnguem, aliàs eſt nullum,
quidquid contra fit, Ant.Sol.ad decret Sabaud.libro
3.de form.ac ord.proced.in pignor.ſubhaſt.& delib.bon.
mobil.gl.1. nu.6.

SVMMARIA.

1 Executio in vim mandati executiui fieri debet in ijs, quæ ſunt debitori minus damnoſa.
2 Pecunia eſt minus damnoſa debitori.
3 Executio de iure fit. 1. in mobilibus. 2. in ſe mouentibus. 3. in immobilibus. 4. in nominibus debitorum.
4 Ampl. præcipuè ſi debitum ſit modicum.
5 Vel executio fiat contra pupillos, vel minores.
6 Aliàs oſtenderetur dolus, & quòd creditor rem ſibi deinde adjudicatam voluiſſet vili pretio, & numero 7.
8 Creditor in exigendo debet eſſe debitori minus grauis, quàm fieri poſſit.

9 Exe-

Digitized by Google

9 Executio fieri non poteſt in bobus, & animalibus aratorijs, nec in inſtrumentis ruralibus ad agriculturam neceſſarijs, niſi alijs bonis non extantibus, vel niſi adhuc eſſent in opere, & num. 10.

11 Ampl. etiam in debito publico.

12 Et non obſtante contraria conuentione.

13 Nec licet diſcooperire domum, & auferre imbrices, nec accipere trabes, oſtia, feneſtras, & alia domui affixa, nec capi ex fundo arbores, nec veſtes, & mobilia quotidiana, præſertim vxoris, vel filiorum, nec lectum.

14 Nec capere licet arma, equos, & ſtipendia militum, nec libros Scholarium, & Doctorum actu ſtudentium, niſi in ſubſidium.

15 Nec pallium niſi in ſubſidium cum ſpeciali Iudicis mandato, & citatione.

16 Nec Fructus Sacerdotij, beneficij, vel feudi, niſi poſt omnia.

17 Capturæ perſonæ locus eſt deficientibus bonis, & diſcuſſis etiam bonis fideiuſſoris ſi adſit, & numero 19.

18 Mandata exequutiua continent verba, Auferantur de bonis N. debitoris, &c. ſin ſecus capiatur idem. &c.

20 Ordo exequendi prius in mobilibus, &c. ſeruatur ex humanitate, vt cum minori debitoris incommodo creditori ſatisfiat, non autem eſt ſubſtantialis, vel datus pro forma, & numero viceſimoquinto.

21 Si non ſeruetur, non inducitur nullitas, ſed grauamen, & locus datur appellationi. Contrarium numero 23. Ampl. vt num. 28. Contrarium nu. 29. Lim. vt n. 31. & 32.

22 Niſi adſit etiam defectus ſubhaſtationis

24 Iudex malè facit, non ſeruando ordinem in exequendo.

26 Ordo exequendi prius in mobilibus, &c. ſi omittatur, non eſt expreſſus iuris error.

27 Debitoris eſt modici damni, ſi exequatur prius in ſtabilibus, quam in mobilibus.

30 Ordine exequendi prius in mobilibus, &c. non ſeruato, ſubhaſtatio non reſcinditur ſine magnâ læſione.

33 Mobilium exiſtentia probari debet ab aſſerente.

34 Præſumitur in dubio pro Iudice, & Exequutor, & quod fuerit ſeruata forma iuris, & mandati, & quod mobilia non fuerint reperta, & numero trigeſimoquinto.

36 Mobilia non extare quomodo à creditore probari poſſit, & nu. 37. 38. 39. 40. & 41.

42 Ordinem exequendi prius in mobilibus, &c. non eſt opus ſeruare in obligatione camerali, guarentigia, & reali, tanquam tunc omnia conſtituta dicantur in pignus prætorium. Ampl. vt. numero 44.

43 Obligatio cameralis continet renunciationem omni legum, & iuris auxilio, & hypothecæ conſtitutionem in omnibus bonis.

45 Creditor exequi poteſt in vno ex pignoris ſibi obligatis bene viſo, illudque diſtrahere, & numero 49.

46 Et habens obligationem cameralem poteſt fieri facere exequutionem realem, & perſonalem & incipere à captura, etiam diſcuſſione bonorum non facta, & quod debitor ſit ſoluendo, dummodo ceſſet dolus, & nu. 47. & 48.

50 Ordini exequendi prius in mobilibus, &c. poteſt renunciari per pactum.

51 Ordo exequendi prius in mobilibus eſt introductus fauore tam debitoris, quàm creditoris, ne in executione grauentur, & nu. 52. & in quo conſiſtat fauor vtriuſq; nu. 55. & 56.

53 Creditor grauaretur, ſi executio facienda eſſet primò in nominibus debitorum.

54 Executio rei iudicatæ fieri debet ſtatim, & non electionis via retardari.

57 Ordo exequendi prius in mobilibus non attenditur coram Vicarijs Caſtrorum, & Iudicibus ruralibus, & quare.

58 Nec ſeruatur in debitis Fiſcalibus, & prouenientibus ex cauſâ pœnæ.

59 Nec in exactionibus collectarum.

60 Nec fauore pupilli.

61 Nec vbi adeſt contraria conſuetudo, vel Statutum, & num. 62.

63 Nec in exequutione in vim interlocutoriæ.

64 Nec quando pignora conſignarentur à debitore.

65 Nec ſi immineat periculum, ne debitor bona alienet cum antidata.

66 Exequutio pro debito non debet incipere à capturâ, Lim. vt nu. 67. & 68.

69 Debitor ad effugiendam exequutionem poteſt ſoluere in manibus Executoris, & liberatur, & num. 70.

71 Exequutor recipiens pecuniam debitam loco pignoris tenetur creditori, & pro eo illius Baroncellus, & nu. 72.

72 Debitor dans aliquid in ſolutum ad carceres euitandas non poteſt reuocare.

74 Exequutores pignora mobilia ex domo debitoris accepta dimittere ſolent penes tertium, vel, illis non amotis, accipiunt aliquem in depoſitarium obligatione mediante cum ipſius ſubſcriptione, vel adnotatione teſtium à tergo mandati, & numero ſeptuageſimooctauo & tenentur de malâ electione, vt num. 77. vel deponunt penes publicum depoſitarium loci, & Tribunalis, vt num. 79.

75 Non tamen poſſunt ingredi domum non apertam, niſi mandatum contineat, Aperiatur per vim, alias de vi tenentur.

80 Bona in exequutionem capta clarè, & explicitè deſcribi debent, & eorum quantitas, & qualitas adnotari cum die, & exequutore, alias admittitur iuramentum in litem, & quando ſecus, & nu. 81.

82 Pignora penes tertium deponuntur, ne debitor illa interim conſumet, vel alienet.

83 Debitor pignora ad manus Curiæ reducta non poteſt alienare, nec adminiſtrare, & nu. 84.

85 Et debet acquieſcere, dum videt, Officiales illa capere non ex ſuo capite, ſed vigore iuſtitiæ, alias vix vnquam exequutio perficeretur, & numero 88.

86 Superior, vel Iudex vbi manum iniecit, aliorum poteſtas coercetur.

87 Facta à Nuncio, vel Exequutore à Superiore, & Iudice facta cenſentur, qui auctoritatem fuit impartitus.

89 Exequutores ſunt pignorum cuſtodes, & curatores Iudicis auctoritate.

90 *Et vti ſequeſtres,& depoſitarij poſſident.*
91 *Pignora ſi penes Executores comburentur, debitoris periculo pereunt.*
92 *Niſi executio retractetur vti indebitè , & nulliter facta : quia tunc teneretur creditor ad intereſſe.*
93 *Executionis in ſtabilibus forma,& nu.ſeq.*
96 *Quod à Notario,& teſtibus deſcribitur,ab eiſdem videri debet.*
101 *Creditor non poteſt dici in poſſeſſionem eſſe ex primo decreto,vbi Baiulus,Nuncius,vel Executor illum in eam non induxerit.*
102 *Executio fit etiam in nominibus debitorum , ſeu creditis , quæ tertiam bonorum ſpeciem conſtituunt.*
103 *Et fit ad effectum licitandi,& deliberandi oblatori,& fit ſubhaſtatio,vt ex precio ſatiſfiat creditori,& nu.104.& 105.*
106 *Executionis forma contra nomen debitoris, & nu. ſeqq.& nu.19.& ſeqq.*
111 *Confeſſus habetur pro judicato.*
112 *Ius plenum non transfertur , ſed vtilis prætoria ex nomine debitoris in iudiciale pignus aſſignato , & ex hoc deuenitur ad ſubhaſtationem, ſecundum decretum , & adiudicationem , & numero 13.*
114 *Iudex adjudicare poteſt nomen debitoris creditori , vt poſtea contra eum experiatur vtilibus actionibus , etiam debitore debitoru non citato , prout potuiſſet debitor , cuius loco Iudex ſuccedit.*
115 *Lim. in Ianuenſibus , qui Statutum contrarium habent.*
116 *Nominis debitoris deliberatio , vel adjudicatio habet vim ceſſionis , & omnes transfert actiones ipſo jure, nu.117.*
118 *Datio in ſolutum,quæ fit à Iudice de nomine debitoris , differt ab eâ , quæ fit à debitore de Iudicis mandato, vt hic.*
120 *Cenſus capi poteſt in executionem , & ſubhaſtari iuxta formam, de quâ hîc & nu.ſeqq.*
122 *Executio,& immiſſio ex primo decreto in annuis perpetuis fit præſtationibus , prout in immobilibus,& nu.123.*
125 *Factum Iudicis factum partis reputatur.*
126 *Debitor liberatur, ſi Iudex mandet debitori debitoris,vt creditori ſoluat.*
127 *Creditor ex obligatione camerali agere poteſt contra debitorem debitoris , ſic etiam obligatum, ad mandatum exequutiuum , & cum illo ad executionem & ſubhaſtationem,& numero 129.Ampl.vt num.128.130.& ſeqq.Lim. & decl. vt nu. 134.*
135 *Ius redimendi poteſt in executionem capi,& ſubhaſtari.*
136 *Executionis in nomine debitoris materiam , qui tractent.*

De Ordine,& Forma ſeruanda in executionibus faciendis.

INSP. XIV.

1 **F**Ieri autem † debet priùs executio in huiuſmodi actione perſonali,& ad quantitatem,ac ad effectum ſubhaſtationis , illiuſque conſumationis ſuper ijs,quę ſunt debitori minus damnoſa, *Marant.de ord. iudic.parte 6. act.vlt. num.vndecimo. Fen Zon.ad ſtatut.Vrb.capite 195.num.6.* vbi,quod † damnoſa eſt pecunia , *Antonell. conſ. 27. num.6.* & † de iure primo ſuper mobilibus, 2
deinde ſuper ſe mouentibus,& illis deficientibus , ſeu non ſufficientibus , ſuper immobilibus,& poſteà ſuper nominibus debitorum, *leg. à Diuo Pio,§.in venditione, vbi D.D. ff.de re iudic.leg. Ciuitates,C. quod cuiuſque vniuerſit. nomi. Formul. Aduocat. tractatu 2.capite 22.in fin. Pract.Papien.in form. execut. ſentent.diffinit.in gl. ſapiens, num.21. Marant. de ord.iudic.in proœm.num.duodecimo, & parte ſextâ, act.vlt. num. nono, 19.in fin. & 23. Baldun. de pignor. capite 18.col.7. Roland.conſ.35.num.quinto,libro primo. Ant.Sol.ad decret.Sabaud.lib.3.de form.ac ord.proced.in pignor.ſubhaſt.& delibe.bono.mobil.gl.2. num.ſeptimo. Aſin in praxi,§.ſeptimo,capite 7.num.primo,& de execut.§.4.capite 90.num.decimo, Pancirol.in pract. parte 3.verſ.Executor igitur, vbi Add.in verb.pignora,fol.300. Marcheſ. de comm. parte 3.de comm. admiſſ. ad bonor. ceſſion.§.primo,num.31.& 32. Scacc.de iudic.lib.primo capite 96.numero 35. Gluſian.de dat.in ſolut. capite vndecimo, numero 149. Gallerat.de renunciat. tomo 2.renunciat.187.num.primo. Gratian.diſcept.forenſ.capite 7. num.25.& deciſione duodecimâ,n.9. Fenzon.ad Statut. Vrb.capite 193.num.5.capite 194. nu.64.& capite 195.in princ.& nu.5.6.& 19.Mangil.de euict. quæſt.192.nume. 43. Martin.Andr.deciſ.octaua,numer.quinto,*quæ eſt etiam *penes Mangil.de ſubhaſt.deciſione 96.numero 6.* & diſponit *Conſtitutio Marchiæ lib. quinto, cap.6.* & 3
† eo fortiùs ſi agatur de modico debito , *Luc. Pet.in pract.lib.8.capite 2. num.decimo. Affl. deciſ.358. num.ſecundo,* † & contra pupillos, *Aſin.de execut. §.4.capit.48.nume.4.* ſeu minores, *Papon.de arreſt. li.18.tit.6.arr.6.& 7.* 4 5

Quo † ordine non ſeruato, dicitur conſtare de dolo,vt in adjudicatione tradit *Aſin.de execu. §.4.ca.66.nu.2.* quia † ex talis ordinis omiſſione colligitur, omittentem prædium in ſolutum tantùm leuiſſimo precio habere procuraſſe, quod fortaſſe non accidiſſet, ſi mobilia priùs vendita fuiſſent, quia eorum precio forſan integre creditoribus ſatisfactum fuiſſet, *Aſin. d.c. 66. in fin.* & † creditor debet eſſe in exigendo minus grauis debitori,quam fieri poſſit, *Gluſian.de dat.in ſolut.cap.11.in princ. & nu.149.* 6 7 8

Quamuis † non poſſint in executionem capi boues aratorij,cæteraq; aratri animalia,nec inſtrumenta ruſticalia ad agriculturam neceſſaria,niſi in ſubſidium, vbi debitor alia bona non habeat, *leg.executores , & auth. agriculturas,C. quæ rei pign.oblig.poſſ.Pract.Papie.in form.execut.ſent. diffin.in gl.ſapiens,numero 22. Luc.Pet.in pract. libro octauo,capite ſecundo,num.19.Ant.Sol.ad decret.Sabaud. lib.3.de form.ac ord.proced.in pignorat.ſubhaſt.& deliberat.bon.mobil.gl.2.numero ſecundo & ſeqq. Gilian.ad Statut.Peruſ.in verb.executio.numero ſeptimo,Pancirol. in pract.parte 3.verſ.executor igitur,folio 300. vbi Add. verb.inſtrumenta.* † vel quando nondum eſſent in opere,licèt ad illud apta,putà ſi boues aratorij eſſent penes Mercatorem , vel conductorem, *Anton. Sol. vbi ſuprà numero 7.* & quidem † neque pro debito publico, *Gilian.loco citato,*& † non obſtante expreſſâ conuentione, *Sol. loco citato, numero 6.* 9 10 11 12

Provt

Digitized by Google

13 Provt † nec licèt diſcooperire domum, & auferre imbrices,ne Vrbs deformètur,nec accipere trabes, oſtia, feneſtras, & alia domui affixa,*Gilian.vbi ſup.numer.9.* Nec poſſunt in executionem capi ex fundo arbores fructiferæ, aut aliæ non cęduæ, & ſeorſum à fundo vendi, & ſcindi,*Gluſian.de bon.in ſolut.dan.cap.3.nume.62. & ſeqq.*Nec licet capère veſtes,& bona mobilia,& ſupellectilem ad vſum quotidianum, *Pancirol. in pract.parte tertia verſ.executor igitur. fol. 300. & ibi Add.in verb.veſtes.*& eo minus veſtes quotidianas vxoris,& filiorum,*Pract.Papien.in dict.gl.ſapiens, numero 22.* nec lectum,*Gilian. loc.cit.numero*
14 *8. & Add. ad pract. Pancirol. vbi ſup.* † nec arma, equos,& ſtipendia militum,nec libros ſcholaſticorum, vel doctorum actu ſtudentium, niſi in ſubſidium,*leg.ſtipendia,C.de execut.rei iudic.Luc. Pet.in pract.d. parte 3. verſ. vltimo condemnatus,& ibi Add.in verb.ſtipendia, & in verb.idem eſt.fol.302. &*
15 *304.* † nec pallium niſi in ſubſidium cum ſpeciali Iudicis mandato præuiâ citatione † nec
16 fructus Sacerdotij,& beneficij,nec fructus feudi, niſi pariter in ſubſidium, & poſt omnia. *Pancirol. vbi ſupr. & ibi Add. in verb. & in fructibus primo & ſecundo.*

17 Tandem recurritur ad capturam perſonæ, *Par.de Put.de ſyndicat.in verb.executio. §.pone. quod commiſſa eſt executio.numero primo.Nouar.de dat.in ſolut.ſect.1.quæſtione 5.numero 4. Marcheſ.de comm.parte tertiâ de comm. admiſſ. ad bon. ceſſ. §. 4.numero 32. Galleſ.de oblig. camer. quæſtione 15.in fin. vbi Zacch. numero 12.Scacc.de iudic.libro primo capite 96.numero 35.Nicol.Feſtaſ.de collect parte 3.numero 18.Pancirol. in pract.parte 3.verſ.vltimo condemnatus & ibi Add.& ijdem Add. ad verſ. anteceden.fol.301. & ſequent.Fenzon. ad Statut.Vrb. cap.193. numero 5. & capite 195.numero*
18 *19.* Vnde † praxis inoleuit in mandatis apponere verba, Auferantur de bonis N. debitoris,&c. ſin ſecus capiatur idem,carceretur,
19 &c.*Marcheſ.vbi ſup.numero 31.* Sed, † ſi adſit fideiuſſor, ſunt etiam illius bona diſcutienda, antequam deueniatur ad capturam principalis debitoris,*Scacc.loc.citat.& Fenzon. vbi ſupra numero ſeptimo & octauo.*

20 Suprà poſitus tamen † ordo videtur ſeruandus ex humanitate,& benignitate,vt ſcilicet, quam minimo domini incommodo fieri poſſit, alteri fiat ſatis. *Baldum. de pignor. capite 18.*
21 *col.7.* Vnde, † eo non ſeruato,non eſt executio, ſubhaſtatio,vel adiudicatio nulla, ſed inducitur grauamen, & injuſtitia, ac poteſt,& debet appellari, ſecundùm veriorem, magis communem, in judicando tenendam, ac in praxi ſeruatam opinionem.*Luc.Pet.in pract.libro 8.capite 2.numero vndecimo. Gabr.de execut. rei iudic.concl. 2.numero primo.Gallerat.de renunc. tomo 2. cent.2.renunciat. 187.numero 3. Marcheſ.de comm.parte primâ de comm.appell.ab execut.§.primo,numero 36.& 37.& de comm.appell.ab exceſſ. §. primo numero 28. Add.ad pract.Pancirol.parte 3.verſ.executor igitur. in verb. pignora fol.301. Aſin.de execut.dict.§.4 .capite 90. numero 12.Gratianus diſcept. forenſ.capite 7. numero 26. capite 351.numero 13.& ſequentibus & capite 479.numero 40. & 41.Antonell.conſ.27.numero 6.Fenzon. ad Statut.Vrb. cap.105.num.10.& ſeqq.Mangil.de ſubhaſt.quæſt.412.nu.*
22 *9. & 11.* vbi † niſi concurrat etiam defectus ſubhaſtationis,*& ibi Rot.deciſ.16. numero octauo &*
apud Nigr. etiam de ſubhaſt. deciſione 34. & ſequentibus. Caualer. deciſione 561. numero ſecundo. † quidquid aliud contrà ſentiat *Iaſ. in leg. à Diuo Pio, paragrapho in venditione, numero decimonono, ff. de re iudic. & Papon.de arreſt. li.decimooctauo tit.6.art. 43.* 23

Cùm, quamuis † malefaciat Iudex non ſeruando ordinem in exequendo, *Mangil.de ſubh. q. 91. num. 10.* † ſupradictus tamen ordo non ſit ſubſtantialis, & neceſſarius, ſeu datus pro forma,ſed ad Iudicis inſtructionem. *Gallerat.Gratian.& Caualer.loc. cit.* & ideò, † omittatur, non ſit expreſſus error juris,*Gallerat.ibid.* & † ſit etiã debitori modici damni,quod executio fiat ſuper immobilibus potiùs, quàm ſuper mobilibus,*Fenzon.d.cap.195.nu.10.* 24 25 26 27

Et † id procedit indiſtinctè ſiue ordinem peruertat Iudex,ſiue Nuncius,vel Executor,vt per *Gratianum dicto cap.353.num.13.& ſeqq.* licèt † contrarium dicat *Gabr.dict.concl.2. in fin. & Marant.de ord.iudic.par.6.act.vlt. num.10.* & ſentiat *Papon.de arreſt.d.l.18.tit.6.art.43.* 28 29

Ità vt, † dicto ordine non ſeruato, ſubhaſtatio pignoris judicialis,ſeu prætorij non reſcindatur ſine magnâ læſione,*Bertach.in verb.pignus alienatur.* 30

Sed, † ſi Iudex in ſententiâ, ſeu literis executorialibus dixerit,vt primò mobilia,deinde immobilia capiantur,vel quod ſeruetur ordo *dict.leg.à Diuo Pio, §.in venditione, ff.de re iudic.* prout ita committi ſolet executio in cauſis ordinarijs,*Marant.de ord.iudic.parte 6.act. vlt. numero 19.in fin. Aſin.de execut. §.7.capite quinto,limit.9.num. 13.Veſtr.in pract.libro octauo capite vltimo, numero 20.* & iſte eſt ſtylus Rotæ,& per Nuncium, ſeu Executorem contra factum fuerit, executio erit ipſo jure nulla & injuſta,nec erit neceſſaria appellatio,*Gabr. de execut.rei iudic. concl.2. numero 2. Marcheſ.de comm. parte primâ de comm. appell.ab exceſſ. §.primo,numero 28.*& ſequitur *Fenzon.ad Statut.Vrb.dict. cap. 19. num.13.* & ita conciliat contrarias opiniones *Gallerat. de renunciat. tom.1. renunc. 187.num.3.prope fin.* 31

Et † idem procederet in adjudicatione facta non ſolùm dicto ordine præfati *§. in venditione,*non ſeruato,ſed etiam vili pretio,vt ſentit *Aſin.de execut.d. §.4. cap.90.nu.12.* 32

Mobilia verò † extitiſſe,ſeu extare,probari debet per eum, qui dicit, executionem non fuiſſe legitimè factam,ſeu mobilia extare,tanquam fundamentum ſuæ intentionis, *Aſin. de execut.dicto §.capite 40.numero 10. Gratian.diſcept.forenſ.dicto capite 7.numero 30. & cap.479. numero 43. Mart. Andr.deciſ.8.numero 6.& deciſ.20.num.9. Buratt. deciſ.236.numero decimo.Rot. in Ariminen.Legatorum 29.Februarij 1636.coram Buccabella,poſt tract.dec.103.n. 23.*Quoniam † in dubio præſumitur pro Iudice,& Executore, quod ritè, & rectè executionem commiſerit, & proceſſerit, ſeu executus fuerit reſpectiuè, cum hoc ad ejus ſpectet officium,*Luc.Pet.in pract.li.8.capite 2.numero 22.Gratianus dicto capite 7.num.31. & dicto capite 479. num.43. & 44.Rot.recent.dec.245.num 6.parte primâ,Greg.XV. dec.402.nu.2.Burat.dec.277.num 9. Rot.in Bononien.de Pannolinus 2.Maij 1611.coram Manzanedo poſt tract.d. 24.nu.9. & 10. & in Ferrar.Spolij 25.Iunij 1635.coram Merlino,poſt tract.dec.96. nu.11.& 12.* & † quod fuerit ſeruata forma juris, & mandati, & quod 33 34 35

Digitized by Google

mobilia non fuerint reperta , *Menoch. de præſumpt. libro 2. præſumpt. 26. num. 4. Gratian. diſcept. for. cap. 69. num. 15. Burat. dec. 236. ſub numer. 9. Rot. in Forolinien. Ceſſionis Cenſus 2. Iunij 1627. coram Emmentiſſ. D. Cardin. Vbaldo, poſt tract. deciſ. 72. numero 10. & 11.*

Sed † eſt cautela, vt fiat monitio à Iudice,
36 vel Executore, ad conſignandum bona mobilia, ſi extant, vel alia, in quibus fieri poſſit executio, quibus non indicatis, probabitur, mobilia non extare, & habebitur , ac ſi facta eſſet eorum diſcuſſio, *Ant. Sol. ad decret. Sabaud. libr. 3. de form. ac ord. proced. in pignor. ſubb. & deliber. bon. mob. gl. 2. numero 3. Gratian diſcept. for. d. cap. 7. numero 27.*
37 † Vel, quod Executor referat, quod fuit in domo debitoris , & nihil inuenit , *Afflict. deciſ. 358. numero 2.* † ſeu, quod generaliter referat, nulla
38 extare bona debitoris, in quibus aliquod mádatum exequi poſſit, *Buratt dict. deciſ. 236. ſub numero 9.* quia † illi in hoc creditur, nec opus eſt
39 alia excuſſione, *FenZen. ad Statut. Vrb. capit. 195. numero 7.* † licèt poſſit probari contrarium , niſi
40 Statutum prouideat, vt in Vrbe *Fenzon. ibid. numero 8. & ſeqq.* † Fitque diſcuſſio per Nuncium,
41 vel Executorem de mandato Iudicis, vel aliàs per ipſum Iudicem examinatis teſtibus , *FenZon. vbi ſup. cap. 194. nu. 80.*

Præterea † non eſt opus, pręfatum ordinem
42 ſeruare in obligatione camerali, vel guarantigia, & obligatione reali , quia in caſu omnia bona videntur conſtituta in pignus prætorium, *Galleſ. de oblig. Cam. q. 15. in fin. & ibi Zacch. numero 12. Gratian. dicto cap. num. 28. & cap. 479. nu. 42. Antonell. conſ. 27. n. 7. Martin. Andr. d. dec. 29. nu. 9. Rot. in dict. Forolouien. Ceſſionis Cenſus 2. Iunij 1627. coram Eminentiſſimo D. Card. Vbaldo, poſt tract. deciſ. 27. numero 12.* & † adeſt in obligatione camerali re-
43 nunciatio omni legum, & juris auxilio, & conſtitutio hypothecæ in omnibus bonis , *Rot. in Recanaten. Pradij 22. Maij 1617. coram Eminentiſſimo Domino Card. Pamphilio, poſt tract. deciſ. 42. numero 11. & 12.* vbi † etiam ſtante Conſtitutione Mar-
44 chiæ. Et ideò † poteſt creditor pro executio-
45 ne facienda eligere vnum ex pignoribus ſibi benè viſum, *Rot. recent. deciſione 741. numero primo, parte 3. & deciſ. 42. numero 11. poſt tract.* & † realem,
46 ac perſonalem executionem fieri facere, ac incipere à perſonæ captura, *Galleſ. de oblig. Camer. d. queſt. 15. numer. 2c. & ibi Zacch. numero 7. & ſequentibus Saluſt. Tiber in pract. lib. 1. cap. 41. numero 3. Marcheſ. de comm. parte 3. de comm. admiſſ. ad bon. ceſſ. § 1. num. 33. Gilian. ad Statut. Peruſ. in verb. executio. numero 13. Duran. deciſ. 364. num. 60.* † etiam nulla alia
47 facta bonorum diſcuſſione, & quod debitor ſit ſoluendo, vt quotidie experimur, *Duran. d. deciſ.*
48 *364. num. 50. & 60.* & † ſufficit, quum non adſit dolus creditoris, Rot. *in d. Forolivien. Ceſſionis Cenſus 2. Iunij 1627. coram Eminentiſſ. D. Card. Vbaldo, poſt tract. dec. 72. nu. 12.*

Nec † legimus, creditorem, qui pignori ha-
49 bet mobilia , & immobilia , teneri illa priùs, quàm hęc diſtrahere, immò ejus arbitrio relinquitur, vt in hoc faciat quod ſibi commodius eſſe putabit, *Baldun. de pignor. cap. 18. col. 7.*

Poſſúntque † patres huic ordini renuncia-
50 re, & paciſci , vt fieri poſſit executio præfato ordine omiſſo, *Gallerat. de renunc. tomo 2. renunciat. 187. nu. 2. & 5.* cum † eorum fauore inductus ſit, 51
Gallerat. ibid. & num. 3. in fin. & numero 4. † ne ſci- 52
licet in executione grauetur debitor, aut creditor. Poſſet enim † grauari creditor, vbi fieri 53
deberet executio primo in nominibus debitorum, ideò illi locus eſt in defectum, & poſtremo loco, quoniam † executio rei iudicatæ ſta- 54
tim fieri debet, nec eligi debet via, quâ retardetur, *Gallerat. d. numero 4.* † Reſpicitque ordo, vt 55
prius diſtrahantur mobilia in fauorem debitoris, cùm rerum mobilium diſtractio ſit minus damnoſa, quàm prædiorum, quæ fructum afferunt, & etiam rerum mobilium vilis, & abjecta ſit cuſtodia, *Gallerat. loco cit.* Et † id quoq; 56
expedit creditori, quoniá res mobiles, vti minoris pretij , & ad vſum quotidianum magis neceſſaria alijs, ſemper facilius, & citius emptorem reperire poſſunt, quàm bona immobilia, quorum diſtractio exigit longius temporis ſpatium , & proinde faciliùs creditor ſuum conſequitur, *Gallerat. præfato nu. 4.*

Quemadmodum † hujuſmodi ordo non 57
attéditur in cauſis agitatis, ſeu quæ agitantur coram Vicarijs Caſtrorum, & Iudicibus ruralibus , & vbi jus redditur per Notarios juris ignaros , cùm de apicibus juris tunc non ſit curandum, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 258. numero 17. & ſeq.*

Item † nec ſeruatur ordo iſte in debitis Fiſ- 58
calibus, neque in prouentibus ex causâ pœnæ, *Marant. de ord. iudic. parte 6. act. vlt. numero 12. Scacc. de iudic. lib. 1. capite 96. numero 39. Gratian. dicto capite 353. numero 1. & ſeqq.* Et quod † in exactionibus 59
collectarum poſſit incipi à detentione perſonæ, vel etiam de conſuetudine ad carcerationem, & eodem tempore ad bona etiam recurri, tradit *Nicol. Feſtaſ. de collect. parte 3. in rubr. de offic. exact. nu. 14. & ſeqq.*

Nec † fauore pupilli , quia ipſius fauore 60
poteſt executio primo fieri etiam contra nomina debitorum, *Marant. de ord. iudic. dict. part. 6. act. vlt. num. 15. Scacc. de iudic. dict. libro 1. capite 96. nu. 38. Vrſil. ad Affl. dec. 358. nu. 2.*

Nec † vbi adeſt conſuetudo, vel Statutum 61
in contrarium , quia tunc illud ſeruari debet, *Pract. Papien. in form. execut. ſentent. diffin. in gl. ſapiens numero 22. Anton. Sol. ad decret. Sabaud. libro 3. titulo 37. gl 3. numero primo & 18. Fenzon. ad Statut. Vrb. capite 195. numero 20. & ſeqq.* vbi de Statuto
Vrbis quod mandat, poſt mobilia, & immobi- 62
lia executionem fieri in perſonâ, & demum in nominibus debitorum. *Add. ad pract. Panzirol. par. 3. verſ. executor igitur, in verb. pignora fol. 301.*

Nec † quando executio fieret auctoritate 63
ſententiæ interlocutoriæ , vt putà propter contumaciam, *Marant. d. par. 6. act. vlt. nu. 14.*

Nec † quando pignora darentur ab ipſo 64
debitore, nam non eſt ille tunc poſteà audiendus, ſi dicat habuiſſe mobilia, in quibus priùs fieri debuiſſet executio, *Gaunn. dec. 40. numer. 5. ſub verſ. ſecunda aſſertio.*

Poſſuntque † capi , & ſubhaſtari vnà cum 65
mobilibus etiam immobilia, vbi eſt timor, ne debitor alienet illa cum antidata, *gl. in leg. 1. C. de fid. inſtr. & iur. haſt. Fiſcal. lib. 10. Rebuff. de præcon. licit. & ſubh. art. 1. gl. 1. nu. 1.*

Vt etiam, tametſi † regulariter non ſit inci- 66
piendum

Digitized by Google

67 piendum à captura,vt ſuprà diximus,† poteſt tamen nuncius,& Executor à capturâ incipere.compellendo debitorem perſonaliter,vt indicet bona ſua in quibus fieri poſſit executio, & excuſſio,*Marant.loco citato,numero 32.Par.de Put. de ſyndic.in verb.executio.§.pone quod,numero 3.* Poteſt enim executor dicere , ego neſcio , an habeas bona,vbi faciam executionem, ideò exhibeas illa, alias exequar in perſonâ tuâ te car-
68 cerando,*Marant.ibid.*† Deuenitúrq; etiam primo loco ad capturam perſonæ, ſi ſumma debiti ſit modica,& debitoris perſona vilis, *Fenzon.ad Stat.Vrb.cap.195.ſubhaſt. numero decimo quarto littera G.* Debitor autem † ad fugiendam exe-
69 cutionem poteſt pecuniam debitam ſoluere in manibus etiam Exequentis, *l. à Diuo Pio. §. ſed ſi emptor.ff.de re iudic.io.Fab.in l.ſi eo tempore Cod. de remiſſ.pign. Rebuff.de praecon.licit. & ſubhaſt.art.1. gloſ.2.num.15.Saluſt.Tiber.in pract.A.C.libro 1.capit.41. in fin.*& † liberatur,*Rebuff.d.num.15.* ad quod vi-
70 deas etiam *Parlador.rer.quotid.libro 2.cap.fin.5.par. §.17.num.10.& Ant.Fab.in ſuo Cod.libro 8.titul.20 de ſolut.& liberat.defin.24.*ad quos ſe remittit *Fontanell.de pact.nupt.clauſ.5.gloſ.8.parte 7. numero 35. tom.*
71 *poſter.*& † Executor creditori tenetur, *Rebuff.vbi*
72 *proximè.*& † pro eo illius Baroncellus,vt in Vrbe prouiſum fuit per *S.M.Paul.V. in reformat.Tribun.in rubr.de baronc.& execut.verſ.cæterum nullus,*& faciunt tradita *per Grattian.diſcept.for.cap.385. num. 1.& ſeqq.cap.625.numer.15.& 46.cap.677.numer.23.& ſeqq.& cap.809.num.19.& dec.36.num.16.& ſeqq.& in addit.nu.3.& 4.* Et , † ſi debitor ad carceres eui-
73 tandas det aliquid in ſolutum non poteſt poſteà dationem reuocare,*Rot.in Romana Pecuniaria de Ruſpolis 10.Maij 1589.coram Card.Platto,penes Marcheſ.par.3.fol.44.nu.7.*

74 Vbi † ſit executio in mobilibus.ſolent Exe-
75 cutores bona ex domo debitoris accipere,† (ſi tamen domus reperiatur aperta,vel,quatenus non aperta,ſi in mandato contineatur,Aperiatur per vim,alias ingreſſus janius clauſis non eſt licitus pro ciuili debito,inuito domino,& Nuncius,vel Exequutor per vim ingreſſus de vi teneatur) *Ant.Sol.ad decret. Sabaud. libro tertio de form.proced.in pignorat.ſubhaſt. & deliber.bon. mobil. gloſ.1.numero 16.*& diſpoſuit in Vrbe *Paul.V. in d. reformat.Tribun.in rubr.de baronc.& execut.verſ.man-*
76 *data ciuilia.*† & penes aliquem tertium in depoſitum,ſeu cuſtodiam dimittere,vel etiã accipere aliquem in depoſitarium præuia illius obligatione, quamuis reverà illi nihil conſignent,ſecundùm ſtylum Curiæ, & A.C.*Saluſt. Tiber.in pract.libro primo.cap.41. numero 6.*& habetur *in reformat.Tribun.Vrb.Paul.V.in d.rubr.de Barõc. & executor.verſ.cum autem,& tradit Ant.Sol. d. gloſ.1. nu.5.in fin.*Et, † ſi mala fiat electio,tenetur Nun-
77 cius,vel Executor , ſi depoſitarius , vel cuſtos non ſit ſoluendo,*Ant.Sol.ad d. decret.Sabaud. lib.3. tit.39.de form.ac ord. obſeru. in pignor.ſubhaſt. & deli-*
78 *ber.bon.ſtabil.gloſ.1. nu.5.* † Nec illis tamen creditur,quod acceperint aliquem in depoſitarium, ſeu fidejuſſorem in formâ depoſiti, niſi vel cũ ſubſcriptione ipſius depoſitarij à tergo mandati, vel cum interuentu duorum teſtium pariter à tergo mandati deſcribendorum, vt *in d. reformat.Tribun.Vrb.Paul.V.loco cit.*

79 Vel potiùs † debent Executores pignora cõſignare depoſitario publico illius Tribunalis, cujus eſt mandatum,ſeu in cujus juriſdictione capta ſunt,per totam ſequentem diem,ſecundùm *d. reformat. Paul.V.in dict. rubr. de Baronc. & execut.verſ.quo vero.& ſeqq.*vel alias vt diſponunt Statuta loci. Provt hodie in Vrbe fuit à Sanctiſſimo D.N. Vrbano VIII.pro hujuſmodi pignoribus erecta ſpecialis depoſitaria,*vt in ipſius decreto,& litteris.*

Debéntq; † omnia bona , quæ auferuntur, 80
clarè , & explicitè deſcribi cum adnotatione eorum quantitatis,& qualitatis,diei,&Executoris,alias locus eſt juramento in litem,*Ant.Sol. ad dict.decret.Sabaud.libro tertio de format.ac ord.proced.in pignor.ſubhaſtat.& deliber.bon.mobil.gloſ.1. numero 18.*& diſponitur *in d. reformt.Tribun.Vrb.Pauli V.in rub. de Baronc. & execut. verſ. quæ pignora, & ſenſit Rot.poſt Mangil.de ſubhaſtat.deciſ.34.* vbi,quod
† an juramentum in litem ſit deferendum pro 81
quantitate , & valore incerto, reſidet in arbitrio Iudicis, & pendet à conjecturis, & veriſimilitudinibus ac probationibus,quibus poſſit inſtrui Iudicis animus, &, vbi ſubhaſtatio appareat facta pro modico pretio , & prætendatur taxatio ad magnam ſummam non poteſt in tanto exceſſu,non probata rerum quantitate, & qualitate, quieſcere,vel figere pedes arbitrium boni viri, nec videtur exponendus debitor hujuſmodi periculo iuramento in litẽ.

Suntque † pignora in manibus tertij repo- 82
nenda , quia , ſi remanerent penes debitorem forte illa interim conſumeret,vel alienaret.*Ant. Sol.vbi proximè numer.31.* † licèt debitor pignora 83
poſt reductionem ad manus Curiæ alienare
nequeat, *Ant.Sol.cit.numero trigeſimoſecundo* † & in- 84
terdicta ſit illi eorum adminiſtratio, *Mangil.de*
ſubha. qu. 199. numero 8. & † debeat acquieſcere, 85
dum videt, officiales non ex ſuo capite, & arbitrio ad eaſdem res capiendas acceſſiſſe, ſed juſtitiæ vigore,*Ant.Sol.d.lib. 3.tit.39.de form.& ord. obſeru.in pignor.ſubhaſt.& deliber.bon. ſtab.gloſ.1. nu.*
7.† vbi Superior.,ſeu Iudex manum injecit, a- 86
liorum poteſtas coerceatur,*Ant.Sol.ibid.numero 5.*
& † facta à Nuncio,vel Executore ab ipſo Su- 87
periore, vel Iudice facta cenſeantur, qui ita faciendi auctoritatem fuit impartitus,*Sol.vbi ſup.*
num.6. † alioquin vix vnquam executio perfi- 88
ceretur.*Ant.Sol.d.libro 3.de form.& ord. proced.in pi-*
gnor.ſubhaſt.& delib.bon.mobil.gloſ.1.nu.32.† Fiunt- 89
que & ipſi pignorum cuſtodes & curatores Iudicis auctoritate,*Sol.d.nu.32.* & † vti ſequeſtres, 90
& depoſitarij poſſident,*Sol.ibid.num.33.* Sed,† ſi 91
pignora penes ipſos comburentur,pereunt periculo debitoris,*l.pignus,C.de pignorat.act.Sol.ibid.*
nume.35. † niſi executio retractaretur vti inde- 92
bitè,& perperam facta,quia tunc teneretur creditor ad intereſſe rerum amiſſarum, *Sol.eo.n.35.*

Si verò † executio fiat per Executores in bo-
nis ſtabilibus , mittitur creditor in eorumdem 93
bonorum poſſeſſionem,*Stat.de iudic.li.1.ca.97.ſub n.21.*& † de eâ fit inſtrumentum in loco execu-
tionis,ſeu tenutæ captæ,*vt per Saluſt.Tiber.in pract.* 94
A.C.libro 1.cap.41.numer.7. & 8.& † tunc neceſſariò
requiritur,vt illa oculis Nuncij, ſeu Executo- 95
ris,ac Scribæ, vel Notarij ſubjiciantur, cum,†
quod deſcribitur à Notario,& teſtibus, videri 96
debeat, *Ant.Sol.dict.lib.3.tit.39.de form.ac ord.obſeru.*

Digitized by Google

in pignor.ſubhaſtat.& deliber.bon. ſtab. gl.1.ſub numero 2.& 3.

97 Vnde † Executor, volens mandatum exequi ſuper re ſtabili, non accedit ſolus, ſed ducit ſecum Notarium, qui rem ſimul ingrediũtur, & ſpatiantur, & de iſto actu Notarius inſtrumentum conficit, in quo narrat, N. Executorem habentẽ præ manibus mandatum executiuum relaxatum à tali Iudice ad inſtantiã N. contra N. cujus mandati tenorem in eodem inſtrumento ſcribit, ſecũ acceſſiſſe ad domum, ſeu vineam d.N. debitoris. deſcribendo latera, & confinia, & qualiter d. Executor executionẽ fecit ſuper ea, & ſingulis membris, & pertinentijs illius, præſentibus N. & N. teſtibus, *Scac. de iudic. lib.1.c.97.nu.33 verſ.ſi executio.* † Súntq; & bona

98 ſtabilia, quæ ſic pro pignore capiuntur, clarè, & explicitè cum fundorum nomine, ſeu vocabulo & contracta, menſurâ, qualitate, & amœnitate deſcribenda, *Ant.Sol.d.gloſ.1.nu.2.*

99 Vel etiam † ſolet, & poteſt per Executores ſolos, hoc eſt per Birruarios, & Bajulũ accedi ad ipſam rem ſine Notario, ibiq; executio fieri, & ea poſteà referri in actis Notarij cauſę, qui de eâ pariter, adhibitis teſtibus, conficit inſtrumentũ, prout ſeruatur prę ſertim Peruſię, & Maceratę.

100 Vel, † poſtquam creditor, ſeu illius procurator poſitus eſt per Executorem in bonorũ poſſeſſione fit relatio hujuſmodi executionis in manibus Notarij *Galleſ. de oblig. crimer. quaeſt.37. numero trigeſimo primo Luc.Pet.in Pract. lib.8. capit.2. num.29.Saluſt.Tiber.in pract.lib.1.capite 42.numero 11.*

101 † Nec, Bajulus, ſeu Nuncius, aut executor non induxit creditorem in poſſeſſionem, poteſt ille dici eſſe in poſſeſſione ex primo decreto, *Buratt.dec.240. nu.6.*

102 Fieri † etiam poteſt, ac fit executio ſuper nominibus debitorũ, ſeu creditis, quę tertiam bonorum ſpeciem conſtituunt diuerſam à mobilibus, & immobilibus, *Ant.Sol. dict. titul.39. de form.ac ord. obſeru. in pignor. ſubh.& delib. bon.ſtab. gloſ.9.numero primo Luc.Pet.in Pract. libro octauo, ca-*

103 *pite 2.nu.57.* & † fit in illis executio ad effectum licitandi, & deliberandi oblatori, *Buratt.dec.675.*

104 *ſub numero 2.* † & ſubhaſtantur, *Seraph.dec.904.n.2.*

105 † vt ex precio ſatisfiat creditori, *Buratt.d.dec.675. ſub nu. 2.*

106 In quâ ſpecie, † qui mandatũ executiuum jam habet contra principalem debitorem, citat deinde debitorem debitoris, pari modo obligatum, præuia productione inſtrumenti illius obligationis, & mandati, ac citatione ad dicendum contrà, vt putà, ad confitendum debitum ſcutorum tot, in quibus ipſe tenetur, & obligatus eſt ad fauorem N. vigore obligationis cameralis, alias videndum mandari haberi pro confeſſato, dictúmq; debitum, jus & nomen illius eſſe, & ſtari mandari loco pignoris ipſius creditoris, ſiue citatione in actis cauſæ relata, Iudex ſuum interponit decretum, quo jubet, vt nomen ſit pignus, *Aſin.de execut. §.4.ca. 54.numero 2.& in praxi §.31.cap.5.nume.4. Fenzon. ad Statut.Vrb. capite 194.numero 83.* † quod habe-

107 tur loco executionis. *Aſin.in praxi d.§.31.capite 5. numero 4.Fenzon.d.num.83.Saluſt.Tiber.in pract. A.C. libro primo, poſt cap.58. numero 8.iam dixi.* & † hu-

108 juſmodi aſſignatio habet vim traditionis, *Fenzon. loco citato n.84.* † Eſt enim in incorporalibus 109

neceſſarium, vt citatâ parte, Iudex declaret, quod creditor habeat illud jus, putà, cenſus, ſeu loca montium in pignus, vt dicatur captum pignus judiciale, *Burat.dec.204.numero quarto.* † Et 110

idem erit, ſi citatus debitum fateatur, *Eract.Papien.in form.execut.ſenten.diffinit.in gloſſ.ſapiens numero 24.Luc.Pet.in pract.libro octauo capite 2. numero 58. verſ. hoc igitur.Gaball.ad Conſtit.March. libro quinto, capite 7.in verb. nominum.Gratianus diſcept.for. capite 507.numero 14.* cùm † confeſſus pro judicato ha- 111

beatur, *Luc.Pet.dicto numero 58.verſ.ſi igitur.*

Ex quo pignore † licèt non niſi vtilis præ- 112

toria creditori quæratur, & plenum jus non transferatur, ſiue debitum conſiſtat in rebus incorporalibus ſiue in juribus, aut in annuo reditu, deuenitur ad illius ſubhaſtationẽ, ſecundum decretum, & adjudicationem, *Saluſt.Tiber. in pract.d.libro primo poſt cap.58.numero 8.verſ.jam dixi.* † Nec dubium videtur, quin nomen debito- 113

ris in ſolutum dari poſſit *l. fin.Cod. quand.Fiſc.vel priuat. Aſin.d.execut.§.4.cap.51.nu.21.* Nam quidem

† poteſt Iudex adjudicare nomen debitoris cre- 114

ditori, vt poſteà experiatur vtilibus actionibus contra eum, cujus nomen ſibi adjudicatum eſt, etiam non vocato eo, cujus nomen adjudicatur, prout poſſet hoc facere ipſe debitor, cujus perſonam Iudex repræſentat, *Gratianus diſcept.for.cap.507.numero 21.& 22.* Sed quod † citetur 115

debitor debitoris ad videndum ſibi adjudicari ejus nomen, & quod hæc ſit practicta Ianuenſium in vim eorum Statuti, tradit *Scacc. de commerc.& camb.§.1.gloſ.5.nu.419.* Atq; † deliberatio 116

nominis debitoris ſub haſta facta, ſeu illius adjudicatio ceſſionis vicem obtinet, *Crauet.conſil. 655.nu.primo,* & † illo ſic dato actiones ipſo jure 117

in ementem, ſeu creditores transferuntur abſque aliâ ceſſione, *Aſin.de execut. §.4. capite 52. nu.1.*

Vnde † datio in ſolutum, quæ fit à Iudice de 118

nomine debitoris differt ab eâ, quæ fit à debitore de mandato Iudicis, vt ſoluat creditori creditoris, nam primo caſu nomen in ſolutum cedit ſtatim, ſecundo vero caſu non cedit, niſi ſolutione ſecuta, *Aſin.de execut.§.7.cap.286.nu.1.& 2.*

Poteſtque † etiam debitor debitoris 119

cogi ad reſpondendum in modum præparatorium, ſeu per viam monitorij mediante relaxatione grauaminis, & executione, captis pignoribus, vt fit in cæteris caſibus, in quibus moniti contumaces exiſtunt, *Luc. Pet. in pract.d. libro 8.cap.2.nu.58. verſ.ſi igitur.*

In annuo vero cenſu, † qui etiam poteſt ca- 120

pi per creditorem in cauſam judicati, & ſubhaſtari, vt per *Cenc.de cenſibus qu.72. ſub nu.14. iuxta nouiſſ.impreſſ.* & † ſecundùm formam quam po- 121

nit *Luc.Pet.vbi ſup.vt per Cenc.ibid.* crederem, poſſe etiam fieri executionem, ſeu tenutam capi in ipſius fundo, cum expreſſâ tamen declaratione, quod tenuta capitur pro juribus tantùm ipſius cenſus, & ſucceſſiuè ſequeſtrum fieri ipſi cenſus debitori, & deinde ad cenſus ſubhaſtationem procedi, prout in alijs ſtabilibus, † cùm 122

in iſtis annuis præſtationibus perpetuis fiat executio quemadmodum in immobilibus, *Rot. poſt d.tract.Cenc.de cenſibus deciſ.468.nu.4.quæ eſt Buratt.deciſ.735 nu.3.* & immiſſio ex primo decreto,

† *Buratt.dec.60.nu.10.* 123

Prout

124 Provt quoque † in ipſis juribus incorpora-
libus poteſt debitor ex officio Iudicis cogi ad
cedendum jura ſua contra ipſius debitorem
competentia, vel ad dandum nomen in ſolu-
tum aliàs Iudex ex officio præmiſſa facit con-
ficiendo inſtrumentum etiam cum clauſula de
euictione, & alijs clauſulis ſolitis, & conſue-
125 tis, tanquam † factum Iudicis reputetur factũ
partis, *Tiber. in pract. dict. lib. primo, poſt cap. 58. num. 8.
verſ. iam diximus. Gratianus diſcept. forenſ. capit. 507. nu.
21. & 22. & ſenſit Luc. Pet. dict. lib. 8. ca. 2. nu. 58. verſ. ac
ſi probatio.*

126 Aliquando verò † mandatur ſimpliciter de-
bitori debitoris, vt ſoluat, & tunc liberatur de-
bitor. *Aſin. de execut. §. 4. c. 54. n. 2.*

127 Vnde † poteſt contra ipſum debitorem de-
bitoris obligatum in forma Cameræ procedi
ad ſimile mandatum executiuum, ſi non actio-
ne directa, ſaltem vtili, & cum illo ad execu-
tionem, & ſubhaſtationem, *leg. nomen. Cod. quæ res
pign. oblig. poſſ. Saluſt. Tiber. in pract. lib. ſecundo, capite
duodecimo, numero decimo ſexto & 17. Gratianus diſ-
cept. forenſ. capite 507. numero 2. & ſequentibus, Fen-
zon. ad ſtatut. Vrb. dicto capite 194. nu. 97. & 98. Rot. poſt
noſtrum tractatum mand. de manuten. dec. 338. numero 1.*
128 Ita vt † tunc nec ſit neceſſaria præcedens de-
bitoris condemnatio, & executio, nec debito-
ris debitoris confeſſio, vt videtur de jure, *Burat.
129 dec. 675. num. 2.* Sed † ſatis ſit, principalem debi-
torem executiuè obligatum eſſe ad fauorem
creditoris, & debitorem debitoris pari modo
obligatum, *Saluſt. Tiber. dicto capite duodecimo in fin.
130 & Rot. dict. dec. 338. numero 3.* † etiam quod debitor
debitoris debitum negaret, *Luc. Pet. in pract. dict.
lib. 8. capite 2. nu. 58. ſub verſ. ſed ſi neget. Gratian. dicto
131 capit. 507 numero 5.* Et † idem, ſi in continenti poſ-
ſet doceri de calumnia, & debito, adeò vt res
non requireret altiorem indaginem, *Luc. Pet.
132 ibid.* † Vel debitor debitoris eſſet debitor an-
nuæ præſtationis, in cujus quaſi poſſeſſione e-
xigendi condemnatus reperiretur, *Luc. Pet. loco
133 citato.* † Quibus in caſibus nec eſſet locus appel-
134 lationi, *Gratian. d. ca. 507. n. 17.* † Quidquid aliud ſit
quando probatio requireret altiorem indagi-
nem, ſeu procederetur contra debitorem non
ſimili modo obligatum, vel ex ſequeſtro, vel
alio juris remedio, quia tunc ordinariè, non au-
tem executiuè procedendum eſſet, & tale judi-
cium reciperet omnes terminos ordinarios
quos recipiunt alia ordinaria judicia, necnon
etiam appellationem, *Saluſt. Tib. in pract. d. li. 2. c. 12.
num. 17.*

135 Exequi † etiam, poteſt ſuper jure redimendi
illúdq; ſubhaſtari, *Mangil. de ſubhaſt. q. 102. nu. 7. Se-
raph. dec. 904. n. 1.*

136 Alia † circa executionem in nomine debi-
toris videas *per Fenzon. ad Statut. Vrb. d. c. 194. n. 74.
& ſeqq. & Add. ad Burat. dec. 441. n. 5. & dec. 795. litte-
ra A. & n. 8. 9. 10. & 13.*

SVMMARIVM.

1 *Pignore capto in cauſâ judicati debet de iure debitor
expectari per duos menſes incipiendos poſt qua-
tuor menſes, qui eidem dantur ante executionem
ad ſoluendum, & numero 2. quod immutatum
hodie non dicitur, vt nu. 3. Lim. vt nu. 6. 7. 8. & 9.*
4 *Vel ſaltem per aliquod tempus.*
5 *Tempus ſecundum ad effectum ſubhaſtationis conſide-
randum.*

De tempore debitori concedendo poſt executionem, & ante ſubhaſtationem.

INSP XV.

POſt pignus captum in cauſa judicati † de- 1
bet de jure communi debitor expectari
per duos menſes, & interim ſuperſederi in il-
lius venditione, *leg. debitoribus, ff. de re iudic. Iaſ. in
leg. à Diuo Pio, §. in venditione, numero 15. ff. de re iudic.
Neguſ. de pignor. parte 6. memb. 1. numero 7. Carpan. ad
Statut. Mediol. li. primo, capite 248. num. 8. inter comm.
opin. tomo 2. li. 8. de diſtr. pignor. tit. 35. nu. 6. folio 349. A.
Maſtrill. dec. 58. nu. 4. parte 1. Rot. diuerſ. dec. 146. ſub nu-
mer. 2. parte ſecundâ,* † incipiendos poſt quatuor 2
menſes, qui dantur judicatis ad ſoluendum, *Iaſ.
& inter communem opin. vbi ſuprà.* † Quod tempus 3
non dicitur hodie immutatum, *Neguſ. loco citato.*
Et quod † de jure communi pignora capta di- 4
ſtrahenda ſint poſt aliud tempus, *tradit Fenzon.
ad Statut. Vrb. capite 194. numero 81.* & videtur ſenti-
re *Rot. in Spoletana Prædij 30. Martij 1615. coram Emi-
nentiſſ. D. Card. Pamphilio, poſt tract. deciſ. 34. numer. 15.*
Et † hoc dicitur ſecundum tempus ad effectum 5
ſubhaſtationis conſiderandum, *Rot. diuerſ. dict.
dec. 146. n. 2. in fin. par. 2.*

Dicta † tamen dilatio duorum menſium 6
non habet locum in cauſis breuibus, *Gluſian.
de dat. in ſolut. capite 14. numero 194.* † nec in ijs, de 7
quibus in ſpecie lege, vel ſtatuto cautum eſt,
Gluſian. ibid. numero 195. † nec vbi Princeps co- 8
gnoſceret, vel alius Iudex inferior in cauſa mi-
ſerabilium perſonarum, vel pia, & in alijs cau-
ſis, in quibus Iudex, nullo petente, tenetur ſup-
plere, vt in alimentis, ne quis fame pereat,
Gluſian. vbi ſuprà numero 197. & 198. & † eſt etiam 9
tempus arbitrarium, vbi agitur de executio-
ne ſententiæ interlocutoriæ, hoc eſt præcepti
de ſoluendo, *Rot. diuerſ. dict. deciſ. 146. ſub nume-
ro 2. parte 2.*

SVMMARIVM.

1 *Mandatum exequi debet à Iudice, qui illud relaxa-
uit, non ab alio, niſi ab illo ſit requiſitus, & nu. 2.
Ampl. & Limit. vt nu. 4. 5. & 6.*
5 *Iudex requiſitus gerit imaginem Iudicis requirentis.*
7 *Pignus iudiciale, vel prætorium vendi debet, vel ad-
iudicari à Iudice cauſæ, ſi ſit ordinarius, & res in
eius iuriſdictione, & nu. 8. & 9.*
19 *Vel etiam ſi delegatus, ſi hoc habeat in facultatibus,
alias ſecus, & n. 11. Declara vt eod. n. 11. 12. 13. & 14.*
15 *Executio, ſi res non ſit in iuriſdictione Iudicantis, re-
mittitur ad Iudicem loci præuia requiſitione me-
diantibus litteris ſubſidialibus & numero 16.
& 17.*
18 *Et ille tunc eſt Iudex competens executionis, vendi-
tionis, & decreti, & nu. 19. & 20.*

Digitized by Google

judiciali,& actu voluntariæ juriſdictionis,quę ſit ab aliquo, putà minore vnius territorij de re exiſtente in alio territorio,an ſcilicet Iudex loci,vbi negocium agitur,vel Iudex loci rei ſitæ? ad quod videas *Iodoc. capite 2. numero 22.& ſeqq.* vbi videtur ſentire,quod quilibet ex dictis Iudicibus poſſit actum auctorizare, ſed ſecurius ſit,vtrumque ſuum decretum interponere,& vide etiam *Simoncell.de decret. libro 1. titulo 1. numero 96.& Pic.ad Statut.Vrb. libro 1. capit.151.gl.21. num 3.& 4.*

SVMMARIA.

1 *Creditor executionem proſequens contra debitorem, qui ſoluit,& à debito liber eſt, debet in expenſis, damnis, & intereſſe condemnari, præuiâ nullitatis omnium declaratione.*

2 *Debitor, de ſolutione non conſtitó pignoris venditionem non impedit, nec quæ illi ſunt conſequentia, & nu. 3.*

4 *Creditor pignus vendere poteſt, debitoris proteſtatione non obſtante,niſi debitum offerat, & numero 8.& 9.*

5 *Pignus iudiciale non recuperatur, nec reſoluitur expenſarum refectione, & cautione, vt prætorium.*

6 *Læſionis enormiſſimæ prætextu non poteſt debitor,ſubhaſtato pignore, impedire immiſſionem,nec obtinere,vt iterum vendatur, niſi petat reſtitutionem, & num.7.*

10 *Debitor quantitatis,qui fundum dedit creditori,an, & quomodó poſſit illum deinde recuperare,oblata pecunia,& n.ſeqq.*

18 *Creditor primus an poſſit offerre ſecundo habenti à creditore pignus de ipſius conſenſu, & numero 19.*

20 *Debitor poteſt,ſoluendo,pignus liberare,& venditionem, ac adjudicationem impedire, etiam ſi ad id licentiam dediſſet ſub certo termino iam elapſo. Ampl.& Lim.vt nu.21. & 22.*

23 *Ius offerendi an, & quando competat debitori contra agentem hypothecaria, ſeu pro adjudicatione, & etiam poſt ſententiam,& ante,vel poſt factum apprecium,& n.ſeqq. & n.118.*

30 *Cedens bonis re integra ante diſtractionem, & adiudicationem poteſt illa, ſoluere paratus, recuperare.*

Debiti numeratio non ſemper eſt in expedito.

32 *Debitor poſt pignus captum poteſt,offerendo debitū, ſeu precium cum expenſis,moram purgare,ſubhaſtationem impedire,pignus ab hypotheca liberare. & omnia reſoluere.*

33 *Et iam re adhuc ſub haſta non poſita, vel poſita ad explorandum precium.*

34 *Et ante litem conteſtatam,vel poſt,& nu.35.*

36 *Et facta pronuncia de ſubhaſtando, & plus offerenti dari, & de precio ſatisfieri creditori, & inſtrumentum fieri,& n.86.*

37 *Quam facta ſubhaſtatione, & ab aliquo oblatione, & nu.50. Ampl.vt n.51.& ſeqq.*

38 *Et medio tempore.*

39 *Et quandocunque, & in qualibet parte iudicij, vbi ius partis remanet illæſum,& re integra, & numero 40.& 41.*

42 *Et vſque ad ſententiam, & nu. 43.*

44 *Et ante deliberationem,vel adjudicationem.*

45 *Et poſt duos,vel tres incantus.*

46 *Et intra tempora ad reluendum, & lapſa, etiam vna die,& non obſtante mora parui temporis Iudicis arbitrio,& nu.48.& 49.*

47 *Debitoris intereſt, vt longum tempus habeat ad reluendum.*

53 *Oblatori quæſitum ius dici poteſt reſpectu vlterioris oblationis, non vt debitor ad ſoluendum non admittatur non ſecuta pignoris diſtractione, & illius,ac precij traditione,& num.75.& 85.& 86. Ampl.vt nu.54.*

55 *Decretum, quo mandatur oblatori fieri inſtrumentum,eſt potiùs promiſſio de vendendo,quam venditio.*

56 *Et hoc videtur ſecundum decretum, non venditio.*

57 *Secundum decretum aliud eſt, aliud venditio, quæ eſt illius exequutio, ſeu exequutionis perfectio, & numero 58.& vim habet adiudicationis,vt numero 59.*

60 *Venditio facta dicitur,cùm facta eſt adiudicatio.*

61 *Factum quid non dicitur, cùm aliquid remanet faciendum.*

62 *Inſtrumentum venditionis in ſubhaſtatione non rogatur in die decreti de illo faciendo, ſed in die, quo fit.*

63 *Venditio perfecta non dicitur ex decreto de inſtrumentum faciendo.*

64 *Inſtrumento venditionis non facto, nec res tradita, nec precium ſolutum dici poteſt.*

65 *Debitor vt liberetur, precium creditori ſolui neceſſe eſt,& n.67.76.77.*

66 *Venditio eſſentiam, & perfectionem recipit à pretio.*

68 *Nec ea abſque traditione impedit, quin debitor offerat,& pignus liberet.*

69 *Debitum,& offenſas offerre,& bona liberare eſt in arbitrio debitoris, vel tertij etiam poſſeſſoris, donec venditio perfecta, & exequuta non ſit, & nu. 70.*

71 *Et antequam bona in tertium transferantur, & donec hypotheca creditoris perduret, & alteri non ſit ius quæſitum, & n.72.*

73 *Et donec debitor poſſeſſionem, vel dominium non amiſerit.*

74 *Hypotheca non tollit dominium debitoris donec ſecuta non ſit ſubhaſtatio,& deliberatio, & cætera conſequentia.*

78 *Subhaſtationis iudicium non habet vim ſolutionis, donec creditori pecunia non ſit ſoluta.*

79 *Sententia,vt bona alicui vendantur,ius non tribuit, ſed obligat ad venditionem, & obligatio ſolutione diſſoluitur.*

80 *Mora purgari poteſt etiam in contractu obligationis cameralis.*

81 *Et in contractu iurato.*

82 *De æquitate tamen canonica, & dummodo ius creditoris non ſit effectum deterius, & ipſe ſine damno conſeruetur.*

83 *Solutionem oblatam à debitore in iudicio ſubhaſtationis ſi creditor nolit recipere, & ad vlteriora procedat,poteſt debitor appellare, & appellatio ſuſpendit, & operatur, vt non ſit interim admittenda licitatio, & num.84. & 89. & ſubſequuta venditio,vel adjudicatio nulla ſit,& reſcindenda, vt nu.87.& 88.*

89 Finis

Digitized by Google

89 Finis diſtractionis eſt, vt creditori ſatisfiat, & nu.90. & 91.
91 Creditor dum ei à debitore fit ſolutio, debet deſiſtere à venditione bonorum. Ampl.vt nu.95.
92 Nec conqueri poteſt, ſi hoc medio ei venditio impediatur.
93 Solutione eius, quod debetur tollitur pignus,& hypotheca.
94 Ceſſante iure creditoris; ceſſat etiam ius oblatoris.
96 Moram debitor non poteſt purgare, vbi executioni, & ſubhaſtationi impedimentum præſtiterit.
97 Beneficium ex propria culpa reportare quis non debet.
98 Mora geminata non purgatur.
99 Debitor rem captam in cauſam iudicati redimere non poteſt poſt vltimam oblationem acceptatam, & lapſum terminum ad reluendum.
100 Debitoris intereſſe, vt ſit citandus, non eſt poſt tertiam oblationem conſiderabile.
101 Debitor poſt rem iudicatam, & ſubhaſtationem conſumatam, & rem traditam emptori, non admittitur ad rem recuperandam refuſis precio, ac ſumptibus, nec ſi offerat duplum, nec etiam ſi emptor ſit ipſe creditor & numero 106. vel ei ſit facta adiudicatio, vt numero 107. contrarium num.114.
102 Dominium quando, & quomodo dicatur acquiſitum ei, cui res eſt diſtracta, & n.103. vel adiudicata, vt num.112.
104 Oblatio debitoris impedit venditionem faciendam, non factam.
105 Debitori res integra ad offerendum creditori non dicitur poſt venditionem, & dilationes ſtatutarias datas.
108 Adiudicatio à debitore infringi non poteſt, nec ab herede.
109 Ne res ſemper ſit in ſuſpenſo, & non detur rerum finis.
110 Ius offerendi in actione iudicati locum non habet, niſi via purgationis moræ.
111 Mora vſque ad ſententiam purgatur, non vltra.
114 Debitor ius ſuum amiſiſſe, & bona pro derelictis habuiſſe dicitur, dum citatus, vel præſens tempore eorum venditionis, vel adiudicationis eadem luere, vel pretium offerre & ſuum ius proſequi non curauit.
115 Reus volens de alio ſuo iure docere auditur etiam poſt adiudicationem.
116 Adiudicatio, vel venditio ad haſtam nec ex reſcripto Principis, reſcindi poteſt duplicato precio reſtituto.
117 Et eo magis ſtante Statuto.
119 Ius offerendi poſt adiudicationem, vel venditionem ſub haſta locum non habet, ſi fuerit proceſſum ſer. ſecus ſi non rite, aut rectè, & num. ſeqq. & numer.163. vbi exempla, & ad quid creditor teneatur.
120 Adiudicatione, ſeu venditione rite, & recte facta non datur locus reuocationi, nec pœnitentiæ.
123 Adiudicatio, cui obſtat exceptio, non ſubſiſtit. Ampl. vt num.124.
125 Minor admittitur ſub certo termino ad refundendum precium, & expenſas, & fundum retrahendum, ex quo non fuerit primo executum ſuper mobilibus, & quando probet precij moduitatem & nu.126.& 127.
128 Venditio nulla, & tota vti indiuidua dicitur, ſiue nulla ſit pignoris capio, ſiue ipſa diſtractio & numero 129.
130 Debitor auditur in venditione facta ſub haſta vili precio, & quare.
131 Oblatio à debito, ſi nulla ſit pignoris venditio, fieri debet creditori, ſi valida emptori.
132 Periculum pignoris ad haſtam venditi pertinet ad emptorem.
133 Ius offerendi poſt adiudicationem, & venditionem ceſſat, ſi ea in iudicatum tranſierit, vel ſit inappellabilis, ſecus econtra, & numero 134.& 136.
135 Solutione tollitur cauſa, & liberatur debitor, & eſt locus abſolutoriæ, ſiue in prima inſtantia, ſiue in appellatione & nu.137.
136 Appellatione pendente locus eſt iuri offerendi, & multo magis iuri reluendi, & quare.
138 Ius offerendi, ſeu redimendi competit poſt adiudicationem, & venditionem, ſi in ea ſit reſeruatum.
139 Ius reluendi, ſeu redimendi, quod idem eſt, in ſententia, vel ex pacto reſeruatum, poteſt credi, & n.140. & tranſit etiam in hæredes extraneos, vt num.142.
141 Oblatione à debitore in tempore facta, ſi res ab eodem vendatur, ea tranſit in emptorem cum hoc iure.
143 Ius habens redimendi præfertur etiam vicino, & conſanguineo habenti ex iure municipali facultatem rem retrahendi.
144 Et ſi licitans emerit cum reſeruatione ad debitoris fauorem facultatis redimendi intra certum terminum, eſt hic illi præferendus.
145 Ius offerendi poſt adiudicationem non datur, ſi adiudicatio facta ſit per modum iudicij, ſecus in facta de pignore conuentionali ex Principis reſcripto, ex quo emptorem creditor non reperit, quia tunc debitor habet biennium, & numero 146. & 147. Et biennium eſt continuum, non vtile, nec feriæ deducuntur, vt numero 148.
149 Secus etiam ſtante conſuetudine, vel Statuto loci, quod viget in pluribus Ciuitatibus, de quibus hic, & corrigit ius commune, & transfert dominium reuocabiliter, & numero 150. 152. & 154.
151 Tempus Statutarium ad redimendum pignus ſubhaſtatum non currit contra pupillum, ſed bene contra adultum, cui tamen competit in integrum reſtitutio, & menſis in eo eſt 30. dierum, & mora purgatur per vnum diem tantum, & numero 153. Eſtque tempus continuum, non vtile, & feriæ computantur, nu.156. & quo die incipiat, nu. 157.& 158.
155 Statutum Anconæ loquens de reluitione pignoris in adiudicatione facta creditori obſeruatur etiam in adiudicatione facta tertio, licet de iure contrarium videatur verius.
159 Tempus Statutarium ad pignus redimendum an currat ignoranti, vel legitimè impedito, & an creditori conditionali. Et an cedi poſſit, & num. 161. & 162.

Digitized by Google

160 *Appellatio non calumnioſa terminum ſuſpendit ad redimendum.*

164 *Iudices Supremi, & etiam Inferiores admittunt debitorem ad redimendum immobilia etiam Lapſo termino ſtatutario, vel conſuetudinario, & nu. ſeqq. vbi quomodo, & quando hoc procedat, vel non, & de ratione.*

171 *Tempus à Statuto, vel conſuetudine datum ad redimendum rem addictam in ſubhaſtatione, videtur procedere in addictione facta extraneo, vel creditori vt extraneo plus licitanti, alias nullo tempore excluditur debitor, niſi aliter Statutum dictet, vel conſuetudo.*

177 *Creditori, cui addicta eſt res cenſui ſuppoſita, an liceat percipere annuum reditum, & ex reditu alium reditum.*

178 *Creditori, cui res addicta eſt in pignus prætorium, offerri poteſt debitum cum expenſis, & reditibus, ſtante maximè enormiſſima læſione, etiam poſt 30. annos.*

179 *Oblatio, debito liquido, debet eſſe realis, & in iudicio, nec ſufficit verbalis, ſeu quod fides habeatur de precio, & num. 181. Ampl. vt num. 180. Lim. & declar. vt num. ſeqq. vbi quando ſufficiat conditionalis.*

183 *Depoſitum quando, & quomodo faciendum, & an ſuffragetur conditionale, & num. 184. & 188. & ſeqq. & nu. 198.*

187 *Oblatione facta debiti, ceſſare debent proclamata, & venditiones.*

192 *Oblatio fieri debet ab ipſo debitore, vel illius ceſſionario, aut procuratore, & n. 193. & 194.*

195 *Mandatum præſumitur ex magna exhortatione.*

196 *Oblatio poteſt fieri à non habente ſpeciale mandatum, vel ab extraneo.*

197 *Mandatum ſpeciale requiritur ad pignus remittendum.*

198 *Offerri, & ſolui, vel in caſu recuſationis deponi debet ſors principalis, & quantitas debita, ac omne id, in quo quis eſt condemnatus, & integre, & non minus, & num. 199. 200. & 201. Et litis ſumptus, vt num. 209.*

202 *Nec non vſuræ, & damna, & intereſſe, & num. 203. Decl. vt num. 204. & 205.*

206 *Et augmentum temporis & meliorationum, ſeu ipſa melioramenta, & melioramentorum fructus & num. 208.*

207 *Melioramenta debentur licitatori, ſeu creditori, cui res aufertur tanquam nulliter ſubhaſtata.*

210 *Oblatione non facta de toto debito, & ſolutione, vel depoſito, ſed modico relicto, non eſt debitor volens redimere audiendus.*

211 *Nec creditor tenetur, oblationem acceptare.*

212 *Intimatio, & proteſtatio de non emendo, vel vendendo non conſtituit in mala fide, & numero 213.*

214 *Retentio quando, & pro quibus detur creditori contra debitorem volentem reluere, ſeu redimere rem ſubhaſtatam, & numero 215. & 216.*

217 *Debitor volens reſcindere ſubhaſtationem, vel adiudicationem vti nullam, debet offerre debitum cum acceſſionibus, ſeu pretium, & num. 218. & 219. Ampl. vt num. 220. 221. & 222. Lim. vt d. nu. 222. in fin. & num. 227. Ratio ponitur num. 225. & 226.*

223 *Idem eſt in rehabenda re nulliter vendita per Fiſcum. Et quid in Dominio Veneto, numero 224.*

226 *Debitoris fundus per Fiſcum legitimè venditus minori precio, quàm ſit debitum, recuperare poteſt integrè debito ſoluto.*

228 *Debitor admittitur ad ius offerendi compenſatis fructibus.*

229 *Et, quatenus velit ſoluere, dum res proclamatur, an ceſſent præconia, ſi non ſoluat tunc expenſas, & ad quas teneatur. & numero 230.*

231 *Res tota vendi poteſt, donec integrè ſolutum non ſit.*

232 *Oblatio alterius rei non liberat captam, niſi offeratur pecunia.*

233 *Mobilium oblatio non impedit venditionem immobilium inuito creditore.*

234 *Debitor in reluitione non auditur, niſi omnia luat, vel redimat, & n. 235.*

236 *Oblatione facta de debito, & depoſito, non poteſt debitor auctoritate propria capere poſſeſſionem pignoris in creditorem tranſlatam.*

237 *Ius offerendi, ſeu luendi competens debitori, an, & quanto tempore præſcribatur.*

238 *Præſcriptio ſtatutaria quoad bona adiudicata locum habet in adiudicatione, quæ ſubſiſtat, ſecus è contra.*

Debitor an, & quomodo poſſit impedire diſtractionem pignoris, & moram purgare tam ante, quam poſt deliberationem, ſeu adiudicationem, & de illius iure redimendi, ſeu reluendi, & offerendi etiam in caſu nullitatis ſubhaſtationis.

INSP. XVII.

QVamuis, † vbi debitor ſoluerit, & à de- 1
bito prætenſo à proſequente liber ſit,
omnia nulla declarari debent, & proſequens
in expenſis, damnis, & intereſſe opponentis
condemnari, *Repon. de arreſt. lib. 12. tit. 6. art. 63.* † At- 2
tamen ipſe debitor, de ſolutione non conſtito,
venditionem pignoris impedire non valet. *L.
2. & tot. tit. Cod. debit. vendit. pign. imped. non poſſ. Neguſ. de pignor. part. 6. membr. 1. ſub num. 16. Fab. in Cod.
Fabr. tit. 16. defin. 10. numero 2. in alleg. & tit. 17. defin. 1. & numero primo in alleg. Durand. deciſ. 445. numero 77.* † nec cætera, quæ ſunt conſequentia 3
venditionis, *Fab. dict. tit. 16. defin. 10. numero 2. in
alleg.* † Sed licitum eſt creditori illud vende- 4
re, etiamſi debitor contrarium proteſtetur, ſi
debitum etiam non offerat, *d. l. 2. vbi Bald. Cod.
debit. vend. pign. imped. non poſſ. Bertach. in verb. pignus
alienatur.* † Nec ad pignoris iudicialis recupe- 5
rationem, ſeu reſolutionem ſufficit expenſarum refectio, & cautio de ſtando iuri, prout in
prætorio *Neguſ. de pignor. part. 3. membr. 3. & 4. Add.
ad pract. Pancirol. part. 3. verſ. c. vbi ergo condemnatus. in
verb. & hoc vocatur pignus iudiciale, folio 297. Goſtian.
diſcept. foren. cap. 36. num. 38. & 39. Mangil. de ſubhaſt.
quæſt.*

6 *q.6.n.15.& ſeqq.q.52.nu.4.& q.127. nu.10.* Nec † illo
ſubhaſtato, impedit debitor miſſionem in poſ-
ſeſſionem prætextu enormiſſimæ læſionis, nec
poteſt petere, vt iterum vendatur, *Ant. Fab. in C.*
7 *Fabr. lib.8.tit.17. deſin.3.* † Sed neceſſe eſt, vt petat
reſtitutionem, *Fab.d.lib.8.tit.17.deſin.3.*

8 Poteſt † itaque debitor creditori offerre cre-
ditum, & hoc medio poſt condemnationem
moram purgare, *Mangil. de ſubhaſt. q.101. nu.4.* &
venditionem pignoris, ſeu bonorum impedi-
re, *leg. ſi fundus, qui Lucij Titij, ff. de reſcind. vendit. leg.
ſi reſiduum, & leg. ſi prius quàm, Cod. de diſtract. pi-
gnor. Neguſ. de pignor. part.6. memb.1. ſub nu.28. verſic.
quarto limita. Aſin. de execution. §.6. cap.31. numero
quinto & ſequentib. Mangil. de ſubhaſtation. q.32. n.6.
Rot. in Spoletana Bonorum 14. Martij 1616. coram Vbal-
do ſeniore, poſt tractat. deciſ.36. nu.12.* vbi de oblatio-
9 ne iudiciali, † præſertim ſi faciat oblationem
realem cum proteſtatione, ne vendat, *Bertach.
in verb. oblatio n.10.*

10 Provt, † ſi debitor quantitatis in executio-
ne ſententiæ, ſeu alias tradiderit creditori fun-
dum, poteſt poſtea offerre pecuniam, & ven-
dicare fundum, fructibus etiam in ſortem com-
putatis, *Tepat. var. ſent. tit.417. cap.6. & tit.419. cap.2.
Nouarr. ad leg. ſi tempora, n.19. C. de fid. inſtr. & iur. haſt.*
11 *Fiſcal. lib.10.* & † ſi totum debitum ex fructibus
ſolutum ſit, poteſt abſque alia oblatione illius
diſtractionem impedire, *Rebuff. de præcon. licit. &*
12 *ſubhaſt. art.1. gloſ.1. nu.3.* quia † præſumitur tradi-
diſſe iure, ſeu loco pignoris, non in ſolutum,
Menoch. de præſumpt. lib.2. præſumpt.93 nu.1. tom.1. Te-
13 *pat. dict. tit.419. c.2. Nouar. vbi ſup. Affl. deciſ.373.* † etiam
ſi res ipſa eiuſdem eſſet æſtimationis, cuius eſ-
ſet ipſum debitum, *Menoch. de præſumpt.93. nu.2.*
14 *Afflict. d. dec.373. n.2.* † niſi debitor in inſtrumen-
to, quo ſe debitorem conſtituit, dediſſet facul-
tatem ipſi creditori capiendi rem illam ſua
propria auctoritate, & retinendi eam in ſolu-
tum, & creditor rem illam conſecutus eſſet à
debitore, diuque poſſediſſet, cum tunc præſu-
matur iuſto pretio, & ex titulo præambulo
eam poſſidere, & habuiſſe, *Menoch. dict. præſumpt.*
15 *93. n.4.* † vel niſi aliquibus verbis conijci poſ-
ſit, debitorem dare voluiſſe in ſolutum, non
autem in pignus, *Menoch. ibid. nu.5. & ſeq.* vbi ex-
16 empla † Sed tamen, quod in dubio præſuma-
tur potius datio inſolutum, quàm pignus, tra-
dit *Seraph. dec.242. n.2. & Gregor. XV. dec.194. nu.12.
& ibi late Add. nu.27.* vbi de communi, & de ra-
17 tione, quos videas. Vnde † creditor debet eſſe
cautus in recipiendo, & curare, vt ſibi expreſsè
fiat adjudicatio, ſeu in ſolutum datio, & me-
diante Iudicis decreto *Nouar. in d. l. ſi tempora, n.19.
C. de fid. inſtr. & iur. haſt. Fiſc. li.10.*

18 Vt quoque † nec primus creditor poteſt of-
ferre ſecundo habenti pignus à debitore de cō-
ſenſu ipſius primi, vt ipſe primus conſequatur
pignus, & impediat debitorem volentem re-
luere, quia ſua non intereſt, ex quo eſt ſibi pri-
mo cautum, & quia conſenſit, *Tuſc. in verb. offerre,
concluſ.80. n.2.* vbi, quod videtur mirabile, vt de-
19 bitor præferatur creditori ſuo, niſi primus
creditor habeat debitorem pro ſuſpecto, quia
tunc poteſt ſequeſtrare facere pignus reluendū
à debitore, ne baratteretur, *Tuſc. ibid. num.4.*

20 Nec † impeditur debitor, quin ſoluere poſ-
ſit, & pignus liberare, antequam illud vendi-
tum, vel datum in ſolutum ſit, etiam quod de-
diſſet licentiam illud vendendi, ſi intra quod-
dam conſtitutum tempus, vel terminum non
ſoluiſſet pecuniam debitam, qui iam fuiſſet e-
lapſus, *Bertach. in dict. verb. oblatio, ſub nu.30. Aſin. de
execut. §.4. cap.136. n.8. & §.6. cap.31. n.46.*

Quemadmodum, † pactum fuiſſet, vt poſt 21
terminum elapſum pignora remanerent cre-
ditori pro iuſto pretio æſtimando poſſet de-
bitor ante æſtimationem offerre, & venditio-
nem, ac adjudicationem impedire, *Grat. diſcept.
for. c.544. n.13.* quamvis † ſecus poſt æſtimatio- 22
nem, quia tunc dominium videtur translatum,
Aſin. de execut. §.6. c.32. n.15.

Vt pariter † ius offerendi competit debito- 23
ri aduerſus ſuum creditorem agentem hypo-
thecaria etiam poſt ſententiam, ante tamen ap-
pretium factum, & per conſequens adjudica-
tionem, quia, † donec non eſt factum appretiū, 24
dominium tranſlatum non dicitur, niſi reuo-
cabiliter, & proinde ius offerendi locum habet,
ſed, ſi † appretium eſt factum, ius offerendi ceſ- 25
ſat, quia † dominium in creditorem, cui res 26
adjudicatur tranſlatum eſt, & adjudicatio facta
ad diſponendum, habendum, & poſſidendum,
*Donat. Ant. de Marin. quotid. reſolut. cap.219. n.17. Mer-
lin. Pignatell. controu. forenſ. cap.93. n.5. & 6.* † niſi de- 27
bitor ſit pupillus, ſeu minor, *Pignatell.27. ibid. n.
9. & 10.* vbi † quod reſtituitur etiam ex capite 28
affectionis, quia res fuit maiorum.

Sed † ſi aliqua lege, vel Statuto æſtimatio- 29
nes poſt ſententias infra aliquod tempus fieri
poſſent, eſſetque ſententia verbis futuri tem-
poris concepta, vt puta, bona danda, vel adiu-
dicanda eſſe pro æſtimatione facienda, tunc de-
bitum offerri poſſet, quia hoc caſu, cum pre-
tium declaratum non ſit, dominium tranſla-
tum non cenſetur, *Aſin. de execut. §.6. c.32. n.17.*

Veluti quoque † qui bonis ceſſit, poteſt an- 30
tequam bona diſtrahantur, ſeu in ſolutum den-
tur, † re integra ea recuperare, ſi ſoluere credi- 31
toribus ſit paratus, *Brun. de ceſſ. bon. q.14. princ.* Non
† enim ſemper imputandum eſt debitori, cur 32
non ſoluerit, quia debiti numeratio non ſem-
per eſt in expedito *leg. ſi dubitet, ff. de fideiuſ. Ant.
Fab. in Cod. li.8. tit.16. de diſtr. pign. defin.8. nu.1. in alleg.*
Atque ideo, ſi creditor ſit immiſſus in poſſeſſio-
nem pignoris, poteſt debitor, offerendo debi-
tum, in quo condemnatus eſt, ſeu pretium cum
expenſis, moram purgare, ac impedire, ne am-
plius res ſubhaſtetur, & omnia reſoluere, ac pi-
gnus ab hypotheca liberare, atque recuperare,
† non ſolum ſi ipſa res nondum fuerit poſita 33
ſub haſta, vel tantum poſita ad explorandum,
qui emere velint, & perquirendum pretium,
Aſin. de execut. §.9. c.31. num.13. & † tam ante litem 34
conteſtatam *Magon. dec. Flor.132. n.15. ver. non obſtat,
Capic. dec.242. n.9.* † quam poſt *Capic. ibid. nu.10. &* 35
Magon. d. dec.132. n.13. & † vbi fuerit pronunciatū, 36
bona ſubhaſtanda, cum adhuc ſubhaſtari de-
beant, & illis offerri, *Mangil. de ſubh. q.134. nu.1.* † 37
Sed etiam quod fuerit proceſſum ad ſubhaſta-
tionem, *Grat. diſc. for. c.708. n.46. & ſeq. Io. Ant. Nouar.
ad l. ſi tempora, n.10. C. de fid. inſtr. & iur. haſt. Fiſc. lib.10.
Rot. in Romana Fideiuſſionis de Repræſentando 3. Iulij
1617. coram Coccino.* † & medio tempore, *Mangil.* 38

D 2

Digitized by Google

39 de ſubh.q.24.n.30. † & quandocunque, l.properan-
dum,§.ſin autem reus C.de iudic. Felic.de cenſib.to.2.lib.
1.c.3.n.5.verſ.prima eſt, Aſin.de execut. §.4.cap.136.nu.1.
40 & per tot.& §.6.c.31.n.42. & † in qualibet parte
iudicij,vbi ius partis remaneat illæſum, Rot. pe-
41 nes Pacific.de ſalu.deciſ.281.n.14. & † re integra, Bu-
42 ratt.deciſ.735.ſub n.5.& † vſque ad ſententiam,Ca-
pic.d.deciſ.102.n.10. Magon.dict. deciſ.Florent.131.n.13. &
43 15.verſ.non obſtat,ac† vſque ad ſententiam adiu-
44 dicationis, Mangil.de ſubhaſt. q.69.nu.13. & † ante-
quam ſecuta ſit deliberatio, vel adiudicatio,
Gratian.diſcep.forenſ.d.cap.708.n.46.& ſeqq.Nouar.ad
dict.leg.ſi tempora,n.10.C.de fid.inſtrument.& iur.haſt.
Fiſcal.lib.10.Mangil.de ſubhaſt.q.101.n.5.Rot.in dict.Ro-
mana Fideiuſſionis de Repræſentando 3.Iulij 1617.coram
45 Coccino; Et † ſic etiam poſt duas, vel tres pro-
ſcriptiones, vel incantus, leg.ſi rem,§.ſin.ff.de pi-
gnor.act.leg.2. Cod.debit.vendit. pignor. imped. non poſſ.
Rebuff.de præcon.lit.1.& ſubhaſtat.artic.7.gloſſ.vnic.nu.
46 26. & † intra tempora ſibi in ſubhaſtatione ad
reluendum aſſignata, Carpan.ad Statut. Mediolan.
lib.1.cap.248.n.4.Mangil.de ſubhaſt.q.153.n.5. Rot. Re-
47 cent.dec.725.n.11.part.2. (vnde † debitoris intereſt,
vt amplum ſpatium temporis habeat ad pi-
gnoris luitionem, Fab.in Cod.Fabr. lib.8.tit.16.defin.
48 20. num.10. in alleg.) atque † etiam lapſa vna die
tantum,& ſic vltima ad reluendum, Scacc.de iu-
49 dic.lib.1.cap.97.nu.42. & † vbi interceſſerit mora
parui, ſeu breuis temporis, quod eſt remiſſum
arbitrio Iudicis, Gratian.diſcept.forenſ.cap.708.n.54.
Nouar. in dicta l.ſi tempora, nu.15. C.de fid.inſtrument.
& iur.haſt. Fiſcal.lib.10. Mangil.de ſubhaſt. quæſt.101. n.
50 14. Et † non obſtante, quod iam fuerit ab ali-
quo licitatore facta oblatio, Aſin.de execut. §.4.
cap.70. ſub num.3. & §.6. cap.31. ſub nu.4.13. & ſeqq.
Ant.Sol ad decret. Sabaud.lib.3. de form. & ord.proced.
in pignorat. ſubhaſtat.& deliberat.bon.mobil.gloſſ.1.nu.
51 36. & † eo magis ſi oblatio non fuerit facta in
tempore, Aſin.dict.cap.31.nu.21.Burat.dec.735. ſub nu.
52 5. atque † etiam præceſſerit Iudicis ſententia
mandans, ſeu dicens, bona in tenutam capta
eſſe vendenda alicui tanquam plus offerenti,
& illi inſtrumentum venditionis fieri, & de
pretio ſatisfieri creditori,cum & tunc poſſit de-
bitor comparere,& offerre,ſe paratum oblato-
ri reficere expenſas, & liberare bona, & Iudex
teneatur pronunciare, non eſſe locum vendi-
tioni, & condemnare debitorem etiam in ex-
penſis oblatori, Aſin.de execut.§.4. cap.135. nu.4. &
cap.136. Mangil.de ſubhaſt.quæſt.135.nu.2. & ſeqq.& in
53 fin. † Nullum enim oblatori quæſitum eſt ius,
niſi quod oblationibus finis ſit impoſitus, non
autem vt, ſi debitor ſoluere velit, non poſſit,
non ſecuta pignoris diſtractione, rei traditio-
ne,& pretij ſolutione, Aſin. dict.§.4. cap.136. nu.6.
& §.6 cap.31. nu.27. in fin. &, † quamvis à Iudice
54 per ſuam ſententiam inſtrumentum fieri man-
datum ſit; ex ea tamen nullum ius firmum o-
blatori contra debitorem, & rei dominium ac-
55 quiſitum dici poteſt,cum † hæc ſit potius quę-
dam promiſſio de vendendo, quam venditio,
56 Aſin.dicto §.4. cap.136. num.2. & ſeqq. & † hoc vi-
deatur eſſe, ſecundum decretum, non autem
ipſa venditio Aſin.de execut. dict. §.6. cap.32. nu.34.
57 & ſeqq.& † aliud eſt ſecundum decretum,aliud
venditio, cum venditio ſit executio ſecundi,
58 Aſin.dict.cap.32. n.36. ſeu † talis ſententiæ execu-
tio in contractu ipſius venditionis perficiatur,
Aſin.d.cap.32.n.41.† quæ habet vim adiudicatio- 59
nis, Aſin. ibid. † ſeu tunc venditio dicatur facta, 60
cum facta eſt adiudicatio, Aſin.de execut. §.4. cap.
135.nu.6. † nec factum quid dicitur,cum aliquid 61
ſupereſt faciendum, Aſin.d.cap.135. nu.7. Mangil. de
ſubh.q.135. ſub nu.1. Vnde † inſtrumentum ven- 62
ditionis non rogatur à Notario ſub illa die,ſed
ſub ea,qua in effectu illud fit, Aſin.d.cap.136. nu.4.
& 6. † Nec ex quo mandatum fuerit, inſtru- 63
mentum venditionis fieri, dicitur vēditio per-
fecta, Aſin.d.n.4. cum †,donec inſtrumentum fa- 64
ctum non ſit, res tradita, & precium ſolutum
dici non poſſit, Aſin.dict.cap.136.n.5. quemadmo-
dum, † vt debitor liberetur, pretium creditori 65
ſolui neceſſe eſt, leg.quæſitum, in princ. vbi Bart.ff.de
pignor.Aſin.eod.cap.136.nu.4. Ita vt, † ſi creditor pi- 66
gnus vendat,non liberetur debitor,donec pre-
tium illi ſolutum non ſit, Aſin.d.cap.136.n.6. cum
† à pretio venditio eſſentiam & perfectionem 67
recipiat, Aſin.ibid.nu.7. † Nec ad impediendum, 68
ne debitor offerat ſummam debitam,& pignus
liberet,ſufficit venditio abſque traditione, Aſin.
de execut.§.6.cap.31.n.16. Sed † quouſque contra- 69
ctus venditionis, ſeu adiudicationis celebra-
tus,& perfectus non ſit, debitor & offerre, ac
ſoluere, & bona liberare poteſt, Aſin.de execut.§.
4. d.cap.136.n.6.& §.6.cap.32.n.41. vbi de æquiori,
& quod in practica ſeruatur, Mangil.de ſubhaſt.q.
132.n.8.&. † donec ad venditionis executionem 70
deuentum non ſit, videatur ſemper eſſe in fa-
cultate debitoris, & tertij etiam poſſeſſoris in-
tereſſe habentis debitum, & expenſas offerre,
leg.Paulus,ff.qui mod. pign. vel hypoth. ſolut. Aſin.dict.
cap.32.n.41.Mangil.de ſubhaſt. q.127.n.7. & q.132. n.8.
11. & ſeqq.† Videturque ſemper creditori ſatiſ- 71
fieri poſſe, antequam bona in tertium oblato-
rem transferantur, & donec creditoris hypo-
theca perduret, Aſin.eod.cap.32.num.40. Mangil.de
ſubhaſt.q.6.n.8. & q.127.n.6.& 7. † niſi alteri in illa 72
re ſit ius quæſitum, Mangil.d.q.6.n.8. † vel debi- 73
tor poſſeſſionem, ſeu dominium amiſerit, Man-
gil.dict. q.6. nu.8. cum † hypothecata non faciat, 74
quo minus bona hypothecata ſint in dominio
debitoris, donec fuerit facta ſubhaſtatio, &
deliberatio, & cætera, de quibus leg.fin. Cod.de
iur.domin.impetr. vt tradit Seraph. deciſ.451. num.1.
† atque tantummodo, ſoluto precio, reſpectu 75
debitoris ius quæſitum intelligatur, Aſin. de
execut. §.4.cap.136.nu.6. & † dummodo talis ſit 76
ſolutio, qua creditori ſatisfiat, & debitor libe-
retur, Aſin.eod.nu.6. & † debitor non aliter libe- 77
retur, quàm facta ſolutione creditori, Mangil.
de ſubhaſt.q.135.n.3. & 4. † nec ſubhaſtationis iu- 78
dicium vim habeat ſolutionis, donec creditori
ſoluta non ſit pecunia, & pretium bonorum
ſub haſta venditorum, Mangil.de ſubh.q.199. n.12.
† nec ſententia, qua dictum ſit, bona eſſe ven- 79
denda,ius tribuit,ſed tantum ad factum vendi-
tionis obligat, quæ obligatio ſolutione diſſol-
uitur, Mangil.de ſubh.q.127.n.5.& 6.

Quæ procedunt † etiam in contractu obli- 80
gatione camerali vallato,quia per eam non cē-
ſetur renunciatum facultati purgandi moram,
Nouar. ad d.l.ſi tempora, nu.16. C.de fid.inſtru. & iur.
haſt.Fiſcal. lib.10. Mangil.de ſubhaſt. qu.101.num.15. &
ſeqq. vbi allegantur, & improbantur contrariū
tenentes

Digitized by Google

tenentes contra æquitatem, Rot. penes Pacif. de
ſalu. deciſ.281. num.17. Buratt. deciſ.819. num.4. Rot. in
Romana Fideiuſſionis de Repræſentando 3. Iulij 1617.
81 coram Coccino. Atque † etiam in contractu iura-
to, Nouar. vbi ſup. Mangil. dec. q.101. num.17. nam
82 † hoc etiam caſu admittitur debitor ex æqui-
tate canonica ad moræ purgationem, dum-
modo creditoris ius ex tali moræ purgatione
non ſit effectum deterius, & ipſe ſine damno
conſeruetur, Rot. apud Pacif. de ſalu. d. dec. 281. n. 12. &
16. Buratt. d. dec. 819. n. 4.
83 Aliàs, † ſi creditor nolit recipere, ſed velit
procedere ad venditionem, & procedatur, po-
teſt debitor appellare, & appellatio ſuſpendit
vlteriorem executionem, & venditionem, Ne-
guſ. de pignor. par. 6. memb. 1. nu. 29. Aſin. de execut. §. 6.
84 cap. 31. nu. 4. 11. & ſeqq. & nu. 48. & † operatur, vt
non poſſit interim per aliquem offerri, Mangil.
85 de ſubhaſt. queſt. 135. nu. 6. † nec poſſit ius aliquod
oblatori acquiſitum dici, ne debitor ſit admit-
tendus ad offerendum, & ſoluendum, Aſin. d.
86 cap. 31. nu. 48. & 51. ac † oblatio à debitore fieri po-
teſt etiam poſt ſententiam, qua dictum ſit, bo-
na in tenutam capta vendi & ſubhaſtari, &
plus offerenti dari, & de pretio creditori ſatiſ-
fieri, vel etiam inſtrumentum faciendum cum
licitatore, à qua fuerit appellatum, & poſt ap-
pellationem, nam per eam, inſpecto debitore,
nullum ius licitatori quæſitum dicitur, Aſin. de
execut. §. 4. cap. 136. n. 10. & ſeqq. & §. 6. cap. 31. nu. 38.
& ſeqq. Mangil. de ſubhaſt. queſt. 28. num. 8 queſt. 131. n.
87 2. & queſt. 135. nu. 1. & ſeqq. Atque † etiam vendi-
tio, ſeu adiudicatio ſubſecuta poſt oblationem
debiti, ſeu precij eſt nulla, l. ſi priuſquam, C. de di-
ſtract. pignor. Rebuff. de Præcon. licitat. & ſubhaſt. art. 1.
83 gl. 2. ſub nu. 5. Magon. dec. Flor. 132. n. 17. † & reſcin-
denda, Neguſ. de pignor. par. 6. memb. 1. nu. 29. Rot. re-
cent. dec. 729. n. 11. par. 2.
Quod quidem ſumma ratione fulcitum vi-
89 detur, nempe quia † finis diſtractionis eſt, vt
creditor ſatisfiat in ſuo credito, Fontanell. de pact.
90 nupt. clauſ. 5. gloſſ. 8. nu. 53. par. 7. tom. poſter. † & vendi-
tionum, quæ per Iudicem ſub haſta fiunt, aliud
maius, & efficacius ſubiectum non eſt, quàm
vt pecunia inde redigatur ad ſatisfaciendum
91 creditoribus, Papon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arr. 15. & †
nil aliud quærit creditor. nec alia de cauſa bo-
na vendi procurat, quàm vt ſibi ſatisfiat, &
ideo, cùm id hoc modo breuiori manu conſe-
quatur, non debet vlterius ad bonorum ven-
ditionem procedere, Aſin. d. §. 6. cap. 31. n. 5. 9. & 24.
92 † nec conqueri poteſt, ſi bonorum venditio
93 impediatur, Aſin. eod. cap. 31. n. 6. & ſeqq. cum † ſo-
lutione eius, quod debetur, pignus, & hypo-
theca tollantur, Inſtit. quib. mod. toll. oblig. in princ. l.
item liberatur ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. Aſin. d.
94 cap. 31. n. 6. & † ceſſante iure creditoris, oblato-
ris quoque, & emptoris ceſſare dicatur, Aſin. d.
cap. 31. nu. 10.
95 Nec ad effectum, † vt debitor non poſſit per
oblationem, & ſolutionem debiti impedire
ſubhaſtationem, vel adiudicationem, ſufficit
opponere, quod idem debitor vendiderit pi-
gnus ad ipſam pecuniam reperiendam, hoc
enim creditori non refert, & ſatis ei eſt, ſi ſuum
creditum conſequatur, nam illud debitor, ſeu
potius emptor animaduertere debet, quibus
fortaſſe bona auferri poſſent, cùm enim credi-
tor ſuum creditum conſequatur, & pecunia re-
proba non ſit, non eſt, quod ipſe amplius quæ-
rere debeat, nec vbi debitor pecuniam habue-
rit, Aſin. de execut. §. 6. d. cap. 31. n. 25. Mangil. de ſubhaſt.
queſt. 153. n. 6.
Limitantur tamen primò prædicta, vt † de- 96
bitor non ſit admittendus ad purgationem
moræ, vbi præſtiterit impedimentum execu-
tioni, & ſubhaſtationi, adeò vt fuerit in culpa,
† ne ex culpa beneficium conſequatur, quo ſe 97
indignum reddidit, Gratian. diſcept. for. cap. 789. n.
31. & 52. Mangil. de ſubhaſt. q. 101. nu. 12.
Limitantur ſecundo, † vbi adſit mora ge- 98
minata Gratian. d. cap. 908. n. 53. Mangil. d. queſt. 101.
num. 13.
Limit. tertio, † vt poſt vltimam oblationem 99
acceptatam, & lapſum terminum debitori da-
tum ad reluendum excluſus cenſeatur debitor
à redemptione rei ſuæ, quæ venditur in execu-
tionem iudicati, ſecundum Rot. in Romana Do-
mus 19. Decembris 1631. coram Eminentiſſ. D. Card. Ve-
roſpio iuniore, poſt tract. dec. 89. num. 11. ita vt † poſt 100
tertiam oblationem nec ſit conſiderabile eiuſ-
dem debitoris intereſſe, ex cuius cauſa citari
debeat, d. deciſ. 89. nu. 12. poſt tract.
Poſtquam † autem debitor paſſus eſt, rem 101
ſuam Iudicis auctoritate per creditorem di-
ſtrahi, ſeu facta eſt venditio per ſententiam diſ-
finitiuam, illaque, & executio eſt perfecta, ſeu
conſumata eſt ſubhaſtatio, & res tradita em-
ptori, non admittitur regulariter debitor ad
refundendum precium, & ſumptus pro recu-
peratione rei, etiam ſi duplum offerat, l. prope-
randum, §. ſin autem reus, C. de Iudic. l. non eſt probabi-
lis, C. de reſcind. vendit. l. ſi quis, vbi Bald. C. de diſtract.
pign. Bertach. in verb. oblatio, num. 10. Rebuf. de præcon.
licit. & ſubhaſtat. artic. 1. gloſſ. 2. ſub numero 5. Aſin. de
execut. §. 4. cap. 136. numero 6. & §. 6. cap. 31. numero
45. Caroc. de oblat. iudic. numero 8. Card. Tuſc. in verb.
offerre, concluſ. 80. numero 1. Gaballin. ad Conſtitut.
March. lib. 5. cap. 6. in verb. ſubhaſtatione, numero 7.
Papon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arreſt. 3. vbi de re immo-
bili, Gratian. diſcept. forenſ. capite 7. ſub numero 16.
Mangil. de ſubhaſtat. queſt. 101. numero 235. & ſeqq.
Cùm † tunc dominium ſit acquiſitum ei, cui 102
res eſt diſtracta, Tuſc. dicta concluſ. 80. num. 1. Mangil.
dicta queſt. 101. nu. 6. & 9. † & quidem irreuocabi- 103
liter, Thomat. deciſ. 46. nu. 18. & † oblatio debitoris 104
impediat venditionem faciendam, non fa-
ctam, Bertach. in d. verb. oblation. nu. 10. ita vt † non 105
ſit amplius res integra poſt venditionem, &
dilationes datas iuxta formam Statuti, Gra-
tian. dicto capite 7. numero 18.
Habetq; hoc locum, † etiam ſi creditor ipſe 106
licitauerit, & ſequuta fuerit pronuncia Iudi-
cis, qua res ei adiudicata fuerit tanquam plus
offerenti, quia debet ille omnino rem habere,
nec debitor poteſt illum impedire, quo minus
habeat, etiam ſi plus offerat, Tuſcul. in verb. offe-
rens, concluſ. 81. num. 2. Mangil. de ſubhaſtat. queſt. 86.
ſub numero 18.
Provt † id procedit etiam in adiudicatione, 107
& in datione in ſolutũ facta creditori cauſa co-
gnita, & Iudicis auctoritate, cùm nec tunc, ſeu
poſt ſecundum decretum, & adiudicationem
perfectam reus, ſeu debitor, vel eius hæres, &

Digitized by Google

alius quicunque volens rem recuperare, ac adiudicationem reuocari, audiatur, ſi debitum, ſeu eam ſummam, cuius cauſa in ſolutum datio emanauit, ſoluere velit, quinimo nec ſi offerat duplicatum, ſecundum ius commune, & veram, ac magis communem, & veriorem opinionem, *l. ſucceſſores, C. de ſolut. Dec. conſil. 592. num. 2. & ſeqq. vol. 2. Carpan. ad Statut. Mediolan. lib. 1. cap. 163. num. 28. Aſin. de execut. § 4. cap. 51. ſub numer. 9. capite 95. num. 17. & cap. 136. num. 6. & § 6. capite 31. num. 34. & capite 32. num. 13. & § 7. cap. 282. num. 1. & 2. Ant. Sol. ad decret. Sabaud. libro 3. de forma, ac ord. proced. in pignorat. ſubhaſtation. & deliberat. bonorum mobilium gloſſ. 1. numero 5. Morot. de ſecund. credit. offerend. numero 39. Fenzon. ad Statut. Vrb. cap. 194 numero 65. & 95. Merlin. Pignatell. controuerſ. forenſ. cap. 93. numero 1. in fin. Mangil. de ſubhaſta. queſt. 6. numero 9. & ſeqq. & numero 18. queſt. 24. numero 29. queſt. 82 num. 13. & queſt. 127. n. 11. & ſeqq. vbi numeris antecedentib.* arguit contraria parte. *Capic. deciſ. 202. nu. 7. Magon. dec. Florent. 132. numero 1. 3. & 4. vide Carocc. alleg. per Gilian. ad Statut. Peruſ. in verb. adiudicatio numero 9.*

108 Nec † poteſt facta adiudicatio infringi à debitore, *Monac. deciſ. Lucen. 34. numero 10.* nec ab e-
109 ius hærede, *Surd. conſil. 221. num. 26.* † ne res ſemper ſit in ſuſpenſo, & nunquam detur rerum finis, *Aſin. d. § 7. capite 282. num. 2. Fenzon. ad Sta-*
110 *tut. Vrb. cap. 194. numero 66.* † Ius namque offerendi in actione iudicati, locum non habet, niſi via purgationis moræ, *Aſin. de execut. § 6. cap. 32.*
111 *num. 16.* † quæ vſque ad ſententiam purgari po-
112 teſt, non autem vltra, *Aſin. ibid. num. 17.* cùm † per adiudicationem dicatur dominium irreuocabiliter acquiſitum, *Magon. d. dec. Flor. 132. num. 4.*
113 & † debitor ius ſuum amiſiſſe, & bona pro derelictis habuiſſe, dum citatus, ſeu præſens eo tempore, quo illa vendita, ſeu adiudicata fuerunt, eadem luere, vel pretium offerre, & ius ſuum proſequi non curauit, *Mangil. de ſubhaſt.*
114 *qu. 127. n. 11. & ſeqq.* † Quidquid contra ſentiat *Felician. de cenſib. tom. 2. lib. 1. cap. 5. & 6.* non ſolum ſi adiudicatio facta fuerit creditori, ſed etiam ſi fuerit facta perſonæ, à creditore ſuppoſitæ, quaſi tunc ſolum pignus conſtitutum fuerit, non autem contracta vera emptio, & venditio,
115 vt per eum. Quamuis † etiam poſt adiudicationem audiatur reus volens de alio iure ſuo docere, *Gaballon. ad Conſtit. March. libro 5. cap. 6. in verb. ſubhaſtat. num. 7.*

116 Ampl. etiam, † vt datio in ſolutum, ſeu adiudicatio, vel venditio ſemel facta, cui datio in ſolutum eſt ſimilis, nec ex reſcripto Principis reuocari, nec reſcindi poſſit, etiam ſi debitor duplex pretium reſtituere vellet, *Aſin. de execut. § 4. cap. 95. nu. 17. & § 7. cap. 282. nu. 2.*

117 Ampl. rurſus, † eo magis ſtante Statuto, *Gilian. ad Statut. Peruſ. in verb. adiudicatio. num. 9.*

118 Limita primo, † vt ius offerendi locum habeat, quando latum eſt decretum, aſſiſtentiam eſſe præſtandam, & appretium faciendum, donec ipſum appretium non ſit factum, tanquam adhuc dominium non ſit tranſlatum, licèt ſecus ſit facto apprecio, ſeu ſi poſt decretum adiudicatiuum ſecutum ſit apprecium, quia tunc dicitur dominium tranſlatum, *Capyc. dec. 292. n. 9. & ſeqq.*

Lim. ſecundo, vt † ius offerendi poſt adiu- 119
dicationem, vel venditionem auctoritate Iudicis factam, non habet locum, vbi adiudicatio, ſeu venditio facta ſit ſeruato ordine iudiciario, ſeu ſeruatis ſeruandis, *Aſin. de execut. § 6.*
cap. 32. num. 14. cum † tunc reuocari non poſſit, 120
nec debeat, nec locus ſit pœnitentiæ, *lege cum dominum. vbi Bald. & alij, C. de pignor. l. 1. C. ſi antiq. credit. lege ſucceſſores, vbi etiam Bald. & alij, C. de ſolut. Aſin. de execut. § 4. cap. 51. num. 1. 2. 5. & 9. & inter commun. opinion. tom. 2. de ſolut. 1. 27. & 29. fol. 393. A.* † Se- 121
cus verò vbi non fuerit ritè, & rectè proceſſum, ſed nulliter, & ſolemnitas debita non fuerit ſeruata, *l. fin. C. ſi aduerſ. Fiſc. l. ſi minor, Cod. de iur. Fiſc. lib. 10. l. 1. Cod. de fid. inſtrum. eod. libro Anton. Sol. ad decret. Sabaud. lib. 3. tit. 39. de form. ac ord. obſeru. in pignorat. ſubhaſt. & deliberat. bon. ſtabil. gloſſ. 8. numer. 5. Tepat. var. ſent. tit. 417. capite 17. Gratian. diſcept. forenſ.*
cap. 7. nu 29. & † quando dolus, ſeu fraus inter- 122
uenerit, *Tepat. loc. tit.* & detegatur, *Hugon. Donell. de pignor & hypothec. cap. 11. circa princ.* † vel quan- 123
do creditori, cui fuit res adiudicata, obſtet exceptio, cùm tunc adiudicatio non ſubſiſtat, *Aſin. de execut. § 4. capite 12. ſub num. 2. Mantic. de*
ſubhaſt. queſt. 76. num. 6. & † ſiue obſtet exceptio 124
pro toto debito, ſiue pro parte, *Ruin. conſ. 160. nu. 26. libro 2.*

Vnde † admittitur minor ſub certo termi- 125
nō ad refundendum emptori precium, & logitimas expenſas, & fundum retrahendum quando non fuerit ſeruatus ordo in exequendo primo ſuper mobilibus, *Papon. de arreſt. lib. 18.*
tit. 6. arr. 2. & † quando probet modicitatem pre- 126
cij, *Papon. d. lib. 18. tit. 6. arr. 3.* vbi, † quod aliàs in 127
Francia non admittitur nec in caſibus fauorabilibus. † Nec ad detegendum nullitatem ſola 128
pignoris capio inſpiciēda eſt, ſed tota vēditio, quę, cum pro parte valere nō poſſit, (cum vnus ſit contractus, & conſequenter indiuiduus) ſi ex parte infirma ſit, tota corruat, † nec præceſ- 129
ſiſſe videatur pignoris capio, quam nulla diſtractio ſequuta eſt, vt nec ſequuta dici poteſt, quæ perperam ſit ſequuta, *Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 8. tit. 16. de diſtract. pignor. defin. 4.* † Auditurque 130
debitor, quando Executor, ſeu Iudex vendit rem debitoris vili precio, quia debitor eum non elegit, & ſic non eſt quid ei imputetur, *Rimin. iun. conſ. 3. n. 30. lib. 1.*

Sed aduertendum tamen eſt, quod, † cum 131
venditio pignoris perperam facta ſit, debitor offerre debet creditori, non emptori, cui ſalua remanet actio aduerſus creditorem, ſed, ſi ritè facta ſit, non creditori, ſed emptori facienda eſt oblatio, *Fab. in Cod. lib. 8. tit. 16. defin. 19. & in alleg.*
Nam † poſt factam pignoris venditionem eius 132
ſolius, qui comparauit periculum vertitur, *lege à Diuo Pio, § ſi poſt addictum, ff. de re iudic. Fab. d. defin. 19. num. 2. in alleg.*

Limit. tertio, vt † ceſſet ius offerendi poſt 133
ſententiam adiudicationis, ſeu venditionis, ſi ea iam tranſiuerit in iudicatum, vel ab ea non detur appellatio, nam tunc non licet amplius debitori ab inuito creditore, ſeu emptore bona adiudicata auferre, *Aſin. de execut. § 4. cap. 135. numero 3. Mangil. de ſubhaſt. q. 127. num. 16. & 17. Capyc. deciſ. 202. ſub numero 7.* † ſecus verò durante 134
tempore ad appellādum, ſeu ſi debitor in tem-

pore

Digitized by Google

pore à ſententia appellabili appellauerit, quia
tunc poteſt, appellatione pendente, debitum
cum expenſis offerre, & pignus, ſeu hypothe-
cam à creditore liberare, & huiuſmodi adiu-
dicationem, vel venditionem reſoluere, Rebuff.
de præcon. luit. & ſubhaſt. art. 4. gloſſ. 1. num. 33. Aſin. de
execut. §. 4. cap. 136. num. 13. & §. 6. cap. 31. num. 20. &
24. Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 6. num. 11. quæſt. 131. nu. 2.
& quæſt. 132. num. 3. & ſeqq. Merlin. Pignatell. controu.
for. cap. 93. num. 7. Capyc. deciſ. 202. num. 13. & per tot.
135 Magon. dec. Flor. 132. num. 13. verſ. & ex his. Cum †
ſolutione principalis debitoris non ſolum in
prima inſtantia, ſed in ipſa quoque appella-
tione intelligatur ſublata cauſa, §. fin. iuncta
gloſ. inſtit. de perpet. & temporal. action. Aſin. de
136 execut. §. 4. cap. 70. ſub num. 3. Et, † ſicuti appel-
latione pendente locus eſt iuri offerendi, ita,
& multo magis locus eſſe debet iuri reluendi,
cum dominum adhuc ipſum debitorem eſſe
dicendum ſit, Aſin. de execut. dict. §. 4. cap. 136. nu-
mero 13. & §. 6. cap. 31. num. 51. Mangil. de ſubhaſtatione
137 quæſt. 132. num. 7. † Sique debitor ſoluat, & bo-
na liberet pendente iudicio, vel in cauſa ap-
pellationis, eſt idem debitor abſoluendus,
dict. §. fin. vbi gloſ. in verb. abſoluere. Inſtit. de perpet. &
tempor. act. Aſin. dict. § capit. 135. num. 2. & §. 6. cap. 31.
n. 7. & 8.

138 Limitat. 4. † ſi Iudex in ſententia venditio-
nis, ſeu adiudicationis ius offerendi creditum,
& ſummam debitam, ſeu redimendi debitori
reſeruauerit, ſecundum æquiorem, & in pra-
ctica ſeruatam opinionem, Aſin. de execut. §. 6.
c. 32. & per tot. Durand. dec. 257. n. 16. & 17. vbi de fa-
cultate redimendi infra ſex menſes.

Quod quidem ius reluendi, ſeu redimendi
139 (cum † pignus luere, ſeu reluere idem ſit quod
redimere, Nebriſſ. in vocabul. vtriuſque iur. in verb.
140 pignus) † in ſententia reſeruatum, vel etiam ex
pacto cedi poteſt, Gratian. diſcept. for. cap. 978. num.
2. & ſequentibus. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 153. num. 6.
141 & 7. Et, † ſi facta in tempore à debitore iudi-
ciali oblatione, eadem res à debitore oblatore
ius habente vendatur, ea tranſit cum hoc iure
in ipſum emptorem, Gratian. dict. cap. 978. num. 2.
142 & 11. Prout † huiuſmodi ius tranſmittitur
etiam ad hæredes extraneos, Gratian. dict. nu. 11.
143 Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 10. nu. 7. Et † illud habens
præfertur etiam vicino, & conſanguineo qui
ex iure municipali poſſent rem venditam ven-
dicare, Gratian. ibid. n. 8. & ſeqq. Mangil. dict. quæſt. 10.
144 n. 6. † Nec liberatio facta licitatori ſub condi-
tione, ſeu reſeruatione, quod debitor poſſit
bona infra certum tempus reluere, efficit, vt
talis licitans ſit in hac venditione, quæ fit per
debitorem, præferendus, ex quo eadem bona
vti plus offerens emerit ad haſtam, Mangil. de
ſubhaſt. q. 77. n. 1. & 2.

145 Limitat. 5. † vt concluſio procedat in adju-
dicatione in ſolutum à Iudice facta per mo-
dum iudicij, ſecus in adiudicatione pignoris
conuentionalis creditori facta ex Principis
reſcripto, ex quo creditor illius pignoris em-
ptorem non inuenerit, adhibitis tamen ſub-
haſtationum ſolemnitatibus, vt per Rot. apud
146 Mangil. de ſubhaſt. deciſ. 16. num. 8. in fin. quia † tunc
datur debitori biennium ad illud redimen-
dum, l. fin. Cod. de iur. domin. impetr. Aſin. de execut.
§. 7. cap. 282. nu. 1. Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 127. n. 22.
Capyc. deciſ. 202. nu. 6. & 7. & ita intelligendus eſt
etiam idem Aſin. eod. tract. §. 4. cap. 135. nu. 1. & Tuſc.
in verb. offerre, concluſ. 80. nu. 2. & Add. ad Pract. Pan-
cirol. part. 3. verſ. tertio modo, in verb. creditor. Sed † 147
quando quis iure ordinario impetrauit à Iu-
dice ſecundum decretum, ſeu rei adiudicatio-
nem, tunc non auditur amplius debitor offe-
rens, nec infra biennium, dum tempus decem
dierum lapſum ſit ad appellandum, & non
appellauerit, Bero. conſ. 102. nu. 27. lib. 3. Capyc. deciſ.
202. nu. 7.

Quod † tempus biennij eſt continuum, non 148
vtile, nec in eo ſunt deducendæ feriæ, Aſin. de
execut. §. 4. cap. 135. n. 4. & ſeqq.

Limitat. 6. † concluſionem vt ſupra am- 149
pliatam procedere de iure communi, ſecus ſi
aliter cautum ſit Statuto, vel conſuetudine,
Aſin. de execut. §. 4. cap. 135. num. 2. Morot. de ſecund.
credit. offer. num. 39. Fenzon. ad Statut. Vrb. capit. 194.
numer. 67. Mangil. de ſubhaſtation. quæſt. 127. num. 23.
Thomat. deciſ. 19. num. 28. & deciſ. 46. num. 5. & ſeqq.
& num. 19. † Nam ex illo, ſeu illa corrigitur 150
ius commune, & emptor, ſeu creditor effici-
tur dominus reuocabiliter, Thomat. dict. deciſ. 46.
num. 19. Et † tale tempus Statutarium, quam- 151
uis non currat contra pupillum, currit tamen
contra adultum, ſed ei competit in integrum
reſtitutio, Guid. Pap. quæſt. 31. numer. 2. Ant. Sol. ad
decret. Sabaud. lib. 3. tit. 39. de form. ac ord. obſeruand. in
pignor. ſubhaſtat. & deliber. bonorum ſtabil. 1. gloſ. 8.
num. 4. Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 102. num. 3. Prout
† huiuſmodi Statutum viget Romæ, ſecun- 152
dum quod debitor poſt ſecutam adiudicatio-
nem poteſt bona intra ſex menſes à die datio-
nis in ſolutum reluere ſoluendo quantitatem
debitam, pro qua fuit facta miſſio, ſeu execu-
tio, Luc. Pet. in pract. lib. 8. cap. 2. num. 49. in fin. Fen-
zon. ad Statut. Vrb. d. cap. 194. num. 67. & 68. & † 153
menſis eſt 30. dierum, poteſtque purgari mo-
ra per vnam diem tantum, vt tradit idem Luc.
Pet. ibid. num. 53. † Nec non ſimile Statutum ex- 154
tat Peruſij, vt per Gilian. in adnotat. ad ipſum Statut.
in verb. ſubhaſtation. verſ. ad redimendum & Came-
rini, vt per Thomat. d. deciſ. 19. & 46. & Piſauri, vt
per Mangil. de ſubhaſtat. q. 102. num. 11. atque Anco-
næ, Rot. in Anconitana Prædij 29. Nouembris 1632. co-
ram Reuerendiſſ. Dunozetto iuniore. poſt tract. deciſ. 95.
nu. 1. & per tot. vbi, quod, † licet Statutum lo- 155
quatur in adiudicatione facta creditori, illud
tamen obſeruatur etiam in adiudicatione fa-
cta tertio, quamuis aliud videatur dicendum
de iure, vt ibid. n. 3.

Eſtque † etiam iſtud tempus à Statuto con- 156
ceſſum continuum, non vtile, in eoque feriæ
etiam computantur, Aſin. de execut. §. 4. cap. 135. n. 4.
& ſeqq. † Et incipit à die liberationis, & addi- 157
ctionis pignoris, & à die interpoſiti decreti,
non à die immiſſionis, Guid. Pap. q. 22. qui tamen
loquitur de conſuetudine, & ſtylo Parlamen-
ti Delphinatus. Ant. Sol. ad decret. Sabaud. lib. 3. dict.
tit. 39. de form. & ord. obſeruan. in pignor. ſubhaſt. & de-
liberat. bon. ſtabil. gloſſ. 8. n. 1. Vnde poteſt dici, quod
† in hoc ſint attendenda verba Statuti, & ipſa 158
conſuetudo, ac ſtylus loci. Sed. † an tale tem- 159
pus currat ignoranti, vel aliter impedito ex
iuſtis cauſis deducere iura ſua, & an creditori

in pignor.ſubhaſtat.& deliber.bon. ſtab. gl.1.ſub numero 2.& 3.

97 Vnde † Executor, volens mandatum exequi ſuper re ſtabili, non accedit ſolus, ſed ducit ſecum Notarium, qui rem ſimul ingrediũtur, & ſpatiantur, & de iſto actu Notarius inſtrumentum conficit,in quo narrat, N. Executorem habentẽ præ manibus mandatum executiuum relaxatum à tali Iudice ad inſtantiã N.contra N.cujus mandati tenorem in eodem inſtrumento ſcribit, ſecũ acceſſiſſe ad domum, ſeu vineam d.N.debitoris,deſcribendo latera, & confinia,& qualiter d. Executor executionẽ fecit ſuper ea,& ſingulis membris,& pertinentijs illius,præſentibus N. & N. teſtibus, *Scac.de*
98 *iudic.lib.1.c.97.nu.33 verſ.ſi executio.* † Súntq; & bona ſtabilia,quæ ſic pro pignore capiuntur,clarè,& explicitè cum fundorum nomine,ſeu vocabulo & contracta, menſurâ, qualitate, & amœnitate deſcribenda, *Ant.Sol.d.gloſ.1.nu.2.*

99 Vel etiam † ſolet,& poteſt per Executores ſolos, hoc eſt per Birruarios,& Bajulũ accedi ad ipſam rem ſine Notario, ibiq; executio fieri, & ea poſteà referri in actis Notarij cauſę,qui de eâ pariter,adhibitis teſtibus,conficit inſtrumentũ, provt ſeruatur pręſertim Peruſię,& Maceratę.

100 Vel, † poſtquam creditor,ſeu illius procurator poſitus eſt per Executorem in bonorũ poſſeſſione fit relatio hujuſmodi executionis in manibus Notarij *Galleſ. de oblig. crimer. quæſt. 37. numero trigeſimo primo Luc.Pet.in Pract. lib.8. capit.2. num.29.Saluſt.Tiber.in pract.lib.1.capite 42.numero 11.*
101 † Nec,Bajulus,ſeu Nuncius, aut executor non induxit creditorem in poſſeſſionem,poteſt ille dici eſſe in poſſeſſione ex primo decreto, *Buratt.dec.240. nu.6.*

102 Fieri † etiam poteſt,ac fit executio ſuper nominibus debitorũ,ſeu creditis,quę tertiam bonorum ſpeciem conſtituunt diuerſam à mobilibus,& immobilibus, *Ant.Sol. dict.titul.39. de form.ac ord. obſeru. in pignor. ſubh.& delib. bon.ſtab. gloſ.9.numero primo Luc.Pet.in Pract. libro octauo, ca-*
103 *pite 2.nu.57.*& † ſit in illis executio ad effectum licitandi,& deliberandi oblatori, *Buratt.dec.675.*
104 *ſub numero 2.*† & ſubhaſtantur, *Seraph.dec.904.n.2.*
105 † vt ex precio ſatisfiat creditori, *Buratt.d.dec.675. ſub nu. 2.*

106 In quâ ſpecie, † qui mandatũ executiuum jam habet contra principalem debitorem, citat deinde debitorem debitoris, pari modo obligatum,præuia productione inſtrumenti illius obligationis, & mandati, ac citatione ad dicendum contrà,vt putà,ad confitendum debitum ſcutorum tot,in quibus ipſe tenetur,& obligatus eſt ad fauorem N. vigore obligationis cameralis,alias videndum mandari haberi pro confeſſato, dictúmq; debitum, jus & nomen illius eſſe, & ſtari mandari loco pignoris ipſius creditoris, ſiue citatione in actis cauſæ relata, Iudex ſuum interponit decretum, quo jubet,vt nomen ſit pignus, *Aſin.de execut. §.4.ca. 54.numero 2.& in praxi §.31.cap.5.nume.4. Fenzon. ad Statut.Vrb. capite 194.numero 83.* † quod habe-
107 tur loco executionis. *Aſin.in praxi d.§.31.capite 5. numero 4. Fenzon.d.num.83. Saluſt.Tiber.in pract. A.C.*
108 *libro primo, poſt cap.58. numero 8.iam dixi.* & † hujuſmodi aſſignatio habet vim traditionis, *Fenzon. loco citato,n.84.* † Eſt enim in incorporalibus 109
neceſſarium, vt citatâ parte, Iudex declaret, quod creditor habeat illud jus,putà,cenſus,ſeu loca montium in pignus, vt dicatur captum pignus judiciale, *Burat.dec.204.numero quarto.*† Et 110
idem erit,ſi citatus debitum fateatur, *Eract.Papien.in form.execut.ſenten.diffinit.in gloſſ.ſapiens numero 24.Luc.Pet.in pract.libro octauo capite 2. numero 58. verſ. hoc igitur.Gaball.ad Conſtit.March. libro quinto, capite 7.in verb. nominum.Gratianus diſcept.for. capite 507.numero 14.* cùm † confeſſus pro judicato ha- 111
beatur, *Luc.Pet.dicto numero 58.verſ.ſi igitur.*

Ex quo pignore † licèt non niſi vtilis præ- 112
toria creditori quæratur, & plenum jus non transferatur, ſiue debitum conſiſtat in rebus incorporalibus ſiue in juribus,aut in annuo reditu,deuenitur ad illius ſubhaſtationẽ, ſecundum decretum,& adjudicationem, *Saluſt.Tiber. in pract.d.libro primo poſt cap.58.numero 8.verſ.jam dixi.*† Nec dubium videtur, quin nomen debito- 113
ris in ſolutum dari poſſit *l. fin.Cod. quand. Fiſc.vel priuat. Aſin.d.execut.§.4.cap.51.nu.21.* Nam quidem
† poteſt Iudex adjudicare nomen debitoris cre- 114
ditori,vt poſteà experiatur vtilibus actionibus contra eum, cujus nomen ſibi adjudicatum eſt,etiam non vocato eo,cujus nomen adjudicatur, provt poſſet hoc facere ipſe debitor,cujus perſonam Iudex repræſentat, *Gratianus diſcept.for.cap.507.numero 21.& 22.* Sed quod † citetur 115
debitor debitoris ad videndum ſibi adjudicari ejus nomen,& quod hæc ſit practicta Ianuenſium in vim eorum Statuti, tradit *Scacc. de commerc.& camb.§.1.gloſ.5.nu.419.* Atq; † deliberatio 116
nominis debitoris ſub haſta facta,ſeu illius adiudicatio ceſſionis vicem obtinet, *Crauet.conſil. 655.nu.primo,* & † illo ſic dato actiones ipſo jure 117
in ementem,ſeu creditores transferuntur abſque aliâ ceſſione, *Aſin.de execut.§.4.capite 52.nu.1.*
Vnde † datio in ſolutum, quæ ſit à Iudice de 118
nomine debitoris differt ab eâ,quæ ſit à debitore de mandato Iudicis,vt ſoluat creditori creditoris,nam primo caſu nomen in ſolutum cedit ſtatim,ſecundo vero caſu non cedit,niſi ſolutione ſecuta, *Aſin.de execut.§.7.cap.286.nu.1.& 2.*

Poteſtque † etiam debitor debitoris 119
cogi ad reſpondendum in modum præparatorium,ſeu per viam monitorij mediante relaxatione grauaminis, & executione, captis pignoribus, vt ſit in cæteris caſibus, in quibus moniti contumaces exiſtunt, *Luc. Pet. in pract.d. libro 8.cap.2.nu.58. verſ.ſi igitur.*

In annuo vero cenſu,† qui etiam poteſt ca- 120
pi per creditorem in cauſam judicati,& ſubhaſtari,vt per *Cenc.de cenſibus qu.72.ſub nu.14. iuxta nouiſſ.impreſſ.*& † ſecundùm formam quam po- 121
nit *Luc.Pet.vbi ſup.vt per Cenc.ibid.*crederem,poſſe etiam fieri executionem, ſeu tenutam capi in ipſius fundo, cum expreſsâ tamen declaratione, quod tenuta capitur pro juribus tantùm ipſius cenſus,& ſucceſſiuè ſequeſtrum fieri ipſi cenſus debitori, & deinde ad cenſus ſubhaſtationem procedi,provt in alijs ſtabilibus,† cùm 122
in iſtis annuis præſtationibus perpetuis fiat executio quemadmodum in immobilibus, *Rot. poſt d.tract.Cenc.de cenſibus deciſ.468.nu.4.quæ eſt Buratt.deciſ.735 nu.3.*& immiſſio ex primo decreto,
† *Buratt.dec.60.nu.10.* 123

Provt

Digitized by Google

114 Prout quoque † in ipſis juribus incorporalibus poteſt debitor ex officio Iudicis cogi ad cedendum jura ſua contra ipſius debitorem competentia, vel ad dandum nomen in ſolutum aliàs Iudex ex officio præmiſſa facit conficiendo inſtrumentum etiam cum clauſula de euictione, & alijs clauſulis ſolitis, & conſue-
115 tis, tanquam † factum Iudicis reputetur factū partis, *Tiber. in pract. dict. lib. primo, poſt cap. 58. num. 8. verſ. iam diximus. Gratianus diſcept. forenſ. capit. 507. nu. 21. & 22. & ſentit Luc. Pet. dict. lib. 8. ca. 2. nu. 58. verſ. ac ſi probatio.*

116 Aliquando verò † mandatur ſimpliciter debitori debitoris, vt ſoluat, & tunc liberatur debitor. *Aſin de execut. §. 4. c. 54. n. 2.*

117 Vnde † poteſt contra ipſum debitorem debitoris obligatum in forma Cameræ procedi ad ſimile mandatum executiuum, ſi non actione directa, ſaltem vtili, & cum illo ad executionem, & ſubhaſtationem *leg. nomen. Cod. quæ res pign. oblig. poſſ. Saluſt. Tiber. in pract. lib. ſecundo, capite duodecimo, numero decimo ſexto & 17. Gratianus diſcept. forenſ. capite 507. numero 2. & ſequentibus, Fenzon. ad ſtatut. Vrb. dicto capite 194. nu. 97. & 98. Rot. poſt noſtrum tract. um mand. de manuten. dec. 338. numero 1.*

118 Ita vt † tunc nec ſit neceſſaria præcedens debitoris condemnatio, & executio, nec debitoris debitoris confeſſio, vt videtur de jure, *Burat.*
119 *dec. 675. num. 2.* Sed † ſatis ſit, principalem debitorem executiuè obligatum eſſe ad fauorem creditoris, & debitorem debitoris pari modo obligatum, *Saluſt. Tiber. dicto capite duodecimo in fin.*
130 *& Rot. dict. dec. 338. numero 3.* † etiam quod debitor debitoris debitum negaret, *Luc. Pet. in pract. dict. lib. 8. capite 2. nu. 58. ſub verſ. ſed ſi neget. Gratian. dicto*
131 *capit. 507 numero 5.* Et † idem, ſi in continenti poſſet doceri de calumnia, & debito, adeò vt res non requireret altiorem indaginem, *Luc. Pet.*
132 *ibid.* † Vel debitor debitoris eſſet debitor annuæ præſtationis, in cujus quaſi poſſeſſione exigendi condemnatus reperiretur, *Luc. Pet. loco*
133 *citato.* † Quibus in caſibus nec eſſet locus appel-
134 lationi, *Gratian d. ca. 507. n. 17.* † Quidquid aliud ſit quando probatio requireret altiorem indaginem, ſeu procederetur contra debitorem non ſimili modo obligatum, vel ex ſequeſtro, vel alio juris remedio, quia tunc ordinariè, non autem executiuè procedendum eſſet, & tale judicium reciperet omnes terminos ordinarios quos recipiunt alia ordinaria judicia, necnon etiam appellationem, *Saluſt. Tib. in pract. d. li. 2. c. 12. num. 17.*

135 Exequi † etiam, poteſt ſuper jure redimendi illúdq; ſubhaſtari, *Mangil. de ſubhaſt. q. 102. nu. 7. Seraph. dec. 904. n. 1.*

136 Alia † circa executionem in nomine debitoris videas per *Fenzon. ad Statut. Vrb. d. c. 194. n. 74. & ſeqq. & Add. ad Burat. dec. 441. n. 5. & dec. 795. litteraA. & n. 8. 9. 10. & 13.*

SVMMARIVM.

1 *Pignore capto in cauſâ judicati debet de iure debitor expectari per duos menſes incipiendos poſt quatuor menſes, qui eidem dantur ante executionem ad ſoluendum, & numero 2. quod immutatum hodie non dicitur, vt nu. 3. Lim. vt nu. 6. 7. 8. & 9.*
4 *Vel ſaltem per aliquod tempus.*
5 *Tempus ſecundum ad effectum ſubhaſtationis conſiderandum.*

De tempore debitori concedendo poſt executionem, & ante ſubhaſtationem.

INSP XV.

POſt pignus captum in cauſa judicati † debet de jure communi debitor expectari 1
per duos menſes, & interim ſuperſederi in illius venditione, *leg. debitoribus, ff. de re iudic. Iaſ. in leg. à Diuo Pio, §. in venditione, numero 15. ff. de re iudic. Neguſ. de pignor. parte 6. memb. 1. numero 7. Carpan. ad Statut. Mediol. li. primo, capite 248. num. 8. inter comm. opin. tomo 2. li. 8. de diſtr. pignor. tit. 35. nu. 6. folio 349. A. Maſtrill. dec. 58. nu. 4. parte 1. Rot. diuerſ. dec. 146. ſub numer. 2. parte ſecundâ,* † incipiendos poſt quatuor 2
menſes, qui dantur judicatis ad ſoluendum, *Iaſ. & inter communem opin. vbi ſuprà.* † Quod tempus 3
non dicitur hodie immutatum, *Neguſ. loco citato.* Et quod † de jure communi pignora capta di- 4
ſtrahenda ſint poſt aliud tempus, *tradit Fenzon. ad Statut. Vrb. capite 194. numero 81.* & videtur ſentire *Rot. in Spoletana Prædij 30. Martij 1615. coram Eminentiſſ. D. Card. Pamphilio, poſt tract. deciſ. 34. numer. 15.* Et † hoc dicitur ſecundum tempus ad effectum
ſubhaſtationis conſiderandum, *Rot. diuerſ. dict.* 5
dec. 146. n. 2. in fin par. 2.

Dicta † tamen dilatio duorum menſium
non habet locum in cauſis breuibus, *Gluſian.* 6
de dat. in ſolut. capite 14. numero 194. † nec in ijs, de
quibus in ſpecie lege, vel ſtatuto cautum eſt, 7
Gluſian. ibid. numero 195. † nec vbi Princeps co- 8
gnoſceret, vel alius Iudex inferior in cauſa miſerabilium perſonatum, vel pia, & in alijs cauſis, in quibus Iudex, nullo petente, tenetur ſupplere, vt in alimentis, ne quis fame pereat, *Gluſian. vbi ſuprà numero 197. & 198.* & † eſt etiam
tempus arbitrarium, vbi agitur de executio- 9
ne ſententiæ interlocutoriæ, hoc eſt præcepti de ſoluendo, *Rot. diuerſ. dict. deciſ. 146. ſub numero 2. parte 2.*

SVMMARIVM.

1 *Mandatum exequi debet à Iudice, qui illud relaxauit, non ab alio, niſi ab illo ſit requiſitus, & nu. 2. Ampl. & Limit. vt nu. 4. 5. & 6.*
5 *Iudex requiſitus gerit imaginem Iudicis requirentis.*
7 *Pignus iudiciale, vel prætorium vendi debet, vel adiudicari à Iudice cauſæ, ſi ſit ordinarius, & res in eius iuriſdictione, & nu. 8. & 9.*
19 *Vel etiam ſi delegatus, ſi hoc habeat in facultatibus, alias ſecus, & n. 11. Declara vt eod. n. 11. 12. 13. & 14.*
15 *Executio, ſi res non ſit in iuriſdictione Iudicantis, remittitur ad Iudicem loci prævia requiſitione mediantibus litteris ſubſidialibus & numero 16. & 17.*
18 *Et ille tunc eſt Iudex competens executionis, venditionis, & decreti, & nu. 19. & 20.*

Digitized by Google

21 Iudicis exequentis Notarij adhibendi ſunt in executiooe.

22 Sententiam ſuam Iudex exequi non poteſt in alieno territorio.

23 Iudicium in actione perſonali fieri debet coram Iudice Domicilij rei.

24 Mandati legati, vel inferioris exequutio referri debet ad delegantem, & maiorem Iudicem.

25 Iudex Superior, ſeu à Principe delegatus exequutionem committere poteſt Ordinario loci rei ſitæ, & de ſtylo committit. & nu.26

26 Iudex Executor habet iuriſdictionem delegatam.

27 Quam exercere poteſt intra limites ſuæ ordinariæ iuriſdictionis, non extra, niſi delegatio ſit ſpecialis, & nu.30. alias nulliter proceditur, vt nu.31.

28 Executio, & venditio, quæ fit ad requiſitionem Iudicis iudicantis, eſt facienda per Iudicem, in cuius iuriſdictione ſunt bona.

29 Et à Iudice domicilij debitoris, & loci, vbi debitor defendi debet.

32 Subbaſtationes concedi debent per Iudicem competentem.

33 Nec validæ ſunt factæ à Iudice, de cujus facultate non conſtat.

34 Iudicium, & ſubbaſtatio contra plures, quorum vnus ſit Clericus, & res communis, fieri debet coram Iudice Eccleſiaſtico, etiam quoad intereſſe laici, alias nulliter agitur.

35 Sententia nulla eſt, & reuocanda, quæ ſubbaſtationem nullam approbat.

36 Statutum dans Iudicem ſubbaſtationum, qui ſit laicus non comprehendit Eccleſiam.

37 Iuriſdictio quando dicatur tributa per commiſſionem, & nu.38.

39 Iudex requiſitus à Iudice iudicante poteſt mandatum requirentis exequi.

40 Immò debet, ſi requirens ſit illius Superior.

41 Sed non poteſt, niſi nulliter, excedere fines mandati.

42 Iudex Vrbis, & Curiæ generalis poteſt, ac ſolet, exequutione in partibus facta, ad ſubbaſtationem, & decretum deuenire, vt fit coram A.C.

43 Factis tamen edictis, præconijs, & diligentijs tam in partibus, & illis per Iudicem loci relatis, quàm in Vrbe, & Curia generali, alias nulliter proceditur, & datur locus reuocationi, & nu.44.

45 Iudex qui ſit in exequutione, & venditione rei debitoris pro debito publico, & gabellarum, tributorum, datiorum, & ſubſidiorum, & numero 46. & 47.

47 Executores tributorum, cùm exigant, eorum conducta opera, non dicuntur emptores.

48 Caſtra Baronum Status Eccleſiaſtici ſubbaſtantur per Congregationem ad id deputatam.

49 Decretum in inſtrumento extraiudicialis venditionis an interponere debeat Iudex contractus, vel Iudex rei, quæ venditur.

Quis ſit Iudex competens ſubhaſtationum.

INSP. XVI.

1 Sententia, ſeu mandatum † exequi debet à Iudice, à quo ſententia lata fuit, ſeu mandatum relaxatum, non autem exequi poteſt, regulariter loquendo, ab alio, *leg. properandum, ſin autem reus. Cod. de iudic. cap. quoad conſultationem, de re iudic. Rebuff. de præcon. licit. & ſubhaſtatio. art.7. gloſ.1. numero 4. Ant. Sol. ad Conſtit. Sabaud. lib.3. titulo 35. de execut. gloſ.1. nu.3. & gloſ.7. nu.1. & de form. ac ord. proced. in pignor. ſubhaſt. & delib. bon. mobil. gloſ.1. n.14.. Gratianus diſcept. for. capite 40. n.36. & 54. Fenzon. ad Statut. Vrb. cap.194. n.2. Rot. recent. dec.537. n.6. parte primâ. Greg. XV. dec.545. n.1. & 7.*
† niſi ab illo ſit requiſitus, *Ant. Sol. d. tit.35. gl.1. n.* 2
3. & gl.7. num. primo; cùm † tunc gerat imagi- 3
nem Iudicis requirentis, *Ant. Sol. d. gl.7. numer.1.*
Gratianus diſcept. for. capite 389. n.20. † Etiam quod 4
ſit Iudex ejuſdem Tribunalis, *Gratianus d.c.40.*
n.54. quia nihilominus † vnus Iudex non exe- 5
quitur ſententiam alterius, niſi ſit ſucceda-
neus, *Gratianus ibid.* † vel is, quem mandet Sta- 6
tutum loci, *Gratianus d.c.40. n.34.*

Pignúſque † judiciale, vel prætorium 7
vendi debet, vel adjudicari à Iudice ordinario cauſæ, *leg.1. vbi gloſ. Salic. & Ioann. Fab. & leg.2. vbi etiam gl. C. ſi in cauſ. iudic. pign. capt. ſit. Rebuff. de præcon. licit. & ſubhaſt. art.7. gloſſ.1. nu.4. Neguſ. de pignor. parte 6. memb.1. num.9. & 10. Mangil. de euict. q.44. n.1.*
† ſi hoc de ſuâ juriſdictione poteſt, quia ſit or- 8
dinarius, *Marant. de ord. iudic. parte 4. in 5. diſtinct. verſ.18. differunt, num.45. & parte 6. act. vlt. nu.2. & 4.*
& † res ſit in ejus juriſdictione, *dicta lege prope-* 9
perandum, §. ſin autem reus, Cod. de iudic. † Vel etiã, 10
ſi ſit delegatus, & eidem data ſit poteſtas per delegantem, illam habentem, *Salic. in d. l.1. C. ſi in cauſ. iudic. pign. capt. ſit, Neguſ. dicta parte 6. memb.1. n.9.*
Mangil. de euict. d. qu.44. nu.1. † ſecus ſi hujuſmodi 11
facultas ſibi data non ſit, quia tunc delegatus ab inferiore à Principe non poteſt ejus ſententiam executioni demandare, *Maran. dicta parte 4. in 5. diſtinct. verſ.18. differunt. num.45. & parte 6. act.*
vlt n.4 † Intelligendo tamen de jure ciuili, ſe- 12
cus de jure canonico, † ſecundum quod ſi de- 13
legans habebat poteſtatem exequendi, poteſt etiam exequi ipſe delegatus, *Marant. d. n.45.* vbi
reddit rationẽ, ſed † delegatus à Principe po- 14
teſt tam de jure ciuili, quàm de jure canonico ſuam exequi ſententiam, *Marant. ibid. & dict. p.6. act. vlt. num.7. vbi Add. littera T.* quod hæc eſt communis opinio. *Rot. recent. dec.537. nu.6. parte primâ.*

Quando verò † res, ſed bona non ſunt in 15
juriſdictione Iudicantis, executio remittitur ad Iudicem loci, vbi, & ſub cujus juriſdictione bona ſunt ſita, *Rot. diuerſ. deciſ.160. num.7. parte 4.*
Mantic. dec.232. num.12. & † ille tunc ad eam à Iu- 16
dice judicante requiritur, *leg. à Diuo Pio, §. ſententiam, ff. de re iudic. Ant. Sol. ad decret. Sabaud. libr.3. de form. & ord. præced. in pignor. ſubhaſta. & deliber. bon.*
mobil. gloſſ.1. num.15. † per literas ſubſidiales, *Glu-* 17
ſian.. de dat. in ſolut. capite 15. numero 230. ac † eſt ille 18
tunc Iudex competens executionis, *dictâ lege à Diuo Pio in princ. ff. de re iudic. leg. cùm vnus, §. is, qui. vbi glo. ff. de bon. act. iudic. poſſid. gloſ. in dictâ lege properandum, §. ſin autem reus, in verb. ad maiorem. C. de*
iudic. & venditionis, *Gratian. diſcept. for. c.564. n.20.* 19
& 21., & † decretum ſolet interponere *Rebuff. de* 20
præcon. licit. & ſubha. artic.7. gloſ.1. n.4. † Et vti quis 21
debet in ipſa executione miniſterio Notariorum, & ſcribentium tribunalis illius Iudicis, vbi exequitur ſententia, ſeu mandatũ, *Ant. Sol.*

vbi

Digitized by Google

22 *vbi ſup.numero 15.& 13.* † Non autem quis exequi
poteſt ſententiam ſuam in alieno territorio,
23 *Beret. conſ.3. nu.5.* Quamuis † iudicium in hu-
juſmodi actione perſonali factum fuerit, ſeu
fieri debuerit coram Iudice domicilij Rei, *Glu-
ſian.de dat.in ſolut.cap.15. nu.230.*

24 Sique † agatur de ſententia, ſeu mandato
delegati, ſeu inferioris, illius executio referri
debet ad delegantem,& maiorem Iudicem *dict.
leg.properandum,§.ſin autem reus,obl.in verb. ad ma-
iorem,C.de iudic. Marant. dicta parte 4. in 5. diſtinct.
verſ.28.differunt,num.45.& dictâ parte 6.act.vlt. nu.4.
Fenzon.ad Statut.Vrb.cap.195.nu.4.*

25 Si verò † ſententia, ſeu mandatum ſit judi-
cis Superioris, ſeu Delegati à Principe, poteſt
ille executionem committere Ordinario loci,
in quo ſita ſunt bona, *Maran.d verſ.18. differunt,*
26 *nu. 45.* † & de ſtylo committit, vt contingit in
mandatis Vrbis,quę extrahuntur,& tranſmit-
tuntur extra Curiam, in quibus dantur gene-
raliter in Executores Iudices de partibus, qui
in hoc dicuntur habere juriſdictionem delega-
tam,vt in terminis mandati A.C. & ſubhaſta-
27 tionis tradit *D.Thomat. dec.97. nu.1.* † quam exer-
cere vnuſquiſq; poteſt intra limites ſuæ ordi-
28 nariæ juriſdictionis,cùm † executio,& vendi-
tio facienda ad requiſitionem Iudicis judican-
tis facienda per Iudicem, in cujus juriſdictio-
ne res ſita eſt, *D.Thomat.dec.98.nu.12.Ioan.Bapt.Gar-*
29 *gear.conſ.95.nu.19.* & † à Iudice domicilij debito-
ris,& loci,vbi debitor defendi debet, *Gargear.lo-*
30 *co cit.ex l.1.& 2.ff.de bon.auct.Iudic.poſſid.* † non au-
tem ille poteſt juriſdictionem hanc delegatam
exercere extra limites ſuæ ordinariæ juriſdi-
ctionis, niſi habeat ſpecialem delegationem,
vt aliqui erroneè putant, alias juriſdictiones
31 confunderentur,& turbarentur. Et ideò,malè
& nulliter procedunt Gubernatores, & Prę-
tores Prouinciales, ac Epiſcoporum Vicarij,
qui audent in vim mandatorum A.C. ſubha-
ſtationes facere de bonis, & contra perſonas,
quæ non ſunt intra eorum ordinariam juriſ-
dictionem. Vnde ego dum aliàs eſſem Prouin-
ciæ Marchiæ Locumtenens, pluries dedi meis
juriſdictionalibus contra hujuſmodi ſubha-
ſtationes mandata de manutenendo.

32 Debéntq; † ſubhaſtationes concedi per Iu-
dicem competentem, *Sim.de Prat. conſ.132.num.4.*
33 † Nec validæ ſunt factæ à Iudice, de cujus fa-
cultate non conſtat, *Mangil.de ſubh.quaſt.153.nu-*
34 *mer.28.* Adeò vt, † vbi agitur contra plures fra-
tres,ſeu ſocios,quorum vnus ſit Clericus,judi-
cium, & ſubhaſtatio ſit facienda per Iudicem
Eccleſiaſticum,etiam quoad intereſſe laicorũ,
ſi res ſit communis, aliàs judicium, & ſubha-
ſtatio ſit nulla, *Mangil.de ſubb.q.128.nu.1.& ſeqq.Se-*
35 *raph.dec.957.n.2.& 11.* † prout nulla eſſet ſenten-
tia, & reuocanda, quæ hujuſmodi ſubhaſta-
tionem approbaret, *Seraph.d.dec.957.nu.1. & 11.* Et
36 † Statutum mandans cauſas ſubhaſtationis
cognoſci per aliquem particularem Iudicem,
qui ſit laïcus, intelligitur de bonis laïcorum,
non autem Eccleſiæ, *Cyriac.controu.for.li.1.controu.*
37 *186.nu.13.* Et † vbi juriſdictio dependeat à com-
miſſione,per pręſentationẽ illius dicitur actu,
& habitu juriſdictio tributa, & omne illius e-
38 xercitium, *Rot.poſt Nigr.de ſubhaſt. dec.18. n.4.* &, †
quatenus ex prima non fuiſſet tributa juriſdi-
ctio ex defectu citationis, diceretur superue-
niſſe poſteà per citationes in commiſſionibus
dependentibus, *d.deciſ.18. nu.5.poſt Nigr.*

Iudex verò † requiſitus à Iudice judicante
non ſolùm poteſt ſententiã,& mandatum re- 39
quirentis exequi, *Gratian.diſcept.for.cap.40.nu.50.*
† Sed omninò debet, ſi requirens ſit Superior,
Perſon.de adipiſc.nu.100.Gratian.diſcept.for.cap.149.n. 40
1.& ſeqq.& cap.389.nu.1. licèt † non poſſit excede-
re fines mandati, & excedens nulliter proce- 41
dat, *Aſin.de execut. §.4.cap.39. num.1.* vbi de eo,cui
commiſſa erat adjudicatio.

Iudex † etiam Vrbis, ſeu Curiæ generalis
Prouinciæ, cujus mandati vigore fuit in par- 42
tibus capta tenuta,& executio facta, poteſt,ac
ſolet rem incantatam, ſeu exequutionem fa-
ctam licitare,& ſuper ea decretum interpone-
re,vt quotidie contingit coram A.C.& ſentit
*Rebuff.de præcon.licit.& ſubhaſt.gl.1.nu.4.Io.Fab.in l.1.
C.ſi in cauſ.Iudic.pign.capit.ſit.*

Sed tamen † debent edicta, & præconia, ac
diligentiæ fieri,non ſolùm in ipſo loco ſubha- 43
ſtationis,& Iudicij,ſed etiam in loco,ſeu locis,
vbi, vel in cujus, ſeu quorum territorio bona
ipſa ſubhaſtanda reperiuntur pro reperiendis
oblatoribus, nec aliter poteſt ad deliberatio-
nem deueniri,niſi habita prius ab Officiali il-
lius loci relatione de edictis ibi publicatis, vt
in Vrbe diſponitur per *reformationem Tribuna-
lium Paul. V. in rubr. de baronc.& exequutor. verſ.&
quando contingit. & tradit Rebuff. de præcon. licitat.&
ſubhaſt.dict.art.7.gl.1.nu.5. & Iodoc.de ſubhaſt. capite 3.
numero 14.* vbi,quod eſt admodum conueniens,
& neceſſarium edictum proclamatorium ſub-
haſtationum pro foribus Tribunalis territorij,
cui ſubeſt prædium ſubhaſtatum,affigere,& †
eſt vna de ſolemnitatibus, cujus defectus, vel 44
alterius ſi interuenerit, quidquid actum fue-
rit,reuocabitur, quia non præſumerentur ſer-
uata ſolemnia.

Vbi † venduntur res debitorum pro debi-
to publico, ſi vendantur Fiſci nomine, vendi- 45
tiones expediuntur per officium Cameræ, &
ſic per Cęſaris Procuratores,vbi verò ad inſtã-
tiam emptorum gabellarum, & tributorum,
venduntur per Præſidis officium, *l.2.C.ſi propt.
public.penſitat.Peregr.de iur.Fiſc.lib.6.tit.4. de vend.&
empt.Fiſcal.n.3.* Nam,ſicut † Fiſcus bona debito-
rum ceſſantium capere poteſt,& diſtrahere,ita 46
& emptores gabellarum,& tributorum, *Peregr.
d.nu.3.* vbi,quod ita obſeruatur in partibus illis
quoad gabellarios, ſed † exactores tributorũ,
hoc eſt datiorum, & ſubſidiorum tenutas, & 47
venditiones expediunt nomine Cameræ, &
cum Fiſci priuilegijs, quia iſti verè non ſunt
emptores, cùm non ſoluant pretium pro ga-
bella,ſed,conducta eorum opera pro certo ſa-
lario conuẽto,exigant à debitoribus particula-
ribus per æs,& libram,vt per *Peregr.d.nu.3.in fin.*

Facultas etiam † ſubhaſtandi Caſtra Baro-
num Status Eccleſiaſtici reſidet penes particu- 48
larem Congregationẽ ad id à Clem.VIII ere-
ctam, *Rot. in Romana Nullitatis Contractus 18. Maij
1616.coram Coccino, poſt tract.dec.38.num.12.* Dubitari
quoq; non incongruè poteſt † quis Iudex in-
terponere debeat decretũ in venditione extra- 49

Digitized by Google

judiciali,& actu voluntariæ jurisdictionis,quę ſit ab aliquo, putà minore vnius territorij de re exiſtente in alio territorio,an ſcilicet Iudex loci,vbi negocium agitur,vel Iudex loci rei ſitæ? ad quod videas *Iodoc. capite 2. numero 22.& ſeqq.* vbi videtur ſentire,quod quilibet ex dictis Iudicibus poſſit actum auctorizare, ſed ſecurius ſit,vtrumque ſuum decretum interponere,& vide etiam *Simoncell.de decret. libro 1. titulo 1. numero 96.& Pic.ad Statut.Vrb. libro 1. capit.151.gl.21. num.3.& 4.*

SVMMARIA.

1 Creditor executionem proſequens contra debitorem, qui ſoluit,& à debito liber eſt, debet in expenſis, damnis, & intereſſe condemnari, præuià nullitatis omnium declaratione.

2 Debitor, de ſolutione non conſtito pignoris venditionem non impedit, nec quæ illi ſunt conſequentia, & nu. 3.

4 Creditor pignus vendere poteſt, debitoris proteſtatione non obſtante,niſi debitum offerat, & numero 8.& 9.

5 Pignus iudiciale non recuperatur, nec reſoluitur expenſarum refectione, & cautione, vt pratorium.

6 Læſionis enormiſſimæ prætextu non poteſt debitor,ſubhaſtato pignore, impedire immiſſionem,nec obtinere,vt iterum vendatur, niſi petat reſtitutionem, & num.7.

10 Debitor quantitatis,qui fundum dedit creditori,an, & quomodo poſſit illum deinde recuperare,oblata pecunia,& n.ſeqq.

18 Creditor primus an poſſit offerre ſecundo habenti à creditore pignus de ipſius conſenſu, & numero 19.

20 Debitor poteſt,ſoluendo,pignus liberare,& venditionem, ac adjudicationem impedire, etiam ſi ad id licentiam dediſſet ſub certo termino iam elapſo. Ampl.& Lim.vt nu.21. & 22.

23 Ius offerendi an, & quando competat debitori contra agentem hypothecaria, ſeu pro adjudicatione, & etiam poſt ſententiam,& ante,vel poſt factum appreciũ,& n.ſeqq. & n.118.

30 Cedens bonis re integra ante diſtractionem, & adiudicationem poteſt illa, ſoluere paratus, recuperare.

Debiti numeratio non ſemper eſt in expedito.

32 Debitor poſt pignus captum poteſt,offerendo debitũ, ſeu precium cum expenſis,moram purgare,ſubhaſtationem impedire,pignus ab hypotheca liberare. & omnia reſoluere.

33 Et iam re adhuc ſub haſta non poſita, vel poſita ad explorandum precium.

34 Et ante litem conteſtatam,vel poſt,& nu.35.

36 Et facta pronuncia de ſubhaſtando, & plus offerenti dari, & de precio ſatiſfieri creditori, & inſtrumentum fieri,& n.86.

37 Quam facta ſubhaſtatione, & ab aliquo oblatione, & nu.50. Ampl.vt n.51.& ſeqq.

38 Et medio tempore.

39 Et quandocunque, & in qualibet parte iudicij, vbi ius partis remanet illæſum,& re integra, & numero 40.& 41.

42 Et vſque ad ſententiam, & nu. 43.

44 Et ante deliberationem,vel adjudicationem.

45 Et poſt duos,vel tres incantus.

46 Et intra tempora ad reluendum, & lapſa, etiam vna die,& non obſtante mora parui temporis Iudicis arbitrio,& nu.48.& 49.

47 Debitoris intereſt, vt longum tempus habeat ad reluendum.

53 Oblatori quæſitum ius dici poteſt reſpectu vlterioris oblationis, non vt debitor ad ſoluendum non admittatur non ſecuta pignoris diſtractione, & illius,ac precij traditione,& num.75.& 85.& 86. Ampl.vt nu.54.

55 Decretum, quo mandatur oblatori fieri inſtrumentum,eſt potiùs promiſſio de vendendo,quam venditio.

56 Et hoc videtur ſecundum decretum, non venditio.

57 Secundum decretum aliud eſt, aliud venditio, quæ eſt illius exequutio, ſeu exequutionis perfectio, & numero 58.& vim habet adiudicationis,vt numero 59.

60 Venditio facta dicitur,cùm facta eſt adiudicatio.

61 Factum quid non dicitur, cùm aliquid remanet faciendum.

62 Inſtrumentum venditionis in ſubhaſtatione non rogatur in die decreti de illo faciendo, ſed in die, quo fit.

63 Venditio perfecta non dicitur ex decreto de inſtrumentum faciendo.

64 Inſtrumento venditionis non facto, nec res tradita, nec precium ſolutum dici poteſt.

65 Debitor vt liberetur, precium creditori ſolui neceſſe eſt,& n.67.76.77.

66 Venditio eſſentiam, & perfectionem recipit à precio.

68 Nec ea abſque traditione impedit, quin debitor offerat,& pignus liberet.

69 Debitum,& offenſas offerre,& bona liberare eſt in arbitrio debitoris, vel tertij etiam poſſeſſoris, donec venditio perfecta, & exequuta non ſit, & nu. 70.

71 Et antequam bona in tertium transferantur, & donec hypotheca creditoris perduret, & alteri non ſit ius quæſitum, & n.72.

73 Et donec debitor poſſeſſionem, vel dominium non amiſerit.

74 Hypotheca non tollit dominium debitoris donec ſecuta non ſit ſubhaſtatio,& deliberatio, & cætera conſequentia.

78 Subhaſtationis iudicium non habet vim ſolutionis, donec creditori pecunia non ſit ſoluta.

79 Sententia,vt bona alicui vendantur,ius non tribuit, ſed obligat ad venditionem, & obligatio ſolutione diſſoluitur.

80 Mora purgari poteſt etiam in contractu obligationis cameralis.

81 Et in contractu iurato.

82 De æquitate tamen canonica, & dummodo ius creditoris non ſit effectum deterius, & ipſe ſine damno conſeruetur.

83 Solutionem oblatam à debitore in iudicio ſubhaſtationis ſi creditor nolit recipere, & ad vlteriora procedat poteſt debitor appellare, & appellatio ſuſpendit, & operatur, vt non ſit interim admittenda licitatio, & num.84. & 89. & ſubſequuta venditio vel adjudicatio nulla ſit,& reſcindenda, vt nu.87.& 88.

89 Finis

Digitized by Google

89 *Finis diſtractionis eſt, vt creditori ſatisfiat, & nu. 90. & 91.*

91 *Creditor dum ei à debitore fit ſolutio, debet deſiſtere à venditione bonorum. Ampl. vt nu. 95.*

92 *Nec conqueri poteſt, ſi hoc medio ei venditio impediatur.*

93 *Solutione eius, quod debetur tollitur pignus, & hypotheca.*

94 *Ceſſante iure creditoris, ceſſat etiam ius oblatoris.*

96 *Moram debitor non poteſt purgare, vbi executioni, & ſubbaſtationi impedimentum præſtiterit.*

97 *Beneficium ex propria culpa reportare quis non debet.*

98 *Mora geminata non purgatur.*

99 *Debitor rem captam in cauſam iudicati redimere non poteſt poſt vltimam oblationem acceptatam, & lapſum terminum ad reluendum.*

100 *Debitoris intereſſe, vt ſit citandus, non eſt poſt tertiam oblationem conſiderabile.*

101 *Debitor poſt rem iudicatam, & ſubhaſtationem conſumatam, & rem traditam emptori, non admittitur ad rem recuperandam refuſis precio, ac ſumptibus, nec ſi offerat duplum, nec etiam ſi emptor ſit ipſe creditor & numero 106. vel ei ſit facta adiudicatio, vt numero 107. contrarium num. 114.*

102 *Dominium quando, & quomodo dicatur acquiſitum ei, cui res eſt diſtracta, & n. 103. vel adiudicata, vt num. 112.*

104 *Oblatio debitoris impedit venditionem faciendam, non factam.*

105 *Debitori res integra ad offerendum creditori non dicitur poſt venditionem, & dilationes ſtatutarias datas.*

108 *Adiudicatio à debitore infringi non poteſt, nec ab hærede.*

109 *Ne res ſemper ſit in ſuſpenſo, & non detur rerum finis.*

110 *Ius offerendi in actione iudicati locum non habet, niſi via purgationis moræ.*

111 *Mora vſque ad ſententiam purgatur, non vltra.*

114 *Debitor ius ſuum amiſiſſe, & bona pro derelictis habuiſſe dicitur, dum citatus, vel præſens tempore eorum venditionis, vel adiudicationis eadem luere, vel pretium offerre & ſuum ius proſequi non curauit.*

115 *Reus volens de alio ſuo iure docere auditur etiam poſt adiudicationem.*

116 *Adiudicatio, vel venditio ad haſtam nec ex reſcripto Principis, reſcindi poteſt duplicato precio reſtituto.*

117 *Et eo magis ſtante Statuto.*

119 *Ius offerendi poſt adiudicationem, vel venditionem ſub haſta locum non habet, ſi fuerit proceſſum ſer. ſecus ſi non rite, aut recte, & num. ſeqq. & numer. 163. vbi exempla, & ad quid creditor teneatur.*

120 *Adiudicatione, ſeu venditione rite, & recte facta non datur locus reuocationi, nec pœnitentia.*

123 *Adiudicatio, cui obſtat exceptio, non ſubſiſtit. Ampl. vt num. 124.*

125 *Minor admittitur ſub certo termino ad refundendum precium, & expenſas, & fundum retrahendum, ex quo non fuerit primo excuſſum ſuper mobilibus, & quando probet precij moduitatem & nu. 126. & 127.*

128 *Venditio nulla, & tota vti indiuidua dicitur, ſiue nulla ſit pignoris capio, ſiue ipſa diſtractio & numero 129.*

130 *Debitor auditur in venditione facta ſub haſta vili precio, & quare.*

131 *Oblatio à debito, ſi nulla ſit pignoris venditio, fieri debet creditori, ſi valida emptori.*

132 *Periculum pignoris ad haſtam venditi pertinet ad emptorem.*

133 *Ius offerendi poſt adiudicationem, & venditionem ceſſat, ſi ea in iudicatum tranſierit, vel ſit inappellabilis, ſecus econtra, & numero 134. & 136.*

135 *Solutione tollitur cauſa, & liberatur debitor, & eſt locus abſolutoriæ, ſiue in prima inſtantia, ſiue in appellatione & nu. 137.*

136 *Appellatione pendente locus eſt iuri offerendi, & multo magis iuri reluendi, & quare.*

138 *Ius offerendi, ſeu redimendi competit poſt adiudicationem, & venditionem, ſi in ea ſit reſeruatum.*

139 *Ius reluendi, ſeu redimendi, quod idem eſt, in ſententia, vel ex pacto reſeruatum, poteſt cedi, & n. 140. & tranſit etiam in hæredes extraneos, vt num. 142.*

141 *Oblatione à debitore in tempore facta, ſi res ab eodem vendatur, ea tranſit in emptorem cum hoc iure.*

143 *Ius habens redimendi præfertur etiam vicino, & conſanguineo habenti ex iure municipali facultatem rem retrahendi.*

144 *Et ſi licitans emerit cum reſeruatione ad debitoris fauorem facultatis redimendi intra certum terminum, eſt hic illi præferendus.*

145 *Ius offerendi poſt adiudicationem non datur, ſi adiudicatio facta ſit per modum iudicij, ſecus in facta de pignore conuentionali ex Principis reſcripto, ex quo emptorem creditor non repererit, quia tunc debitor habet biennium, & numero 146. & 147. Et biennium eſt continuum, non vtile, nec feriæ deducuntur, vt numero 148.*

149 *Secus etiam ſtante conſuetudine, vel Statuto loci, quod viget in pluribus Ciuitatibus, de quibus hic, & corrigit ius commune, & transfert dominium reuocabiliter, & numero 150. 152. & 154.*

151 *Tempus Statutarium ad redimendum pignus ſubhaſtatum non currit contra pupillum, ſed bene contra adultum, cui tamen competit in integrum reſtitutio, & menſis in eo eſt 30. dierum, & mora purgatur per vnum diem tantum, & numero 153. Eſtque tempus continuum, non vtile, & feriæ computantur, nu. 156. & quo die incipiat, nu. 157. & 158.*

155 *Statutum Anconæ loquens de reluitione pignoris in adiudicatione facta creditori obſeruatur etiam in adiudicatione facta tertio, licet de iure contrarium videatur verius.*

159 *Tempus Statutarium ad pignus redimendum an currat ignoranti, vel legitimè impedito, & an creditori conditionali. Et an cedi poſſit, & num. 161. & 162.*

Digitized by Google

160 Appellatio non calumnioſa terminum ſuſpendit ad redimendum.

164 Iudices Supremi, & etiam Inferiores admittunt debitorem ad redimendum immobilia etiam lapſo termino ſtatutario, vel conſuetudinario, & nu.ſeqq. vbi quomodo, & quando hoc procedat, vel non, & de ratione.

171 Tempus à Statuto, vel conſuetudine datum ad redimendum rem addictam in ſubhaſtatione, videtur procedere in addictione facta extraneo, vel creditori vt extraneo plus licitanti, alias nullo tempore excluditur debitor, niſi aliter Statutum dictet, vel conſuetudo.

177 Creditori, cui addicta eſt res cenſui ſuppoſita, an liceat percipere annuum reditum, & ex reditis alium reditum.

178 Creditori, cui res addicta eſt in pignus prætorium, offerri poteſt debitum cum expenſis, & reditibus, ſtante maximè enormiſſima læſione, etiam poſt 30. annos.

179 Oblatio, debito liquido, debet eſſe realis, & in iudicio, nec ſufficit verbalis, ſeu quod fides habeatur de precio, & num.181. Ampl. vt num.180. Lim. & declar. vt num.ſeqq. vbi quando ſufficiat conditionalis.

183 Depoſitum quando, & quomodo faciendum, & an ſuffragetur conditionale, & num.184. & 188. & ſeqq. & nu.198.

187 Oblatione facta debiti, ceſſare debent proclamata, & venditiones.

192 Oblatio fieri debet ab ipſo debitore, vel illius ceſſionario, aut procuratore, & n.193. & 194.

195 Mandatum præſumitur ex magna exburſatione.

196 Oblatio poteſt fieri à non habente ſpeciale mandatum, vel ab extraneo.

197 Mandatum ſpeciale requiritur ad pignus remittendum.

198 Offerri, & ſolui, vel in caſu recuſationis deponi debet ſors principalis, & quantitas debita, ac omne id, in quo quis eſt condemnatus, & integre, & non minus, & num. 199. 200. & 201. Et litis ſumptus, vt num.209.

202 Nec non vſura, & damna, & intereſſe, & num.203. Decl. vt num.204. & 205.

206 Et augumentum temporis & meliorationum, ſeu ipſa melioramenta, & melioramentorum fructus & num.208.

207 Melioramenta debentur licitatori, ſeu creditori, cui res auferitur tanquam nulliter ſubhaſtata.

210 Oblatione non facta de toto debito, & ſolutione, vel depoſito, ſed modico relicto, non eſt debitor volens redimere audiendus.

211 Nec creditor tenetur, oblationem acceptare.

212 Intimatio, & proteſtatio de non emendo, vel vendendo non conſtituit in mala fide, & numero 213.

214 Retentio quando, & pro quibus detur creditori contra debitorem volentem reluere, ſeu redimere rem ſubhaſtatam, & numero 215. & 216.

217 Debitor volens reſcindere ſubhaſtationem, vel adiudicationem vti nullam, debet offerre debitum cum acceſſionibus, ſeu pretium, & num.218. & 219. Ampl. vt num.220.221. & 222. Lim. vt d.nu. 222. in fin. & num.227. Ratio ponitur num.225. & 226.

223 Idem eſt in rehabenda re nulliter vendita per Fiſcum. Et quid in Dominio Veneto, numero 224.

226 Debitoris fundus per Fiſcum legitimè venditus minori precio, quàm ſit debitum, recuperare poteſt integrè debito ſoluto.

228 Debitor admittitur ad ius offerendi compenſatis fructibus.

229 Et, quatenus velit ſoluere, dum res proclamatur, an ceſſent præconia, ſi non ſoluat tunc expenſas, & ad quas tenetur. & numero 230.

231 Res tota vendi poteſt, donec integrè ſolutum non ſit.

232 Oblatio alterius rei non liberat captam, niſi offeratur pecunia.

233 Mobilium oblatio non impedit venditionem immobilium inuito creditore.

234 Debitor in relutione non auditur, niſi omnia luat, vel redimat, & n.235.

236 Oblatione facta de debito, & depoſito, non poteſt debitor auctoritate propria capere poſſeſſionem pignoris in creditorem tranſlatam.

237 Ius offerendi, ſeu luendi competens debitori, an, & quanto tempore præſcribatur.

238 Præſcriptio ſtatutaria quoad bona adiudicata locum habet in adiudicatione, quæ ſubſiſtat, ſecus è contra.

Debitor an, & quomodo poſſit impedire diſtractionem pignoris, & moram purgare tam ante, quam poſt deliberationem, ſeu adiudicationem, & de illius iure redimendi, ſeu reluendi, & offerendi etiam in caſu nullitatis ſubhaſtationis.

INSP. XVII.

QVamuis, † vbi debitor ſoluerit, & à de- 1
bito prætenſo à proſequente liber ſit,
omnia nulla declarari debent, & proſequens
in expenſis, damnis, & intereſſe opponentis
condemnari, *Papon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arr. 63.* † At- 2
tamen ipſe debitor, de ſolutione non conſtito,
venditionem pignoris impedire non valet. *L.*
2. & tot. tit. Cod. debit. vendit. pign. imped. non poſſ. Ne-
guſ. de pignor. part. 6. memb. 1. ſub num. 14. Fab. ex Cod.
Fabr. tit. 16. defin. 10. numero 2. in alleg. & tit. 17. de-
fin. 1. & numero primo in alleg. Durand. deciſ. 445. nu-
mero 77. † nec cætera, quæ ſunt conſequentia 3
venditionis, *Fab. dict. tit. 16. defin. 10. numero 2. in*
alleg. † Sed licitum eſt creditori illud vende- 4
re, etiamſi debitor contrarium proteſtetur, ſi
debitum etiam non offerat, *d. l. 2. vbi Bald. Cod.*
debit. vend. pign. imped. non poſſ. Bertach. in verb. pignus
alienatur. † Nec ad pignoris iudicialis recupe- 5
rationem, ſeu reſolutionem ſufficit expenſa-
rum refectio, & cautio de ſtando iuri, prout in
prætorio *Neguſ. de pignor. part. 3. membr. 3. & 4. Add.*
ad pract. Pancirol. part. 3. verſic. vbi ergo condemnatus. in
verb. & hoc vocatur pignus iudiciale, folio 297. Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 16. num. 38. & 39. Mangil. de ſubhaſt.
quæſt.

Digitized by Google

6 *q.6.n.15.& ſeqq.q.52.nu.4.& q.127. nu.10.* Nec † illo
ſubhaſtato, impedit debitor miſſionem in poſ-
ſeſſionem prætextu enormiſſimæ læſionis, nec
poteſt petere, vt iterum vendatur, *Ant. Fab. in C.*
7 *Fabr. lib.8.tit.17. defin.3.* † Sed neceſſe eſt, vt petat
reſtitutionem, *Fab.d.lib.8.tit.17.defin.3.*

8 Poteſt † itaque debitor creditori offerre cre-
ditum, & hoc medio poſt condemnationem
moram purgare, *Mangil. de ſubhaſt. q.101. nu.4.* &
venditionem pignoris, ſeu bonorum impedi-
re, *leg. ſi fundus, qui Lucij Titij, ff. de reſcind. vendit. leg.
ſi reſiduum, & leg. ſi prius quam, Cod. de diſtract. pi-
gnor. Neguſ. de pignor. part.6. memb.1. ſub nu.28. verſic.
quarto limita. Aſin. de execution. §.6. cap.31. numero
quinto & ſequent b. Mangil. de ſubhaſtation. q.32. n.6.
Rot. in Spoletana Bonorum 14. Martij* 1616. *coram Vbal-
do ſeniore, poſt tractat. deciſ.26.nu.12.* vbi de oblatio-
9 ne iudiciali, † præſertim ſi faciat oblationem
realem cum proteſtatione, ne vendat, *Bertach.
in verb. oblatio n.10.*

10 Prout, † ſi debitor quantitatis in executio-
ne ſententiæ, ſeu alias tradiderit creditori fun-
dum, poteſt poſtea offerre pecuniam, & ven-
dicare fundum, fructibus etiam in ſortem com-
putatis, *Tepat. var. ſent. tit.417. cap.6. & tit.419. cap.2.
Nouarr. ad leg. ſi tempora, n.19. C. de fid. inſtr. & iur. haſt.*
11 *Fiſcal. lib.10.* & † ſi totum debitum ex fructibus
ſolutum ſit, poteſt abſque alia oblatione illius
diſtractionem impedire, *Rebuff. de præcon. licit. &*
12 *ſubhaſt. art.1. gloſ.1. nu.3.* quia † præſumitur tradi-
diſſe iure, ſeu loco pignoris, non in ſolutum,
Menoch. de præſumpt. lib.2. præſumpt.93. nu.1. tom.1. Te-
13 *pat dict. tit.419. c.2. Nouar. vbi ſup. Affl. deciſ.373.* † etiam
ſi res ipſa eiuſdem eſſet æſtimationis, cuius eſ-
ſet ipſum debitum, *Menoch. de præſumpt.93. nu.2.*
14 *Afflict. d. dec.373. n.2.* † niſi debitor in inſtrumen-
to, quo ſe debitorem conſtituit, dediſſet facul-
tatem ipſi creditori capiendi rem illam ſua
propria auctoritate, & retinendi eam in ſolu-
tum, & creditor rem illam conſecutus eſſet à
debitore, diuque poſſediſſet, cum tunc præſu-
matur iuſto pretio, & ex titulo præambulo
eam poſſidere, & habuiſſe, *Menoch. dict. præſumpt.*
15 *93. n.4.* † vel niſi aliquibus verbis conjici poſ-
ſit, debitorem dare voluiſſe in ſolutum, non
autem in pignus, *Menoch. ibid. nu.5. & ſeq.* vbi ex-
16 empla † Sed tamen, quod in dubio præſuma-
tur potius datio inſolutum, quàm pignus, tra-
dit *Seraph. dec.242. n.2. & Gregor. XV. dec.194. nu 12.
& ibi late Add. nu.27.* vbi de communi, & de ra-
17 tione, quos videas. Vnde † creditor debet eſſe
cautus in recipiendo, & curare, vt ſibi expreſsè
fiat adjudicatio, ſeu in ſolutum datio, & me-
diante Iudicis decreto *Nouar. in d. l. ſi tempora, n.19.
C. de fid. inſtr. & iur. haſt. Fiſc. li.10.*

18 Vt quoque † nec primus creditor poteſt of-
ferre ſecundo habenti pignus à debitore de cō-
ſenſu ipſius primi, vt ipſe primus conſequatur
pignus, & impediat debitorem volentem re-
luere, quia ſua non intereſt, ex quo eſt ſibi pri-
mo cautum, & quia conſenſit, *Tuſc. in verb. offerre,
concluſ.82. n.2.* vbi, quod videtur mirabile, vt de-
19 bitor præferatur creditori ſuo, niſi primus
creditor habeat debitorem pro ſuſpecto, quia
tunc poteſt ſequeſtrare facere pignus reluendū
à debitore, ne baratteretur, *Tuſc. ibid. num.4.*

20 Nec † impeditur debitor, quin ſoluere poſ-
ſit, & pignus liberare, antequam illud vendi-
tum, vel datum in ſolutum ſit, etiam quod de-
diſſet licentiam illud vendendi, ſi intra quod-
dam conſtitutum tempus, vel terminum non
ſoluiſſet pecuniam debitam, qui iam fuiſſet e-
lapſus, *Bertach. in dict. verb. oblatio, ſub nu.30. Aſin. de
execut. §.4. cap.136. n.8. & §.6. cap.31. n.46.*

Quemadmodum, † pactum fuiſſet, vt poſt 21
terminum elapſum pignora remanerent cre-
ditori pro iuſto pretio æſtimando poſſet de-
bitor ante æſtimationem offerre, & venditio-
nem, ac adjudicationem impedire, *Grat. diſcept.
for. c.544. n.13.* quamvis † ſecus poſt æſtimatio- 22
nem, quia tunc dominium videtur tranſlatum,
Aſin. de execut. §.6. c.32. n.15.

Vt pariter † ius offerendi competit debito- 23
ri aduerſus ſuum creditorem agentem hypo-
thecaria etiam poſt ſententiam, ante tamen ap-
pretium factum, & per conſequens adjudica-
tionem, quia, † donec non eſt factum appretiū, 24
dominium tranſlatum non dicitur, niſi reuo-
cabiliter, & proinde ius offerendi locum habet,
ſed, ſi † appretium eſt factum, ius offerendi ceſ- 25
ſat, quia † dominium in creditorem, cui res 26
adiudicatur tranſlatum eſt, & adjudicatio facta
ad diſponendum, habendum, & poſſidendum,
*Donat. Ant. de Marin. quotid. reſolut. cap.219. n.17. Mer-
lin. Pignatell. controu. forenſ. cap.93. n.5. & 6.* † niſi de- 27
bitor ſit pupillus, ſeu minor, *Pignatell.27. ibid. n.
9 & 10.* vbi † quod reſtituitur etiam ex capite 28
affectionis, quia res fuit maiorum.

Sed † ſi aliqua lege, vel Statuto æſtimatio- 29
nes poſt ſententias infra aliquod tempus fieri
poſſent, eſſetque ſententia verbis futuri tem-
poris concepta, vt puta, bona danda, vel adiu-
dicanda eſſe pro æſtimatione facienda, tunc de-
bitum offerri poſſet, quia hoc caſu, cum pre-
tium declaratum non ſit, dominium tranſla-
tum non cenſetur, *Aſin. de execut. §.6. c.32. n.17.*

Veluti quoque † qui bonis ceſſit, poteſt an- 30
tequam bona diſtrahantur, ſeu in ſolutum den-
tur, † re integra ea recuperare, ſi ſoluere credi- 31
toribus ſit paratus, *Bran de ceſſ. bon. q.14. princ.* Non
† enim ſemper imputandum eſt debitori, cur 32
non ſoluerit, quia debiti numeratio non ſem-
per eſt in expedito *leg. ſi dubitet, ff. de fideiuſ. Ant.
Fab. in Cod. li.8. tit.16. de diſtr. pign defin.8. nu.1. in alleg.*
Atque ideo, ſi creditor ſit immiſſus in poſſeſſio-
nem pignoris, poteſt debitor, offerendo debi-
tum, in quo condemnatus eſt, ſeu pretium cum
expenſis, moram purgare, ac impedire, ne am-
plius res ſubhaſtetur, & omnia reſoluere, ac pi-
gnus ab hypotheca liberare, atque recuperare,
† non ſolum ſi ipſa res nondum fuerit poſita 33
ſub haſta, vel tantum poſita ad explorandum,
qui emere velint, & perquirendum pretium,
Aſin. de execut. §.9. c.31. num.15. & † tam ante litem 34
conteſtatam *Magon. dec. Flor.132. n.15. ver. non obſtat,
Capic. dec.202. n.9.* † quam poſt *Capic. ibid. nu.10. &* 35
Magon. d. dec.132. n.13. & † vbi fuerit pronunciatū, 36
bona ſubhaſtanda, cum adhuc ſubhaſtari de-
beant, & illis offerri, *Mangil. de ſubh. q.134. nu.1.* † 37
Sed etiam quod fuerit proceſſum ad ſubhaſta-
tionem, *Grat. diſc. for. c.708. n.46. & ſeq. Io. Ant. Nauar.
ad l. ſi tempora, n.10. C. de fid. inſtr. & iur. haſt. Fiſc. lib.10.
Rot. in Romana Fideiuſſionis de Repræſentando 3. Iulij
1617. coram Coccino.* † & medio tempore, *Mangil* 38

Digitized by Google

39 *de ſubb.q.24.n.30.* † & quandocunque, *l.properandum,§.ſin autem reus C.de iudic.Felic.de cenſib.to.2.lib.1.c.3.n.5.verſ.prima eſt,Aſin.de execut. §.4.cap.136.nu.1.*
40 *& per tot.& §.6.c.31.n.42.* & † in qualibet parte iudicij,vbi ius partis remaneat illæſum, *Rot. penes Pacific.de ſalu.deciſ.281.n.14.* & † re integra, *Bu-*
41
42 *ratt.deciſ.735.ſub n.5.* & † vſque ad ſententiam,*Capic.d.deciſ.102.n.10.Magon.dict. deciſ.Florent.131.n.13. &*
43 *15.verſ.non obſtat,*ac† vſque ad ſententiam adiu-
44 dicationis, *Mangil.de ſubhaſt. q.69.nu.13.* & † antequam ſecuta ſit deliberatio, vel adiudicatio, *Gratian.diſcep.forenſ.d.cap.708.n.46.& ſeqq.Nouar.ad dict.leg.ſi tempora,n.10.C.de fid.inſtrument.& iur.haſt. Fiſcal.lib.10. Mangil.de ſubhaſt.q.101.n.5.Rot.in dict.Romana Fideiuſſionis de Repræſentando 3.Iulij 1617.coram*
45 *Coccino*; Et † ſic etiam poſt duas, vel tres proſcriptiones, vel incantus, *leg.ſi rem,§.ſin.ff.de pignor.act.leg.2. Cod.debit.vendit. pignor. imped. non poſſ. Rebuff.de præcon.licit.& ſubhaſtat.artic.7.gloſſ.vnic.nu.*
46 *26.* & † intra tempora ſibi in ſubhaſtatione ad reluendum aſſignata, *Carpan.ad Statut. Mediolan. lib.1.cap.248.n.4.Mangil.de ſubhaſt.q.153.n.5. Rot. Re-*
47 *cent.dec.725.n.11.part.2.* (vnde † debitoris intereſt, vt amplum ſpatium temporis habeat ad pignoris luitionem, *Fab.in Cod.Fabr. lib.8.tit.16.deſin.*
48 *20. num.10. in alleg.*) atque † etiam lapſa vna die tantum,& ſic vltima ad reluendum, *Scacc.de in-*
49 *dic.lib.1.cap.97. nu.42.* & † vbi interceſſerit mora parui, ſeu breuis temporis, quod eſt remiſſum arbitrio Iudicis, *Gratian.diſcept.forenſ.cap.708. n.54. Nouar .in dicta l.ſi tempora, nu.15. C.de fid.inſtrument. & iur.haſt. Fiſcal.lib.10. Mangil.de ſubhaſt. quæſt.101. n.*
50 *14.* Et † non obſtante, quod iam fuerit ab aliquo licitatore facta oblatio, *Aſin.de execut. §.4. cap.70. ſub num.3. & §.6. cap.31. ſub nu.4.13. & ſeqq. Ant.Sol ad decret. Sabaud.lib.3. de form. & ord.proced. in pignorat. ſubhaſtat.& deliberat.bon.mobil.gloſſ.1.nu.*
51 *36.* & † eo magis ſi oblatio non fuerit facta in tempore, *Aſin.dict.cap.31.nu.21.Burat.dec.735. ſub nu.*
52 *5.* atque † etiam præceſſerit Iudicis ſententia mandans, ſeu dicens, bona in tenutam capta eſſe vendenda alicui tanquam plus offerenti, & illi inſtrumentum venditionis fieri, & de pretio ſatisfieri creditori,cum & tunc poſſit debitor comparere,& offerre,ſe paratum oblatori reficere expenſas, & liberare bona, & Iudex teneatur pronunciare, non eſſe locum venditioni, & condemnare debitorem etiam in expenſis oblatori, *Aſin.de execut.§.4.cap.135.nu.4. & cap.136. Mangil.de ſubhaſt.quæſt.135.nu.2. & ſeqq.& in*
53 *ſin.* † Nullum enim oblatori quæſitum eſt ius, niſi quod oblationibus finis ſit impoſitus, non autem vt, ſi debitor ſoluere velit, non poſſit, non ſecuta pignoris diſtractione, rei traditione,& pretij ſolutione, *Aſin. dict.§.4. cap.136. nu.6. & §.6.cap.31. nu.27. in ſin.* &. † quamvis à Iudice
54 per ſuam ſententiam inſtrumentum fieri mandatum ſit; ex ea tamen nullum ius firmum oblatori contra debitorem, & rei dominium ac-
55 quiſitum dici poteſt,cum † hæc ſit potius quędam promiſſio de vendendo, quam venditio,
56 *Aſin.dicto §.4. cap.136. num.2. & ſeqq.* & † hoc videatur eſſe, ſecundum decretum, non autem ipſa venditio *Aſin.de execut. dict.§.6. cap.32. nu.34.*
57 *& ſeqq.* & † aliud eſt ſecundum decretum,aliud venditio, cum venditio ſit executio ſecundi,
58 *Aſin.dict.cap.32.n.36.* ſeu † talis ſententiæ executio in contractu ipſius venditionis perficiatur,
Aſin.d.cap.32.n.41. † quæ habet vim adiudicatio- 59
nis, *Aſin. ibid.* † ſeu tunc venditio dicatur facta, 60
cum facta eſt adiudicatio, *Aſin.de execut. §.4. cap. 135.nu.6.* † nec factum quid dicitur,cum aliquid 61
ſupereſt faciendum, *Aſin.d.cap.135. nu.7. Mangil. de ſubb.q.135. ſub nu.1.* Vnde † inſtrumentum ven- 62
ditionis non rogatur à Notario ſub illa die,ſed ſub ea,qua in effectu illud ſit,*Aſin.d.cap.136. nu.4. & 6.* † Nec ex quo mandatum fuerit, inſtru- 63
mentum venditionis fieri, dicitur vēditio perfecta,*Aſin.d.n.4.* cum †,donec inſtrumentum fa- 64
ctum non ſit, res tradita, & precium ſolutum dici non poſſit, *Aſin.dict.cap.136.n.5.* quemadmodum, † vt debitor liberetur, pretium creditori 65
ſolui neceſſe eſt,*leg.quæſitum, in princ. vbi Bart.ff.de pignor.Aſin.eod.cap.136.nu.4.* Ita vt, † ſi creditor pi- 66
gnus vendat,non liberetur debitor,donec pretium illi ſolutum non ſit, *Aſin.d.cap.136.n.6.* cum † à pretio venditio eſſentiam & perfectionem 67
recipiat, *Aſin.ibid.nu.7.* † Nec ad impediendum, 68
ne debitor offerat ſummam debitam,& pignus liberet,ſufficit venditio abſque traditione,*Aſin. de execut.§.6.cap.31.n.16.* Sed † quouſque contra- 69
ctus venditionis, ſeu adiudicationis celebratus,& perfectus non ſit, debitor & offerre, ac ſoluere, & bona liberare poteſt, *Aſin.de execut.§. 4. d.cap.136.n.6.& §.6.cap.32.n.41.* vbi de æquiori, & quod in practica ſeruatur,*Mangil.de ſubhaſt.q. 132.n.8.* &. † donec ad venditionis executionem 70
deuentum non ſit, videatur ſemper eſſe in facultate debitoris, & tertij etiam poſſeſſoris intereſſe habentis debitum, & expenſas offerre, *leg.Paulus,ff.qui mod. pign. vel hypoth. ſolut. Aſin.dict. cap.32.n.41.Mangil.de ſubhaſt. q.127.n.7. & q.132. n.8. 11. & ſeqq.* † Videturque ſemper creditori ſatiſ- 71
fieri poſſe, antequam bona in tertium oblatorem transferantur, & donec creditoris hypotheca perduret, *Aſin.eod.cap.32.num.40. Mangil. de ſubhaſt.q.6.n.8. & q.127.n.6.& 7.* † niſi alteri in illa 72
re ſit ius quæſitum, *Mangil.d.q.6.n.8.* † vel debi- 73
tor poſſeſſionem, ſeu dominium amiſerit,*Mangil.dict. q.6. nu.8.* cum † hypothecata non faciat, 74
quo minus bona hypothecata ſint in dominio debitoris, donec fuerit facta ſubhaſtatio, & deliberatio, & cætera, de quibus *leg.ſin. Cod.de iur.domin.impetr.* vt tradit *Seraph. deciſ.451. num.1.*
† atque tantummodo, ſoluto precio, reſpectu 75
debitoris ius quæſitum intelligatur, *Aſin. de execut. §.4.cap.136.nu.6.* & † dummodo talis ſit 76
ſolutio, qua creditori ſatisfiat, & debitor liberetur, *Aſin.eod.nu.6.* & † debitor non aliter libe- 77
retur, quàm facta ſolutione creditori, *Mangil. de ſubhaſt.q.135.n.3. & 4.* † nec ſubhaſtationis iu- 78
dicium vim habeat ſolutionis, donec creditori ſoluta non ſit pecunia, & pretium bonorum ſub haſta venditorum, *Mangil.de ſubh.q.199. n.12.*
† nec ſententia, qua dictum ſit, bona eſſe ven- 79
denda,ius tribuit,ſed tantum ad factum venditionis obligat, quæ obligatio ſolutione diſſoluitur, *Mangil.de ſubh.q.127.n.5.& 6.*

Quæ procedunt † etiam in contractu obli- 80
gatione camerali vallato,quia per eam non cēſetur renunciatum facultati purgandi moram, *Nouar. ad d.l.ſi tempora, nu.16. C.de fid.inſtru. & iur. haſt.Fiſcal. lib.10. Mangil.de ſubhaſt. qu.101. num.15. & ſeqq.* vbi allegantur, & improbantur contrariū

tenentes

Digitized by Google

tenentes contra æquitatem, *Rot. penes Paſif. de ſalu. deciſ.281. num.17. Buratt. deciſ.819. num.4. Rot. in Romana Fideiuſsionis de Repræſentando 3. Iulij 1617.*
81 *coram Coccino.* Atque † etiam in contractu iurato, *Nouar. vbi ſup. Mangil. dec. q.101. num.17.* nam
82 † hoc etiam caſu admittitur debitor ex æquitate canonica ad moræ purgationem, dummodo creditoris ius ex tali moræ purgatione non ſit effectum deterius, & ipſe ſine damno conſeruetur, *Rot. apud Paſif. de ſalu. d. dec. 281. n.12. & 16. Burat. d. dec. 819. n.4.*
83 Aliàs, † ſi creditor nolit recipere, ſed velit procedere ad venditionem, & procedatur, poteſt debitor appellare, & appellatio ſuſpendit vlteriorem executionem, & venditionem, *Neguſ. de pignor. par.6. memb.1. nu.29. Aſin. de execut. § 6.*
84 *cap.31. nu.4.11. & ſeqq. & nu.48.* & † operatur, vt non poſſit interim per aliquem offerri, *Mangil.*
85 *de ſubhaſt. quæſt.135. nu.6.* † nec poſſit ius aliquod oblatori acquiſitum dici, ne debitor ſit admittendus ad offerendum, & ſoluendum, *Aſin. d.*
86 *cap.31. nu.48. & 51.* ac † oblatio à debitore fieri poteſt etiam poſt ſententiam, qua dictum ſit, bona in tenutam capta vendi & ſubhaſtari, & plus offerenti dari, & de pretio creditori ſatisfieri, vel etiam inſtrumentum faciendum cum licitatore, à qua fuerit appellatum, & poſt appellationem, nam per eam, inſpecto debitore, nullum ius licitatori quæſitum dicitur, *Aſin. de execut. § 4. cap.136. n.10. & ſeqq. & § 6. cap.31. nu.38. & ſeqq. Mangil. de ſubhaſt. quæſt.28. num.8 quæſt.131. n.*
87 *2. & quæſt.135. nu.1. & ſeqq.* Atque † etiam venditio, ſeu adiudicatio ſubſecuta poſt oblationem debiti, ſeu precij eſt nulla, *l. ſi priuſquam, C. de diſtract. pignor. Rebuff. de Præcon. licitat. & ſubhaſt. art.1.*
88 *gl.2. ſub nu.5. Magon. dec. Flor.132. n.17.* † & reſcindenda, *Neguſ. de pignor. par.6. memb.1. nu.29. Rot. recent. dec.725. n.11. par.2.*

Quod quidem ſumma ratione fulcitum vi-
89 detur, nempe quia † finis diſtractionis eſt, vt creditor ſatisfiat in ſuo credito, *Fontanell. de pact.*
90 *nupt. clauſ.5. gloſſ.8. nu.53. par.7. tom. poſter.* † & venditionum, quæ per Iudicem ſub haſta fiunt, aliud maius, & efficacius ſubiectum non eſt, quàm vt pecunia inde redigatur ad ſatisfaciendum
91 creditoribus, *Papon. de arreſt. lib.18. tit.6. arr.15.* & † nil aliud quærit creditor, nec alia de cauſa bona vendi procurat, quàm vt ſibi ſatisfiat, & ideo, cùm id hoc modo breuiori manu conſequatur, non debet vlterius ad bonorum venditionem procedere, *Aſin. d. § 6. cap.31. n.5.9. & 24.*
92 † nec conqueri poteſt, ſi bonorum venditio
93 impediatur, *Aſin. eod. cap.31. n.6. & ſeqq.* cum † ſolutione eius, quod debetur, pignus, & hypotheca tollantur, *Inſtit. quib. mod. toll. oblig. in princ. l. item liberatur ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. Aſin. d.*
94 *cap.31. n.6.* & † ceſſante iure creditoris, oblatoris quoque, & emptoris ceſſare dicatur, *Aſin. d. cap.31. nu.10.*
95 Nec ad effectum, † vt debitor non poſſit per oblationem, & ſolutionem debiti impedire ſubhaſtationem, vel adiudicationem, ſufficit opponere, quod idem debitor vendiderit pignus ad ipſam pecuniam reperiendam, hoc enim creditori non refert, & ſatis ei eſt, ſi ſuum creditum conſequatur, nam illud debitor, ſeu potius emptor animaduertere debet, quibus fortaſſe bona auferri poſſent, cùm enim creditor ſuum creditum conſequatur, & pecunia reproba non ſit, non eſt, quod ipſe amplius quærere debeat, nec vbi debitor pecuniam habuerit, *Aſin. de execut. § 6. d. cap.31. n.25. Mangil. de ſubhaſt. quæſt.153. n.6.*

Limitantur tamen primò prædicta, vt † de- 96
bitor non ſit admittendus ad purgationem moræ, vbi præſtiterit impedimentum executioni, & ſubhaſtationi, adeò vt fuerit in culpa,
† ne ex culpa beneficium conſequatur, quo ſe 97
indignum reddidit, *Gratian. diſcept. for. cap.789. n.31. & 52. Mangil. de ſubhaſt. q.101. nu.12.*

Limitantur ſecundo, † vbi adſit mora ge- 98
minata *Gratian. d. cap.708. n.53. Mangil. d. quæſt. 101. num.13.*

Limit. tertio, † vt poſt vltimam oblationem 99
acceptatam, & lapſum terminum debitori datum ad reluendum excluſus cenſeatur debitor à redemptione rei ſuæ, quæ venditur in executionem iudicati, ſecundum *Rot. in Romana Domus 19. Decembris 1631. coram Eminentiſs. D. Card. Veroſpio iuniore, poſt tract. dec.89. num.11.* ita vt † poſt 100
tertiam oblationem nec ſit conſiderabile eiuſdem debitoris intereſſe, ex cuius cauſa citari debeat, *d. deciſ.89. nu.12. poſt tract.*

Poſtquam † autem debitor paſſus eſt, rem 101
ſuam Iudicis auctoritate per creditorem diſtrahi, ſeu facta eſt venditio per ſententiam diffinitiuam, illaque, & executio eſt perfecta, ſeu conſumata eſt ſubhaſtatio, & res tradita emptori, non admittitur regulariter debitor ad refundendum precium, & ſumptus pro recuperatione rei; etiam ſi duplum offerat, *l. properandum, § ſin autem reus, C. de Iudic. l. non eſt probabilis, C. de reſcind. vendit. l. ſi quis, vbi Bald. C. de diſtract. pign. Bertach. in verb. oblatio, num.10. Rebuf. de præcon. licit. & ſubhaſtat. artic.1. gloſſ.2. ſub numero 5. Aſin. de execut. § 4. cap.136. numero 6. & § 6. cap.31. numero 45. Caroc. de oblat. iudic. numero 8. Card. Tuſc. in verb. offerre, concluſ.80. numero 1. Gaballin. ad Conſtitut. March. lib.5. cap.6. in verb. ſubhaſtatione, numero 7. Papon. de arreſt. lib.18. tit.6. arreſt.3.* vbi de re immobili, *Gratian. diſcept. forenſ. capite 7. ſub numero 16. Mangil. de ſubhaſtat. quæſt.101. numero 235. & ſeqq.*
Cùm † tunc dominium ſit acquiſitum ei, cui 102
res eſt diſtracta, *Tuſc. dicta concluſ.80. num.1. Mangil.*
dicta quæſt.101. nu.6. & 9. † & quidem irreuocabi- 103
liter, *Thomat. deciſ.46. nu.18.* & † oblatio debitoris 104
impediat venditionem faciendam, non factam, *Bertach. in d. verb. oblatio, nu.10.* ita vt † non 105
ſit amplius res integra poſt venditionem, & dilationes datas iuxta formam Statuti, *Gratian. dicto capite 7. numero 18.*

Habetq; hoc locum, † etiam ſi creditor ipſe 106
licitauerit, & ſequuta fuerit pronuncia Iudicis, qua res ei adiudicata fuerit tanquam plus offerenti, quia debet ille omnino rem habere, nec debitor poteſt illum impedire, quo minus habeat, etiam ſi plus offerat, *Tuſcul. in verb. offerens, concluſ.81. num.2. Mangil. de ſubhaſtat. quæſt.86. ſub numero 18.*

Prout † id procedit etiam in adiudicatione, 107
& in datione in ſolutũ facta creditori cauſa cognita, & Iudicis auctoritate, cùm nec tunc, ſeu poſt ſecundum decretum, & adiudicationem perfectam reus, ſeu debitor, vel eius hæres, &

Digitized by Google

alius quicunque volens rem recuperare, ac ad-
iudicationem reuocari, audiatur, ſi debitum,
ſeu eam ſummam, cuius cauſa in ſolutum da-
tio emanauit, ſoluere velit, quinimo nec ſi of-
ferat duplicatum, ſecundum ius commune, &
veram, ac magis communem, & veriorem opi-
nionem, l. ſucceſſores, C. de ſolut. Dec. conſil. 592. num. 2.
& ſeqq. vol. 2. Carpan. ad Statut. Mediolan. lib. 1. cap. 163.
num. 28. Aſin. de execut. § 4. cap. 51. ſub numer. 9. capite
95. num. 17. & cap. 136. num. 6. & § 6. capite 31. num.
34. & capite 32. num. 13. & § 7. cap. 282. num. 1. & 2.
Ant. Sol. ad decret. Sabaud. libro 3. de forma, ac ord.
proced. in pignorat. ſubhaſtation. & deliberat. bonorum
mobilium gloſſ. 1. numero 5. Morot. de ſecund. credit. of-
ferend. numero 39. Fenzon. ad Statut. Vrb. cap. 194 nu-
mero 65. & 95. Merlin. Pignatell. controuerſ. forenſ. cap.
93. numero 1. in fin. Mangil. de ſubhaſta. quæſt. 6. nu-
mero 9. & ſeqq. & numero 18. quæſt. 24. numero 29.
quæſt. 82 num. 13. & quæſt. 127. n. 11. & ſeqq. vbi numeris
antecedentib. arguit contraria parte. Capic. deciſ.
202. nu. 7. Magon. dec. Florent. 132. numero 1. 3. & 4. vide
Carocc. alleg. per Gilian. ad Statut. Peruſ. in verb. adiu-
dicatio numero 9.

108 Nec † poteſt facta adiudicatio infringi à de-
bitore, Monac. deciſ. Lucen. 34. numero 10. nec ab e-
109 ius hærede, Surd. conſil. 221. num. 26. † ne res ſem-
per ſit in ſuſpenſo, & nunquam detur rerum
finis, Aſin. d. § 7. capite 282. num. 2. Fenzon. ad Sta-
110 tut. Vrb. cap. 194. numero 66. † Ius namque offeren-
di in actione iudicati, locum non habet, niſi
via purgationis moræ, Aſin. de execut. § 6. cap. 32.
111 num. 16. † quæ vſque ad ſententiam purgari po-
112 teſt, non autem vltra, Aſin. ibid. num. 17. cùm † per
adiudicationem dicatur dominium irreuoca-
biliter acquiſitum, Magon. d. dec. Flor. 132. num. 4.
113 & † debitor ius ſuum amiſiſſe, & bona pro de-
relictis habuiſſe, dum citatus, ſeu præſens eo
tempore, quo illa vendita, ſeu adiudicata fue-
runt, eadem luere, vel pretium offerre, & ius
ſuum proſequi non curauit, Mangil. de ſubhaſt.
114 qu. 127. n. 11. & ſeqq. † Quidquid contra ſentiat
Felician. de cenſib. tom. 2. lib. 1. cap. 5. & 6. non ſolum
ſi adiudicatio facta fuerit creditori, ſed etiam
ſi fuerit facta perſonæ, à creditore ſuppoſitæ,
quaſi tunc ſolum pignus conſtitutum fuerit,
non autem contracta vera emptio, & venditio,
115 vt per eum. Quamuis † etiam poſt adiudica-
tionem audiatur reus volens de alio iure ſuo
docere, Gaballon. ad Conſtit. March. libro 5. cap. 6. in
verb. ſubhaſtat. num. 7.

116 Ampl. etiam, † vt datio in ſolutum, ſeu ad-
iudicatio, vel venditio ſemel facta, cui datio in
ſolutum eſt ſimilis, nec ex reſcripto Principis
reuocari, nec reſcindi poſſit, etiam ſi debitor
duplex pretium reſtituere vellet, Aſin. de execut.
§ 4. cap. 95. nu. 17. & § 7. cap. 282. nu. 2.

117 Ampl. rurſus, † eo magis ſtante Statuto,
Gilian. ad Statut. Peruſ. in verb. adiudicatio. num. 9.

118 Limita primo, † vt ius offerendi locum ha-
beat, quando latum eſt decretum, aſſiſtentiam
eſſe præſtandam, & appretium faciendum, do-
nec ipſum appretium non ſit factum, tanquam
adhuc dominium non ſit tranſlatum, licèt ſe-
cus ſit facto appretio, ſeu ſi poſt decretum ad-
iudicatiuum ſecutum ſit appretium, quia tunc
dicitur dominium tranſlatum, Capyc. dec. 292. n. 9.
& ſeqq.

Lim. ſecundo, vt † ius offerendi poſt adiu- 119
dicationem, vel venditionem auctoritate Iu-
dicis factam, non habet locum, vbi adiudica-
tio, ſeu venditio facta ſit ſeruato ordine iudi-
ciario, ſeu ſeruatis ſeruandis, Aſin. de execut. § 6.
cap. 32. num. 14. cum † tunc reuocari non poſſit, 120
nec debeat, nec locus ſit pœnitentiæ, lege cum
dominum. vbi Bald. & alij, C. de pignor. l. 1. C. ſi antiq.
credit. lege ſucceſſores, vbi etiam Bald. & alij, C. de ſolut.
Aſin. de execut. § 4. cap. 51. num. 1. 2. 5. & 9. & inter com-
mun. opinion. tom. 2. de ſolut. t. 27. & 29. fol. 393. A. † Se- 121
cus verò vbi non fuerit ritè, & rectè proceſſum,
ſed nulliter, & ſolemnitas debita non fuerit
ſeruata, l. fin. C. ſi aduerſ. Fiſc. l. ſi minor, Cod. de iur.
Fiſc. lib. 10. l. 1. Cod. de fid. inſtrum. eod. libro Anton. Sol. ad
decret. Sabaud. lib. 3. tit. 39. de form. ac ord. obſeru. in pi-
gnorat. ſubhaſt. & deliberat. bon. ſtabil. gloſſ. 8. numer. 5.
Tepat. var. ſent. tit. 417. capite 17. Gratian. diſcept. forenſ.
cap. 7. nu 29. & † quando dolus, ſeu fraus inter- 122
uenerit, Tepat. loc. tit. & detegatur, Hugon. Donell.
de pignor & hypothec. cap. 11. circa princ. † vel quan- 123
do creditori, cui fuit res adiudicata, obſtet ex-
ceptio, cùm tunc adiudicatio non ſubſiſtat,
Aſin. de execut. § 4. capite 12. ſub num. 2. Mantic. de
ſubhaſt. quæſt. 76. num. 6. & † ſiue obſtet exceptio 124
pro toto debito, ſiue pro parte, Ruin. conſ. 160. nu.
26. libro 2.

Vnde † admittitur minor ſub certo termi- 125
nō ad refundendum emptori precium, & le-
gitimas expenſas, & fundum retrahendum
quando non fuerit ſeruatus ordo in exequen-
do primo ſuper mobilibus, Papon. de arreſt. lib. 18.
tit. 6. arr. 2. & † quando probet modicitatem pre- 126
cij, Papon. d. lib. 18. tit. 6. arr. 3. vbi, † quod aliàs in 127
Francia non admittitur nec in caſibus fauora-
bilibus. † Nec ad detegendum nullitatem ſola 128
pignoris capio inſpicienda eſt, ſed tota vēditio,
quę, cum pro parte valere nō poſſit, (cum vnus
ſit contractus, & conſequenter indiuiduus) ſi
ex parte infirma ſit, tota corruat, † nec præceſ- 129
ſiſſe videatur pignoris capio, quam nulla di-
ſtractio ſequuta eſt, vt nec ſequuta dici poteſt,
quæ perperam ſit ſequuta, Anton. Fab. in ſuo Cod.
lib. 8. tit. 16. de diſtract. pignor. defin. 4. † Auditurque 130
debitor, quando Executor, ſeu Iudex vendit
rem debitoris vili precio, quia debitor eum
non elegit, & ſic non eſt quid ei imputetur,
Rimin. iun. conſ. 3. n. 30. lib. 1.

Sed aduertendum tamen eſt, quod, † cum 131
venditio pignoris perperam facta ſit, debitor
offerre debet creditori, non emptori, cui ſalua
remanet actio aduerſus creditorem, ſed, ſi ritè
facta ſit, non creditori, ſed emptori facienda
eſt oblatio, Fab. in Cod. lib. 8. tit. 16. defin. 19. & in alleg.
Nam † poſt factam pignoris venditionem eius 132
ſolius, qui comparauit periculum vertitur, lege
à Diuo Pio, § ſi poſt addictum, ff. de re iudic. Fab. d. de-
fin. 19. num. 2. in alleg.

Limit. tertio, vt † ceſſet ius offerendi poſt 133
ſententiam adiudicationis, ſeu venditionis, ſi
ea iam tranſiuerit in iudicatum, vel ab ea non
detur appellatio, nam tunc non licet amplius
debitori ab inuito creditore, ſeu emptore bo-
na adiudicata auferre, Aſin. de execut. § 4. cap. 135.
numero 3. Mangil. de ſubhaſt. q. 127. num. 16. & 17. Ca-
pyc. deciſ. 202. ſub numero 7. † ſecus verò durante 134
tempore ad appellādum, ſeu ſi debitor in tem-
pore

pore à ſententia appellabili appellauerit, quia
tunc poteſt, appellatione pendente, debitum
cum expenſis offerre, & pignus, ſeu hypothe-
cam à creditore liberare, & huiuſmodi adiu-
dicationem, vel venditionem reſoluere, *Rebuff.*
de præcon. licit. & ſubhaſt. art. 4. gloſſ. 1. num. 33. Aſin. de
execut. §. 4. cap. 135. num. 13. & §. 6. cap. 31. num. 20. &
24. Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 6. num. 11. quæſt. 131. nu. 2.
& quæſt. 132. num. 3. & ſeqq. Merlin. Pignatell. controu.
for. cap. 93. num. 7. Capyc. deciſ. 202. num. 13. & per tot.
135 *Magon. dec. Flor. 132. num. 13. verſ. & ex his.* Cum †
ſolutione principalis debitoris non ſolum in
prima inſtantia, ſed in ipſa quoque appella-
tione intelligatur ſublata cauſa, *§. fin. iuncta*
gloſ. inſtitut. de perpet. & temporal. action. Aſin. de
136 *execut. §. 4. cap. 70. ſub num. 3.* Et, † ſicuti appel-
latione pendente locus eſt iuri offerendi, ita,
& multo magis locus eſſe debet iuri reluendi,
cum dominum adhuc ipſum debitorem eſſe
dicendum ſit, *Aſin. de execut. dict. §. 4. cap. 136. nu-*
mero 13. & §. 6. cap. 31. num. 51. Mangil. de ſubhaſtatione
137 *quæſt. 132. num. 7.* † Sique debitor ſoluat, & bo-
na liberet pendente iudicio, vel in cauſa ap-
pellationis, eſt idem debitor abſoluendus,
dict. §. fin. vbi gloſ. in verb. abſoluere. Inſtit. de perpet. &
tempor. act. Aſin. dict. § capit. 135. num. 2. & §. 6. cap. 31.
n. 7. & 8.

138 Limitat. 4. † ſi Iudex in ſententia venditio-
nis, ſeu adiudicationis ius offerendi creditum,
& ſummam debitam, ſeu redimendi debitori
reſeruauerit, ſecundum æquiorem, & in pra-
ctica ſeruatam opinionem, *Aſin. de execut. §. 6.*
c. 32. & per tot. Durand. dec. 257. n. 16. & 17. vbi de fa-
cultate redimendi infra ſex menſes.

Quod quidem ius reluendi, ſeu redimendi
139 (cum † pignus luere, ſeu reluere idem ſit quod
redimere, *Nebriſſ. in vocabul. vtriuſque iur. in verb.*
140 *pignus*) † in ſententia reſeruatum, vel etiam ex
pacto cedi poteſt, *Gratian. diſcept. for. cap. 978. num.*
2. & ſequentibus. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 133. num. 6.
141 *& 7.* Et, † ſi facta in tempore à debitore iudi-
ciali oblatione, eadem res à debitore oblatore
ius habente vendatur, ea tranſit cum hoc iure
in ipſum emptorem, *Gratian. dict. cap. 978. num. 2.*
142 *& 11.* Prout † huiuſmodi ius tranſmittitur
etiam ad hæredes extraneos, *Gratian. dict. nu. 11.*
143 *Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 10. nu. 7.* Et † illud habens
præfertur etiam vicino, & conſanguineo qui
ex iure municipali poſſent rem venditam ven-
dicare, *Gratian. ibid. n. 8. & ſeqq. Mangil. dict. quæſt. 10.*
144 *n. 6.* † Nec liberatio facta licitatori ſub condi-
tione, ſeu reſeruatione, quod debitor poſſit
bona infra certum tempus reluere, efficit, vt
talis licitans ſit in hac venditione, quæ fit per
debitorem, præferendus, ex quo eadem bona
vti plus offerens emerit ad haſtam, *Mangil. de*
ſubhaſt. q. 77. n. 1. & 2.

145 Limitat. 5. † vt concluſio procedat in adju-
dicatione in ſolutum à Iudice facta per mo-
dum iudicij, ſecus in adiudicatione pignoris
conuentionalis creditori facta ex Principis
reſcripto, ex quo creditor illius pignoris em-
ptorem non inuenerit, adhibitis tamen ſub-
haſtationum ſolemnitatibus, vt per *Rot. apud*
146 *Mangil. de ſubhaſt. deciſ. 16. num. 8. in fin.* quia † tunc
datur debitori biennium ad illud redimen-
dum, *l. fin. Cod. de iur. domin. impetr. Aſin. de execut.*
§. 7. cap. 282. nu. 1. Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 127. n. 22.
Capyc. deciſ. 202. nu. 6. & 7. & ita intelligendus eſt
etiam idem *Aſin. eod. tract. §. 4. cap. 135. nu. 1. & Tuſc.*
in verb. offerre, concluſ. 80. nu. 2. & Add. ad Pract. Pan-
cirol. part. 3. verſ. tertio modo, in verb. creditor. Sed † 147
quando quis iure ordinario impetrauit à Iu-
dice ſecundum decretum, ſeu rei adiudicatio-
nem, tunc non auditur amplius debitor offe-
rens, nec infra biennium, dum tempus decem
dierum lapſum ſit ad appellandum, & non
appellauerit, *Bero. conſ. 102. nu. 27. lib. 3. Capyc. deciſ.*
202. nu. 7.

Quod † tempus biennij eſt continuum, non 148
vtile, nec in eo ſunt deducendæ feriæ, *Aſin. de*
execut. § 4. cap. 135. n. 4. & ſeqq.

Limitat. 6. † concluſionem vt ſupra am- 149
pliatam procedere de iure communi, ſecus ſi
aliter cautum ſit Statuto, vel conſuetudine,
Aſin. de execut. §. 4. cap. 135. num. 2. Morot. de ſecund.
credit. offer. num. 39. Fenzon. ad Statut. Vrb. capit. 194.
numer. 67. Mangil. de ſubhaſtation. quæſt. 127. num. 23.
Thomat. deciſ. 19. num. 28. & deciſ. 46. num. 5. & ſeqq.
& num. 19. † Nam ex illo, ſeu illa corrigitur 150
ius commune, & emptor, ſeu creditor effici-
tur dominus reuocabiliter, *Thomat. dict. deciſ. 46.*
num. 19. Et † tale tempus Statutarium, quam- 151
uis non currat contra pupillum, currit tamen
contra adultum, ſed ei competit in integrum
reſtitutio, *Guid. Pap. quæſt. 31. numer. 2. Ant. Sol. ad*
decret. Sabaud. lib. 3. tit. 39. de form. ac ord. obſeruand. in
pignor. ſubhaſtat. & deliber. bonorum ſtabil. 1. gloſ. 8.
num. 4. Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 102. num. 3. Prout
† huiuſmodi Statutum viget Romæ, ſecun- 152
dum quod debitor poſt ſecutam adiudicatio-
nem poteſt bona intra ſex menſes à die datio-
nis in ſolutum reluere ſoluendo quantitatem
debitam, pro qua fuit facta miſſio, ſeu execu-
tio, *Luc. Pet. in pract. lib. 8. cap. 2. num. 49. in fin. Fen-*
zon. ad Statut. Vrb. d. cap. 194. num. 67. & 68. & † 153
menſis eſt 30. dierum, poteſtque purgari mo-
ra per vnam diem tantum, vt tradit idem *Luc.*
Pet. ibid. num. 53. † Nec non ſimile Statutum ex- 154
tat Peruſij, vt per *Gilian. in adnotat. ad ipſum Statut.*
in verb. ſubhaſtation. verſ. ad redimendum & Came-
rini, vt per *Thomat. d. deciſ. 19. & 46.* & Piſauri, vt
per *Mangil. de ſubhaſtat. q. 102. num. 11.* atque Anco-
næ, *Rot. in Anconitana Prædij 29. Nouembris 1632. co-*
ram Reuerendiſſ. Dunozetto iuniore, poſt tract. deciſ. 95.
nu. 1. & per tot. vbi, quod, † licet Statutum lo- 155
quatur in adiudicatione facta creditori, illud
tamen obſeruatur etiam in adiudicatione fa-
cta tertio, quamuis aliud videatur dicendum
de iure, *vt ibid. n. 3.*

Eſtque † etiam iſtud tempus à Statuto con- 156
ceſſum continuum, non vtile, in eoque feriæ
etiam computantur, *Aſin. de execut. § 4. cap. 135. n. 4.*
& ſeqq. † Et incipit à die liberationis, & addi- 157
ctionis pignoris, & à die interpoſiti decreti,
non à die immiſſionis, *Guid. Pap. q. 22.* qui tamen
loquitur de conſuetudine, & ſtylo Parlamen-
ti Delphinatus. *Ant. Sol. ad decret. Sabaud. lib. 3. dict.*
tit. 39. de form. & ord. obſeruan. in pignor. ſubhaſt. & de-
liberat. bon. ſtabil. gloſſ. 8. n. 1. Vnde poteſt dici, quod
† in hoc ſint attendenda verba Statuti, & ipſa 158
conſuetudo, ac ſtylus loci. Sed. † an tale tem- 159
pus currat ignoranti, vel aliter impedito ex
iuſtis cauſis deducere iura ſua, & an creditori

Digitized by Google

conditionali, vide *Mangil.de ſubhaſtatione, quæſt.*
160 *102.nu.12.& 14.* † Appellatio tamen à debitore
interpoſita terminum ſuſpendit ad recupe-
randam tenutam, niſi calumnioſè fuerit in-
terpoſita, *Mangil.de ſubhaſt.d.quæſt.102.n.15.Ant.Sol.*
vbi ſup. n.3.

161 Huiuſmodique † ius redimendi, ſeu reluen-
di ex Statuto, ſeu conſuetudine prouenieris
videtur pariter cedi poſſe, quando ceſſio fit
cum re ipſa per debitorem ad ſe liberandum
à debitis, *Mangil. de ſubhaſt.quæſt.77. num.3. & ſeqq.*
162 *Thomat. dict. deciſ.46. nu.40.* † vel ceditur conſan-
guineo, ſeu propinquo, non autem extraneo,
Thomat.d.deciſ.46.num.32. & ſeqq. iunctis num.19. &
ſeqq.

163 Limit.7. † vt poſſit debitor, offerendo pre-
cium, recuperare ab emptore rem venditam
per creditorem, præſente etiam debitore, pro-
pria auctoritate ſine facultate illam vendendi,
& ſi in aliquo alio vltra pretium intererit em-
ptoris propter huiuſmodi euictionem, ad il-
lud tenebitur creditor, qui per dolum vendi-
dit abſque auctoritate. *Neguſ. de pignor. par.6.*
membr.1.n.40.ſub verſ.quarto fallit.

164 Limit.8. † in Iudicibus Supremis, qui qui-
dem quocunque tempore, hoc eſt, etiam lapſo
tempore ex Statuto, vel conſuetudine conceſ-
ſo ad redimendum, ſeu retrahendum res im-
mobiles audiunt debitorem, & iubent, vt cre-
ditor poſt ſolutionem ſui crediti, id eſt ſortis
principalis, expenſarum, & vſurarum etiam
decurſarum tempore, quo creditor poſſedit, il-
li factam à debitore reſtituat omnia bona di-
ſtracta cum fructibus, *Felician. de cenſibus, tom.1.*
cap.3.n.6.verſic.nec ignoro, & tom.2.lib.1.cap.3.n.1.3. &
4. vbi de ſtylo, & praxi frequentiſſima illarum
165 partium, & quod † videtur, originem traxiſſe,
quia æſtimatum ſit, addictionem iſtam pigno-
ris iudicialis vicem ſortiri, non autem eſſe ve-
ram emptionem, & venditionem, licet *d.tom.2.*
lib.1.cap.3.nu.2. alleget tenentes, quod in Sum-
mis Prætoriis non fiat fructuum reſtitutio,
166 quia † in reſtitutione ex gratia non veniunt
167 fructus, *Gratian. deciſ.134. in addit. nu.3.* & † etiam
quod addictio facta fuerit, non creditori, ſed
perſonæ à creditore ſuppoſitæ, & ſiue facta ſit
168 addictio cum clauſula, & proteſtatione, *con be-*
neficio del tranaſſo, ſiue ſine, *Felician.d. tom.2. libro* 1.
169 *cap.5.nu.6.* & † quamuis bona poſſideantur per
tertios poſſeſſores; quaſi creditor, & tertius
poſſeſſor non ſint in damno, *Gratian. d. deciſ.134.*
170 *in addit.nu.3.* † Eoque magis ſi agatur cum mi-
nore, & conſtet de læſione arbitranda per Iu-
dicem, vt ſi ſit in ſexta parte, *Gratian. ibid. nu.3.*
171 *& 4.* Vnde † tempus datum à Statuto, vel con-
ſuetudine ad retrahendum rem addictam in
publica ſubhaſtatione locum ſolum habet,
cum addicitur extraneo, vel creditori vti ex-
traneo plus licitanti, alioquin nullo tempore
excluditur debitor ab illa repetenda, niſi ali-
ter Statutum diſponat, vel conſuetudo ſeruet,
Felician.de cenſibus tom.2.lib.1.cap.3.n.6.in fin.

172 Extende limitationem, vt, † quamuis hæc
praxis, & reſciſſio inducta ſit, vt fiat auctori-
tate Supremorum Iudicum, & Prætorum
magis ex gratia, & æquitate, quam ex iuſtitia,
Felician.d.tractat.de cenſibus tom.1. lib.1. cap.3. nu.10. in
fin. † attamen ea inualuerit non ſolum apud 173
tribunalia ſuprema, ſed etiam apud inferiora,
& tam apud ſæcularia, quam apud Eccleſia-
ſtica, ſecundum *Felician. d. tract. de cenſibus tom.2.*
lib.1.cap.3.n.1. † nec inferiores Iudices huiuſmo- 174
di humanitatis exemplum vſurpantes ſunt
culpandi, quia veluti à fonte riuulos aquæ, ſic
à maioribus doctrinæ exemplum deriuare ho-
neſtiſſimum eſt, *Felic. ibid.*

Declarat. tamen, vt † hæc praxis quoad 175
intereſſe, aut vſuras ſortis non ſolutæ ſem-
per ceſſet, vbi pro reditibus decurſis in cau-
ſam executionis pignora capta ſint, & addi-
cta creditori, *Felician. de cenſibus d. tom.2. libro* 1.
c.3. nu.9.

Nec † etiam locum habere poteſt hæc praxis 176
quando executio facta ſit pro debito mutui,
niſi aliundè creditoris interſit, *Felician.loc.proxi-*
mè citat.

Prout † non licet creditori, cui in publica 177
ſubhaſtatione addicta fuit res cenſui ſpeciali-
ter ſuppoſita, percipere reditum annuum ex
re ipſa eiuſque fructibus, & eius reditus alium
reditum, ſi aliunde non interſit, quam ex mo-
ra debitoris, *Felic.dict.tractat.de cenſibus tom.1 lib.1.*
cap.13.n.9.

Limitat.9. vt, † cum res addicta fuerit cre- 178
ditori in pignus prætorium, etiam poſt 30.an-
nos offerri poſſit debitum cum expenſis, &
reditibus, ſtante præſertim enormiſſima læ-
ſione, *Mangil.de ſubhaſt.quæſt.91.n.5.*

Oblatio vero † debet eſſe realis, & cum ef- 179
fectu; ita vt, vbi debitum ſit liquidum, non
ſufficiat ſola verbalis, *Ant. Sol. ad decret. Sabaud.*
lib.3.tit.39. de form. ac ord. obſeruan. in pignorat. ſub-
haſtat. & deliberat. bon. ſtabil. gloſ.8. num.6. Pacific. de
ſalu. inſpec.5. capit. 1. num. 23. & 39. Gratian. diſcept.
forenſ.476.num.46.Mangil.de ſubhaſtat.quæſt.69.n.14.
Magon.deciſ.Flor.132.nu.17. † præſertim ad reſcin- 180
dendam venditionem, vel adiudicationem pi-
gnoris iam factam, *Bertach. in verb. oblatio. ſub*
num.30. † nec poſſit fides haberi de precio, ſed 181
debeat precium, ſeu debitum offerri, & qui-
dem in iudicio, illiuſque pecunia aſportari, &
ſolui, ac conſignati, *gloſſ. in l.ſi poſt.Cod.de diſtract.*
pignor. & in l.ſi rem in fin.ff.eodem l.res,quæ ff.de iur.
Fiſc.l.quicunque,§.ſi inſtitor.ff.de in lit. §. præterea. in
Authent.de alien. & emphyteut.collect.9.Rebuff.de præ-
con.licit. & ſubhaſt. artic.7.gloſſ.1.nu.22. Ant.Sol.dict.
gloſſ.8.num.6.Pacif.d.inſpect.5.cap.1. num. 24. & ſeqq.
† Niſi creditor recuſaret recipere, etiam per 182
taciturnitatem, ſeu contumaciam, quo caſu
ſufficit ſola verbalis oblatio, *l.ſi fundus, Cod. de*
reſcindend. vend. l.ſi reſiduum, Cod. de diſtract. pignor.
Anton. Sol. vbi ſupr. num.7. Pacific.loc.citat.num.28. &
29. Mangil. de ſubhaſtatione quæſt.48. num.7. Duran.
deciſ.148. num.4. † cum ſubſecuto depoſito pe- 183
nes ædem Sacram, vel alium idoneum per Iu-
dicem eligendum, & conſenſu præſtito illius
conſignationi, *l. ſi prius quam, Cod. de diſtract. pi-*
gnor.l.ſi reus,ff. de procurat. Carpan. ad Statut. Medio-
lan. lib.1. cap. 248. num.6. Cenc. de cenſibus quæſt.111.
nu.22. & 30. iuxta nouiſſ.impreſſ.Taurin.Rot.poſt Paci-
fic. de ſalu.deciſ.226. n.2. Duran.d.deciſ.108.nu.4. & 6.
& deciſ.421.nu.2. † præuia citatione, ſeu inſtan- 184
tia parte præſente pro receptione, alias pro
mandato de deponendo, vt per *Pacific. de ſalu.*
d.inſp.

Digitized by Google

d. inſpect.5. cap.1. num. 38. & ſequentibus. Cenc. de cen-
ſibus. dict. quæſt. 111. num. 20. & ſequent. & ibi Rot.
deciſ.177. numer.5. & 6. & deciſ.449. num.3. Thomat.
deciſ.46. numer.5. & ſequent. Gregor. XV. deciſ. 480.
numer. 1. deciſ. 492. numer. 16. & deciſ. 505. numer. 5.
& 8. Durand. deciſ. 411. numer. 2. Rot. in Anconita-
na Bonorum 28. Maij 1618. coram M. Andrea, poſt
tract. deciſ.28. numer.5. & in his terminis intelli-
gendus videtur, Bertach. in verb. oblatio, num. 10.
30. & 70.

185 Sed † ſola verbalis oblatio, quæ eſſet facta
ante ſententiam adiudicationis, & venditio-
nis potens ſaltem eſſet ad annullandam, &
reſcindendam adiudicationem, & venditio-
nem factam poſt ipſam oblationem, Bertach. in
d.verb.oblatio.ſub num.30. Mangil.de ſubhaſt.quæſt.69.
nu.15. Magon.dec.Flor.132.nu.17. Thomat.d.dec.46.nu.8.
Rot. poſt Pacif. de ſalu. dec.281.nu.11. & apud Cenc. de
186 cenſib.deciſ.267.nu.1. & 2. & dec.269.nu.1. & † para-
ret debitori actionem pignoratitiam, Bertach.
187 in d.verb.oblat.ſub num.70. quia, † facta oblatione
debiti, ceſſare debent proclamata, & venditio-
nes, Mangil.de ſubhaſt.d.q.69.n.26.

188 Vt quoque † non ſufficeret oblatio, & de-
poſitum conditionale cum conditione extrin-
ſeca, ſed bene ſuffragaretur cum conditione
intrinſeca quæ veniret ex natura actus, Paci-
fic.de ſalu.d.inſpect.5.cap.1.num.31. & ſeqq. & ibi Rot.
dec.267.n.7 Cenc.de cenſib.d.q.111.ſub nu.28. & 29. &
ibi Rot.dec.144.nu.4.dec.238.nu.1. & 7. dec.277.nu.12.
dec.296.nu.2.dec.383.nu.1. & dec.389.nu.9. & in recent.
deciſ.725.n.11.par.2. Greg.XV. d.dec.492.nu.14. Duran.
189 dec.421.nu.5. & ſeqq. Vnde † videtur admitten-
da oblatio cum conditione de faciendis com-
190 putis, Rot.apud Pacif. de ſalu. dec.367.nu.7. & † de-
poſitum ſub conditione, quatenus creditor fi-
nem faciat, & bona ipſa relaxet, Aſin. videndus
191 de execut. §.6.cap.3.nu.39. & ſeqq. & † in concurſu
creditorum & diſcuſſione cum conditione,
quod præſtetur cautio de reſtituendo priori-
bus, & potioribus, Cenc. d.q.111.ſub nu.29.verſ.poſ-
192 ſet tamen. Duran.d.dec.441.nu.1. Fieri † vero debet
oblatio ab ipſo debitore, Bertach. in verb. oblatio.
193 nu.10. † ſiue illius ceſſionario in caſu, quo ceſ-
194 ſio teneat, † vel ab illius legitimo procurato-
195 re Rot.recent.deciſ.89.num.2.par.1.vbi num.3. quod †
mandatum præſumeretur ex magna exbur-
ſatione. Sed quod non requiratur ſpeciale
mandatum, cum actus tendat ad domini vti-
litatem, & etiam ab extraneo poſſit fieri obla-
tio, tradit Rot.penes Pacif.de ſalu.dec.267.nu.5. & 6.
196 vt † verſa vice ſpeciale requiritur mandatum
ad pignus remittendum, l.ſi conſenſit §.1.ff. qui-
bus mod.pign.vel hypoth.ſolu. Gaballin.ad conſtit.Marc.
lib.6.cap.11.littera D.nu.4.verſ.nonus, niſi ſpecialiter.

198 Offerrique † debet, & ſolui, vel in caſu re-
cuſationis deponi ſors principalis, Ant. Sol. ad
decret.Sabaud. lib.3. de form. & ord. obſeru. in pignor.
ſubhaſtat. & delib. bon. ſtab. gloſ.8. num.8. & quanti-
tas debita, Merlin.Pignatell. controuerſ.forenſ.cap.93.
199 num.11. † omne id, in quo debitor condemna-
tus eſt, Neguſ.de pignor. par.3. membr.3. num.3. & 4.
& par.6. memb.1. ſub num.15. Add. ad pract. Pancirol.
par.3. verſ.vbi ergo condemnatus, in verb. & hoc voca-
tur pignus iudiciale, fol. 297. Anton. Fab. in ſuo Codic.
200 lib.8.tit.17. defin.3. ac † integrè, Neguſ.ſub d.num.15.
Mangil. de ſubhaſt. quæſt.21. num.10. Durand.deciſ.421.
num.9. & Rot. in Romana executionis de Rayneriis 21
Aprilis 1608. coram Ortembergo, poſt tract. deciſ.19.nu.1
† non minus, Rot. recent. dec.725.nu.11.par.2. † nec 201
non etiam offerri, & ſolui debent vſuræ, Neguſ. 202
vbi ſup. † ac damna, & intereſſe, Anton.Sol.d.nu.8. 203
Mangil.de ſubhaſt.quæſt.98.nu.1. quamuis † intereſ- 204
ſe ex lucro ceſſante non debeatur, niſi proba-
tis requiſitis, de quibus per Caſtrenſ. in l.3. §.fin.
ff. de eo, quod cert. loc. & per Rot. in Aſiſien. Nullitatis
ſubhaſtationis 30. Maij 1592. coram Orano, poſt tract.
dec.8.nu.1. prout † nec damnum emergens, non 205
conſtito de ipſo damno paſſo, vt in eadem Aſ-
ſiſien. poſt tract. dict. deciſ.8. num.2. † Nec non ſol- 206
uendum eſt augumentum tam temporis,
quam meliorationum, cum hoc cedere debeat
in beneficium ipſius, cui pignus fuit adiudi-
catum, vel venditum, Merlin. Pignatell. controu.
for. cap.193. nu.11. prout † melioramenta deben- 207
tur licitatori, & creditori, qui rem reſtituere
tenetur ob nullitatem ſubhaſtationis, Mangil.
de ſubhaſtat. quæſt.98. num.1. & quæſt.193. in princip. † 208
Teneturque vendicans ſua bona diſtracta, reſ-
ciſſa adiudicatione, ſeu venditione, creditori
& emptori cuicunque offerre, & ſoluere me-
lioramenta in illis facta, Gratian.diſcept.for.capit.
479.nu.40. Mangil. de ſubhaſt. quæſt.114.nu.22. Giurb.
deciſ.105.nu.28. vbi de veriori, & etiam meliora-
mentorum fructus, Giurb.ead.dec.105.n.19. Quem-
admodum † ſoluere debet ſumptus, Ant. Sol.ad 209
decret. Sabaud. lib. 3. de form. ac ord. obſer. in pignor.
ſubhaſt. & deliber.bon.ſtabil.gl 8.nu.9. Duran. dec.421.
nu 9. Neguſ.de pignor. d.par.3. memb.3. nu.4. & par.63.
memb.1. ſub numer.15. Ant. Fab. in Cod. lib.8. tit.17.
defin.3.

Alias, † ſi aliquid modicum reſtet de debi- 210
to, debitor non auditur, Fab. in Cod. lib.8. tit.16.
defin.7. & 20. † nec creditor, ſeu emptor tenetur 211
oblationem acceptare, Ant. Sol. d. gloſſ.8. num.8. † 212
Nec emptor, cui intimatum eſt, ſeu proteſta-
tum, ne emat, conſtituitur in mala fide, Neguſ.
de pignor. d. par.6. memb.1. ſub num.15. vbi, quod † 213
idem eſt in ſecundo creditore proteſtante, ne
primus vendat. † Et datur ei pro prædictis re- 214
tentio, Pignatell. controu. for. d. cap 93.nu.12. Et, † 215
vbi pignora ſint addicta, & intra terminum
ad reluendum, ſeu redimendum, forſan à Sta-
tuto conceſſum, velit debitor ipſa pignora re-
luere, ſeu redimere, & deponat ſummam pe-
cuniarum, pro quibus facta eſt executio com-
petit nihilominus creditori retentio pro alio
credito, ſi ſit liquidum, & verum, & aduerſus
illud nil per debitorem objici poſſit, Mangil. de
ſubhaſt. q.53. nu.5. & ſeqq. vbi, quod eſt receptiſſi-
ma opinio, & de retentione pro vſuris, quam-
vis in eam cauſam pignus captum non ſit, tra-
dit Ant.Fab.in ſuo Codic. lib.8.tit.16. diffin.24. & † eo 216
magis vbi pro alio credito, pro quo prætten-
ditur retentio, fuiſſet data debitori quindena,
Mangil.d.q.53 n 9.

Atque † debet debitor volens etiam annul- 217
lare, & reſcindere ſubhaſtationem, vel adiudi-
cationem ad effectum, vt poſſit audiri, debi-
tum offerre, Gratian.diſcept.forenſ.cap.16.n.37. & 38.
Mangil.de ſubhaſt.q.48.nu.7. & q 52.n.3. † nec po- 218
teſt venditionem pignoris minus ritè factam
aliter improbare, quam ſi totum debitum
offerat cum legitimis acceſſionibus, l.1. C.

Digitized by Google

ſi vendit. pign. agat. l.1. C. de fid. inſtrum. & iur. haſt. Fiſcal. lib.10. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condi. indeb. Ant. Fab. in ſuo Cod. lib. 8. titul. 17. deſin.1. &
219 *num.2. in allegat.* & † pretium ſolutum per licitatorem reſtituat, *Grattan. diſcept. for. cap.7. num. 29. & cap.479. num.45.* vbi in caſu petitæ manutentionis, *vt ibid. num.25. verſ. omiſſa itaque Mangil. de ſubhaſtat. quæſt.48. in fin. quæſt.48. nu.1. & ſeqq. & quæſt.114. n.11.*

220 Immo, † nec probata læſione etiam enormiſſima vltra dimidiam in ſubhaſtatione, vel adiudicatione poteſt debitor rem ſuam repetere, niſi reſtituta prius creditori, aut tertio licitanti ſorte cum legitimis vſuris, *Giurb. d. dec.*
221 *105. nu.7.* cum † nemo poſſit addictionem retractare, niſi reddito prius pretio cum legitimis vſuris, etiam quod ſit minor, *Pignatell. contr. for. d. cap.93. n.11. in fin. Gamm. dec.40. n.1. Giurb. d. dec.105.*
222 *num.7.* † nec enim minor regulariter recuperat bona nulliter alienata, nec per viam reſtitutionis in integrum, niſi reſtituto pretio, & fructibus in eius vtilitatem verſis, etiam propter ſolutionem factam eius creditori de eo, quod ipſe minor debebat, *Seraph. de priuil. iuram. priuil.6. Buratt. dec.49. nu.21.* quamuis, ſtante nullitate, & ceſſante bona fide, non debeantur vſuræ ex æquitate, *l. curabit. C. de act. empt. Rot. in d. Aſſiſien. Nullitatis ſubhaſtationis 30. Maij 1597. coram Orano, poſt tract. deciſ.8. nu.3. & ſeqq.*

223 Prout † nec reſciſſa, ſeu nulla exiſtente alienatione facta per Fiſcum de re debitoris Fiſcalis, poteſt debitor illam rehabere, niſi oblato, & ſoluto ſibi debito, pro quo fuit vendita, licet minus ſolemniter, *Peregr. de iur. Fiſc. lib.6. tit.4.*
224 *de vend. & empt. Fiſcal. nu.21.* Et † ex legibus Dominij Veneti, & obſeruantia Cameræ Patauinæ emptores extrahi non poſſunt de ſuo poſſeſſu, niſi prius reſtituto pretio exburſato cum expenſis poſſeſſus, & inſtrumentorum, ac melioramentis in re factis cum fructibus, ſi quos non percepiſſent, *Peregr. ibid.*

225 Præſumitur † enim debitor deceptus in pretio, quo res illa diſtracta fuit, & ideo Iudicantium praxis illi ſubuenit hoc remedio, quæ
226 & naturali æquitati innixa videtur, nam, † cum creditori, aut tertio licitanti plenè ſit ſatisfactum, æquiſſimè iudiciorum vſus eos compellit, rem ipſam debitori dimittere, *Giurb. d. deciſ.105. n.7.* Et eſt in venditionibus Fiſcalibus ſpeciale, vt ſi debitoris fundus legitimè etiam venditus ſit, minori pretio, quam debiti ſumma ſit, poſſit debitor, ſoluto integro debito, fundum ſuum rehabere, *Peregr. de iur. Fiſc. lib.6. tit.4. de vend. & empt. Fiſcal. n.22.*

Sed, dum ſupra diximus, debitorem, volentem bona ſibi leuata & non ſeruatis ſeruandis ſubhaſtata, & adiudicata, ac illorum fructus recuperare, teneri offerre, ac reſtituere debi-
227 tum cum intereſſe, ſeu legitimis vſuris, † procedit id, ſi opponatur, ſecus ſi non opponatur ſecundum communem, & magis communem, *Mangil. de ſubhaſt. q.21. n.2. & q.91. per tot.*

228 Admittitur † tamen debitor ad ius offerendi compenſatis fructibus, *Mart. conſ.95. nu.14.* Et,
229 † quatenus debitor, ſeu dominus debitum ſoluere velit, dum res proclamatur, ceſſabunt præconia, etiam quod non ſoluat expenſas, quas poterit poſtea creditor per viam actionis petere, † & tenebitur reus ſoluere eas expen- 230
ſas factas in præconiorum proſecutione, ſed non eas, quas contra opponentes creditor fecerit hoc caſu, licet ſecus ſi res fuerit per decretum adiudicata, ſecundum *Rebuff. de præcon. licitat. & ſubhaſt. art.1. gloſſ.2. nu.17.* vbi, quod hoc vidit in quibuſdam Curiis ſeruari, quamuis † 231
regulariter tota res vendi poſſit, quandiu nondum integra ſoluta eſt pecunia, *per l. quandiu. & l. quæ ſpecialiter. C. de diſtract. pignor. & Soc. conſ.224. vol.2. & refert Mangil. de ſubhaſt. q.190. n.4. & 5.*

Offerens † vero debitor aliam rem pro eo- 232
dem debito non liberat captam, niſi offerat pecuniam, *l.4. §. ait Prætor. ff. de re iudic. l. ſi rem. in fin. cum l. ſeq. ff. de pignorat. act. Rebuff. de præcon. licitat. & ſubhaſtatione artic.4. gloſſ.1. n.30. Mangil. de ſubhaſt. quæſt.124. nu.1. & ſeqq.* Vnde † ad impediendam 233
venditionem immobilium non admittitur oblatio mobilium inuito creditore, *Gluſian. de dat. in ſolut. cap.11. nu.183.* † Minuſque auditur de- 234
bitor, niſi omnia luat, vel redimat, *Neguſ. de pignor. part.6. membr.1. num.21. Ant. Sol. ad decret. Sabaud. lib.3. de form. & ord. obſeru. in pignorat. ſubhaſt. & deliberat. bon. ſtab. gloſ.8. in fin.*

Et † quamuis *Buratt. deciſ.735. nu.5.* dicat, de- 235
bitorem poſſe re integra, ſoluendo debitum, pignus in totum, vel pro parte liberare, attamen iura, quæ allegat, hoc non probant, ſed potius contrarium.

Oblatio † tamen pecuniæ debitæ cum ſub- 236
ſecuto etiam depoſito non operatur, vt debitor poſſit propria auctoritate poſſeſſionem pignoris nanciſci, quæ in creditorem tranſlata eſt, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.7. gloſſ.3. par.6. n.7.* ſed ad eam requiritur auctoritas Iudicis.

Huiuſmodi autem † ius offerendi, ſeu luen- 237
di competens debitori an præſcribatur, vel non, eſt difficultas, ſecundum *Vinc. de Franc. deciſ.69. in fin. par.1.* vbi tamen ſe remittit ad *Neguſ. de pignor. 5. par.3. memb. colum. penult. verſ. vltimo in hac materia, & ad dec. Pedemont.115.* quos videas; & etiam videas *Card. Tuſc. in verb. ius offerendi quanto tempore præſcribatur.* Sed, quod oblatio non admittatur poſt annum, tradit *Rot. in Anconitana, Prædij 17. Maij 1627. coram Pirouano, poſt tract. ut. deciſ.63. nu.14.* & quod huiuſmodi ius offerendi præſcribatur ſpatio 30. annorum, tradit *Mart. conſ.65. nu.15.* & de communi, & magis communi *Gabr. de præſcript. concl.7. nu.1. vbi nu. ſeqq. dat limitationes.*

Præſcriptio † tamen Statutaria quoad bo- 238
na adiudicata, ſeu in ſolutum data tunc locum habet, quando adiudicatio, ſeu in ſolutum datio ſubſiſtit, ſecus ſi ex aliqua cauſa non ſubſiſtat, vt puta ex defectu citationis, vel gabellæ non ſolutæ, aut quacunque alia de cauſa, *Aſin. de execut. n.4. cap.60. n.2. & cap.139. n.1.*

SVMMARIA.

1 *Executores reperientes, bona poſſideri per debitorem, non debent, ſe ab executione abſtinere, ſi alius aſſerat, eſſe ſua, ſed cognitio Iudici reſeruatur.*

2 *Tertio dicenti, bona executa eſſe ſua, non creditur, nec executio dimittitur, niſi probet. & n.3.*

3 *Res*

Digitized by Google

3 Res præſumitur poſſidentis, niſi aliter conſtet ex inſpectione, & n.4.

5 Pignora propria data per matrem, vel vxorem debitoris ad ipſius carcerationem effugiendam debent reſtitui.

6 Matris bona non ſubhaſtantur pro debito filij.

7 Bona reperta in domo viri eiuſdem præſumuntur, & quare, & quæ vxoris.

8 Et exiſtentia in domo vxoris præſumuntur vxoris.

9 Subhaſtationes non ex abrupto, ſed ex cauſa, & re benè penſata concedendæ ſunt.

10 Iudex ex allegata probabili cauſa poteſt executionem differre.

11 Et debet opponentem audire, ſi offerat, ſe probaturum, ſiue prætendat ſe dominum, vel poſſeſſorem, ſiue pignus, vel hypothecam, & num.12. Ampl. vt nu.13. & 14.

15 Iudex exequens cognoſcit quæſtionem emergentem ſuper rebus pignori captis.

16 Auctiones admittunt ſubhaſtationum Executores.

17 Oppoſitiones audiri, & dirimi debent, antequam res ſubhaſtata delibcretur, vel adiudicetur, & n.18.19. & 20.

20 Lintienſium contradictionis ſignum in ſubhaſtationibus.

21 Tertius dicitur, qui venit ad cauſam, quæ inter alios agitur, & quare.

22 Actor, & reus quis ſit in ſubhaſtationis iudicio.

23 Opponitur duobus modis ſubhaſtationibus, & primus eſt, cum opponitur, ne res vendatur, quia tota, vel pars prætenditur opponentis, vel à ſe poſſeſſa, vel quod in ea ius habeat, & nu.25. & 29. & dicitur oppoſitio annullandi, vel ſeparandi fine, vt nu.33. & 34.

24 Mandatum contra virum non exequitur contra bona vxoris, & n.27.

26 Tertij ſola poſſeſſio per ipſum allegata executionem impedit.

28 Executio non permittitur contra tertium, licet ſe litì oppoſuerit pro ſuo intereſſe.

30 Tertius veniens pro ſuo intereſſe impedit executionem rei iudicatæ, & trium conformium, & eſt audiendus & numero 31. & 36. Ampliat. vt numero 32.

36 Opponenti annullandi, vel ſeparandi fine debet dari, ſi petat inclamationum, & auctionum exemplum.

37 Tertius ad impediendum inſtare debet, vt Iudex ad executionem non properet.

38 Et admittitur etiam poſt ſententiam diſcuſſionis, ſed intra terminum ſubhaſtationi præfixum, & ante addictum pignus, non poteſt, & num.39.40. & 41.

42 Pignus quando dicatur addictum.

43 Diſtractio rei adiudicatæ quando dicatur perfecta.

44 Præſumitur pro executione, & creditur Nuntio, & Executori.

45 Debitoris præſumuntur bona, & ab eo poſſeſſa, quæ refert Executor vti ſua cepiſſe.

46 Tertio incumbit onus probandi, & quid. & numero 60.

47 Et ſi ipſe velit probare in continenti, eſt executio retardanda per breue tempus, in quo, ſi clarè non probet, executio amplius non differtur, ſed, ſi probet, vlterius non proceditur, & pronunciatur pro eo cum victoria expenſarum, & intereſſe, & nu.82. & ſeqq. & nu.88. & 105. & in caſu contrarij poteſt appellari, vt n.85.

49 Tertius auditur, etiam ſi de iure ſuo doceat apparenter, & ſummariè, vel per vnum teſtem, & ſemiplenam probationem, & num.50.51.52. & 53. antequam poſſeſſio ab eo auferatur, vt nu.54. & executiuè, vt nu.55.

56 Nec illi ſummaria cognitio præiudicat, ſi poſtea agat ordinariè.

57 Pignus addictum creditori proficit vſucapioni.

62 Tertius poſſeſſor abſens, & non citatus executionem, & ſubhaſtationem impedit. Ampliat. vt n.62.63. 64. & 85. Limit. vt n.86.

65 Inhibitio contra creditores vnius non afficit creditores alterius.

66 Tertius poſſeſſor non eſt in poſſeſſione turbandus.

67 Nec ea per executionem priuatur.

68 Et poteſt in eadem ſine pœna permanere, & manuteneri, & nu.69.

70 Nec conueniri poteſt actione perſonali, nec executiuè, neque in vim obligationis cameralis, ſed ordinariè tantum, & remediis contra tertios poſſeſſores competentibus, & numero 71. & 72.

73 Et nulliter contra eum proceditur via executiua, & pro executione mandati contra alium relaxati, & appellari poteſt, & n.74.

75 Tertius poſſeſſor dicitur etiam ille, contra quem eſt mandatum relaxatum ſub vno nomine, & exequitur in bonis, quæ poſſidet ſub alio nomine, & ipſam executionem impedit.

76 Executio facta in bonis non hæreditariis, vel fideicommiſſo ſubiectis, contra quæ mandatum non cantet, dicitur exceſſiua, & n.77.

78 Nulla dicitur, quando mandati forma non eſt ſeruata.

79 Subhaſtatio cum mandato contra vnum ſuper re alterius non citati nulla eſt, etiam ſi & ipſe ſit debitor.

80 Bona, quæ fuerunt patris quoad proprietatem, & matris quoad vſumfructum, præſumuntur à filiis poſſideri vti hæreditaria patris, & ſuper illis vti talibus fieri poteſt executio.

81 Donatarius quando non poſſit dici tertius poſſeſſor.

89 Executio facta in re alterius, quam debitoris, ſeu etiam ſubhaſtatio, & adiudicatio eſt retractanda, præſertim ſi ille non fuerit citatus, & nu.90. & 95. Ampliat nu.97 & ſeqq.

91 Haſta fiſcalis, ſeu publicæ auctoritas non tollit legitimo domino, quod ſuum eſt, & numero 92. 93.

96 Datio in ſolutum rei, quæ non ſit debitoris, non valet.

101 Tertio poſſidente ſe opponente, probatio proprietatis, ſeu iuris, vel poſſeſſionis debitoris incumbit creditori.

102 Sententia lata ad fauorem tertij venientis ad impediendam executionem non nocet debitori.

103 Tertius non habens probationes in promptu, ſed petens terminum, & volens probare per teſtes, & articulos dare, non impedit executionem, & quare.

104 Non poſſidens non impedit regulariter executionem, ſiue creditum contineat obligatio-

nem cameralem, ſiue non.

106 Tertij oppoſitiones ſi videantur legitimæ, & non rejiciendæ, quomodo illarum probationes admittantur.

107 Clauſula, ſine præiudicio obligationis cameralis &c. præſeruat ius etiam quoad ſubhaſtationem, eiuſque proceſſum.

108 Iudex videns tertium opponentem de iure impedire non poſſe ſubhaſtationem, quomodo pronunciet, ſeu ſe gerat in procedendo.

109 Vxor quando, & quomodo impediat creditores poſteriores in ſubhaſtatione bonorum viri occaſione aſſecurationis ſuæ dotis, & num. ſeqq. vſque ad num. 126.

126 Tertius, niſi ſit vxor, non poteſt ſub prætextu anterioris hypothecæ executionem, & ſubhaſtationem poſterioris creditoris impedire. Ampl. vt nu. 127. lim. vt nu. 128. 130. & 131.

129 Prior in tempore, potior eſt in iure.

132 Executio an poſſit fieri, & an cum citatione, vel ſine, ſeu potius agendum ſit ordinariè contra tertium, in quem debitor alienauit, dum executio contra ipſum parata erat, & diſtinguitur materia in ſeptem caſus, & num. ſeqq. vſque ad n. 189. & nu. 198.

134 Ab executione non eſt inchoandum contra tertium poſſeſſorem.

140 Agi non poteſt nec ordinariè aduerſus merces, & gregem in alium alienatas ante iudicium, tanquam ea liberè ab hypotheca alienantis tranſierint.

159 Vidua habens mandatum contra bona hæreditaria viri, & exequens, ac ſubhaſtationem obtinens, non poteſt dici ante ſubhaſtationem poſſediſſe.

164 Res immobilis, ſuper qua facta eſt executio, in Francia traditur viro probo, & quare, & is poteſt locare plus offerenti Iudicis auctoritate, domino, & licitatore, ac intereſſe habente citato.

165 Præceptum de non alienando, & ſequeſtrum in fructibus fieri poteſt poſt factam in re executionem, & nu. 166.

167 Sequeſtrum in vim mandati non reuocatur cautione.

168 Executio quando dicatur facta, & pignus captum mediante ſequeſtro in fructibus cenſus, ſeu locorum montium.

169 Executio in vim mandati, cuius executio ſit ſuſpenſa per appellationem, & commiſſionem cum clauſula, ſi quid exequendum, non attenditur, vti attentata.

170 Mandatum executiuum per ſatisfactionem, etiam probabilem conſumptum non afficit rem per debitorem alienatam, & n. 171. & 172.

174 Mandatum, & executio nullitatis vitio laborantes habentur, ac ſi non adeſſent.

182 Debitor, præconis pendentibus, poteſt rem inclamatam, ſeu illius fructus vendere, Curia permittente, ad effectum tamen ſoluendi debitum, vel deponendi, & interim ſuperſedetur, & quare, & nu. 183. 184. & 185.

186 Creditor cogitur oſtendere debitori rem mobilem habentem in pignus ad effectum vendendi, data cautione de pretio ſoluendo, vel deponendo.

189 Emptor ad haſtam, cui res iam fuit deliberata, præfertur ei, qui poſt deliberationem emit à debitore.

190 Tertius quando non ſit audiendus pro recuperatione rei ſuæ niſi ſoluto debito creditori.

191 Alienatio in fraudem paratæ executionis dicitur ſi ſit voluntaria, non ſi neceſſaria, & cauſam habens antiquiorem, & ante iudicium.

192 Fraus præſumitur in alienatione facta vili precio.

193 Tertij in fraudem poſſidentes non conueniuntur in ſolidum, ſed pro rata.

194 Edictum tit. ff. quæ in fraud. credit. vt intret, quæ requirantur tam in alienatione facta titulo oneroſo, quam in facta ex cauſa lucratiua, & numero 195.

195 Scientia fraudis in debitore alienante ex quibus probetur.

197 Fraudis præſumptio in tertio acquirente ceſſat ex aſſumpto onere ſoluendi debitum, & ſubſecuto depoſito.

199 Tenuta conceſſa in bonis alienari prohibitis, vel fideicommiſſo ſubiectis, non tenet, prout nec ſubſecuta deliberatio, vel adiudicatio, & numero 200. & 202. Ampliat. vt numero 203. & 204.

201 Primo decreto non ſubſiſtente, multo minus ſubſiſtit ſecundum.

205 Hæres non impedit, quo minus creditores defuncti ſubhaſtent rem alteri relictam, ſeu alienari prohibitam, vel fideicommiſſo oneratam.

206 Teſtator impedire non poteſt, quin eius creditores ius ſuum in ipſius bonis conſequantur.

207 Nec in facta per eum prohibitione alienationis continetur, ſeu contineri poteſt alienatio neceſſaria, nec pignus iudiciale, & prætorium, & num. 208. & 209.

210 Bona fideicommiſſo ſuppoſita poſſunt ſubhaſtari pro debito fideicommittentis. Ampliat. vt numer. 211. & 216.

212 Ampliat. vt etiam hæres poſſit illa ad dict. effectum alienare, ſi creditores vrgeant, etiam quod non ſit facta deſuper executio, & ſine ſubhaſtatione, & num. 213. & 214. Reſtringe vt numero 215.

217 Fideicommiſſarius impedit diſtractionem rei fideicommiſſo ſubiectæ offerendo, & ſoluendo debitum, cum ſic veniat ex debitoris perſona, & numero 218.

219 Ius habens in ſpe non impedit executionem, ſed ſe opponit, vt ius ſuum ſibi ſaluum ſit adueniente conditione, & nu. 220.

221 Adiudicatio de bonis fideicommiſſariis tenet conditione pendente, & reſoluitur illa purificata, & num. 222.

223 Bonorum fideicommiſſariorum, feudalium, & emphyteuticorum fructus, & commoditates poſſunt pro debito capi, ſubhaſtari, & adiudicari, prout obligari, & vendi. Ampliat. & lim. vt num. 224. & an requiratur Domini directi licentia, n. 233. & ſeqq.

225 Bona fideicommiſſo ſuppoſita, ſeu alteri anteriori conditioni an, & quando vendi poſſint à Fiſco pro debito, & onere reali ordinario, ſeu extraordinario, & n. 226. & 227.

228 Fideicommiſſarij, qui diſtractioni conſenſerunt, non poſſunt poſtea fideicommiſſum petere.

229 Bona fideicommiſſo ſubiecta ſubhaſtantur pro

dotis

Digitized by Google

do'is reſtitutione in ſubſidium, & fideicommiſſariis citatis, & etiam pro alimentis debitis deſcendentibus, & nu. 230.

231 *Executoribus creditur de non exiſtentia aliorum bonorum debitoris. Ampl. vt nu. 232.*

239 *Caducitas non inducitur ex alienatione rei emphyteuticæ ſubhaſtatione iudiciali mediante, & num. 240.*

245 *Feudo ſoluto, ſeu deuoluto Vaſſalli morte, vel alias, ceſſat ius creditoris, & fructuum, ac commoditatum perceptio per viam ſubhaſtationis acquiſita, etiam de Domini conſenſu.*

246 *Feudum non ſubhaſtatur ſine Domini licentia.*

247 *Caſtra Baronum Status Eccleſiaſtici pro ſatisfaciendis creditoribus ſubhaſtantur, fideicommiſſis etiam non obſtantibus.*

248 *Ius nominandi etiam ſubhaſtari poteſt directo Domino conſentiente.*

249 *Officia, & loca montium Romanæ Curiæ non ſubhaſtantur ſine licentia Summi Pontificis, vel Theſaurarij Generalis, qui quoad Officia impartiri non ſolet niſi in ſubſidium, & numero 250.*

250 *Nec in illis cadit hypotheca niſi reſpectu fructuum, & precij.*

251 *Bona aduentitia filijſfamilias an poſſint ſubhaſtari pro ipſius debito in præiudicium patris, & numero 252. & 253.*

254 *Pater non dicitur amiſiſſe vſumfructum, ex conſenſu præſtito ſubhaſtationi bonorum aduentitiorum filij, ſi ea effectum non habuerit.*

255 *Actum quid non dicitur, dum aliquid ſupereſt agendum.*

256 *Executio pro debito vxoris ante matrimonium an poſſit fieri in bonis per virum poſſeſſis.*

257 *Tertius ſiue habeat intereſſe, ſiue non, vel ſit creditor, ſeu in credito obligatus, ſubhaſtationem impedit oblatione, & ſolutione, vel depoſito ipſius debiti, & nu. ſeqq. vbi ampliat.*

268 *Tertius comparens auditur etiam poſt pignus addictum, & executionem perfectam.*

269 *Emptor ad haſtam, & adiudicatarius moleſtari poteſt perfecta etiam executione.*

270 *Tertio ignoranti cauſam agitari non præiudicatur.*

271 *Diſtractio pignoris in re aliena conſtituti non nocet domino, qui non conſenſit.*

272 *Tempus, intra quod tertius recurrere debeat ad impugnandam executionem conſumatam, ius commune non ſtatuit, ſed loci Statuta ſolent diſponere.*

273 *Subhaſtatio facta ſeruatis ſeruandis præſumitur etiam iuſta.*

274 *Tertius veniens poſt addictum pignus, agere debet ordinariè iudicio reſciſſionis, vel rei vendicationis, & nu. 275.*

275 *Et facere plenas probationes ſeruatis debitis terminis.*

276 *Et per tres ſententias conformes.*

277 *Summaria cognitio ceſſat poſt rem venditam, vel in ſolutum datam.*

278 *Probationes factæ in hoc iudicio ſummario probant etiam in plenario, & quare.*

279 *Tertio, qui tempore ſubhaſtationis poſſidebat, competit manutentio, vel reintegratio.*

280 *Creditor poſterior, qui poſſidebat per conſtitutum, auocat poſſeſſionem ab eo, qui emit ab anteriori, donec anterior diſcutiat alia bona debitoris.*

281 *Statutum diſponens, vt quicunque præter debitorem infra certum tempus poſt adiudicationem, vel venditionem audiatur, amplectitur etiam debitorem.*

282 *Et non procedit in eo, qui fuit ſpecialiter citatus, vel præſens, vel nullum ius habet in bonis, & requiritur, quod ius haberet de tempore adiudicationis, & venditionis, & numerò 286.*

283 *Ac intelligitur, ſi validè fuerit proceſſum; ſecus ſi nulliter ipſo iure.*

284 *Adiudicatio, & venditio nulla, adiudicatio & venditio non dicitur, nec tranſit in iudicatum, & num. 285.*

287 *Rei propriæ ſubhaſtatio non ſubſiſtit.*

288 *Res empta cum pacto redimendi an, & quando ab emptore poſſit ſubhaſtari ex credito contra venditorem, & nu. 289. & 290.*

291 *Res litigioſa non poteſt in pignus capi.*

292 *Sportulæ ſubhaſtationis an ſolui debeant à proprietario, vel ab opponentibus.*

De tertio ſe opponente executioni, & ſubhaſtationi. An, & quomodo conſumari poſſit ſubhaſtatio contra tertium, in quem lite pendente facta ſit alienatio. De Tertio Offerente. Et quæ ſubhaſtari poſſint, vel non.

INSP. XVIII.

DVm † Executores, volentes mandatum 1
executiuum realiter exequi, reperiunt bo-
na poſſideri per debitorem, quamvis tertius aſ-
ſerat, eſſe ſua, non debent ſe ab executione ab-
ſtinere, quia poſſeſſio eſt apud debitorem, &
cognitio Iudici reſeruatur, *Luc. pet. in pract. lib. 8.*
cap. 2. numero 24. † Nec ſtatur eius ſimplici verbo, 2
Marhеſ. de comm. par. 1. de comm. appell. ab execut. § 1.
ſub numero 39. &c, † dum condemnatus poſſidet, 3
res eius præſumitur, &c, niſi alius ſe dominum
pignoris probauerit, executio non dimittitur,
Pancirol. in pract. par. 3. verſic. ſed ſi venit, folio 307.
† Niſi eſſent talia bona, quæ ex ipſorum inſpe- 4
ctione apparerent, non eſſe debitoris, vt, ſi eſ-
ſent vxoris veſtes, vel localia, *Luc. Pet. vbi ſupra*
numero 25. Pancirol. loco citato vbi Add. in verb. res ta-
men † quo caſu etiam quod huiuſmodi pignora 5
data eſſent per matrem, vel vxorem, vel filium,
vel maritum Executores ad carceres non duce-
rent, eſſent illis reſtituenda, *Luc. Pet. loc. numer. 26.*
† nec matris bona ſunt ſubhaſtanda pro debito 6
filij, *Rot. in Recanaten. Prædij 22. Maij 1617. coram*
Eminentiſſ. D. Cardin. Pamphilio, poſt tract. deciſio. 42.
num. 2. licet † regulariter bona reperta in domo 7
viri ipſius viri præſumantur, tum ratione domi-
nij domus, tum ratione præeminentiæ marita-
lis, *Buratt. dec. 161. num. 1. & ſeq. & deciſ. 236. nu. 1. & 7.*
Surd. de alimen. tit. 3. qu. 123. n. 3. Add. ad pract. Panciro l.
in d. verb. res tamen, vbi etiam de rebus mulieori-
bus repertis in capſis, quarum mulier habet
claues. Prout † exiſtentia in domo vxoris, quæ 8
virum induxit, præſumuntur vxoris, *Surd. vbi*

Digitized by Google

ſup.num.4.Buratt.dict.deciſ.191.num.11.
9 Iudex vero, cum † ſubhaſtationes non ex
abrupto,ſed ex cauſa,& re bene penſata conce-
10 di debeant, Mangil.de ſubhaſt.queſt.21.num.1.† audi-
ta probabili cauſa,poteſt executionem differre,
leg.Executorem, C.de execut.rei iud.Pancirol. in pract.
11 pag.3.verſic.poterit tamen,fol.305.† audireque debet
quemlibet ſe opponentem creditori volenti
ſubhaſtare, ſi offerat, ſe probaturum de iure
ſuo,Roman.conſil.474.incip.in caſu,num.1. Gluſian.de
12 dat.in ſolut.capit. 18. numero 269. † non ſolum ſi rei
dominum ſe contendat, & neget dominum
eſſe,qui condemnatus eſt,Baldun.de pignor.c.18.col.
7.Monterent.ad Statut. Bonon. libro ſecundo de vocat.in
iur. non venien. §. vbi autem, in verb.debitorem, vel
prætendat ſe eſſe poſſeſſorem, ſed etiam ſi nul-
lum aliud habeat intereſſe,quam pignoris, Aſin.
de execut. §. 4. capit. 129. numero ſecundo,ſeu hypo-
13 thecæ, Monteren. vbi ſup. & † eo magis cum alia
bona non adſint, in quibus ſine controuerſia
tertius ſatisfieri poſſit, quo in caſu impeditur
executio ad fauorem tertij,Io.Bapt.Gargear.conſ.3.
14 numero 112. lib. 1. provt etiam ſi † tertius eſſet du-
riorem aduerſarium habiturus,Gargear.ibid.n.113.
15 † Coram quo Iudice exequente examinatur
quæſtio emergens ſuper rebus pignori captis,
l.à Diuo Pio, §.ſi ſuper rebus,ff.de re iud.Tepat.variar.
16 ſent.tit. 49. cap. 4. Adeo vt,quamvis † auctiones
admitti poſſint ab Apparitore ſubhaſtationum
17 Executore,nihilominus † ſuper iis leui ex cau-
ſa adiudicatio ex decreto fieri non debeat, ſed
prius oppoſitiones de diſtrahendo,annullando,
vel conſeruando dirimi oporteat,Papon. de arreſt.
18 lib.18.tit.6.art.29.col.2.circa fin.† nec debeat rei di-
ſtractio, ſeu adiudicatio, vel deliberatio fieri,
niſi auditis omnibus opponentibus, Papon. loco
19 citato art.33.Tepat.var.ſent.tit.417.cap.8. † oppoſitio-
nibuſque ſublatis, Papon.dict.tit.6.art.3. in append.
20 Vnde,† cum in Regione Genuæ baculus,quem
canillam vocant,in ſubhaſtatione ſublatus ſit
ſignum contradictionis,ea canilla viſa differtur
ſubhaſtatio, donec fuerit cognitum de iuribus
contradictoris cum tali canilla, Gluſian. de dat.in
ſolut.cap.4.num.80.
21 Diciturque † ſic veniens ad cauſam tertius,
cum non ſit nec primus,nec ſecundus,ideſt nec
actor,nec reus, Ant.Sol.ad decret.Sabaud.libro tertio
tit.39.de form. ac ord.obſeru.in pignor.ſubh. & deliber.
22 bon.ſtab. gloſ. 6. in princ.† dicitur enim actor, qui
inſtat,vt bona ponantur ad cridas, & contradi-
cens dicitur reus, Tepat.var.ſent.tit.317.nu.32.
23 Verum † duobus modis opponi poteſt præ-
coniis, & ſubhaſtationibus, & Primo, de quo
nunc agimus,vt res non vendatur,quia præten-
ditur eſſe tota,vel pars ipſius opponentis, Rebuff.
de præcon.licit.& ſubh.art.6.gloſſ.5.numer.2.Baldun.de
pignor.cap.18.column.7.Mangil.de ſubh.quaeſt.129.num.1.
24 Giurb.dec.61.nu.2.Buratt.dec.141.num.1.vbi † de exe-
25 cutione fac[…] in bonis vxoris pro debito viri,
26 † vel à ſe po[…]ſſa, Giurb. loc. cit. cum † tertij ſola
poſſeſſio per ipſum allegata impediat execu-
tionem rei iudicatæ. Ant.Sol.ad decret.Sabaud.lib.3.
tit.39.de form.ac ord.obſeru.in pignor.ſubhaſt.& deliber.
bon.ſtabil.gl.6.num.1.9. & 11.Buratt.dec.133.num.1. vbi
de communi,& de ſequeſtro, & ibi Add. litera A.
27 vbi, quod pariter † mandatum relaxatum con-
tra maritum non poteſt exequi contra poſſeſſa

per vxorem, & idem tradit Buratt.deciſ.236.nu.6.
† nec poſſit contra tertium fieri executio,quam- 28
vis ſe liti oppoſuerit pro ſuo intereſſe, Add. ad
Buratt. deciſ.574. numer. 12. † ſeu ex quo prætcn- 29
dat,ſe in ea re ius habere, Mangil.de ſubhaſt.quaeſt.
34.nu.31. & † eſt communis DD. omnium con- 30
cluſio, quod tertius veniens pro ſuo intereſſe
impedit executionem rei iudicatæ, & eſt au-
diendus ſuper iuribus ſuis,Rot.poſt Mangil.de ſub-
haſt.dec.6.nu.2.† etiam ſi tractetur de executione 31
trium conformium,Rot.d.dec.6.nu.2. atque † ſiue 32
veniat ad cauſam in ſtatu, & terminis, ſiue in
vim commiſſionis provt in prima, vbi veniat
principaliter pro ſuo intereſſe,non autem ad al-
terius defenſionem,Rot.d.dec.6.num.3.
Et † hæc oppoſitio dicitur annullandi fine,
Papon.de arreſt.lib.18.tit.6.art.40.† vel ad finem di- 33
ſtrahendi,hoc eſt ſeparandi, Rebuff. de præcon. li- 34
cit.& ſubhaſt.art.6.gloſ.1.num.2.† per quam interea 35
diſtractio remoratur, & impeditur, Baldun. de
pignor.d.cap.18.col.7.
Debetque † huic opponenti, ſi petat,exem- 36
plum inclamationum, & auctionum dari, vt
poſſit præcidere,& notare,quam rem, quamve
partem vult à licitatione ſeparare, Rebuff.vbi ſup.
num.1. Mangil.de ſubh.quaeſt.129.num.1.
Si itaque † tertius velit creditoris executio- 37
nem, ſeu illius proſecutionem impedire, debet
inſtare,vt Iudex ad ſubhaſtationem non prope-
ret,Mangil.de ſubh.qu.24. num.31. & † auditur, ac 38
admittitur etiam poſt ſententiam diſcuſſionis,
Papon.de arreſt.lib.18.tit.6.art.40.ſed tamen † debet 39
ius ſuum opponere,& deducere infra terminum
ſubhaſtationi præfixum, Mangil. de ſubh.quaeſt.24.
num.31.† & ante addictum pignus,leg.à Diuo Pio, 40
§.ſi poſt addictum,ff.de re iudic.Giurb.dec.64.in princ.
† non autem poſt, Mangil. vbi ſup. Sed † pignus 41
ad dictum effectum tunc dicitur addictum, ſi 42
fuerit non ſolum interpoſitum ſecundum de-
cretum, ſed ſi etiam in illius vim fuerit rei di-
ſtractæ capta poſſeſſio,non equidem ſi tantum-
modo ſecundum decretum interpoſitum, &
poſſeſſio non capta, Giurb. dict.deciſ.64.n.5. per tot.
cum † tunc dicatur perfecta rei adiudicatæ di- 43
ſtractio,Giurb.d.deciſ.64.num.18.
Et,quia † præſumitur pro executione,& cre- 44
ditur Nuncio, ſeu Executori,Luc.Pet.in prax.lib.
8.cap.2.numer.22.Gregor.XV. deciſ.402.num.2. Rot.in
Peruſina Pecuniaria 4. Iulij 1624. coram Coccino, poſt
tract.deciſ.66.numer.2.Ita vt, † ſi referat,ſe cepiſſe 45
bona tanquam de bonis debitoris,ea debitoris
eſſe, & per debitorem poſſeſſa præſumantur,
Gratian.diſcept.forenſ.cap.502.num.14.& ſeqq.Greg. d.
dec.402.numero 2.Buratt.dec.191.num.3.vbi Add.littera
A.dec.396.nu.1.3.& 4.dec.363.num.1.& dec.675.num.3.
Rot. in Ferrarien. Spolij 1635.coram Merlino, poſt tract.
deciſ.96.num.12. † Ipſi tertio incumbit onus pro- 46
bandi, Luc.Pet. vbi ſup.Buratt.dict.deciſ.196.num.2.&
dec.236.num.2.& 7.vbi de debitoris vxore,& dec.
675.numer.3.Rot.in Bononien.Legati de Amerinis prima
Decembris 1614.coram Eminentiſſ. D.Cardin.Pamphi-
lio. Qui † ſi in continenti velit de ſuo intereſſe 47
docere, cum tunc ceſſet omnis fraudis, & ca-
lumniæ ſuſpicio, eſt executio ſuſpendenda per
aliquod breue tempus, Ant. Sol. ad decret. Sabaud.
lib.3.tit.39. de form. ac ord.obſeruan. in pignor.ſubhaſt.
& deliber.bon.ſtabil.gloſ.6.num.8.† ſed ſi clarè,& in- 48
conti-

Digitized by Google

continenti non doceat de iure ſuo,ſeu bona,in
quibus facta eſt executio,ad ſe ſpectare,& non
ad debitorem,executio non recta datur, Buratt.
deciſ.206.numer.25. quæ eſt etiam inter recent. deciſ.
980.in fin.par.4.Rot.poſt Mangil.de ſubhaſt.deciſ.58. numer.5.

49 Audiendus † autem eſt ipſe tertius etiam ſi
apparenter doceat de iure ſuo, Gargear.conſ.2.ſub
50 num.106.& 109.lib.1.Coccin.deciſ.47.num.19.& † ſummarie de illo docto,& cognito,leg.à Diuo Pio,§.
ſi ſuper reb.ff.de re iudic. Tepat. var.ſent. tit. 419. capit.
4. Marcheſ.de comm.par. 1. de comm.appellat. ab execut. §. 1. ſub numer. 34. Giurb.dict.deciſ.64.numero 1.
Coccin.dict.dec.47.nu.18. Duran.dec.364.nu.71. Buratt.
51 dec.731.num.4.& † ſic facta ſummaria probatione,quod bona ſpectent ad ipſum,& non ad debitorem,Iaſ.in intellectu leg.à Diuo Pio,§.ſi ſuper rebus,num.1.& 5.ff.de re iudic. Saluſt.Tiber.in pract.lib.1.
52 cap.44.numer.6. Mangil.de ſubh.qu.160.num.15. † ſeu
ſummatim docto de ſua poſſeſſione, Luc. Pet. in
Pract.dict.lib.8.cap.2.num.21.& 22.Ant.Sol.ad decret.
53 Sabaud.dict.lib.3.tit.39.nu.1. † etiam per vnum teſtem, vel aliam ſemiplenam probationem, Luc.
54 Pet.d.nu.21.& Ant.Sol.loc.cit.nu.6.† antequam poſſeſſio poſſit ab eo auferri. Duran.d.dec.364.nu.71.
55 † & executiue,Giurb.dict.deciſ.64.num.1.Quamvis
56 † ipſa ſummaria cognitio præiudicium non faciat volenti poſtea agere ordinarie,dict.l. à Diuo
Pio,§.ſi ſuper rebus ff.de re iudic. Tepat.var.ſent.tit 419.
57 cap.4. Giurb.deciſ.61.numero 4.& ſeqq. Et † pignus
interim addictum creditori ad vſucapionem
nihilominus proficiat, dict. §.ſi ſuper rebus, Tepat.
loc.cit.

58 Teneturque † ipſe tertius opponens, ſi rem
non poſſideat,probare,illam eſſe ſuam,l.fin.Cod.
de rei vendicat. Rebuff. de pracon. licitat. & ſubhaſtat.
art.6.gloſ.1.Mangil de ſubhaſtat.quæſt.129.numer.1.

59 At, † ſi poſſideat, non tenetur de titulo, &
iuribus ſuis fidem facere, Anton. Sol. dict. lib. 3. tit.
60 39.gloſſ.6.numer.10. Greg.XV. deciſ.22.numer.4. † ſed
ſufficit, quod ſolam probet poſſeſſionem,cum
61 † tertius poſſeſſor abſens non citatus executionem, & ſubhaſtationem impediat, Papon. de
arreſt.lib.18.titul.6.arr.29.col.1.& arr.32. Giurb. deciſ.
91. numero 20. Rot. diuerſ. deciſ. 100. numero 6.par. 1.
62 Buratt.deciſ.133.numero ſecundo, & quidem † etiam
ſi iniuſte poſſideat,Anton.Sol.loc.tit.numer.2.Giurb.
63 deciſ.62.ſub numer.2. & † eo magis ſi executio fiat
in alia re,quam petita. Anton.Sol. vbi ſup.numero 9.
64 & fortius † ſi timens aliquam ſibi fieri nouitatem in rebus ab eo poſſeſſis, & ad euitandam
executionem vſus fuerit cautela Angeli proteſtando, & intimando creditori, ne procederet
ad executionem in talibus rebus, & bonis ab
eo poſſeſſis,cum tunc transferat onus probandi
in aduerſarium. Anton.Sol.vbi ſup.numer.3.Fenzon.
ad Statut.Vrb.cap.195. numer. 25. Greg.XV. deciſ. 22.
numer. 2. Add.ad Buratt. deciſ.113. littera A. & idem
Buratt.deciſ.141.numero 14. & ſeqq. & deciſ.196.num.
65 3.(quamvis † inhibitio contra creditores vnius
non afficiat creditores alterius, Rot. in Narnien.
Dotium 4.Februarij 1628.coram Eminentiſſ.Dom.Card.
Vbaldo, poſt tract. deciſ. 75. ſub numero octauo.)
66 † Neque eſt tertius poſſeſſor turbandus in ſua
poſſeſſione, leg.fin.cap.ſi per vim, vel alio mod. Ant.
Sol.ad dict.decret.Sabaud.libr.3.tit.39. de form. ac ord.
obſeruan. in pignor.ſubhaſt. & deliber.bon.ſtabil.gloſ.6.
ſub numero ſecundo,& habui in tract.mand.de manut.
obſeru.1.num.38.& ſeqq. † nec ea per executionem 67
priuatus dicitur, Papon. de arreſt. lib.18.tit.6.arr.29.
col.1.& arr.32.Ant.Sol.loc.cit. numero ſexto, & dixi in
dict.tract.obſeru.12.numer.57. & ſeqq. ita vt † poſſit 68
in eadem ſiue pœna permanere, Papon.vbi ſupr.
& conferunt tradita per med.tract.obſeru.1.num.55.
& ſeqq. & † competat ſibi manutentio, Buratt. 69
dec.338.per tot. † Nec poteſt contra tertium poſ- 70
ſeſſorem agi actione perſonali. Rot.in Forolitiien.
Ceſſionis Cenſus 29. Maij 1626.coram Manzanedo,poſt
tract.deciſ.51.numer.5. † ſeu executiue,nec in vim 71
obligationis cameralis, ſed agendum eſt via
ordinaria, Buratt.deciſ.574.numer.2. Rot.recent.deciſ.
464. in fin.par. 2. & poſt Mangil.de ſubhaſt. deciſ. 106.
numer. 6. & in Romana Vineæ 10. Martij 1623. coram
Remboldo.poſt tract. deciſ. 59. numer. 5. & in Peruſina
Spolij 18.Iunij 1642.coram R.P.D. Royas,poſt tract.dec.
106. numero octauo. & † remediis contra tertios 72
poſſeſſores competentibus, Rot. poſt Mangil. de
ſubhaſt.deciſ.104.numer.4.& † nulliter,ac non rite, 73
& recte procederetur contra eum via executiua, ſeu pro executione mandati contra alium
relaxati,Rot.recent.dict.deciſ.464. in fin.par.2. & penes Mangil.dict.deciſ.106.numer.6.& in dict. Narnien.
Dotium 4. Februarij 1628. coram Eminentiſſ. Dom.
Cardin.Vbaldo poſt tract.deciſ.75.numer.1. & † poſſet 74
appellari, Zacch. ad Galleſ. de oblig.camer.quæſt.37.
numero 34.

Habereturque † pro tertio poſſeſſore etiam 75
ille, contra quem relaxatum eſſet, & cantaret
mandatum ſub vno nomine, & creditor vellet
illud exequi ſeu executus fuiſſet contra bona,
quæ ille poſſideret ſub alio nomine, & vt alius,
ac extraneus,& ideo & ipſe poſſet executionem
impedire,Rot.diuerſ.deciſ.100.numer.4.& ſeqq.par.1.
& poſt Nigr.de ſubh.deciſ.36.nu.5.Atque ideo † ex- 76
ceſſiua eſſet executio facta non ſolum ſuper
bonis hæreditariis ſed etiam ſuper bonis propriis hæredis cum beneficio legis,& inuentarij,
Rot. in Corduben. Pecuniaria 18. Martij 1624. coram
Manzanedo,poſt tract.deciſ.61.num.3.† vel ſuper bo- 77
nis ſubiectis fideicommiſſo ad alterius fauorem,Rot. in Peruſina Pecuniaria 4. Iulij 1625.coram
Coccino poſt tract.dec.66.nu.1. † & dicitur executio 78
nulla tanquam mandati forma non ſeruata,Rot.
in d. Narnien. Dotium 4. Februarij 1628. coram Eminentiſſ.D.Card.Vbaldo,poſt tract.deciſ.75.numer.7. Et
† nulla eſſet ſubhaſtatio facta cum mandato 79
contra vnum relaxato ſuper re alterius,qui non
fuiſſet citatus,etiam ſi & ille fuiſſet debitor,Rot.
poſt Nig.de ſubh.dec.36.in fin.† Vbi tamen ageretur 80
de bonis,quæ quoad proprietatem fuiſſent hæreditaria patris, & eorum vſusfructus ad matrem ſpectaſſet,quæ mortua eſſet,& eidem filij
ſucceſſiſſent,poſſet in eiſdem fieri executio pro
debito patris, cum ea penes filios vti hæredes
patris eſſe cenſeantur, & vti ea, quæ nunquam
deſierint eſſe patris hæreditaria, Rot. in Romana
Domus 19. Nouembris 1632. coram Eminentiſſ. Dom.
Cardin.Veroſpio iuniore,poſt tract. deciſ.94.numero vndecimo,in fin.& 12.Quemadmodum † tertius poſ- 81
ſeſſor dici non poſſet donatarius reſpectu promiſſionis antea factæ per donantem, & reſpectu,puta, oneris iniuncti dotandi filias donantis, Rot. apud Mangil. de ſubhaſtat. deciſ. 105. numero ſecundo.

Digitized by Google

82 Sique † tertij oppoſitio fundata ſit ſuper do-
minio , & poſſeſſione, quæ per acta publica
oſtendat in promptu, nulli dubium, quod non
poteſt aliter in executione procedi, ſed oppoſi-
tiones admitti debent, Mangil. de ſubhaſt. qu. 130. nu.
83 3. vbi, quod † Iudex pronunciabit, cauſam alle-
gatam ſubhaſtationibus obſtare, eaſque impe-
dire, & actorem condemnabit in expenſis, &
84 intereſſe, & qu. 160. nu. 15. Giurb. deciſ. 62. nu. 2. † Im-
pedit namque tertius executionem ex bono
eius iure claro Zacch. ad Galleſ. de oblig. Camer. qu.
85 5. num. 45. & † quatenus ad vlteriora procedatur,
86 poteſt appellare, Rot. diuerſ. d. deciſ. 100. n. 6. par. 1. niſi
ſit tertius, qui vitioſe poſſideat, de quo conſtet,
Rot. d. deciſ. 100 nu. 6.

87 Quæ † vera ſunt ſiue laceſſitus ſe opponat
tertius poſſeſſor, ſiue, cum citatus non fuerit,
ſciens de ſua diſputari poſſeſſione, ad iudicium
venerit, Giurb. d. deciſ. 62. ſub d. nu 2.

88 Sed † ſi dominium, ſeu poſſeſſionem tertius
non probet, non eſt legitimus contradictor,
Rot. in d. Peruſina Pecuniaria 6. Iunij 1625. coram Cocci-
no, poſt tract. dec. 65. nu. 4. & 5.

89 Facta autem † executio in re alterius, quam
debitoris, ſeu etiam ſubhaſtatio, & adiudicatio
eſt retractanda, Papon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arr. 32.
Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 160. numer. 15. Buratt. deciſ. 141.
90 num. 16. & dec. 731. num. 1. & ſeq. vbi nu. 3. quod † non
habet difficultatem, quando poſſeſſor non fuit
91 citatus, cum † auctoritas haſtæ Fiſcalis, ſeu pu-
blicæ non ſit tanta, vt legitimo domino, quod
ſuum eſt, auferat, Fontanell. deciſ. 222. numer. 10. ac
92 proinde, † ſi in publica ſubhaſtatione vendatur
res aliena, non eſt iuſtum, quod vero domino
per haſtam præiudicatum cenſeatur, Fontanell.
ibid. Et † idem dicendum eſt reſpectu etiam ra-
93 tæ, & partis, ſeu iuris alterius, Papon. de arreſt. lib.
18. titul. 6. arr. 41. Atque † idem, ſi res ſit ſolum à
94 tertio poſſeſſa, cum etiam tunc locus ſit reuo-
cationi, tanquam executio, ſubhaſtatio, & deli-
beratio, ſeu adiudicatio nulla ſit, & vitioſa, ad
tradita per me in tract. mand. de manut. obſeru. 12. nu-
mero 57. & ſeqq. † Nec ſubhaſtatio afficit abſen-
95 tem, quia rem poſſit nihilominus recuperare,
l. ſi eo tempore, Cod. de remiſſ. pignor. iuncta gloſ. Papon.
de arreſt. lib. 18. tit. 6. arr. 4. & ibi Add. vbi ponunt li-
mitationem. † Nec valet datio in ſolutum rei,
96 quæ non ſit debitoris, Franc. Schernard. conſil. 31.
numer. 24. Et † eo magis ſi executionem præceſ-
97 ſerit dicta tertij proteſtatio de non exequendo,
vt habui in tract. mand. de manutenen. obſeru. 12. num.
4. & tradit Anton. Sol. ad decret. Sabaud. lib. 3. tit. 39. gl.
6. numer. 3. & 5. Greg. XV. deciſ. 22. numer. 2. & per tot.
Buratt. deciſ. 908. numer. 5. vbi, quod executio eſt
98 nulla, † vel proteſtatio alterius in cauſa citati,
quod poſſideret iſte tertius, Rot. recent. deciſ. 279.
99 numer. 1. par. 3. † ſeu præuentum fuerit cum inhi-
100 bitione, Duran. deciſ. 132. numer. 7. † Nec excuſare-
tur creditor dicens, ignoraſſe poſſeſſorem,
101 Anton. Sol. loc. cit. numer. 3. & 4. Et, † dum opponens
poſſidet, probatio proprietatis, ſeu iuris, vel
poſſeſſionis debitoris incumbit creditori, &
executionem facere, ſeu proſequi volenti, Ant.
Sol. vbi ſup. num. 7. Gregor. d. deciſ. 22. num. 3. Buratt. dec.
236. num. 7.

102 Sententia † tamen ſi ſequetur ad fauorem
tertij, non nocet debitori, Monterent. ad Statut.
Bononien. lib. 2. rubr. de proceſſ. fact. contr. incert. hæred. §.
hoc addito, in verb. ſi quis alius.

Quod † ſi tertius ſe dominum, ſeu poſſeſſo- 103
rem non oſtendat in promptu, ſed terminum
ad probandum petat, & velit probare per teſtes,
& articulos dare, tunc non impeditur executio,
tum quia non venit paratus, tum quia alias eſ-
ſet dare materiam eludendi executionem, vel
dilatandi iura creditorum, Giurb. d. deciſ. 62. num. 1.
vbi, quod ita practicatur, † Nec tertius non 104
poſſidens impedit regulariter executionem, ſiue
in inſtrumento crediti exequentis adſit obliga-
tio cameralis ſiue non, Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 55.
num. 9. † Nec obligationis, præſertim cameralis 105
executio retardatur, quando tertius ſe opponit,
prætendens bona, in quibus fit executio, ad ſe
ſpectare, non autem ad debitorem, niſi clare, &
in continenti doceat de iure ſuo, Buratt. dec. 206.
nu. 25. Licet, † vbi oppoſitiones in ſe videantur 106
legitimæ, & non reiiciendæ, inoleuerit praxis
ſatisfaciendi creditori, & tertio, vt probatio-
nes admittantur cum clauſula, ſine præiudicio
executionis, ſeu, Ita quod executio, & ſubha-
ſtatio non impediatur, Giurb. d. deciſ. 62. ſub num. 1.
cum ſic tertius opponens non poſſit tanquam
non admiſſus dici grauatus, ad Coccin. dec. 177. in fin.
& creditori conſultum ſit, vt poſſit ad diſtra-
ctionem interim procedere, Giurb. dict. deciſ. 62. ſub
num. 1. Vt etiam in ſimili dicitur, quod † clauſu- 107
la, Sine præiudicio obligationis cameralis, pro-
ceſſus executiui, mandatorum relaxatorum, &
quorumcumque iurium ambarum partium in
electione calculatorum, ſeu in alio actu, & de-
creto appoſita præſeruat ius etiam quoad ſub-
haſtationem, illiuſque iudicium, & vt non vi-
deatur ab eo receſſum, & poſſit nihilominus
proſequi, perinde, ac ſi electio, ſeu actus factus
non fuiſſet, Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 8. numer. 4. Rot.
penes Zacch. ad Galleſ. de oblig. camer. deciſ. 13. numer. 5.
& 6. & poſt Fenzon. ad Statut. Vrb. deciſ. 173. verſ. nec re-
fert.

Videns autem Iudex, partem opponentem de
iure impedire non poſſe, quin res vendatur,
† pronunciabit, præconia rite, & recte facta, & 108
non obſtantibus ex aduerſo allegatis, ſeu addu-
ctis ad vlteriora in ſubhaſtationibus fore pro-
cedendum, & bona deliberanda plus offerenti,
ſeu adiudicanda creditori, & contradicentem in
expenſis condemnabit, ſecundum Mangil. de ſub-
haſt. quæſt. 130. num. 2. Sed ad effugiendam appel-
lationem melius eſt, prædictis tacitis, ad debi-
tos actus ſubhaſtationis procedere, prout pro-
cedi ſolet ſecundum bonam practicam.

Vxor † vero docens de ſua dote cum hypo- 109
theca anteriori, & viri vergentia ad inopiam,
quamvis non ſit creditrix in pecunia, poteſt
executionem ad inſtantiam poſteriorum viri
creditorum impedire, vt ipſa dos collocetur in
tuto, Bald. Nouell. de dot. par. 7. priuil. 18. in fin. Neguſ.
de pignor. par. 5. membr. 1. numero 29. Gluſian. de dat. in
ſolut. cap. 18. numero 265. Fenzon. ad Statut. Vrb. cap.
129. numero nono & decimo. Antonell. conſil. 27. ſub nu-
mero 7. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 57. numer. 4. & ſeqq.
Giurb. deciſ. 61. numer. 11. † in bonis ſtabilibus, An- 110
tonell. vbi ſup. & † eo magis ſi habeat deſuper 111
ſententiam, Mangil. dict. quæſt. 57. num. 1. & ita pro-
cedunt allegata per Mangil. de ſubhaſt. qu. 54. nu. 1.
vſque

Digitized by Google

112 vſque ad 6.& numero 12.& ſeqq.&, † ſi habeat conſtitutum, vel precarium, impedit abſque eo, quod probet mariti inopiam, *Paul. Marcheſ. de ſalu.par.2.cap.7.numer.4. Mangil. de ſubhaſt.quaſt.14. numer.16.& quaſt.57.numer.20.Giurb.dict.deciſ.61.nu-*
113 *mer.12.*ita vt, † ſi ſit in poſſeſſione, impediat primum, & ſecundum decretum creditorum,
114 *Roman.conſil.474.per tot.*&, † creditoribus vrgentibus, non poſſit ad ſubhaſtationem deueniri, *Ioan.Franc. de Pont.conſil.126.numer.3.libro 2.Nouar. ad leg.ſi tempora.numer.12.Cod.de fid.inſtr. & iur.haſt. Fiſcal.lib.10. Gratian.diſcept.forenſ. capite 489. numero 27. Antonell. dict. conſil. 27. ſub numero 7. Mangil. de ſubhaſt.quaſt.59.numer.11.& ſeqq.& quaſt.159. numer. 14.Capyc.deciſ.46.numer.3. Vinc.de Franc. deciſ.54. numer.7.& ſeqq.par.1.Ioan.Bapt. de Thor.in compend.de-*
115 *ciſ.Neapolit. in verb.ſubhaſtatio.* † nec ſit locus iuri offerendi, *Tepat var.ſent.tit.420. capite 5.verſ.creditoribus,Mantic.de tacit.libro vndecimo,tit.30.numer.10.& ſeqq.Ant.Sol.ad decret. Sabaud dict.libro 3.titulo 39.gl. 3. numero 58. Donat. Anton. de Marin. quotid. reſolut. capite 219.numer.15. Gratian.diſcept.forenſ. capite 489. numer.21.& capite 680.numero decimotertio.Fenzon.ad Statut.Vrb.d.capite 129.nu.7.* vbi de vera, communi, & magis communi, & in iudicando ſequenda, *& numero 14.Vinc.de Franch.dict.deciſ.54.num.1.& 5.*
116 *& ibi Amend.numer. 5. Ricc. & Nouar.* † quicquid in contrarium videatur ſentire *Mangil. de ſubh. quaſt.55.numer.8.ex Theſaur.iun. in add. ad deciſ. 207.*
117 *eius genitoris.* † Eſt enim aduertendum, ne remaneat indotata, *Mangil de ſubhaſt.quaſt.85.numero 3.*
118 Quamvis † prædicta non procedant quoad omnia bona mariti, ſed de multis, ſeu pluribus bonis debeat mulier eligere, & fortè poſſit de melioribus, vſque ad concurrentem ſuæ dotis æſtimationem appretio mediante, *de Pont.d.conſ. 126.numer.3.libr.2.Nouar.ad dict.l.ſi tempora, numero 12. Cod. de fid.inſtr. & iur.haſt.Fiſcal.libro 10.Gratian. dict. capite 489.numer.27. Antonell. dict. conſil. 27. ſub numer.7.Gluſian.de bon.ad cred.ponen. capite 1.numero 305.Mangil. de ſubhaſt. quaſt. 57. numero 21. & quaſt. 159.numero 14.Ricc.& Nouarr.in add.dict.deciſion.54.*
119 *Vinc.de Franc.Giurb.dict.deciſio 61.num.17.* & † reſiduum creditoribus relinquatur, *Mangil. de ſubhaſt.quaſt.54.ſub numero quinto,& quaſt.55.numero 6.*
120 *& ſeqq.& qu.56.num.5. & ſeqq.* vbi, quod † tenetur accipere bona iuxta peritorum æſtimationem, non autem cogitur accipere iuxta æſtimationem per ſubhaſtationem, ſeu pro precio, quod in ſubhaſtatione reperiri poteſt, & de iudicio
121 faciendo ſuper electione peritorum, & æſtimatione, *& quaſt.57.nu.21. vbi num.ſeqq.* † quod onus probandi, bona poſſeſſa per mulierem excedere quantitatem dotis, incumbit allegant.
122 Prout † nec bona aſſignata pro dotis aſſecuratione cenſentur in ſolutum data, *Rot.in Imolen. Saluiani 9. Iunij 1636. coram Eminentiſſimo Dom. Cardin.Macchiauello,poſt tract.deciſ.104.numero 6.* Sed
123 tamen † ſubhaſtationi, & iuri offerendi locus eſſet in rebus mobilibus, & mercibus, ac nominibus debitorum, & ex quibus non poſſent fructus percipi, *Mantic.de tacit.libro 13.titulo 30.numer.27.Donat.Ant.de Marin.quotid.reſolut.capite 219. numer.16.Ricc. & Nouar.in add.ad dict.deciſ.54.Vinc.*
124 *de Franc.* Et † idem eſſet, ſi bona deinde à muliere in tertium cum Iudicis etiam decreto, &
125 licentia alienarentur, *Ricc.loc.citat.* † vel ſi mulier aſſecurari vellet in pecunia venditis bonis, *Ricc. ibidem.*

Alius autem † tertius præter vxorem non 126
poteſt ſub prætextu ſuæ anterioris hypothecæ poſterioris creditoris executionem, & ſubhaſtationem impedire, *Giurb.deciſio.61.nu.14. Buratt. deciſio.574.num.7.& deciſ.627.num.4.* & † eo minus 127
ſi iſte tertius ſolius actionis perſonalis niteretur præſidio, *Giurb.d.deciſ.61.nu.18.* † Niſi præue- 128
niſſet poſteriorem in immiſſione, quia tunc Iudex, ſi ille oſtendat priora iura, mandat ſuperſederi in prætorij pignoris diſtractione, donec fuerit cognitum, quis eorum ſit præferendus, eum tunc negocium reddncatur ad ius commune, vt † qui prior ſit tempore, potior ſit in iure, 129
Giurb.dict.deciſ.61.num.19.

Vel † niſi tertius vna cum hypotheca haberet etiam conſtitutum, per quod diceretur in 130
eum tranſlata ciuilis, & naturalis poſſeſſio, quamvis per modum fictum. *Giurb.eadem deciſ.61. numero 20.Gargear.conſ.2.num.11.* † Vel niſi agatur 131
de nomine debitoris hypothecari, quia in eo creditor anterior ratione ſuæ hypothecæ executionem poſterioris impedit, ſiue nomen adhuc exigatur à debitore, ſiue in ipſum primum creditorem iam ſit tranſlatum ceſſione, vel adiudicatione, aut aliter, *Giurb.dict.deciſ.61.numer.9. 11.& 21.*

Tertio verò † poſſidente mediante alienatione in eum facta per debitorem, dum erat parata contra ipſum executio, dubitari contingit, 132
an poſſit contra ipſum recta via exequi, & executio conſumari abſque alia citatione, & nouo proceſſu, vel ipſo ſolummodo in executione, & executiuè citato, vel potius procedendum ſit contra eundem via ordinaria ad reſciſſionem, aut hypothecaria, ſeu ſaluiano. In quo quinque caſus magiſtraliter diſtinguit *Rota coram Duran. deciſ.364.nu.14.& ſeqq.* contrarias deciſiones conciliaus, quæ deciſio fuit etiam confirmata *coram eodem deciſ.447.*& reaſſumpſerunt *Add ad Buratt. deciſio.917.n.6.& ſeqq.* Sed ego ſeptem caſus conſiderari poſſe crederem.

Primus caſus eſt, quando debitor ante motum contra ipſum iudicium rem aliquam alienauerit, ſeu eandem dolo deſierit poſſidere; Et
† tunc contra tertium eam poſſidentem procul 133
dubio agendum erit via ordinaria, & reuocatoria, non executiuà, *ad Gratian.diſcept.forenſ.cap.502. n.38.& 39.Giurb.dec.62.nu 8.& 9. Buratt.deciſ.133.n.7. verſ.tandem non obſtat.& num.ſeqq. vbi Add.littera B. & C.deciſ.204.num.2.dec.231.ſub n.3.& 4.dec.574.nu.2. & ibi Add.& dec.627.ſub n.5.* † nec ab executione 134
eſt inchoandum contra tertium poſſeſſorem, *Buratt.deciſ.238.nu.2.* Cum † tunc nulla fraus fi- 135
cta dici poſſit, *Buratt.d.deciſ.204.nu.2.& d.dec.231. n.1.& 4.* † Etiam ſi pro ſuo intereſſe ſe opponat, 136
*Add.ad Buratt.d.dec.574.numer.12.*Et † eo magis ſi 137
tertius declaret, & proteſtetur, ſe iure proprio, & tanquam tertium poſſidere, non autem iure pignoris, *Burat.d.dec.574.nu.6. & dec.627.nu.3.* Sed
† pignoris iure, ſeu aſſecurationis nomine tantùm detinens non poteſt impedire executionem, & ſubhaſtationem, *Buratt.dec.574.num.2.& dec.627.num.2.* † nec quando fatetur, proprietatem, & poſſeſſionem ſpectare ad debitorem, ſed ſolùm dicit, rem fuiſſe ſibi prius obligatam, 138 139

Digitized by Google

ſecus ſi neget, Buratt.d.dec.574.num.7.& d.dec.627.
140 numer.4. verùm † aduerſus merces, vel gregem
ante iudicium alienaras, tanquam eæ in empto-
rem tranſierint liberæ ab hypotheca, nec via or-
dinaria agi poſſet, ad Rot. penes Pacific.de ſalu. dec.
125. vbi declarat.

Secundus caſus eſt, quando debitor, introdu-
cta iam, & pendente contra ipſum lite in per-
ſonali, ante tamen rem iudicatam, ſeu manda-
tum executiuum relaxatum, alienauerit in ter-
141 tium aliquam eius rem; Et † nec tunc poteſt
contra tertium executiuè procedi, quamvis de-
bitor fraudulenter alienauerit, ſed agendum eſt
reuocatoria, ſeu aliàs ordinariè, vel ſaluiano, ſi
erat pro debito hypothecata, Menoch.conſ.1187.per
tot.Duran.dec.364.nu.27.iuncto, nu.22.& ſeqq.Buratt.
dec.204.num.1. & 2.dec.233.num.3.& 4.Rot.in recent.
dec.273.num.1.& ſeqq. vbi de communi par.4.quæ
eſt etiam apud Merlin.de legitim.dec.30.

Tertius caſus eſt, quando poſt mandatum
executiuum iam in actione perſonali relaxa-
tum, debitor ante pignus, ſeu tenutam cum eo
captam, rem ſuam in tertium alienauerit, con-
142 tra quam deinde creditor velit exequi; Et † hoc
quoque caſu ferè omnes tenent, non dari con-
tra illum viam executiuam, ſed ordinariam tan-
143 tùm, cum † nec ius executiuum actionis perſo-
nalis, nec actio perſonalis tranſeat actiuè, nec
paſſiuè in ſingularem ſucceſſorem, ſeu fundi
poſſeſſorem non nominatum in obligatione,
Mantic.dec.218.nu.8.& ſeqq.Duran.d.dec.364.nu.21.&
144 ſeqq.& nu.32.Add.ad Buratt.d.dec.917.nu.9. Sed † ad
effectum agendi executiuè videtur neceſſaria
pignoris capio in cauſam iudicati, Buratt. d. dec.
231.num.3.in fin.

Declarantur dicti ſecundus, & tertius caſus,
145 vt † in illis poſſit procedi recta via, & executiuè
contra tertium, ſi probetur, tertium etiam fuiſſe
participem fraudis de tempore alienationis, &
debitorem nihil aliud in bonis de eo tempore
habuiſſe, Duran.d.dec.364.numer.22.& ſeqq.Buratt.
deciſ.450.num 4.& Add. ad eiuſd.dec.917.num.10. Rot.
recent.dec.273.num.2.par.4.quæ eſt etiam apud Merlin.
146 de legit.dec.30. Sed † onus hoc probandi, vendi-
tionem factam fuiſſe in fraudem ſiue crediti,
ſiue executionis, ſpectat ad allegantem, Buratt.
147 d.dec.450.num.3. Et † ad fraudis probationem ne-
ceſſaria eſt in emptore, & tertio poſſeſſore
ſcientia litis pendentiæ inter debitorem, &
creditorem, Buratt.præfat.deciſio.450.ſub num.3. &
148 ſeqq. vbi, quod † ſcientia debet etiam eſſe certa,
& indiuidua, Rot.recent.d.dec.273.numer.1.par.4. &
149 penes Merlin. d. dec.30. † Sique alienatio lite pen-
dente facta eſſet in filium ex cauſa voluntaria,
& lucratiua, ex hoc ipſo probaretur dolus, &
fraus, & non poſſet filius executionem impedi-
re, Papon.de arreſt. libro 18.titulo 5.de execut. art.35.
150 Caualer.dec.131.nu.2.& † eo magis ſi verè conſta-
ret, alienationem fuiſſe factam propter indigna-
tionem, & litem, ac ſimulatè ad euitandam im-
151 minentem executionem, Caualer. ibid. † Secus
vero quando non probatur ſcientia iſtius tertij,
& quidem in ſpecie litis, & mandati, & quod
debitori nihil aliud remanſerit in bonis, Buratt.
d.deciſ.231.nu.4.& 5.& d.dec.450.ſub nu.4. vbi, quod
152 † non reſultat ſcientia ex verbis inſtrumenti
alienationis, in quo fuerit promiſſum defende-
re ab omnibus moleſtiis, & litibus inferendis
per N. ſed potius contrarium, cum verba ſint
futuri temporis, de moleſtiis ſcilicet inferendis,
Rot.recent.dict.dec.273.num.1.& ſeqq. par.4.& penes
Merlin.de legit.dicta deciſione 30.

Declaratur etiam d.tertius caſus, vt † quan- 153
do agitur de re affecta alicui annuæ reſponſio-
ni, ſufficiat, tertium, in quem facta eſt alienatio
poſt ſententiam contra debitorem, in executio-
ne citare, Rot.in Romana Reſponſionis Vineæ 3.Martij
1582.coram Cardinal.Blanchetto, poſt tract.deciſione 27.
per tot.

Quartus caſus eſt, quando in perſonali in
vim mandati executiui pignus iam captum fue-
rit, ſeu capta tenuta, & quidem non per viam
immiſſionis ex primo decreto, & ſic pignotis 154
prætorij, † ſed per Executores, ſeu Officiales Cu-
riæ pro pecunia, ſeu re debita fuerit facta exe-
cutio in ſtabilibus non debitis iuxta formam
traditam per Saluſt.Tyber.in pract. A.C. libro 1.capite
41. & ſic per viam pignoris iudicialis, & bona
execura deinde debitor, antequam ponerentur
ſub haſta, alienaſſet. Et † iſto pariter caſu, cum 155
debitor non deſierit poſſidere ciuiliter, & natu-
raliter, & fructus colligere, non poteſt contra
tertium acquirentem ius executiuum exerceri,
dum vnum de duobus non probetur, hoc eſt,
vel quod tertius de tempore alienationis ha-
buerit ſcientiam executionis iam factæ, aut
quod debitor tunc non haberet alia bona, in
quibus exequi poſſet, Duran.d.deciſ.364.nu.29.verſ.
quartus caſus & n.ſeqq.ac n.44.Buratt.deciſ.231.ſub nu.
4.Add.in eund. Buratt.dec.917.n.11.verſ. quartus caſus,
& numero 12. cum † abſque dubio fraus non 156
poſſit dici fieri executioni, quæ ignoratur, nec
quando remanet, vbi illa poſſit perfici, Buratt.
dicta deciſione 231. numero 5. † Secus vero probata 157
dicta tertij ſcientia, vel debitoris inopia, & for-
tius vtroque probato. Buratt.deciſione 166. numero
1.& ſeqq. vbi Add. & deciſione 240.num.2.& ſentiunt
pariter Add. ad Buratt. deciſione 133. in fine & idem
Buratt.deciſione 231.num.1. & 4. vbi, quod † ſcien- 158
tia requiritur in ſpecie mandati, & executionis
ſuper re factæ, non autem ſufficit ſcientia
litis in genere, Rot.in Narnien.Dotium 4.Februarij
1628. coram Eminentiſſ. Domini Cardin. Vbaldo, poſt
tract.deciſione 75.numero ſecundo, & tertio, vbi in for-
tioribus terminis de tertio, in quem res dein-
de tranſierit per viam ſubhaſtationis, & in
eadem 29. Maij 1630. coram R. P. D. Ghiſlerio, poſt
tractat. deciſione 84. numero quarto, & ſeqq. vbi
de habente cauſam ab eo, qui ſciuit litem, &
executionem, & quod † viduus habens man- 159
datum contra bona hæreditaria viri, & illud
exequens, & ſubhaſtationem obtinens, non
poteſt dici ante ſubhaſtationem poſſediſſe ad
ſaluandam alienationem tanquam non fa-
ctam in fraudem paratæ executionis, & in
his terminis intelligendus eſt forſan Buratt.
deciſione 627. numero quinto, Cum † tunc ſatis ſit, 160
vt ipſe tertius in vlteriori executione citetur,
prout citari debet, Mangil. de ſubhaſt. quæſt.5. nu-
mero 7.& ſeqq. Mantic.deciſ.7. numero 4. Buratt. dict.
deciſ. 166. numero 2. & ibi Add. littera B, quamvis
† nec citandus videatur, quando conſtet in 161
actis, ipſum eſſe intruſum ex cauſa voluntaria,
habere cauſam à debitore, & nullam ei prorſus
defen-

Digitized by Google

deſenſionem competere, vt *adnotaui in tract.*
mand. de manuten. obſeruat. 12. numer. 65. & 68. Mangil.
de ſubhaſt. quæſt. 5. numer. 11. Giurb. dict. deciſ. 62. ſub nu.
17. & ſeqq. Buratt. deciſ. 527. num. 4. & dec. 917. numer. 3.
Add. ad eiuſd. deciſ. 166. numero 12. Rot. in d. Narnien.
Dotium 4. Februarij 1628. coram eminentiſſ. D. Card.
162 *Vbaldo, poſt tract. dec. 75. num. 3.* † vel alienationem
fuiſſe factam ex cauſa lucratiua, & apertè do-
loſa, ac in fraudem paratæ executionis, *Rot. re-*
cent. dec. 741. nu. 1. & 2. par. 3. Caualer. deciſ. 131. n. 1. & 2.
163 † niſi ipſe tertius ex ſe veniſſet ad cauſam, &
fuiſſet admiſſus.

164 Quare, quemadmodum † in Francia, facta
executione in re immobili, poteſt, ac ſolet res
publicè poſſidenda tradi viro probo, dum præ-
conia fiunt, ne debitor interim alienare, vel
fructus diſſipare poſſit, vt *per Rebuff. de præcon. li-*
citat. & ſubhaſtat. art. 1. gloſ. 2. numero ſecundo, 9. &
165 *ſeqq. & art. 2. gloſ. 1.* † qui poteſt etiam locare plus
offerenti Iudicis auctoritate, ac domino, & li-
citatore vocatis, & illis quorum intereſt. *Rebuff.*
166 *d. art. 1. gloſ. 2. nu. 18.* † ita videtur in partibus noſtris
fieri poſſe debitori præceptum de non diſtra-
hendo, nec alienando, & laboratori ſequeſtrum
167 circa fructus † quod non reuocatur cautione,
Rebuff. vbi ſup. art. 2 gloſ. 1. num. 3.

168 Executio † tamen non diceretur facta, ſeu
pignus captum per ſolum ſequeſtrum in vim
mandati, puta, ſuper fructibus cenſus, ſeu loco-
rum montium, niſi fuiſſet, parte citata, per Iudi-
cem declaratum, quod creditor haberet in pi-
gnus ipſum cenſum, & loca montium, *Buratt. d.*
169 *dec. 204. nu. 3. & dec. 231. ſub n. 2.* † Nec etiam atten-
ditur executio facta in vim mandati, cuius exe-
cutio ſit ſuſpenſa per appellationem, & com-
miſſionem cauſæ cum clauſula, Si quid exe-
quendum, tanquam ea ſit attentata, non expe-
ctato decreto de exequendo, *Buratt. d. dec. 231. ſub*
170 *nu. 2.* Quemadmodum † non afficit mandatum
iam conſumptum per ſatisfactionem, *Buratt. d.*
171 *dec. 231. ſub n. 2.* † Nec quando creditor habet tan-
tum in manibus, & penes ſe, ex quo probabiliter
videri poſſit ſibi fuiſſe ſatisfactum, vel ſatisfieri
172 potuiſſe, *Buratt. ibid.* † Vel vbi reddatur valde
turbida, an mandatum ſit conſumptum, *Buratt.*
173 *loc. cit.* cum † ſemper his caſibus excludatur fraus,
174 *Buratt. ibid.* Veluti quoque † mandatum, & exe-
cutio ad hunc effectum haberentur, ac ſi non
adeſſent, ſi nullitatis vitio laborarent, *Buratt. dec.*
450. num. 2. vbi Add. littera B.

Quintus caſus eſt, quando creditor habebat
in perſonali mandatum executiuum, & in illius
executionem fecerat ſe immitti in poſſeſſio-
nem, & ſic non fecerat per Executores, vel Of-
ficiales capere pignus iudiciale, ſed ſibi elegerat
viam pignoris prætorij, & immiſſionis ex primo
decreto, quod non dicitur capi vt iudiciale, ſed
creditori dari, & res poſtea, antequam procede-
175 retur vlterius, fuerit à debitore alienata; Et † hoc
ſimiliter caſu agendum eſt contra tertium reſ-
ciſſoria, vel alia via ordinaria, niſi in eo clare, &
indubitate probetur ſcientia immiſſionis, vel
quod debitor de tempore alienationis non ha-
176 beret alia bona, ſecundum veriorem, cum † de-
bitor nec ex hac immiſſione amittat ciuilem,
177 vel naturalem poſſeſſionem, ſed immo † hæc
immiſſio minus afficiat rem, quam pignus iudi-
ciale, & immiſſus nec faciat fructus ſuos, nec
efficiatur poſſeſſor, ſed ſimplex detentor, & cu-
ſtos, *Mantic. d. dec. 218. nu. 9. in fin. & nu. 10. Duran. d.*
dec. 364. numer. 33. & ſeqq. & dec. 447. per tot. Add. ad
Buratt. d. deciſ. 917. num. 13.

Sextus caſus eſt, quando mandatum execu-
tiuum fuiſſet expeditum, executum, & vlterius
pignus poſitum ſub haſta, & in hoc ſtatu debi-
tor alienauerit pignus in tertium. Et † in hoc 178
caſu omnes Doctores indiſtincte conueniunt,
ius executiuum poſſe recta via abſque reſciſſo-
ria proſequi, & exerceri contra tertium, quia
tunc eo ipſo, & abſque alia probatione animi
fraudandi, videlicet ea ipſis ſubhaſtationibus
præſumitur in acquirente ſcientia, & fraudis
participatio, & alienatio facta in fraudem pa-
ratæ executionis, & in ſpretum iudicialis autho-
ritatis, *Surd. conſ. 405. nu. 10. & ſequentibus & conſ. 535.*
nu. 4. & 5. vbi de æquiori, & ad euitandos circui-
tus, & quod hæc eſt obſeruantia iuſtitiæ, *Giurb.*
dec. 62. nu. 12. & 13. Duran. d. dec. 364. n. 14. & 58. Buratt.
dec. 405. num. 1. vbi Add. littera C. & ijdem Add. ad dec.
eiuſd. 917. nu. 7. † & tanto magis ſi alienatio facta 179
ſit in coniunctam perſonam, *Giurb. d. dec. 62. nu. 5.*
Add. ad Buratt. d. dec. 450. nu. 6. vel ſub prætextu æris
alieni, non immineret, vel de quo non conſta-
ret, niſi ex confeſſione alienantis, vel ſi omnia
bona debitor alienaſſet, vel eorum maiorem
partem, & non ſoluendo remanſerit, *Giurb. &*
Add. ad Buratt. vbi ſup. † licet poſſeſſor ſit citan- 180
dus, *Surd. d. conſ. 553. nu. 5.* † Sed in tertio poſſeſſo- 181
re ex titulo oneroſo videtur ſcientia litis; &
executionis, ac ſubhaſtationis probanda, ſecun-
dum *Buratt. d. dec. 450. nu. 1. & ſeqq.*

Cæterum † poſſet quidem dominus, præco- 182
niis pendentibus, rem inclamatam, ſeu illius fru-
ctus, puta lignorum, ſeu nemus vendere ex per-
miſſione curiæ, non alias, *Rebuff. de præcon. licit. &*
ſubhaſtat. art. 1. gloſ. 2. numero 16. Papon. de arreſt. lib. 18.
tit. 6. arr. 19. Tepat. var. ſent. tit. 417. cap. 19. Mangil. de ſub-
haſta. quæſt. 190. numero primo & ſeqq. † ad effectum
tamen ſoluendi debitum, de quo agitur, ſeu ad 183
dictum effectum deponendi in manibus Actua-
rij, ſeu Cancellarij, vel alterius, cui Iudex ordi-
nauerit, *Rebuff. & Papon. loc. cit. Mangil. dict. qu. 190.*
num. 3. † Sic enim nullum fit creditoribus præ- 184
iudicium, cum pecuniam rei ſubhaſtatæ ha-
beant, & vlteriores expenſæ vitentur, ac finis
litibus imponatur. *Rebuff. & Mangil. vbi ſup.* Et
† interim ſuperſedendum eſſet in ſubhaſtatio- 185
ne, *Papon. loc. cit.* † Cogiturque creditor oſtendere 186
debitori volenti vendere rem mobilem penes
eum exiſtentem pignoratam, præſtita tamen
per debitorem cautione de ſoluendo, ſeu depo-
nendo precium, vt ſupra, *Tepat. var. ſent. d. tit. 417.*
cap. 25.

Septimus, & vltimus caſus eſt, quando alie-
natio facta eſſet, poſtquam deuentum fuiſſet ad
ſecundum etiam decretum. Et † hoc quoq; caſu 187
cum minori difficultate poteſt ius executiuum
proſequi, & executio compleri contra tertiũ in
eodem ſtatu, niſi ille in continenti doceat aliũde
de iure ſuo, quam ex facto debitoris poſt ſecun-
dum decretum, cum debitor per ſecundum de-
cretum fuiſſet iam priuatus poſſeſſione, quam
deinde in ipſum tertium transferre non potue-
rit, & ipſe tertius remaneat notorie intruſus in

Digitized by Google

fraudem paratæ executionis, & in vilipendium
iudicialia auctoritatis, & illius participatio
fraudis ſatis ſit præſumenda tam ex edictis, &
ſubhaſtationibus, quam ex interpoſitione ſe-
cundi decreti, *Guid. Pap. quæſt. 81. ſub numer. 1. & ibi
Add. in verb. contra ſecundum emptorem. Mangil. de
ſubhaſt. quæſt. 21. num. 19. Durand. deciſ. 364. numer. 14.
verſ. ſecundus caſus, & nu. ſeqq. Add. ad Buratt. dec. 917.*
188 *num. 8.* † Nec poteſt fieri venditio ad effugien-
dum deliberationem eadem die factam, *Rot. in
Romana Vineæ 26. Maij 1610. coram Ortembergo poſt
tract. deciſ. 22. num. 4.*

189 Vnde † eſt etiam in ea re præferendus, qui
emit ſub haſta, & cui res fuit deliberata, non
autem qui emit à debitore poſt rem pignori ca-
ptam, & incantatam, & alteri demum delibera-
tam, *Guid. Pap. qu. 81. num. 1. & ibi Ranchin. in adnotat.
ad quem ſe remittit Tepat. var. ſent. tit. 419. c. 3. & ſequi-
tur Gabr. de empt. & vend. concl. 2. nu. 12.*

190 Prout, † ſi ſubhaſtatio, & deliberatio facta ſit
citato debitore, qui deinde repertus fuerit poſ-
ſidere pro alio, ex quo idem in ipſum antea
alienauerat, non eſt ipſe tertius audiendus, niſi
ſoluto debito creditori, tanquam alienatio, &
venditio facta fuerit cum iſto onere, *Boer. deciſ.
112. num. 10. & 11.*

Notandum autem circa prædicta generali-
191 ter eſt, quod † tunc dicitur alienatio in fraudem
paratæ executionis, & in ſpretum iudicialis au-
ctoritatis, quando alienatio eſt voluntaria, ſecus
ſi neceſſaria, & habens cauſam antiquiorem, &
ante motum iudicium, *Giurb. dec. 61. nu. 12. & deciſ.
62. numero 18. & 20. Add. ad Buratt. deciſ. 166. numer. 10.*

192 Atque † fraus quoque præſumitur in aliena-
tione facta vili pretio, *Gluſian. de dat. in ſolut. cap.
27. num. 301.*

193 Item, quod † tertij bonorum poſſeſſores, in
quos à debitore facta eſt alienatio in fraudem,
non poſſunt ſinguli inſolidum conueniri, ſed
pro rata tantum, *Gluſian. de dat. in ſolut. c. 18. nu. 276.*

194 Item, quod † in alienatione facta titulo one-
roſo, vt intret edictum, de quo *in tit. ff. quæ in
fraud. credit.* tria ſimul requiruntur, conſilium ſci-
licet fraudandi ex parte alienantis, ſcientia
fraudis ex parte recipientis, & euentus fraudis
in damnum creditoris, *Duran. d. dec. 364. nu. 64. &*
195 *65.* † Sed in alienatione ex cauſa lucratiua, etiam
ante litem motam facta intrat dictum edictum,
indiſtinctéque locum habet cum ſolo conſilio
fraudandi ex parte alienantis, ſiue recipiens
ſciat, creditores fraudari, ſiue non, *Duran. d. n. 65.*

196 Et † ſcientia fraudis in debitore probatur eo
ipſo, quod ille ſciens, creditores habere, & bona
ſua non eſſe ſoluendo, aliaque ſibi bona non
eſſe, ea omnia alienat, aut eorum maiorem par-
tem, *Duran. d. deciſ. 364. nu. 60. & dec. 447. num. 3.*

197 Item, quod † ceſſat præſumptio fraudis,
quando tertius acquiſitor ſuſcepit in ſe onus
ſoluendi debitum, de quo agitur, illudque ad
dictum effectum realiter depoſuit. *Duran. d. dec.
364. num. 63. 69. & 70. & dec. 447. nu. 4.*

198 Item, & vltimo, quod, † quando alienatio
non eſt facta in fraudem paratæ, vel inceptæ
executionis, agendum eſt contra tertium ordi-
narie, *Add. ad Buratt. deciſ. 133. in fin. & idem Buratt.
dec. 131. in princ.*

199 Et quamuis verò † tenuta conceſſa in bonis
alienari prohibitis, & fideicommiſſo ſuppoſitis
non ſubſiſtat, *Aſin. de execut. §. 4. cap. 91. numero 29.*
& † conſequenter nec adiudicatio, vel delibe- 200
ratio, *Aſin. d. §. 4. cap. 64. numero 1. & ſeqq. Caſſan. ad
conſuetud. Burgund. rubr. 9. §. 10. ſub num. 28.* vbi quod,
prohibita alienatione, cenſetur prohibita etiam
in ſolutum datio neceſſaria, & Iudicis auctori-
tate, cum, † dum primum decretum non ſubſi- 201
ſtit, multo minus ſecundum ſubſiſtere dicen-
dum ſit, quia tunc † bona de fideicommiſſo, & 202
familia contra teſtatoris voluntatem extrahun-
tur, *auth. multo magis C. de Sacroſ. Eccleſ. Aſin. de execut.
d. §. cap. 91. num. 30.*

Et † nulla ſit ſubhaſtatio, & deliberatio, vel 203
adiudicatio alicuius rei prohibitæ alienari ex
pacto, *Mangil. de ſubha. quæſt. 110. n. 9.* Ideoque † por- 204
tio ad inueſtituram vocati conſiderata cum
proprietate non poſſit ſubhaſtari, & deliberari
per ceſſionarium iurium illius, qui rem alteri
ceſſit, ad cuius vitam conceſſa fuerit, ſtante pa-
cto in conceſſione, quod non poſſet vendi, pi-
gnorari, vel quomodolibet alienari, non requi-
ſito prius Domino directo, an vellet præferri
Mangil. d. qu. 110. in fin. Seraph. dec. 808. nu. 2.

Hæres † tamen impedire non poteſt, ne res 205
alteri particulariter relicta, & alienari prohibi-
ta, ſeu fideicommiſſo ſuppoſita à creditoribus
defuncti ſubhaſtetur, *Neguſ. de pignor. par. 6. memb.
1. ſub num. 15. Fuſar. de fideicomm. quæſt. 541. numero vi-
geſimo in fin.* cum † nec poſſit teſtator nocere ſuis 206
creditoribus, & impedire, quominus illi ius
ſuum in ipſius bonis conſequantur, *Rot. in Recan.
Fideicomm. 29. Aprilis 1630. coram Merlino.* † nec in 207
ipſa prohibitione alienationis contineatur, ſeu
contineri cenſeatur alienatio neceſſaria, *Fuſar.
de fideic. quæſt. 703. numero 7. Rot. in d. Recanaten. Fidei-
commiſſ.* † nec pignus iudiciale, & prætorium, 208
Fuſar. ibid. † ſed immo ſemper dicatur alienatio 209
neceſſaria excepta, nec vnquam dicatur fieri
contra eius voluntatem, *Rot. in d. Recanaten. Fidei-
commiſſ.* Ac ideo † poſſint bona ſubiecta fidei- 210
commiſſo pro debito fideicommittentis ſubha-
ſtari, *l. peto. §. prædium, ff. de leg. 2. Rot. recent. deciſ. 94.
nu. 16. par. 5.* † etiam quod agatur de re particula- 211
riter legata, ſeu per fideicommiſſum relicta,
Neguſ. de pignor. par. 6. membr. 1. ſub num. 15. vbi an le-
gatarius ſit citandus. *Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 118.
num. 12.* † & ad dictum effectum poſſint bona fi- 212
deicommiſſaria vendi, & alienari etiam per
hæredem, *Mangil. d. quæſt. 118. numer. 1.* & per tot † 213
abſque eo quod ad inſtantiam creditorum ca-
piantur, & ſubhaſtentur, *Mangil. ead. quæſt. 118. nu.
20.* † cum ſufficiat ſolum, quod ipſi creditores 214
vrgeant, *Mangil. ibid. num. 11.* quamvis † non poſſit 215
ex ſe ad dictum effectum vendere, & alienare
rem particulariter legatam, ſeu particulariter
per fideicommiſſum relictam, vbi extent alia
bona hæreditaria, *Mangil. loc. cit. numer. 12.* Vnde
† abſque minori difficultate tenet ſubhaſtatio 216
facta per creditores etiam non citato fidei-
commiſſario, & illi remanet ius ſaluum ad pre-
cium contra hæredem grauatum, vel in alia re
conſimili, *Fuſar. d. quæſt. 541. num. 20.*

Sed bene † poteſt ipſe Fideicommiſſarius 217
comparens impedire, ne res ſubiectæ fideicom-
miſſo diſtrahantur pro ære alieno fideicommit-
tentis ſoluendo, ſi ipſum debitum offerat, &
ſoluat,

Digitized by Google

ſoluat, *Fuſar.d.qu.541.nu.16.in fin.Mart.conſ.25.nu.14.*
218 † tanquam ipſe veniat ex perſona debitoris,
non autem ſubſtitutus, *Mart.ibid.*

219 Veluti etiam † habens ius in ſpe poteſt ſe op-
ponere, non ad impediendam executionem, ſed
vt ius ſuum ſibi ſaluum ſit, adueniente conditio-
ne, *Tiraq.var.ſent.tit.417.cap.22. Aſin. de execut. §. 4.*
220 *cap.129.nu.3.* Quare † ſubſtitutus ex fideicommiſ-
ſo, donatione, vel alio titulo, ſiue inter viuos, ſiue
in vltima voluntate, non poteſt ſe rei ſubhaſta-
tioni opponere, cum nullum ius habeat actua-
le, ſed ſolam conditionalem expectatiuam, ſeu
ſpem, quæ poteſt euenire, & non euenire, & ſeſe
opponere poteſt ſine conſeruandi, & curare, vt
dicatur, addictionem ea lege faciendam, *l. Sta-
tius Florus, §. Cornelio ff. de iur. Fiſc. Papon. de arreſt.
lib.18.tit.6.arreſt.39.* vbi, quod ita obſeruatur. Ita vt
221 † adiudicatio facta de bonis fideicommiſſo
ſuppoſitis dicatur ab initio, pendente conditio-
ne fideicommiſſi, valuiſſe, & reſoluatur, condi-
tione deinde purificata. *Herculan. in ſuo reſponſ. nu.*
222 *423.* Cum † bona ſubiecta fideicommiſſo poſſint
in ſolutum dari, ſeu adiudicari durante vita de-
bitoris, qui poſſideat, & debitum contraxerit,
*leg. peto. §. prædium, & leg. codicillis, §. inſtitutio. vbi no-
tat. Bart ff. de leg. 2. d. leg. Statius Florus, §. Cornelio. ff. de
iur. Fiſc. leg. fin. vbi Caſtr. Cod. comm. de legat. Aſin. de
execut. §. 4. capit. 93. nu. 1.* † Poſſuntque fructus, &
223 commoditates bonorum fideicommiſſo ſubie-
ctorum, ſeu Feudalium, vel emphyteuticorum,
tanquam non ſint ſub ipſo fideicommiſſo, ſeu
feudo, vel emphyteuſi, in cauſam iudicati capi,
& ſubhaſtari, & adiudicari, ſicuti poſſunt pro
debito ab ipſo debitore libere vendi, & obliga-
ri, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 580. nu. 18. 21. 23. 25. & 26.*
vbi de veriori, magis communi, receptiſſima, &
ſequenda opinione, & de emphyteuſi *Mangil. de
ſubhaſt. quæſt. 110. num. 5. & Rot. in Romana Deuolutio-
nis 7. Maij 1599. coram Penia. poſt tract. dec. 9. in princ. &
nu. 1. & per tot. & in Bononien. Pecuniaria 3. Iunij 1633.
coram Eminentiſſ. D. Card. Vbaldo, poſt tract. dec. 23. nu.*
224 *4.* † etiam quoad fructus naſcituros, dummodo
id non tendat in præiudicium vocatorum. *Gra-
tian. d. cap. 580. nu. 19.*

225 Proindeque † etiam ſi Fiſcus res vendat pro
debito reali ipſarum rerum, puta, pro debito
tributorum, collectarum, & datiorum, & illud
onus ſit ordinarium impoſitum à lege, & aucto-
ritate Principis ante conſtitutum fideicommiſ-
ſum, non poteſt venditio impediri, quia Fiſco
erat iam antea in bonis acquiſitum ius hypothe-
cæ, & ſic illi res erant affectæ, *Peregr. de iur. Fiſc.
lib. 6. tit. 4. de vend. & empt. Fiſcal. nu. 43. verſ. aut vendit.*
226 Sed † ſi onus non ſit ordinarium, veluti ſunt
ſubſidia, & præſtantiæ, quia hoc caſu bona non
ſunt hypothecata Fiſco niſi ex die indictæ colle-
ctæ, atque ſubſidij extraordinarij, non videntur
bona fideicommiſſo, aut alteri conditioni ante-
riori ſuppoſita, vendi poſſe in præiudicium il-
lius, qui ex cauſa anteriori affecta ſunt, quoad
effectum tamen, vt à poſſeſſore rem vendicare
poſſit refuſo pretio, niſi lex Principis aliud diſ-
finiat, *Peregr. d. n. 43. verſ. aut vero onus,* licet tamen
227 aduertendum ſit, quod, † vbi ex fructibus bono-
rum poteſt oneribus realibus ſatisfieri, non fa-
cile bonorum proprietas ſubhaſtatur, in præiu-
dicium maxime ſubſtitutorum, *Peregr. ibid.*

Si vero † illi, quibus fideicommiſſum reli- 228
ctum eſt, diſtractioni conſentiant, non poſſunt
deinde iidem fideicommiſſum petere, *leg. nihil.
§. 1. ff. de leg. 1. Mangil. de ſubhaſt. qu. 145. ſub nu. 2. &
ſeqq.* Atque † poſſunt pro dotis reſtitutione ſub- 229
haſtari bona etiam fideicommiſſo ſuppoſita,
conſtito de non exiſtentia bonorum liberorum,
& fideicommiſſariis citatis, *Rot. in Ariminen. Bo-
norum 5. Martij 1627. coram Coccino, poſt tract. deciſ. 70.
num. 6. & 7. & in Fulginaten. Alimentorum 25. Ianua-
rij 1632. coram eodem, poſt tract. dec. 90. num. 15. & ſeqq.*
† nec non etiam pro legato, & alimentis debi- 230
tis deſcendentibus, *dict. dec. 90. num. 6. 16. & ſeq.* &
de non exiſtentia aliorum bonorum creditur 231
Executoribus ſic atteſtantibus, *Rot. in d. Fulginat.
Alimentorum 26. Ianuarij 1632. coram Coccino, poſt
tract. dec. 90 nu. 4.* & † eo magis adminiculis etiam 232
concurrentibus, & *d. dec. 90. num. 4.*

Nec † in ſubhaſtatione fructuum, & commo- 233
ditatum rei emphyteuticæ, eorumque delibe-
ratione, & adiudicatione neceſſaria eſt Domi-
ni ſcientia, licentia, vel conſenſus, *Aſin. de execut.
§. 7. cap. 249. num. 4.* † etiam quod ſit emphyteuſis 234
Eccleſiaſtica, *Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 140. nu. 2.* cum
† conſenſus Domini directi non requiratur in 235
alienatione per viam Curiæ neque in redem-
ptione, *Caualc. dec. 360. nu. 5.* † dummodo ius Do- 236
mini ſaluum maneat, *Mangil. d. quæſt. 140. nu. 10.* &
† Dominus ſuum canonem conſequatur, *Aſin. d.* 237
cap. 246. num. 2. & † id fiat in ſubſidium, *Mangil. d.* 238
quæſt. 140. num. 19. † Nec hoc facit cadere debito- 239
rem in pœnam, ſeu caducitatem, cum non dica-
tur proprie alienatio, *Borgnin. dec. 9. num. 26. 27. 29.
& 38. par. 3.* † euitatque caducitatem iudicialis 240
executio, & ſubhaſtatio rei emphyteuticæ facta
pro fictis, *Mandell. conſ. 118. nu. 3. lib. 1.*

Idemque † eſt in feudo alienabili, ſeu hære- 241
ditario, nam in eorum vtili dominio, & fructi-
bus, ac commoditatibus in ſubſidium fieri po-
teſt pro debito executio abſque alio Domini
conſenſu, de conſuetudine, *Mangil. de ſubhaſta. d.
qu. 140. n. 8. 11. 12. 15. 18. & 21. vbi nu. 22.* † quod limita- 242
tur in Feudis Dignitatis, & † in alienatione ne- 243
ceſſaria, quando Tubiſta vigore ſententiæ ſub
haſta vendit, tenet alienatio, etiam ſi in obliga-
tione non præceſſerit aſſenſus, & eſt ſolitum in
tali caſu prouideri quod exequatur, & reperto
emptore, & præuio Regio, ſeu Domini aſſenſu
liberentur, & ita pluries iudicatum fuit, *Paſcal.
de patr. poteſt. par. 2. cap. 10. n. 125. &* † ſine aliqua dif- 244
ficultate poſſunt bona feudalia ſubhaſtari, &
adiudicari creditori, & in illis recte ſecundum
decretum interponi ſine aſſenſu Domini, vbi
illius aſſenſus interuenerit in obligatione, *Pa-
ſcal. dict. cap. 10. num. 98. 99. & 124. Mangill. de ſubhaſt.
dict. quæſt. 140. nu. 26. & quæſt. 141. per tot.* † Sed Vaſ- 245
ſalli morte, aut alias contingente Feudi ſolutio-
ne, creditoris ius, & perceptio, conſenſu etiam
Domini quæſita, ceſſat, nec commoditates am-
plius creditor percipere poteſt, ſeu debet, ſiue
ad agnatos Feudum deuoluatur, ſiue ad Domi-
num, *Mangill. dict. quæſt. 140. in fin.* vbi de diſtin-
ctione quoad ſeruitutes remiſſiue. † Vt autem 246
de ipſo Feudo recte ſubhaſtatio fieri poſſit,
opus ſine dubio eſt, vt Domini licentia, ſeu
aſſenſus accedat, *Mangil. dict. quæſt. 140. numero 17.
& 18.* vbi de veriori, *& quæſt. 242. nu. 1.* † in Statu- 247

tamen Eccleſiaſtico ad effectum ſatisfaciendi creditorib. ſubhaſtantur etiam Caſtra Baronum ipſius Status Eccleſiaſtici, & non obſtantibus fideicommiſſis, vt in Clem. VIII. 41. in 3. par. Bullar. & ad materiam vide Caualer. dec. 612. num. 46. & Rot. recent. deciſ. 36. par. 5. & in Rom. Nullitatis Contractus 18. Maij 1620. coram Coccino, poſt tract. deciſ. 38.

248 Subhaſtarique † poteſt etiam ius nominandi, conſentiente Domino directo, Mangill. de ſubhaſt. quæſt. 111. per tot.

249 Ad ſubhaſtandum † quoque Officia, & Loca Montium Romanæ Curiæ requiritur licentia Summi Pontificis, & commiſſio eius manu ſignata, Saluſt. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 42. num. 2. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 160. numer. 6. Seraph. deciſ. 1294. nu. 3. & 7. quæ eſt etiam inter diuerſ. par. 4. deciſ. 288. num.
250 4. & 6. † cum nec in his cadat hypotheca, niſi reſpectu eorum fructuum, & precij, Seraph. ibid. nec in Officiis ita paſſim admittatur ſubhaſtatio, ſeu adiudicatio per Principem, niſi in ſubſidium, Rot. poſt Mangil. de ſubhaſtat. dec. 16. nu. 6. quæ eſt etiam penes Marcheſ. de commiſſ. par. 3. fol. 22. Sed quoad loca montium licentiam impartiri ſolet Illuſtriſſimus D. Theſaurarius generalis.

251 Executio, & † ſubhaſtatio bonorum aduentitiorum filiisfamilias quamvis valida ſit in iis, in quibus patri non quæritur vſusfructus, pro ſolutione æris alieni ipſius filij, Gratian. deciſ. 76. n.
252 8. & ſeqq. & nu. 38. † ſecus tamen eſt in bonis aduentitiis, in quibus pater habet vſumfructum,
253 Gratian. dict. deciſ. 76. nu. 38. & ſeqq. † & in acquiſitis nomine patris ex induſtria filij, Gratian. ead. dec.
254 76. num. 41. † Sique fuiſſet per patrem conſenſus præſtitus eorum ſubhaſtationi ad creditorum fauorem non diceretur vſusfructus eidem debitus amiſſus, vbi ſubhaſtatio non habuiſſet effectum, nec bona fuiſſent vendita, Gratian. diſcept.
255 for. cap. 519. nu. 65. & 56. cum † actum quid non dicatur, quando aliquid ſupereſt agendum, Gratian. dec. num. 66.

256 In rebus dotalibus † per virum poſſeſſis fieri poteſt executio pro debito vxoris ante matrimonium contracto, vbi vniuerſa bona, ſeu eorum quota data fuerint in dotem, cum bona dicantur deducto ære alieno, & tranſeant in virum cum ſua cauſa, & onere, ſed ſecus ſi data ſint in dotem bona particularia, Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gl. 1. par. 3. n. 16. & ſeqq. Aſin. in prax. §. 31. limitat. 43. nu. 1. & 2. Capyc. deciſ. 128. Seraph. dec. 43. nu. 1. & 2. Caualer. deciſ. 353. Buratt. deciſ. 254. vbi Add. Rot. poſt noſtrum tract. mand. de manuten. dec. 261.

257 Quilibet † etiam tertius, & extraneus, quamvis non ſit dominus, nec poſſeſſor, nec vllum intereſſe habeat, vel habere doceat, & eo magis ſecundus creditor impedire valet executionem, & diſtractionem per oblationem, & ſolutionem, ſeu depoſitum pecuniæ debitæ, leg. fin. vbi notat Bald. C. ſi antiq. credit. Neguſ. de pignor. par. 6. memb. 1. n. 28. verſ. quarto limita, & num. 30. Paul. Marcheſ. de ſalu. par. 2. cap. 17. per tot. Scapucc. eodem tract. lib. 2. qu. 3. num. 4. Caroc. de oblat. par. 1. tit. de oblat. real. num. 3. Capyc. dec. 202. ſub num. 5. Chartar. dec. 61. num. 5. Giurb. dec. 91. ſub numero 2. Eſtque generale quod
258 † quicunque etiam extraneus pro debitore ſoluere poteſt, inuito quoque creditore, Inſtit. quibus mod. toll. oblig. in princ. l. ſoluendo ff. de neg. geſt. l. ſolutionem ff. de ſolut. Paul. Marcheſ. d. cap. 17. numer. 4. Cenc. de cenſib. qu. 105. per tot. iuxta nouiſſ. impreſſ. Taurini. Giurb. d. dec. 91. num. 1. & 2.

Et ex his ſequitur, vt † fortius ius offerendi 259
competat ei qui ſit obligatus in debito non creditori, ſed fideiuſſori, vel mandatori, Capyc. dict.
dec. 202. ſub numero 5. & † quicunque tertio poſſeſ- 260
ſori, & quidem ſiue iuſte, ſiue iniuſte, poſſideat, leg. Paulus. §. 1. vbi Bart. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolut. Paul. Marcheſ. de ſalu. capit. 16. per tot. Pacific. eod. etiam tract. inſpect. 5. capit. vnic. numero vndecimo, & ſequentibus, Donat. Ant. de Marin. quotid. reſolut. cap. 219. numero 18. & ſeqq. Seraph. deciſ. 927. numer. 1. & 5. &
† eo magis ſi tertius poſſeſſor habeat deſupe- 261
rius cum hypotheca, Seraph. d. dec. 937. nu. 1. † licet 262
poſteriori, Duran. dec. 364. n. 72. † Impeditur enim 263
venditio pignoris tam per ſecundum creditorem poſſidentem, & offerentem debitum primo, leg. fin. vbi Bald. Cod. ſi antiq. cred. Bertach. in verb. oblatio ſub num. 10. & in verb. pignus alienatur. Pacific. de ſalu. dict. inſp. 5. cap. 1. numero 36. Merlin. Pignatell. controu. for. cap. 63. in princ. Donat. Anton. de Marin.
quotid. reſolut. cap. 219. numer. 2. & 14. † etiam quod 264
non habeat hypothecam, ſed tantum perſonalem actionem, Card. Tuſc. in verb. offerre, concluſ. 80. n.
5. † quam per primum creditorem, qui poſſi- 265
deat, & offerat debitum ſecundo, Pacif. de Salu.
dict. inſp. 5. n. 35. & 50. quia, † cum ſit par cauſa prio- 266
ris & poſterioris creditoris in offerendo, in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis, Donat.
Anton. de Marin. ſub num. 14. † Videturque ſemper 267
eſſe in facultate tertij poſſeſſoris intereſſe habentis debitum, & expenſas offerre, bonaque liberare, donec ad venditionis executionem deuentum non fuerit, Aſin. de execut. §. 6. c. 32. num. 41.

Tertius vero † comparens, & ſe opponens 268
poſt addictum pignus, & perfectam executionem debet & tunc audiri, Rimin. iun. conſ. 3. nu. 32.
lib. 1. Gargear. conſ. 2. num. 106. † prout & tunc etiam 269
poteſt moleſtia affici ille, cui fuit res adiudicata, vel in ſolutum data, ſeu qui in emptorem ſe
obtulit, Aſin. de execut. §. 4. cap. 80. num. 3. cum † ipſi 270
tertio ignoranti cauſam agitari præiudicium cum inferri non potuerit, Rimin. iun. dec. conſil. 3.
nu. 32. lib. 1. † nec diſtractio pignoris in re aliena 271
conſtitui poſſit nocere domino, ſi is neque dationi pignori, neque diſtractioni conſenſerit,
Ant. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 16. defin. 14. † nec de tem- 272
pore, intra quod recurri poſſit, iura communia diſponant, & ideo multis in locis Statuta id prouidentia exiſtant, & aliter, quam ius commune diſponant, ſtatuantque, quomodo, quibus, & intra quantum tempus ius tertij ſaluum eſſe debeat, Aſin. de execut. d. §. 4. capit. 80. nu. 3.

Sed tamen, quia † ſubhaſtatio, quæ apparet 273
facta ſeruatis ſeruandis præſumitur etiam iuſta, Rot. in Imolen. Saluiani 9. Iunij 1636. coram Eminentiſſ. Domino Cardinali Macchiauello, poſt tract. dec. 104.
numero nono † agere debet ordinarie, leg. à Diuo 274
Pio, §. ſi poſt addictum pignus, ff. de re iudic. vbi D.D. communiter, Saluſt. Tiber. in pract. libro primo capite 44. numero ſexto Mangill. de ſubhaſt. quæſt. 160. numero 15. Giurb. deciſ. 64. numero ſecundo, & Rot. in dec. Imolen. Saluiani, poſt tracta. dict. deciſ. 104. numero 10.
† ac facere plenas probationes, ſeruatis debi- 275
tis terminis, iudicio reſciſſionis, vel actione rei vendicationis, Saluſt. Tiber. dict. capit. 44. num. 3.

Digitized by Google

277 *num.5.& 6.Mangil.dict.quaſt.160.nu.15.* & † per tres
ſententias conformes, *d.dec.104.numer.10 poſt tract.*
278 Nam † poſt rem venditam, vel in ſolutum da-
tam ceſſat ſummaria cognitio Iudicum exe-
quentium, *Tepat.var.ſent.tit.419.cap.6.* Quamquam
279 † probationes factæ in hoc iudicio ſummario,
tanquam in iis adhibita ſit plena cauſæ cogni-
tio, vt adhiberi debet, probent etiam in plena-
rio, *Gluſian. de bonis ad crid.ponen.capit.1.num.196.&*
280 *197.* Sed † quatenus iſte tertius fuiſſet tempore
ſubhaſtationis in poſſeſſione, & non habuiſſet
ſe pro ſpoliato, competeret illi manutentio, ad
adducta *per me in tract.mand. de manuten.obſeru.12.*
num.37.& ibi Rot.deciſ.26. per tot. &, ſi habuerit ſe
pro ſpoliato, reintegratio, vt etiam *habui d.tract.*
de manuten.obſeru.57.num.40. & dicam infra inſp. 58.
281 Adeo vt † poſterior creditor, in quem poſſeſſio
rei tranſlata fuiſſet per clauſulam conſtituti, ſi
res iſta per anteriorem fuerit diſtracta, poſſit
poſſeſſionem auocare etiam ab emptore, cui
pignus venditum ſit, donec fuerit facta per pri-
mum creditorem diſcuſſio aliorum bonorum
debitoris, *Ant.Fab.in Cod.lib.8.tit.18.defin.3.*
282 Statuto vero diſponente, † vt quicunque
præter debitorem in bonis in ſolutum datis, vel
venditis ius habens poſt talem dationem in ſo-
lutum, vel venditionem infra, puta, annum, ad
proſequendum ius ſuum veniens audiatur, & ei
ius ſit ſaluum, non obſtante ipſa in ſolutum da-
tione, vel venditione, videtur & debitor infra
283 dictum tempus, & annum audiendus & † non
habet Statutum locum, ſi veniens fuerit ſpe-
cialiter citatus, vel præſens in iudicio, vel nul-
lum ius in bonis prætendere valeat, *Aſin.de exe-*
cut.§.6.cap.32.n.36.circa fin. & † intelligendum eſt
de valida in ſolutum datione, & venditione,
non autem de ea, quæ ipſo iure nulla fuit, *Aſin.*
de execut.§.4.cap.6.num.1.& 2
284 Nam † datio in ſolutum, ſeu adiudicatio, vel
venditio nulla, & inualida in ſolutum datio, vel
adiudicatio, ſeu venditio non dicitur, *l.4.§.con-*
demnatum ff. de re iudic.l.non putauit, §.non quævis, §.
285 *de bon.poſſ.cont.tabul. Aſin.d.cap.64.num.2.* † nec vn-
quam tranſit in iudicatum, *Aſin. eod. §. 4. cap.59.*
286 *num.1.* Quemadmodum quoque † Statutum lo-
quens de habente ius in bonis in ſolutum da-
tis, vel venditis intelligitur de habente tale ius
de tempore dationis & venditionis, *Aſin.d. §. 4.*
cap.137.num.4.
287 Præterea † non ſubſiſtit ſubhaſtatio rei pro-
priæ, *Mangil.de ſubhaſt.quaſt.102.numer.6.Seraph.dec.*
904.nu.1. & Rot.in Romana de Barbarellis 26. Aprilis
288 *1571.coram Comitulo, poſt tract.dec.4.num.4.* † nec rei
emptæ cum pacto redimendi, redemptione ad-
huc non facta, & termino pendente, aduerſus
debitorem venditorem non dominum, ſed ha-
bentem tantum ius redimendi ob euictionem
poſſeſſionis ſequutam, niſi conſenſerit haben-
do redemptionem pro facta, & dominium pro
289 reuerſo, *Seraph.d.deciſ.904. & dec.929.* † nec ex eo,
quod quis egerit ad ſubhaſtationem rei, quæ
vendita erat cum pacto redimendi, inferri po-
teſt ad tranſlationem dominij in neceſſarium
antecedens, niſi adſit expreſſus conſenſus ven-
ditoris habentis ius redimendi, *Mangil. de ſubh.*
quaſt.8.numer.5.quaſt.102.num.9. & quæſt. 103. numer.
290 *7. Seraph.d.dec.929.numer.3.* ſed † nulla eſt ſubha-
ſtatio, ſi proprietas à ſubhaſtante retineatur,
etiam quod ab eo ſit euicta poſſeſſio, cum ad-
huc dominus proprietatis remaneat, *Mangil. de*
ſubhaſtatio dict.quaſt.102.numer.6.Seraph.dict.dec.904.
numero 1.

Prout † nec res litigioſa capi poteſt in pi- 291
gnus, *Coſt.in tract.aut ſcieb. aut ignor.diſtinct.93.nu.6.*

Adnotandum quoque eſt, quod † ſportulæ 292
in ſubhaſtatione ſolui debent à proprietario;
non autem ab opponentibus, & ſi opponentes
ſoluerent, daretur illis executio pro repetitio-
ne contra proprietarium, *Papon. de arreſt. lib. 18.*
tit.3.arreſt.7.

SVMMARIA.

1 *Prætonizatio ad inſtantiam vnius creditoris aliis etiam prodeſt.*

2 *Tertius ſecundo modo ſe opponit ſubhaſtationi ex quo res ſit ſibi hypothecata, & vt debitum ei ſoluatur, & num.7. vel ſoluatur ei qui ſit prior, & in ſubſidium dentur ei bona in ſolutum, vt num. 8.& 9.*

3 *Creditores concurrentes ſubhaſtationi, quæ fit ab alio, dicuntur rei voluntarij, non neceſſarij, & quare, & num.4.*

5 *Qui poſſunt adeſſe, & probare, bona eſſe debitoris.*

6 *Non autem impedire vel differre, & nu.46.*

10 *Et reſpectu diſtractionis rei venire debent, & audiri ante diſcuſſionem, & deliberationem, vel adiudicationem, non poſt, & nu.11.12. & 80. & 81. ſaluo ſibi iure ſuper pretio, vt num.13.*

14 *Reſpectu vero pretij admittuntur vſque ad illius diſtributionem.*

15 *Creditore vno immiſſo, omnes alij immiſſi cenſentur. Ampl.& declar. vt num.ſeqq.& numero 69. & 78.*

21 *Pignus iudiciale magis afficit rem, quam prætorium.*

22 *Terminus, & dilatio data debitori ante ſubhaſtationem prodeſt etiam aliis creditoribus ſuperuenientibus, nec locus datur illius reiterationi.*

23 *Oppoſitiones ſine diſtrahendi, vel aliæ, nullæ ſunt, ſi in actis non fiant, & admittantur, & ad vlteriora procedi poteſt, & nu.24.& 26.*

25 *Creditoribus ſe opponentibus ſine diſtrahendi non datur inclamationum & auctionum exemplum, ſed modica tantum dilatio, & quare.*

27 *Creditor prior comparens etiam in termino deliberationis admittitur, refectis expenſis hucvſque factis, præſertim ſi debitor non ſit ſoluendo.*

28 *Diligentia, & vigilantia vnius creditoris quando eidem proſit, vel non, & nu.ſeqq.*

30 *Creditoribus paribus exiſtentibus præfertur in pignore ille, ad cuius inſtantiam captum fuit in vim rei iudicatæ, & nu.31.*

31 *Prior in tempore potior eſt in iure, & numero 35. & 71.*

32 *Conditio melior eſt occupantis.*

33 *Prælatio inter creditores aliter conſideratur pignoribus ab aliquo non captis aliter illis captis, vt hic, & nu.34.& 35.*

36 *Creditor primus admittitur, & præfertur, etiam*

Digitized by Google

ſi non ſententiam,ſeu mandatum,ſed ſolum creditum habeat cum priori hypotheca. Lim. vt num. 42. & 43.

37 *Et etiam quod debitor habeat alia bona, & ſit ſoluendo,& num.38.Contrarium num.39.*

40 *Creditori primo ad prælationis effectum in pignore ab alio capto ſufficit aſſerere, quod debitor alia bona non habeat.*

41 *Debitorem alia bona non habere quomodo probetur.*

44 *Executionem habens in vim mandati ex cauſa debiti perſonalis,ſuperueniente immiſſione pro cenſu impoſito,non habet ius offerendi.*

45 *Ius offerendi non competit niſi creditori hypothecam habenti,vel poſſeſſori.*

46 *Creditoris prioris ſuperuenientia, & admiſſio non operatur, vt ſit ſuperſedendum, ſed alio volente fieri debet venditio,& primo priori,& deinde poſterioribus,ſi quid remaneat, ſatisfieri, vel ſuo ordine fieri adiudicatio. Ampliat.& Declarat.vt nu. 48.& ſeqq.*

47 *Creditore priore poſtpoſito, eſt executio retractanda.*

48 *Creditor anterior non cogitur rem vendere, ſed poteſt retinere loco pignoris,donec ſibi ſoluatur.*

53 *Vidua,aliis creditoribus inſtantibus, tenetur viri defuncti bona manifeſtare.*

60 *Subhaſtationem ſi non proſequatur creditor,quia interim illi fuerit ſatisfactum,vel alia ex cauſa,poteſt eam reaſſumere, & continuare alius creditor ſoluendo ſumptus à primo factos.*

61 *Appretio facto ad inſtantiam vnius creditoris, poteſt illud iterum fieri ad inſtantiam alterius.*

62 *Creditor ſecundus comparens in ſubhaſtatione, vel adiudicatione animo non contradicendi, ſed ſibi ſatisfaciendi, & vt eligat æſtimatorem, non eſt in expenſis condemnandus,& quare,& n.63.& 64. Limitat.vt nu.66.*

65 *Quod alteri prodeſt, & ſibi non nocet, denegari non debet.*

67 *Victus victori regulariter in expenſis condemnatur.*

68 *Executionis ad inſtantiam prioris creditoris, ſeu illius proſecutionis nullitas non nocet poſteriori exequenti.*

70 *Iudex quomodo ſe gerat in diſcuſſionis iudicio.*

72 *Creditor habens ſpecialem hypothecam in vna re non poteſt, ea non diſcuſſa, aliam ſubhaſtare, ſed in hac præferuntur alij,& nu.73.*

74 *Declarat, vt hanc exceptionem non poſſit opponere debitor.*

75 *Pignus habens iudiciale ob ſententiam præfertur priori habenti ſolam actionem perſonalem, & num.78.*

76 *Sententia hypothecas non importans, ſed nudam actionem ex iudicato,& ius exequendi.*

77 *Hypotheca in vim ſententiæ incipit à die executionis ſuper corporibus captis, vel,ſi alius præuenerit in executione, à die comparitionis, & inſtantia pro ſatisfactione,& nu.78.*

79 *Creditor hypothecarius præfertur perſonali.*

81 *Sententia lata graduatoria admittuntur nouæ oblationes, ſed non oppoſitiones, ſeu interceſſiones.*

82 *Creditor anterior comparens poſt addictum pignus non auditur iudicio executiuo, ſed ordinario.*

83 *Dominium poſt deliberationem ſeu adiudicationem tranſlatum dicitur in emptorem, ſeu creditorem, & à debitore auocatum, ſi fuerit citatus, & numero 84.*

85 *Statutum concedens creditoribus tempus aliquod ad proſequendum ius ſuum poſt adiudicationem, & rem iudicatam, & terminum Statutarium non habet locum in eo, qui ſciuit, & non comparuit.*

86 *Scienti cauſam agi, & ſententiam latam res obeſt iudicata, præſertim ſi interuenerit, & citatus fuerit.*

87 *Creditor anterior an, & quando poſſit agere contra pecuniam debitoris ad ſecundum creditorem peruentam,& nu.88.*

De Creditorum concurſu in pignore, & bonis debitoris ſubhaſtandis.

INSP. XIX.

RE debitoris ſub haſta poſita ad alicuius creditoris inſtantiam, quia † præconiza- 1
tio etiam aliis creditoribus prodeſt, *Mangil. de ſubh.qu.24.nu.31.* † Secundo modo ſe quis oppo- 2
nit,eo quod res ſit ſibi hypothecata,vt debitum ſibi exoluatur, *Rebuff.de præcon.haſtat.& ſubhaſt.art. 6.gloſ.1.numer.3.& art.7.gloſ.1. numero 17. Mangil. de ſubhaſta.quæſt 28.nu.31.& qu.129.n.2.* & ſic concurrunt aliquando diſtrahendi, & ſibi ſatisfaciendi fine etiam alij creditores,† tanquam rei vo- 3
luntarij, non neceſſarij, cum actio contra eos non ſit inſtituta, *Gluſian. de dat.in ſolut.cap.18.num. 265.* † nec citandi neceſſario eſſent. *Gluſian. ibid.* 4
nu.267. † Qui quidem poſſunt adeſſe,& proba- 5
re,bona eſſe debitoris, *Gluſian. vbi ſup.numer.268.*
† non autem impedire,nec remorari diſtractio- 6
nem, *Baldun.de pignor.cap.18.col.7.* cum † hoc tan- 7
tum agere videantur, vt ex pretio ſibi ſatisfiat, *Gluſian.de dat.in ſolut. dict. cap.18. numero 274.* † vel 8
ſatisfiat prius ei, cui res prius obſtricta eſt, *Baldun.vbi ſup.* & † in ſubſidium, ſi emptor ſcilicet 9
non exiſtat dentur eis bona in ſolutum, *Gluſian. dict.cap.18.numer. 274.* Et † reſpectu diſtractionis 10
rei venire debent ante diſcuſſionem, *Papon.de arreſt.lib. 18. titul. 6. arr. 40.* † ac audiri, *Baldun.de* 11
pignor. cap. 18. col. 7. & quidem † vſque ad decre- 12
tum deliberationis, & adiudicationis, non autem poſt, *Papon. dict. arr. 8. verſ. oppoſitionis fine, & verſ. quarto quoad oppoſitiones, in append. & Add. ad eundem d.tit.6.arr.11.* † ſaluo ſibi iure proſpicien- 13
di ſuper pecuniis,ſeu pretio,vel retractu,illiuſve reſiduo, *Papon.vbi ſup.*† reſpectu vero ipſius pre- 14
tij, & retractus admittuntur vſque ad illius diſtributionem, *Papon.dict.lib.18.tit.6.arr.5.Tepat.var. ſent.tit.417.cap.19.*

Ita vt, quamvis † vnus tantum creditor ſit 15
immiſſus ex primo decreto,omnes tamen etiam alij concurrentes immiſſi cenſeantur, & eis illius immiſſio proſit, *leg.cum vnus, in princ. vbi gl. & Bart.ff.de bon.auct.Iudic.poſſid. Brun.de ceſſ.bon.quæſt 1. 24.princ.ſub nu.4.Maſtril.dec.126.nu.13.& 14. par. 2. Ambraſ. de Peruſ. 2. numer. 2. & 16.* † non ſolum ſi 16
agatur de pignore prætorio, † cum in eo im- 17
miſſus non ſit prior aliis creditoribus, nec inter eos

Digitized by Google

ter eos locum ſibi vendicet regula, qui prior
eſt tempore, *dict.leg.cum vnus,ff.de bon. au't. Iud'c.*
poſſid leg.vlt.C.eod.leg.is cui, §.ſi plures,ff.vt in poſſ.le-
gat.Duran.deciſ.364.nu.42. † ſed etiam in pigno-
19 re judiciali † quando immiſſio facta ſit per of-
ficiales in omnibus bonis debitoris,ſeu aliã il-
lius bona non extent, *Monterent. ad Statut.Bono-*
nien. lib.2. rubr de voc.in iur. & non venien. §.vbi au-
tem in verb.debitorem Nequſ. de pignor. par.3. memb.2.
20 *ſub nu.10. Maſtril. d.deciſ.126.n.15.par.2.* licet † ſecus
ſit, quando immiſſio facta fuerit tantummo-
do pro menſura crediti immiſſi, *Monterent. ibid.*
21 † & iudiciale pignus magis afficiat rem, quam
prætorium, & prætorium minus, quam iudi-
ciale, *Durand.dec.164.n.41.44 & 45.*

22 Provt,† quando concurrunt alij creditores,
non videtur reiterandus terminus,ſeu dilatio,
quæ debitori datur ante ſubhaſtationem, &
venditionem pignoris, ſed videtur primus
prodeſſe omnibus facta expenſarum collatio-
ne, *Gluſian de dat.in ſolut.cap.18.n.269.& 270.*

23 Sed tamen † omnes oppoſitiones fine diſtra-
hendi,vel aliæ nullæ nulliuſque momenti eſ-
ſent, ſi eæ apud acta non fierent, ſeu traderen-
tur, vel ab Executore ſubhaſtationis non ad-
mitterentur. *Papon. de arreſt. lib.18. tit.6. art.8. in*
24 *append. verſ. quarto quantum ad oppoſitiones*, & † ad
vlteriora in ſubhaſtatione, vel rei licitatæ ad-
iudicatione procederetur, *Rebuff.de precon.licitat.*
& ſubhaſtat.art.7.num.17.

25 Et † his opponentibus non datur auctio-
num & inclamationum exemplum, quia ſua
non intereſt,vt res vendatur,immo ad hoc tan-
tum tendunt, vt ipſis ſoluatur, ſed datur mo-
dica dilatio pro diſtantia locorum ad traden-
dum oppoſitionum cauſas, *Rebuff.de precon.licit.*
& ſubhaſt.art.6.gl.1.n.3.& art.7,gl.1.nu.17. Mangil. de
26 *ſubhaſt.q.129.n.2.* † quas ſi non tradiderit,exclu-
detur à Iudice ad vlteriora procedendo,*Mangil.*
ibid. vbi addit, videndum eſſe *Iniber. in lib. inſtit.*
forenſ.par.1. §.ſed quia ſepius.

27 Si itaque † ante ad dictum pignus,& perfe-
ctam executionem per ſecundum creditorem
in bonis debitoris alius creditor prior, ſeu po-
tior, etiam in termino deliberationis compa-
ruerit, & in continenti docuerit de ſuo credito,
& quod bona, quæ ad ſecundi creditoris in-
ſtantiam ſubhaſtari debent, ſeu ſubhaſtantur,
ſint ei reſpectu ſui crediti anterioris,ſeu potio-
ris prius hypothecata, (maximè ſi debitor non
ſit ſoluendo) admittitur refectis expenſis ea-
28 tenus factis ſecundo creditori, cum † ipſius ſe-
cundi creditoris diligentia, & vigilãtia in hoc
eidem obeſſe non poſſit, quamuis non ſint pa-
res, *Saluſt.Tiber.in pract. A.C.lib.1.cap.44.n.1. Ambroſ.*
deciſ.Peruſ.2.n.13.17.& 34.& per tot. Mangil.de ſubhaſt.
q.160.n.7.& 8. & faciunt *dicta per Aſin.de execut. §.*
29 *4.cap.76.nu.1.* & regula, quod † iura vigilanti-
bus, & non dormientibus ſubueniant, proce-
dat, quando omnes creditores ſint pares,& v-
nus non habeat majus priuilegium, quam al-
30 ter, *Saluſt.Tiber.dict.cap.44.n.2.* † quo caſu ille, ad
cuius inſtantiam in vim rei iudicatæ fuit pi-
gnus captum, eſt in eo prior aliis creditoribus,
31 & habet locum regula. † qui prior eſt tempo-
re, *leg. ſi & iure ,ff.qui pot.in pign. hab. Duran. deciſ.*
264.n.43. & quod in Regno Siciliæ creditor im-
miſſus præferatur aliis creditoribus non im-
miſſis, tradit *Giurb.deciſ.61.nu.3.* † cum occupan- 32
tis ſit melior conditio, & adeo vt, licet ante † 33
pignora capta conſideremus, cui quis prius
condemnatus ſit, vbi tamen illa capta ſint, cũ
in iis potiorem eſſe dicamus, cuius cauſa prius
capta ſint,*leg.inter eos,& leg.in iudicati,ff.de re iudic.*
Baldun.de pignor. cap.19.col.1. & † eadem regula 34
locum habeat, ſi vnus in poſſeſſione à prætore
miſſus ſit, & ita ius pignoris habeat, & alter,
quia ex cauſa judicati pignora capta ſint, *leg.2.*
Cod.qui potior. in pignor.hab. Baldun.loco citato Tepat.
var.ſent.tit.419.cap.3. † in pignoribuſque captis 35
ex cauſa judicati abſque aliquo hypothecæ
priuilegio, qui potior eſt tempore potior eſt
jure, etiam ſi actione perſonali debitor tene-
batur, *leg.ſi & iur.,ff.qui potior. in pignor.hab. Tepat.*
var.ſent.tit.419.cap.3.

Admittiturque, & † præfertur primus cre- 36
ditor, etiam quod contra debitorem ſenten-
tiam, ſeu mandatum non habeat, ſed ſolum
creditum cum priori hypotheca, *Stacc.de com-*
merc.& camb.§.2.gloſ.5. ſub nu.408.& §.7.gloſ.5. nu.
88.in fin. Mangil.de ſubhaſt. q.57. n.6. Ambroſin.d.deciſ.
Peruſ.2.num.42.& ſentit Rot.in Romana Executionis
de Rayneriis 21.Aprilis 1608. coram Ottembergo, poſt
tract.dec.19.nu.2. atque † etiam quod debitor ha- 37
beat alia bona, *Ambroſ. dict. deciſ. Peruſ.2. num.23.*
39.& 41.in fin. † ſeu ſit ſoluendo, *Stacc. dict. §.2.* 38
gloſſ.5.nu.408.verſ. prima inſpectio. in fin. & d.§.7.gl.5.
nu.88. in fin. Mangil.de ſubhaſt.q.57.nu.6. † quidquid 39
aliud tradat *Giurb. dec.61. nu.8.* vbi, quod Iudex
debet prius diſcutere, an alia extent debitoris
bona ſine controuerſia, in quibus executionẽ
fieri mandare debet, alias debet fieri venditio
de bonis iam executis, & controuerſis, † pri- 40
moque creditori ſufficit etiam ſolum aſſerere,
quod debitor alia bona non habeat, *Ambroſ.præ-*
fat.deciſ. Peruſ.2.nu.40.& 41. & † non habere pro- 41
baretur ex iudicio ſubhaſtationis, in quo de-
ſcripta eſſet omnium eius bonorum nota, &
qui vellet dicere, quod alia haberet, teneretur
probare, *Surd.conſil.405.n.13.vol.1.*

In Regno † tamen Siciliæ non auditur, qui 42
prius non agit, tanquam illius creditũ nõ poſ-
ſit dici ita liquidum, juraque ſubueniant vigi-
lantibus,non dormiẽtibus,& res tranſeat in a-
lium cũ ſua cauſa,nec illius magis interſit con-
tra vnum,quã cõtra alium, juris ordine ſerua-
to,agere, ſi hypothecarius ſit tantum creditor,
Giurb.dec.61.n.3.& ſeqq. ſed ſecus ſi etiam immiſ-
ſus ſit ex primo decreto *Giurb.d.dec.61.n.13.*

Sed † vigore obſeruantiæ præferuntur in 43
ſubhaſtationibus creditores in ſpecie in bonis
obnoxiis,quorum licentiæ, ſeu mandata obtẽ-
ta fuerunt, non autem alij nullam licentiam,
ſeu mandatum habentes, *Ioſ. Ludouic. de conſue-*
tud.concluſ.1.illat.59.in ver.comm.opin.par.3.fol.524.B.

Habens † vero executionem factam in vim 44
mãdati executiui ex cauſa debiti perſonalis, ſi
ſuperueniat immiſſio in eadem re ratione cen-
ſus ibi impoſiti ad fauorẽ alterius,non dicitur
ille primus habere pignus judiciale ad effectũ,
vt illi competat jus offerendi, † quod de jure 45
non competit niſi creditoribus habentibus hy-
pothecam,vel poſſeſſoribus,*Seraph.dec.937.per tot.*

Per admiſſionem † autẽ primi creditoris, ſeu 46

ſi plures ſint opponentes, non debet in vlteriori executione, & adjudicatione ſuperſederi, ſi ſecundus, ſeu aliquis creditor velit, ſed debet fieri venditio, & de pretio primo ſatisfieri primo creditori, & de reſiduo ſecundo, & poſterioribus, ſeu fieri ſuo ordine adjudicatio, *leg. à Diuo Pio, §. quod ſi res, ff. de re iudic. leg. fin. C. de iur. domin. impetr. Rebuff. de precon. licit. & ſubhaſt. art. 6. gl. 1. n. 5. Tepat. var. ſent. tit. 419. cap. 6. Papon. de arreſt. li. 18. tit. 6. arr. 42. Neguſ. de pignor. par. 6. memb. 1. ſub nu. 30. Saluſt. Tiber in pract. A. C. dict. li. 1. c. 44. ſub num. 2.* vbi, quod ita pluries practicari vidit, *Mangil. de ſubh. qu. 129. n. 3 & ſeqq. & qu. 160. nu. 8. Giurb. d. dec. 61. nu. 8. Rot. in Romana Executionis de Raynerius 21. Aprilis 1608. coram Ortembergo, poſt tract. deciſ. 19. num. 2.*
47 quod, † ſi ſecundus præferatur priori, eſt executio inſtante priore reuocanda, *Rot. poſt Nigr. de ſubh. dec. 29. per tot.*

48 Nam, † licet creditor anterior non cogatur rem vendere, ſed eam poſſit retinere loco pignoris, donec ſuum creditum ſibi ſoluatur; tenetur nihilominus præſtare patientiam, vt res vendatur, & ſubhaſtetur per ſecundum creditorem ad effectum, vt illi ſatisfiat de ſuo credito, &, ſi quod superſit, ſi tradatur, cum ex hac conceſſione vendendi, & ſubhaſtandi non admittatur ius pignoris primo creditori competens, nec fiat illius conditio deterior, dum ſuũ conſequitur, *leg. quamuis, in princ. ff. de pignor. act. leg. à Diuo Pio, §. quod ſi res pignoratæ, ff. de re iudic. auth. hoc ita, C. de pignor. & hypoth. Fab. in ſuo Cod. lib. 18. tit. 16. defin. 1. in alleg. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 941. n. 3. & ſeq. Mangil. de ſubhaſtat. q. 54. n. 10. & 11. & qu.*
49 *55. nu. 3. & ſeqq* Et quidem † non ſolum ſi ſecundus præuenerit in capienda poſſeſſione, vt in terminis vxoris anterioris pro credito dotis
50 tradit *Gratian. d. cap. 941. nu. 1.* & † fortius ſi ageretur de re, in qua ſecundus creditor eſſet potior, vt quia eſſet venditor, qui reſeruaſſet in re dominium, donec ſibi pretium ſolutum fuiſ-
51 ſet, nam † tunc nec vidua anterior poſſidens iure pignoris impedire poſſet executionem, & ſubhaſtationem ad effectum retractum deponendi, & ſatisfaciendi iuxta potioritatem, & anterioritatem, *Card Caualer. deciſ. 429. nu. 3. Rot. in Romana Pecuniaria 28. Iunij 1623. coram R. P. D.*
52 *Nauarro, Buratt. dec. 574. nu. 3. & dec. 627. nu. 2.* † Sed etiam ſi ageretur cum muliere, quæ eſſet anterior, & præueniſſet ſecundum creditorem, & exiſteret in poſſeſſione; *Gratian. dict. cap. 941. nu. 3. Mangil. de ſubhaſt. q. 54. nu. 7. & ſeq. & q. 55. num. 3. & ſeq. Gram. dec. 92. n. 17. Rot. recent. dec. 181. num. 4. par. 7.*
53 † quæ etiam teneretur inſtantibus aliis creditoribus, bona ſui viri defuncti manifeſtare, *Mangil. de ſubhaſt. qu. 57. n. 10. & ſeqq.* vbi dat tres limitationes.

54 At, † ſi primus creditor, & non debitor pignus poſſideat, & vti ſuum, non poteſt ſecundus creditor petere illius diſtractionem, niſi fauore aliquo adjuuetur, vt, quia ſit Fiſcus, nam
55 † ſpeciale eſt in eo, vt, re debitoris priuato, & deinde Fiſco obligata, poſſit Fiſcus rem ipſam totam vendere, ſic tamen vt ex illius pretio priori creditori Fiſcus ſatisfaciat, vel emptor ex ſibi injuncto mandato, *leg. res, §. 1. ff. de iur. Fiſc. Peregr. de iur. Fiſc. lib. 6. tit. 4. de vendit. & empt. Fiſ-*
56 *cal. nu. 26.* vbi, quod † ſi emptor priori creditori perſoluerit, tutus erit, † Vel, ſi ſit pauper, & eo 57
magis ſi etiam vidua creditrix dotis, *Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 16. de diſtract. pignor. defin. 4. Buratt. dec. 574. numero 4. & dec. 602. numero 4.* & in his terminis forſan procedit *Papon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arr.*
48. dum ſentit, † mulierem habentem anteriorem hypothecam pro ſuo damno poſſe ſubha- 58
ſtationem impedire, † Vel niſi oblato omni 59
priori debito, *leg. quandiu, C. de diſtract. pignor. l. 1. §. cum autem, vbi Salyc. Cod. ſi antiq. cred. leg. 2. C. vend. pign. imped. non poſſ. Ant. Fab. loco citato in alleg. n. 7.* vbi, quod aliud eſt in chirographariis creditoribus per *leg. pro debito, C. de reb. auct. Iudic. poſſid. Buratt. dec. 286. nu. 9.* vbi de muliere poſſidente pro iuribus dotalibus.

Velutiquoque, † ſi ſubhaſtationem proſe- 60
quens ſui crediti ſolutionem accipiat, vel alia ex cauſa ſubhaſtationem non parat, poteſt ſubhaſtatio continuari, vel reaſſumi per alium creditorem, ſoluendo ſumptus à primo factos, *leg. cum vnus, in fin. princ. ff. de bon. auct. Iudic. poſſid. leg. fin. Cod. eod. Papon. de arreſt. lib. 18. titul. 6. arr 9. & arr. 29. col. 6. Io. Faber. in l. g. ſi eo tempore, num. 5. Cod. de remiſſ. pignor. & in leg. 1. num. 2. Cod. de requiren. reis.*

Factoque † apprecio ad inſtantiam vnius 61
creditoris, ſit iterum ad inſtantiam aliorum creditorum intereſſe prætendentium, *Add. ad deciſ 120. Vincent. de Franc. nu. 14. par. 1.* In quo aduer-
tendum eſt, quod, † ſi ſecundus creditor com- 62
pareat in judicio adjudicationis, ſeu ſubhaſtationis non animo contradicendi, ſed ſibi ſatisfaciendi, & vt eligat æſtimatorem, ad hoc, vt, ſi bona ſuperſint, ſibi quoque ſatisfiat, non eſt in expenſis condemnandus, *Aſin. de execut. § 4. capit. 85. num. 1. Mangil. de ſubhaſtat. qu. 103. nu. 10.* Ra-
tio eſt, quia † probabilem habuit comparendi 63
cauſam in judicio, cum ius ſuum negligere non debet, *leg. illud, ff. de pet. hered. Aſin. vbi proxi-*
mè. † Nec id actoris intererat, cum iam petiiſ- 64
ſet, ſibi bona adjudicari, ſiue in ſolutum dari, & ſubhaſtari pro ſorte, & credito principali, & expenſis, *Aſin. vbi ſupr. Mangil. dict. quaſt.*
103. num. 10. Ideoque, † quod alteri proderat, & 65
ſibi non nocebat, denegari non debebat, *l. 2. cum ibi not. in princ. ff. ſol. matrim. Aſin. loco citato.* Quod,
† ſi bona pro expenſis non ſufficerent, etiam 66
ipſe ſecundus creditor, & eo maximè ſi appellaſſet, ad impenſas teneretur, ne victor dam-
num pateretur, † cui regulariter victus con- 67
demnandus eſt, *leg properandum, §. ſin autem alterutra, C. de iudic. Aſin. §. 4. cap. 85. n. 1.*

Non † etiam nocet prior executio nulla, ſeu 68
nulliter proſecuta ad inſtãtiam anterioris poſteriori exequẽti, *Ant. Fab. in C. tit. 16. de diſtract. pign.*
defin. 4. Sed, † ſi debitor expulſerit vnum credi- 69
torem, qui executus fuerit, ex quo dederit de ſolutione, & ſuperueniat alius verus creditor eiuſdem, cuius pignora capta ſunt, qui in locũ primi depulſi ſubrogari velit, is non admittitur, ſed neceſſe eſt, vt ſibi noua pignoris capione conſulat, *Papon. de arreſt. Lib. 18. tit. 6. arr. 43.*

Iudex autem † procedens ad judiciũ diſcuſ- 70
ſionis diſquiret prius, an præconia, & incantus rite facti ſint, & ſi iuſte omnia facta inueniat, ſtatuit hæreditatem, vel rem captam vendendã per decretum, & adjudicandam plus offerenti,

&tunc

& tunc de ſingulis creditoribus diſquiritur, iique locantur pro antiquitate temporis, & ſe-
71 cundum illorum ordinem, nam, † qui prior eſt tempore, priorem, & potiſſimam obtinet prærogatiuam per regulam, qui prior, &c. *Rebuff. de precon. licitat. & ſubhaſt. art. 5. gloſ. 1. nu. 11.*
72 Sed † habens ſpecialem hypothecam in vno fundo non poteſt, eo non diſcuſſo, alium ſubha-
73 ſtare, *Papon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arreſt. 35.* quia † in alio potiores ſunt creditores habentes hypothecam generalem, *l. quamuis, Cod. de pignor. &*
74 *hypothec. Papon. loc. citat.* Quamuis † hanc exceptionem non poſſit opponere debitor quoniam cum ſemper ſoluere oportet, neque eligere poteſt modum, quo ſolui curet, ſed omnia ſufferre debet, quouſque ſoluerit, *Papon. dicto arreſt. 34. in fin.*
75 Quique † judiciale pignus, ob ſententiam, eſt conſecutus, præfertur priori, actionem ſolam perſonalem habenti, *l. 3. C. qui potior. in pignor.*
76 *hab. Tipat. dict. capit. 3.* † Sententiæ enim, & condemnationes hypothecas non important, ſed tantum nudam actionem ex judicato, vel jus
77 eam executionem tradendi, & † incipit hypotheca à die pignoris capionis, & executionis ejuſdem, *l. nam & poſtea, §. fin. & l. ſed ſi poſſeſſori, in princ. ff. de iur. l. 2. & l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re iudic. Papon. de arreſt. lib. 18. tit. 9. art. 36.* ſed ſuper his ſpeciebus tantum, ſeu corporibus *Gait. de credit. cap. 4. q. 7. n. 511.*
78 † Sique bona condemnati capta reperiantur, creditor, qui bene condemnationem obtinuit, non poteſt, ſeu debet ad conſequendam hypothecam, & locum, ac ordinem obtinendum capi eadem curare, quia pignoratio ſuper pignorationem non admittitur, ſed is capioni, & ſubhaſtationi opponere ſe debet, vt creditum ſuum conſeruet, & tunc initium ſumet eius hypotheca, & connumerabitur in numero creditorum non perſonalium, ſed hypothecariorum *leg. cum vnus, in princ. ff. de bon. auct. iudic. poſſid. Papon. de arreſt.*
79 *d. lib. 18. tit. 6. arreſt. 36.* † qui perſonalibus tantum præferuntur, *Roman. conſ. 474. nu. 2.*

Alia autem circa ordinem, & prælationem creditorum videas *infra inſpect. 41.*

80 Verum, † ſi quis velit inter creditores in ſubhaſtationibus collocari poſt ſententiam diſcuſſionis, non admittitur, etiam quod ſit minor, vel vidua, & hoc facto conſentiat, & petat ſe collocari in ordine creditorum poſtremo, ſecundum *Papon. de arreſt. d. lib. 8. tit. 6. Arreſt. 11.* nam
81 † poſt ſententiam graduatoriam admittuntur quidem nouæ oblationes, ſed non oppoſitiones,
82 ſeu interceſſiones, *Papon. ibid.* † Sique creditor anterior compareat poſt conſumatam executionem à poſteriori, & pignus addictum, non eſt ille audiendus judicio executiuo, ſed ordinario tantum, *Saluſt. Tiber. in pract. A. C. lib. 1. capit. 44.*
83 *num. 3. Manzil. de ſubhaſt. quæſt. 106. nu. 9.* quia † poſt ſubhaſtationem, & deliberationem, ſeu adiudicationem dominium eſt translatum in emptorem, ſeu creditorem reſpectiue, *Saluſt. Tiber.*
84 *& Manzil. loc. cit.* † nec res ſubhaſtatæ, & deliberatæ, ſeu adiudicatæ, debitore citato, non dicuntur amplius ipſius debitoris, ſed eſt ille illarum dominio priuatus, *Saluſt. Tiber. ibid.*
85 Sed, † ſi Statutum aliquod tempus poſt adiudicationem creditoribus ad proſequendum jus ſuum concederet, ipſis aditus præcluderetur poſt rem judicatam, & terminum ſtatutarium, quando litem agi, & ſententiam adjudicationis latam eſſe ſciuiſſent, & non comparuiſſent, *Aſin. de exec. §. 4. capit. 132. nu. 2. & ſeqq.* † Scienti enim cauſam 86
agi, & ſententiam latam fuiſſe, res judicata obeſſe videtur, *l. ſæpe. vbi D. D. ff. de re iudic. Aſin. d. capit. 132. num. 3.* quod eo magis procedit, quando jus prætendens in bonis adjudicatis in dicto judicio interuenerit, vel fuerit citatus, *Aſin. d. nu. 3. & ſeqq.* & vide, quæ habui etiam infra *inſpect. 23. & 34.*

Si verò † creditor ſuperueniens velit agere 87
contra pretium iam retractum ex pignore, & illud iam peruenerit ad creditorem, qui ſubhaſtare fecerit, & non extet, ſed conſumptum ſit, & confuſum bona fide, non eſt audiendus, ſiue ſit poſterior, ſiue anterior, *Fontanell. dec. 223. num. 3. Add. ad Scapucc. de Saluian. lib. 2. quæſt. 13 iuxta modern. impreſſ. Peruſin.* † niſi ſit creditor priuilegia- 88
tus, vt Fiſcus, vel mulier pro reſtitutione ſuarum dotium, *Add. ad Scapucc. ibid.* ſi autem extet, audiendus eſt quatenus ſit anterior, *Fontanell. loc. cit.* & videas *infra inſpect. 40.*

SVMMARIA.

1 *Appellatione ſubhaſtationis venit ſolemnis.*
2 *Subhaſtatio fieri debet ſeruatis ſeruandis, cum ſolemnitatibus, valide, & illius forma diligenter ſeruata, & n. 3. 4. & 5.*
6 *Vendere rem cum ſubhaſtatione non eſt leuis ſolemnitas.*
7 *Solemnitas ſubhaſtationis non eſt leuis. Lim. vt nu. 8. vbi exemplum.*
9 *Conſuetudo ſubhaſtationem non adhibendi in alienatione bonorum minorum eſt valida.*
10 *Creditor vendere debet pignus ſolemniter, ſeruatis ſeruandis, & ſecundum formam iuris, & num. 11. & 12.*
13 *Et in adiudicatione, & liberatione ſeruare debet ordinem judiciarium, & iuris, & ſolitam ſolemnitatem, & num. 14. & 15.*
16 *Ampl. etiam in Fiſco, & eius ceſſionario, & in ſubhaſtatione in vim licentiæ Principis, & n. 10. Et etiam ſi licentia habeat clauſulam ſublata, & decretum irritans, vt nu. 19.*
18 *Principis licentia intelligitur ſeruatis de iure ſeruandis.*
20 *Venditiones etiam Fiſcales plurimam ſolemnitatem requirunt, & in quibus.*
21 *Nulliter proceditur in exequendo, ordine non ſeruato, vel prepoſtere, & ſine debita ſolemnitate, & nu. 23. & 24. Nec ex proceſſu nullo tollitur, aut transfertur dominium, vt n. 25.*
22 *Iudex quando dicatur procedere vti perſona priuata.*
26 *Emptor ad haſtam non rite, & recte non admittitur ad ſoluendum iuſtum precium.*
27 *Auctiones factæ non ſeruato iuris ordine ſunt ipſo iure nullæ.*
28 *Neceſſariorum omiſſione decretum, & alia omnia vitiantur, & irritantur, & nu. 29.*
30 *Factum contra ordinem factum dicitur per iniuriam.*

Digitized by Google

31 *Dolus præſumitur in Iudice, qui facit contra au-
ctoritatem legis.*
32 *Ratificatio tacita ſubhaſtationis nullæ per lapſum
quinquennij poſt maiorem ætatem un, & quando
inducatur, & num.33. & 34.*
35 *Immiſſus in poſſeſſionem inordinate, eſt expellendus,
& non facit fructus ſuos.*
36 *Venditio ad haſtam, aliquo requiſito deficiente, po-
teſt retractari, & mandari, rem cum fructibus
reſtitui, & quid quoad expenſas, & intereſſe, &
n.37. & 39.*
40 *Valida dicitur ſubhaſtatio, ſi appareat facta ſerua-
tis ſeruandis, & præcedentibus mandatis, & eo
ipſo quod non conſtat de contrario, & num.41.
& 42.*
43 *Præſumitur in dubio pro validitate ſubhaſtationis,
& pro Iudice. Limitat.49.*
44 *Hæres cum inuentario non tenetur rationem redde-
re, an Iudex rite, & recte ſubhaſtauerit.*
45 *Nulla dicitur ſubhaſtatio, ſi non fuerit proceſſum
ſer.ſer.ex Statuto, & iure communi, & nu. 46.
47. & 48.*
50 *Congregatio Baronum facultatem habet ſubhaſtan-
di ſine ſolemnitatibus.*

---

*De Solemnitate Subhaſtationis in
generali.*

INSP. XX.

1 APpellatione † ſubhaſtationis venit ſolem-
nis, *Gluſian. de dat. in ſolut. capit. 15. num. 226.*
2 Vnde † ea fieri debet ſeruatis ſeruandis, *Mangil
de ſubhaſt. quæſt. 85. num. 1.* & quod venditio, ſecun-
dum decretum, & adiudicatio contra pupillum
de bonis hæreditariis patris ſit facienda ſeruatis
ſeruandis, tradit *Aſin. de execut. §. 4. cap. 48. num. 4.*
3 & † cum ſolemnitatibus, *Mangil. de ſubhaſt. q. 69.
4 nu. 5.* † valide, *Mangil. eod. tractat. quæſt. 47. num. 1.* &
5 † ſeruata diligenter ipſius ſubhaſtationis forma,
Mangil. d. tract. q. 25. n. 2.
6 Nec † vendere rem cum ſubhaſtatione leuis
eſt ſolemnitas, *Iodoc. de ſubhaſt. cap. 3. in fin. & cap.
7 5. num. 39. Mangil. eod. tract. quæſt. 69. num. 6.* † ſeu ſo-
lemnitas leuis eſt ſubhaſtationis, *Fab. de Mont.
de empt. & vend. q. 5. in rubr. ſubhaſt. mater. ſub num. 86.
Iodoc. de ſubhaſt. cap. 1. num. 19. & cap. 5. num. 39. Rebuff.
de præcon. licitat. & ſubhaſt. in præfat. num. 14. & art. 7.
gl. 1. num. 23. Aſin. de execut. §. 6. cap. 1. num. 20. Gallerat.
de renunciat. tom. 2. cent. 2. renunc. 113. numer. 1. Nouar.
ad l. ſi tempora num. 11. C. de fid. inſtr. & iur. haſt. Fiſc.
lib. 10. Gratian. diſcept. for. cap. 479. numer. 2. Magon.
8 deciſ. Florent. 132. nu. 7.* † niſi in caſu, in quo ſubha-
ſtatio ſit introducta pro maiori cautela, *Aldo-
brand. conſ. 83. n. 52. lib. 1.* vt in alienatione bonorum
9 minorum, † in quibus propterea valet conſuetu-
do ſubhaſtationem non adhibens, *Gratian. d. cap.
479. nu. 11.*
10 Creditor itaque † vendere debet pignus ſo-
lemniter, *l. quæ ſpecialiter, C. de iur. dot. Hugon. Do-
11 nell. de pign. capit. 10. colum. 3. in fin.* & † ſeruatis
ſeruandis, *l. qui prædium. vbi Bald. Cod. de diſtract.
pign. §. 1. Inſtitut. quib. alien. lic. vel non Iodoc. de
ſubhaſtat. capit. tertio ſub num. 17. Negaſant. de pignor.
par. 6. memb. 1. numero 15. Mangil. de ſubhaſt. quæſtio.
167. in princ. Rot. recent. deciſ. 504. numero 2. par. terti.*
ac † ſecundum formam iuris, *Seraph. de priuil.
iuram. priu. 45. num. 2.* vbi de pignore prætorio
vel iudiciali, & in pignore conuentionali, *Sa-
luſt. Tiber. in pract. A. C. lib. 1. cap. 42. numero 18. Se-
raph. deciſ. 1280. in fin.* & † in adiudicatione, & 13
deliberatione bonorum ſeruare ordinem iudi-
ciarium, *Maſtrill. deciſ. 287. numer. 10. par. 3.* † & iu- 14
ris, *Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 7. numero 19.* & † ſoli- 15
tam ſolemnitatem, *Rot. in Romana Executionis
Sententiarum 17. Aprilis 1592. coram Orano, poſt tract.
deciſ. 5. num. 4.*
Amplia, vt † nec Fiſcus, & multo minus eius 16
ceſſionarius poſſit procedere ad ſubhaſtatio-
nem non ſeruatis ſolemnitatibus, *l. ſi deſerta ff. ſi
propt. public. penſitat. Rot. poſt Mangil. de ſubhaſt. deciſ.
106. num. 8. quæ eſt etiam in recent. deciſ. 113. numero 20.
par. 7.* † etiam quod deueniatur ad alienationem, 17
& ſubhaſtationem in vim licentiæ principis,
quia † ea ſemper intelligitur ſeruatis ſolemni- 18
tatibus de iure requiſitis, *Rot. d. deciſ. 106. & 113.
numero 10. & 4. reſpectiue, & in eadem, quæ eſt Peruſi-
na Spolij 18. Iunij 1642. coram R. P. D. Royas, poſt
tract. deciſ. 146. num. 14. & 15.* & † etiam quod li- 19
centia, ſeu derogatio fideicommiſſi habeat
clauſulam, ſublata, & Decretum irritans, *d. deciſ.
106. num. 8. & ſeqq. poſt Mangil. & deciſ. 113. numero 21.
& ſeqq. par. 7. recent. & d. deciſ. 106. numero 16. poſt
hunc tract.* Cum † venditiones etiam Fiſcales 20
tam de rebus Fiſco incorporatis, quam de rebus
debitorum Fiſcalium plurimam ſolemnitatem
deſiderant, *tot. tit. C. de fid. inſtrum. & iur. haſt.
Fiſcal. libr. 10. Rebuff. de præcon. licit. & ſubhaſt. art.
4. gloſ. 1. numero 31. Gratian. diſceptat. forenſ. capit. 375.
num. 22.*
Ita vt † male, & nulliter procedatur non ſer- 21
uato ordine in exequendo, *Gratian. diſcept. forenſ.
cap. 739 numero 24.* & † Iudex procedere dicatur 22
vti priuata perſona, *Gratian. d. numero 24.* † & pi- 23
gnoris venditio facta per creditorem, ſeu adiu-
dicatio ſine debita ſolemnitate, & non ſerua-
to iuris ordine non valeat, *Ruyn. conſil. 160. num.
30. lib. 2. Aſin. de execut. §. 4. capit. 39. numero 1.*
† etiam quod ordo fuerit ſeruatus, ſed præpoſte- 24
re, *Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 7. numero 19.* † nec do- 25
minium tollat, nec transferat, *Gratian. deciſ. 134.
num. 5.* † nec admittatur emptor ad ſupplendum 26
iuſtum precium, *Bertach. in verb. pignus alienatur*
† & auctiones factæ non ſeruato ordine, ac 27
forma à lege inducta, ſint ipſo iure nullæ, *Rebuff.
de præcon. licitat. & ſubhaſtat. in præfat. numero 14.* 28
† neceſſariorumque omiſſione omnia vitientur,
Iodoc. de ſubhaſt. cap. 3. num. 7. † decretumque ſit 29
nullum, & irritandum, *Papon. de arr. lib. 18. tit. 6.
arr. 28.* † factumque contra ordinem, & formam 30
dicatur per iniuram fieri, *l. aut Prætor, §. permit-
titur. ff. de minor. Rebuff. de præcon. licitat. & ſubha-
ſtat. in præfat. numero 16.* & † præſumatur dolus 31
in Iudice, qui auctoritatem interpoſuit contra
auctoritatem legis, *l. 1. Cod. de fid. inſtr. & iur. haſt.
Fiſc. lib. 1. Rebuff. d. numero 16. Mangil. de ſubhaſt. quæſt.
24. num. 12.* † & venditio, ſeu adjudicatio facta à 32
Iudice de bonis immobilibus pupilli, ipſo pu-
pillo ignorante, & non ſeruatis ſolemnitatibus,
non ratificetur *ex l. fin. C ſi mai. fact. Aſin. de exe-
cut. §. 4. cap. 49. num. 1.* † quicquid ſecus ſit in mi- 33
nore ſciente, *Aſin. d. cap. 49. num. 1. & cap. 125. num. 2.
& 3.*

Digitized by Google

34 & 3. & † fortius, ſi aliquis ratificationis actus
35 interueniat, *Aſin. d. cap. 130. n. 3.* & † miſſus in poſ-
ſeſſionem inordinatè ſit expellendus, & non fa-
ciat fructus ſuos, *Bertazzol. conſ. 401. num. 28. lib. 2.*
36 † atque retractari poſſit venditio, *Iodoc. de ſubh.*
37 *capite 3. nu. 17. & 18.* † ſintque res & pignora reſti-
tuenda vna cum fructibus, *Iodoc. ibid. num. 13. Ma-*
38 *gon. dec. Florent. 132. ſub num. 10.* † & ſine expenſis,
Magon. ibidem vel illis factis cum earum etiam
39 condemnatione, *Papon. dicto arr. 29.* † condemne-
túrque creditor, qui in licitationibus ordinem
non ſeruauerit ob nullitatem, quanti ea res erat,
Rebuff. de præcon. licit. & ſubhaſt. in præfat. num. 16.
Mangil. de ſubh. quæſtione vigeſima quarta numero
duodecimo.

40 Diciturque † conſtare de executionis, & ſub-
haſtationis, & deliberationis, ſeu adiudicationis
validitate non ſolum, ſi appareat, quod fuerit
proceſſum ſeruatis ſeruandis, *Rot. poſt Mangil. de*
ſubh. dec. 48. num. 2. quæ eſt etiam poſt Zacch, de ſociet.
offic. dec. 60. nu. 4. Buratt. dec. 675. num. 1. Rot. in Roma-
na Nullitatis ſubhaſtationis 27. Iunij 1616, coram
Pirouano, poſt tract. dec. 41. num. 1. in Romana Domus
19. Decembris 1624. coram Remboldo, poſt tract. dec.
64. num. 4. & in Recanaten. Dotis 22. Iunij 1629. coram
Reuerendiſſ. D. Dunozetto iuniore, poſt tract. deciſ.
41 *80. num. 1.* & † præcedentibus mandatis, & iuxta
formam traditam per *Saluſt. Tiber. in pract. A. C.*
libro 1. cap. 41. in fin. Rot d. dec. 48. nu. 2 penes Mangil.
de ſubh. & dec. 60 poſt Zacch. de ſociet offic. num. 4. &
ſeruatis ijs, de quibus per *Rot. penes Nigr. de ſub-*
42 *haſt. dec. 12 num. 1* † Sed etiam eo ipſo, quod non
43 conſtat de contrario, quia † in dubio pro ea, &
iudice præſumitur, *Rot. in Firmana, ſeu Macera-*
ten. Dotis 27 Martij 1620 coram Pirouano, poſt
tract. dec. 50 numero 2. & in Ferrarien. Spolij 25 Junij
1635 coram Merlino, poſt tract deciſ. 96 nu. 11. Vnde,
44 † re hæreditaria ſubhaſtata, non tenetur hæres
cum beneficio inuentarij rationem reddere,
nunquid ritè aut rectè Iudex proceſſerit, *d. dec. 50.*
num. 1 poſt tract.

45 Et † verſa vice conſtare dicitur de illius nul-
litate, ſi non fuerit proceſſum ſeruatis ſeruan-
dis, *Mangil. de ſubhaſt. q. 153 nu. 9. & ibi Rot. d. dec. 48.*
num. 2 quæ eſt etiam apud Zacch. de ſociet. offic. deciſ. 60.
num. 4. Magon. deciſ. Florent. 132 ſub num. 10 & habui
46 *in tract. mand. de manuten. obſer. 12. num. 106* † ſeu
proceſſum fuerit non ſeruatis debitis terminis,
& præcipitanter, *Rot. in Spoletana Prædij 30 Martij*
1615 coram Eminentiſſ D. Cardin. Pamphilio, poſt
47 *tract. dec. 34. num. 15* & † ſi non fuerint in ea ſerua-
ti termini requiſiti ex forma Statuti, & iuris
48 communis, *Gregor. XV. deciſ. 285. num. 8* † ſeu non
fuerint ſeruatæ omnes ſolemnitates, *Papon. de*
arreſt. lib. 18. tit. 6 arr. 49. Rot. in Anconitana Pecu-
niaria 5 Iulij 1632 coram Motmanno, poſt tractat.
49 *deciſ. 107 num. 18.* Et † vbi de iure præſumeretur
aliqua ſolemnitas, ceſſaret illa præſumptio,
quando ex facie ſcripturæ, & actorum appare-
ret, eam non interueniſſe *Mangil. de ſubhaſt. q. 7.*
numero 15.

50 Congregatio tamen † ſuper Negocijs Baro-
num Status Eccleſiaſtici habet facultatem ſub-
haſtandi bona etiam ſine ſolemnitatibus circa
ſubhaſtationem requiſitis, *Rot. in Romana Nulli-*
tatis Contractus 18. May 1616 coram Coccino, poſt tract.
dec. 38. numero 12.

SVMMARIA.

1 *Res Eccleſiæ, & Minorum ab initio ſolemniter obli-gatæ in ſubhaſtatione pro debito non requirunt aliam ſolemnitatem, quàm quæ requiritur in profanis, & rebus maiorum, niſi pro maiori cautela, & numero 2.*

3 *Res minorum diſtrahi poſſunt abſque Judicis decreto, & tutoris, vel curatoris auctoritate cum ſola ipſius citatione, & numero 4.*

5 *Pupillus pati poteſt ſecundum decretum.*

6 *Solemnitates Statuti circa voluntarias rerum minorum alienationes non intrant in neceſſarijs.*

7 *Primum, & ſecundum decretum locum habet etiam contra Vniuerſitatem.*

De Solemnitatibus requiſitis in Subhaſtatione rerum Eccleſiæ, Minorum, & Vniuerſitatum in executionem rei iudicatæ.

INSP. XXI.

IN ſubhaſtatione † rerum Eccleſiæ, & Mino- 1
rum pro executione rei iudicatæ, ſi eæ ab ini-
tio fuerint ſolemniter pignoratæ & obligatæ, vt
de iure requiritur, non deſiderantur aliæ ſolem-
nitates, quam quæ ſunt neceſſariæ in rebus pro-
fanis, & maiorum, *Neguſ. de pignor. parte 6 memb.*
1 ſub num. 15. Jodoc. de ſubhaſt capite 1. nu. 35. & capite 2.
numero 19. vbi, quod tamen eſt tutius, & ſecurius
iterum adhibere.

Nec, † creditore Iudicis auctoritate ſub haſta 2
vendente bona pupilli, vel minoris ſibi obliga-
ta, requiritur illa ſolemnitas, quæ requireretur,
ſi ipſe pupillus venderet, & in alienatione, quæ
ſit extraiudicialiter, *Tepat. var. ſent. titulo 417 cap. 4.*
Gluſian. de dat. in ſolut. capite 22. numero 284.

Vnde † pignora minorum diſtrahi poſſunt à 3
creditoribus abſque alio Iudicis decreto, *Odd.*
de reſtitut. in integr par. 2. quæ. 53. art. 3. numer. 15. & † 4
non eſt in iſtis neceſſarijs alienationibus neceſ-
ſaria tutoris, vel curatoris authoritas, quæ requi-
ritur in alienationibus voluntarijs, ſed ſufficit
eorum citatio, *Peregr. de iure Fiſc. lib. 6. tit. 14. num.*
5. verſic. tertio requiritur. † Poteſtque & pupillus 5
pati ſecundum decretum, *Bald. conſ. 128. numero 2.*
lib. 4. † Nec Statuti ſolemnitates adhibendæ in 6
alienationibus voluntarijs rerum minorum lo-
cum habent in alienationibus neceſſarijs, *Rot.*
in Romana Domus 19. Nouembris 1632. coram Eminen-
tiſſ. D. Card. Veroſpio iuniore, poſt tract. dec. 94. num. 11.

Quæ † procedunt etiam in ſubhaſtatione pi- 7
gnorum Vniuerſitatum, &, quod contra Vniuer-
ſitatem procedatur ad primum, & ſecundum
decretum, eſt *tex. in lege 1. § fin. ff. quod cuiuſque Vni-*
uerſit.

SVMMARIA.

1 *Mandatum requiritur in comparente pro creditore, aliàs ſubhaſtatio nulla eſt. Ampliat. vt nu. 2. 3. 4. 5. & 6.*

Digitized by Google

7 *Ratiſicatio geſtorum per aſſertum procuratorem quando dicatur facta, & operetur.*

8 *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur.*

9 *Plus eſt facto facere, quàm ore pronunciare.*

De Comparente pro creditore.

INSP. XXII.

1 IN eo, † qui in iudicio ſubhaſtationis com-
pareт pro creditore, requiritur legitimum
mandatum, aliàs ſubhaſtatio, & adiudicatio
nulla eſt, *Gratian. diſcept. foren. cap. 706. n. 9. Rot. recent.*
deciſ. 476. num. 4. par. 2. & in Aſiſien. Nullitatis
Subhaſtationis 17. Maij coram Cardinal. Blanchetto,
2 *poſt tract. deciſ. 7. num. 5.* & † fortius ſtante partis
proteſtatione, & mandati non productione, *Rot.*
diuerſ. dec. 83. num. 1. par. 4. & in Bononien. Spolij 14.
Iunij 1599. coram Cardin. Lancellotto, poſt tract. dec.
3 *10. num. 5.* & † ex hoc capite nullum eſſet etiam
mandatum executiuum, cuius nullitas influeret
quoque in ſubhaſtationem, *Rot. diuerſ. dec. 4. nu. 4.*
4 *& deciſ. 61. num. 3. par. 4.* † etiam quod comparens
ſit frater, ſeu coniuncta perſona, *Aſin. de execut.*
5 *§ 7. cap. 280.* † præſertim ſi non nomine coniun-
cti, & pro coniuncto vti coniunctus inſtet, & pe-
tat, ſed reſtringat ſe ad mandatum, quod non ha-
bet, *Rot. diuerſ. d. deciſ. 83. num. 2. par. 4. & in recent.*
6 *d. dec. 476. nu. 4. par. 2.* & † eo magis ſi extaret de-
cretum, vt principalis faceret inſtrumentum iu-
re creditoris, *Gratian. dicto capite 706. numero 9.*

7 Quamvis, † ſi non obſtet partis proteſtatio,
ſi poſtea principalis vtatur geſtis per huiuſmo-
di aſſertum procuratorem, dicatur ſubhaſtatio-
nem, & alia ratificare, & confirmare, *Gratian.*
8 *loc. cit.* † cum ratihabitio retrotrahatur, & man-
9 dato æquiparetur, *Gratian. ibid. num. 10.* & † plus
ſit facto facere, quam ore pronunciare, magiſ-
que colligatur animus ex opere, quam ex ver-
bis, *Gratian. eodem capite 706. numero 9.*

SVMMARIA.

1 *Cauſa cognitio neceſſaria eſt in ſubhaſtatione rei debitoris.*

2 *Secundum decretum interponi debet cauſa plene cognita.*

3 *Cauſa cognitionis defectus quando poſſit opponi.*

4 *Citatio debitoris perſonaliter, vel domi, ſeu illius præſentia requiritur in ſubhaſtatione iudiciali, aliàs nulla eſt, & ſpoliatiua, & num. 7. 8. & 9. Ampl. vt numero 5. Lim. vt n. 19. Contrarium numero 11. Concilia vt numero 12.*

6 *Qui Iudicis auctoritate, & debitore citato emit, iuſtè poſſidere dicitur.*

13 *Citandus eſt, mortuo debitore, illius hæres, ſeu ille, qui eſt in prima cauſa ſucceſſionis, & quando, & quomodo detur curator hæreditati iacenti, & numero ſeqq. & numero 48. & 49.*

16 *Hæreditas iacere non dicitur extante filio, ſeu filia in poteſtate, ſed dominium in eo, vel ea continuatum.*

22 *Subhaſtatio facta contra aliquem vti mortuum, vel abſentem quando valeat, vel non.*

23 *Citari debet admiſſus ad cauſam, qui proteſtatus fuit.*

24 *Citari debet vxor, quæ intimauit, bona empta eſſe cum pecunijs dotalibus, vel ea eſſe fundum dotalem.*

25 *Citandus eſt nominatim poſſeſſor, aliàs nulla eſt ſubhaſtatio, & ſpoliatiua, & ex ea non acquiritur poſſeſſio manutenibilis, & num. 26. & 27. Declar. vt numero 33. & 34.*

26 *Citari debet intereſſe habens, alias illi non præiudicatur, & numero 29. Ampliat. vt numero 31.*

30 *Bona fide agi non videtur, quando quid fit non requiſito eo, cuius intereſt.*

31 *Citatio per edictum contra intereſſe putantes quando non ſuffragetur, & numero 32.*

35 *Citatione omiſſa contra vnum ex litis conſortibus nulla eſt ſubhaſtatio etiam quoad citatos, & in totum indiuiduitatis ratione. Limit. vt numero 36.*

37 *Abſens, & non comparens citandus eſt per contradictas, vel edictum.*

38 *Subhaſtatio, & adiudicatio facta non citatis citandis nulla eſt.*

39 *Citatio requiritur in omni actu, in quo quis lædi poteſt, alias nulliter agitur, nec ſufficit geſtorum notitia.*

40 *Pupillo, & minore non legitimè citato nulliter proceſſum dicitur, & numero 50. & ſeqq.*

41 *Pupillus, & minor ſi in ſubhaſtationibus non ſit defenſus, ea ſunt nulla, & num. 42. lim. vt num. 66. & ſeqq. & quando non dicatur defenſus, num. 58. & ſeqq. & de exceptionibus competentibus, numero 62. & ſeqq.*

43 *Quando, & quomodo debeat ei tutor, vel curator dari, & de citatione facienda, & numer. ſeqq.*

48 *Hæreditas iacens repræſentat defunctum, non futurum hæredem.*

56 *Mater in tutela omnibus præfertur.*

69 *Filius ſeptennium excedens, & habens patrem quomodo citandus.*

70 *Curator dandus eſt bonis cedentis, & in ſubhaſtatione citandus.*

71 *Creditor an, & quomodo in ſubhaſtatione citare debeat alios creditores, & ius prætendentes, & numer. ſeqq. & numero 79.*

73 *Creditores, & intereſſe habentes citati in termino non comparentes an ſibi præiudicent, & audiantur vlterius, & numer. ſeqq.*

80 *Legatarius citandus eſt in adiudicatione rei ſibi legatæ, alias nulliter agitur.*

81 *Subhaſtatio quando teneat, vel non, in qua citatus ſit aliquis vti debitoris procurator, & nu. 82, & 83.*

84 *Domicilium quomodo eligatur in Francia in loco executionis extra domicilium proprium.*

85 *Executor vltimæ voluntatis in rei venditione debet hæredem citare, & quare, & numer. 87. & 88. Ampliat. vt numero 86.*

89 *Citationis defectus probatur ex actorum inſpectione. Declarat vt numero 91. & ſeqq.*

90 *Et ex confeſſione procuratoris aduerſarij.*

94 *Notarij atteſtatio de actibus penes ſe non ſuffragatur pro actibus penes alium.*

95 *Et atteſtatio de bannimentis factis ſeruatis ſeruandis referri non poteſt ad citationem.*

96 Nota-

96 Notario non creditur, niſi in his, de quibus ſunt rogatus.

97 Præſumitur in dubio pro validitate ſubhaſtationis, & citationis interuentus ex longa poſſeſſione 20. vel 30. annorum, niſi probetur contrarium,

98 Citatio non requiritur in ipſa executione facienda, Declarat. vt nu. 101 & ſeqq.

99 Ampliat etiam quod incipiatur à ſtabilibus.

100 Executor procedit compellendo, non cognoſcendo.

106 Citatio non requiritur in relatione Nuncij.

107 Nec quando pignora exponuntur venalia, vel incantantur, & numero 108. Limitat. vt numero 109.

110 Actus executionis, & expoſitionis ad haſtam, ſeu incantationis non ſunt præiudiciales, & poſſunt reparari in vltimo actu deliberationis, vel adjudicationis.

111 Citandus non eſt ille, cui nulla competit defenſio, & nu. 66. Declarat vt num. 112.

113 Pignoribus leuatis, vel capta tenuta, eſt id notificandum debitori cum ſubhaſtationibus futuris, & num. 114. Declar. & ſubdeclar. vt numero 115. & 116.

114 Actus omnis in abſentia partis factus intimari debet intereſſe habenti.

117 Citatio de iure communi requiritur ad videndum interponi primum decretum.

118 Citationes in tenutu præcedere debent ſeu requiruntur, alias nulla ſunt.

119 Citanda eſt pars, & debitor, antequam procedatur ad pignorum venditionem, & quare, & numero 120.

121 Non vt ſoluat, & quare, ſed vt ſciat, fieri ſolutionem, & vt venditioni aſſiſtat, ſi vult, ſeu ad videndum mandari conſignari pignus ad effectum ſubhaſtandi, ſeu pignus vendendi, vel ſubhaſtari, & nu. 122. 123. 124. 125. 127. & 128.

128 Conſequens qui vult, vult etiam ſuum neceſſarium antecedens.

129 Rei mobilis venditio ſit intimato debitore, vt hic.

130 Debitori ante ſubhaſtationem ſit denunciatio de alienando, alias de iure communi venditio, & adiudicatio infringitur, & num. 133. Contrarium num. 134.

131 Cauſæ plena cognitio adhibenda eſt in tridis, & quare.

132 Subhaſtatio ſine intimatione, & propalatione fieri non poteſt.

135 Subhaſtationes, & diſtractiones fieri poſſunt tam præſente, quam abſente debitore, Declarat. vt num. 136.

137 Debitor ad effectum vtendi beneficio auth. hoc niſi, Cod. de ſolut. non tenetur in diligentiis de vendendo creditorem citare, & quare.

138 Subhaſtationes fiunt ex Iudicis decreto præuia citatione, & de illius forma, & numero 139. 141. & 142.

140 Et in vim mandati Iudicis de ſubhaſtando, de quo conſtet.

143 Decretum de ſubhaſtando non requiritur, vbi debitor ſubhaſtationi conſentiat.

144 Executione facta proceditur ad bonorum venditionem præuia citatione partis in proprio domicilio ad reluendum cum congrua dilatione ad comparendum, & numero 145. Ampliat. vt num. 146.

146 Citationis ad reluendum forma, & nu. 147. & de forma in Dominio Veneto nu. 148.

149 Terminus ad reluendum eſt omnino dandus, alias ſubhaſtatio dicitur nimis feſtinanter facta, & nu. ſeqq. Lim. vt nu. 154. 155. 157. 158. & 159.

156 Dilationibus nullis datis nulliter ad ſubhaſtationem, & deliberationem proceditur.

158 Appellatio datur ex omiſſo ſtylo, vel obſeruantia & ordine, non autem nullitas cauſatur, & numero 166.

160 Terminus datus ad reluendum non elapſus eſt parti intimandus, alias poteſt prætendi ſpolium, Lim. vt nu. ſeqq. & num. 165.

163 Ordo nullus iudiciorum requiritur in executione, & ſubhaſtatione pro debito Fiſcali liquido, & quare, ſecus in non liquido, & num. 164.

166 Omnia, quæ ſeruantur in diſtractione rerum priuatorum ſpectant ad ordinem iudiciarium, & Iudicis arbitrium.

167 Secundum decretum dolo extortum cum falſa narratiua lapſi termini ad reluendum non valet.

168 Subhaſtatio, & deliberatio, vel adiudicatio facta durante termino licitationibus faciendis, ſeu ad reluendum aſſignato, vel alia durante dilatione nulla eſt, & num. 170.

169 Subhaſtatio noua fieri non poteſt durante termino debitori dato ad ſatisfaciendum, vel concordandum.

171 Dies executionis non computatur in termino ad reluendum aſſignato in monitorio à die illius executionis.

172 Dictio, A. ſtat excluſiue.

173 Dies termini non ſufficit capta, ſed, vt nota defluxa ſit, neceſſe eſt, vbi Ampl.

174 Reus non cogitur tenutam reluere, ſed tantum proſequi cauſam adiudicationis, libello reſpondere, & ad ſimilia, & num. 175.

176 Apparitor, Præco, Baiulus, & qui incantat, denunciat debitori, vt hic, & quare, & numero 177. & 178.

179 Oblatione prima effectum non habente, debet in noua debitor citari, vel intimari, alias ſubhaſtatio nulla eſt.

180 Oblatoribus ſubſequentibus an, & quando notificari debeat melior præcedens oblatio, & quare, & num. 181. & 182.

183 Oblatores ſubſequentes an citare teneantur antecedentes, & num 184. 185. & 186.

187 Æſtimatio ad effectum adiudicationis an, & quam citationem requirat, & nu. 188.

189 Citatio, vel præſentia partis, aut procuratoris eſt neceſſaria in vltimo actu, ſeu ſecundo decreto deliberationis, vel adiudicationis, & quare, alias dari poteſt de nullitate, & num. 190. Limit. vt num. 206 & 207.

191 Decretum de deliberando, & conſignando pretio, data cautione ad fauorem alterius, non præiudicat reo non citato.

192 Adiudicatio ſeu addictio, debitore, aut parte non audita, nec citata, non tenet.

193 Iudex quando dicatur ſpoliare, & procedere tanquam priuatus.

194 Mandato de deliberando expedito non præcedente decreto intrat ſpolium; Ampliat, vt numero 195.

199 Citationi per edictum non eſt locus niſi in ſubſi-

Digitized by Google

dium, quando factis diligentiis citandus non reperitur, Ampl. & declar. vt num. 197.

198 *Nuncij citantis nomen quando in citatione per affixionem ex Statuto debeat apponi, & non ſufficiat in relatione à tergo.*

199 *Deliberatio, vel adiudicatio facta alia die, quam citationis eſt nulla, vbi exempla.*

200 *Intereſſe habentem non ſufficit ſemel tantum fuiſſe citatum, puta ad videndum mandari conſignari pignora, & c. ſed citandus eſt in quolibet actu deliberationis, & immiſſionis. & nec ſufficit, ſi citetur in ſolo actu deliberationis, n. 201.*

202 *Citationis ad videndum deliberari, vel adiudicari defectus eſt inſanabilis non obſtante reſcripto cum clauſula, Arbitrio. Ampl. vt nu. 203.*

204 *Arbitrium non intrat in ſpolio, & quare. Lim. vt num. 205.*

208 *Adiudicatio, ſi aliquis obtulerit, fieri non poteſt niſi eo citato ad doponendum, & intimato.*

209 *Adiudicatio nominis debitoris fieri poteſt etiam debitore debitoris non citato.*

210 *Decretum ſeu ſententia neceſſaria eſt in deliberatione, vel adiudicatione.*

211 *Nec ſufficit, quod conſtet de citatione, & de mandato ſubſcripto, & quare.*

212 *Decretum non præſumitur, niſi de eo conſtet ex actis Ampl. vt n. 215. Declar. vt nu. 216.*

213 *Adiudicatio non præſumitur, ſed ab allegante probari debet.*

214 *Citatio ad videndum deliberari non poteſt præſumi, non conſtito de decreto, nec de termino ad deliberandum.*

217 *Probatis extremis, in actis, & ſolemnitatibus iudicij media non præſumuntur.*

218 *Decretum mandati de deliberando, vel adiudicando, ſeu mandatum nullum an ſuſtineri poſſit ex alio præcedenti ſub alia die, & num 219. & ſeqq.*

221 *Actus geſtus ex capite incongruo non poteſt ſuſtineri ex congruo ex quo fieri potuiſſet.*

223 *Mandato inualido vtens non iuuatur ex valido, quo vſus non fuit.*

224 *Decretum de deliberando vel adiudicando debet interponi pure, ſi poſſit, non cum pacto de retrouendendo.*

225 *Jn obligatione facti, ſi mandatum executiuum ſit ad effectum deponendi, cum eadem clauſula & illud cantare debet, & num. 230. vbi Exempla. Ampliat. vt nu. 226. & 227.*

228 *Subhaſtatio contra formam mandati Iudicis nulla eſt, & exceſſiua, & nu. 230.*

229 *Nec ſubſiſtit facta ſub conditione, quæ non ſit impleta.*

230 *Mandatum de deliberando dubiam recipit interpretationem ab actibus antecedentibus.*

231 *Notarij error in mandato de deliberando non præiudicat partibus.*

233 *Decretum de ſubhaſtando, & deliberando non operatur ſubhaſtationem, & deliberationem, ſed illam poſt ſe expectat.*

234 *Judex, emptore non reperto, pronunciat, bona in ſolutum creditori danda eſſe, & adiudicari mandat pro quantitate crediti, & nu. 235.*

236 *Adiudicatio non ſufficit, vt ſit iuſſa fieri, niſi fiat.*

237 *Nec ex huiuſmodi iuſſione inducitur titulus putatiuus, vt excuſet à fructuum reſtitutione, vel in ſortem imputatione.*

238 *Adiudicatio requirit conſenſum de præſenti, prout venditio, nec ſufficiunt verba de futuro, vbi exemplum.*

239 *Decretum, & mandatum de adiudicando non eſt adiudicatio, nec pro ea deſeruit, nec operatur tituli, & dominij tranſlationem, & nu. 240.*

241 *Adiudicatio ſimplex abſque mandato de immittendo, vel corporea traditione non parit effectum poſſeſſionis.*

242 *Poſſeſſio capi non poteſt in vim mandati de adiudicando ſine nouo Iudicis miniſterio, & mandato de immittendo*

243 *Mandatum de immittendo quamvis ſit conſecutiuum ad adiudicationem, eſt tamen à mandato de adiudicando diſtinctum.*

244 *Actum nihil dicitur, donec aliquid ſupereſt agendum.*

245 *Actus non dicitur perfectus, qui ſit partim factus, & partim non.*

246 *Poſſeſſio capta cum ſolo mandato de adiudicando, dicitur capta auctoritate propria, non iudiciaria. Ampl. vt num. 247.*

248 *Mandatum de deliberando quando præſumatur, ſeu de eo conſtare dicatur, & n. 249. 250. & 251.*

252 *Subhaſtatio, & deliberatio, vel adiudicatio facta non executa, vel non expirata, aut non reproducta intimatione decreta, nulla eſt. Ampl. vt numero 253. 256. & 257. Limit. vt num. 260. 261. & 262.*

254 *Decretum cum intimatione, de qua non conſtet executioni demandari non debet, nec afficit & num. 255.*

255 *Intimationis omiſſio eſt inſanabilis, etiam ſtante clauſula, Arbitrio.*

258 *Intimandi ordo ad quid fiat, & nu. 259.*

259 *Intimatio ſi non expectaretur, diceretur ſuperflua, & de vento.*

263 *Intimatio legitime facta quando ſuppleat citationem non legitime executam.*

264 *Citationis non neceſſaria omiſſio, vel ſi ea non ſit legitima, aut facta ſit ex abundanti non cauſat nullitatem.*

265 *Notarij nomen erronee appoſitum in citatione, vel intimatione non vitiat, ea in officio Notarij cauſa reproducta.*

266 *Subhaſtatio facta, quæ fieri non poterat, quando non dicatur nulla.*

267 *Iudicium carens ſubhaſtationibus nullum eſt, ſi pars appoſuerit, alias ſecus.*

268 *Citatus in ſubhaſtatione, & deliberatione, ſeu adiudicatione, qui ſe non oppoſuit, dicitur ſibi præiudicaſſe.*

269 *Reus in venditione, & adjudicatione pignoris citatus non comparens, nec excipiens, non debet eſſe melioris conditionis, quam ſi comparuiſſet.*

270 *Et amplius non auditur.*

De cauſæ cognitione, citatione, & Terminus ſeruandus in Iudicio Subhaſtationis.

INSP. XXIII.

EST † inter alia in ſubhaſtatione, quæ fit 1
judicialiter rei debitoris, ſeu pignoris, neceſſaria

ceſſaria cauſæ cognitio, Rot. poſt Nigr. de ſubhaſt.
2 deciſ.8. num. 1. cum † ſecundum decretum inter-
poni debeat cauſa plene cognita, l. ſi finita. §. ſi
forte. & §. poſtea ff. de damn. infect. l. eorum. ff. ex quibus
3 cauſ. maior. Duran. dec. 364. num. 16. & 21. licet † hu-
iuſmodi defectus opponi non poſſit, quando
penes Iudicem reperiuntur acta proceſſus, &
cetera iura, & eo magis ſi ille fuerit etiam hinc
inde informatus, Rot. penes Nig. de ſubhaſt. d. dec. 18.
num. 2.

4 Vnde † requiritur debitoris citatio, & legi-
tima denunciatio perſonaliter, vel domi, vel il-
lius præſentia, l. creditor hypothecas. Cod. de diſtract.
pign. Iodoc. de ſubhaſta. cap. 3. num. 20. 21. & 37. Bertach.
in verb. ſubh. Carpan ad Statut. Mediol. lib. 1. cap. 248.
num. 10. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 3. num. 1. & quæſt. 21.
num. 20. Rot. poſt Nigr. de ſubhaſt. dec. 6. num. 2. & dec.
18. num. 1. & 3. in Imolen. Bonorum 5. Martij 1632. co-
ram Pirouano poſt tract. deciſ. 91. numero 3. & in An-
conit. Pecuniaria 22. Martij eiuſdem anni 1632. co-
5 ram Motmanno, poſt tract. deciſ. 92. num. 3. † etiam in
ſubhaſtatione pignorum conuentionalium, &
vbi in inſtrumento præfixa ſit dies ſolutionis, d.
6 dec. 92. ſub num. 4. & 5. † quia citatione facta emens
Iudicis auctoritate iuſte poſſidere dicitur, Rot.
7 poſt Nigr. de ſubhaſt. dec. 19. num. 1. & † ſine ea ſub-
haſtatio remanet nulla, Nouar. ad l. ſi tempora. num.
24. C. de fid. inſtr. & iur. haſt. Fiſcal. lib. 2. Mangil. de
ſubhaſtat. quæſt. 183. nu. 1. Gregor. XV. dec. 485. nu. 8.
Rot. recent. dec. 564. num. 2. par. 4. & dec. 41. numer. 14.
in fin. par. 5. quæ eſt etiam poſt noſtrum tract. mand. de
manut. deciſ. 323. numero 15. & Rot. poſt Nigr. de ſubhaſt.
dec. 32. num. 4. & 5. & dec. 31. numero 2. & 3. vbi quod
8 † citatio debet fieri ex decreto Iudicis, & in Be-
neuentana Spolij 3. Martij 1614. coram Card. Veroſp.
ſeniore poſt tract. dec. 29. numer. 2. in Arimin. Dotis 22.
Junij 1620. coram Coccino, poſt tract. dec. 33. num. 4. in
Spoletana Pradij 30. Martij 1615. coram Emmnent. D.
Card. Pamphilio, poſt tract. deciſ. 34. num. 15. in Rom.
Vineæ 10. Martij 1623. coram Remboldo. poſt tract.
deciſ. 59. num. 3. in Anconit. Bonorum 27. Martij 1623.
coram Nauarro, poſt tract. dec. 60. in princ. & nu. 1. in
Imolen. Bonorum 4. Julij 1629. coram Card. Virili, poſt
tract. deciſ. 81. num. 1. & in Anconit. Pecuniaria quinto
Iulij 1632. coram Motmanno, poſt tract. deciſ. 107. nu.
9 18. & † non poteſt euitari ſpolium, Rot poſt Nigr.
10 de ſubhaſt. dec. 6. num. 2. † Niſi actum ſit, vt ſine de-
nunciatione creditor vendat, Mantic. de tacit.
lib. 11. tit. 6. num. 8. Gratian. diſcept. for. cap. 375. num. 3.
11 Mangil. de ſubhaſt. d. quæſt. 3. nu. 6. quamuis † con-
trarium ſentiat Iodoc. de ſubhaſt. d. cap. 3. ſub num. 33.
12 & Bertach. in verb. ſubhaſtatio. † quorum opinio
forſan procedit in re generaliter obligata, & a-
lia ſuperior opinio in re obligata ſpecialiter, &
videtur ſentire Mangil. vbi ſup. n. 1.

13 Sique † mortuo debitore deueniri debeat ad
illius bonorum ſubhaſtationem, citandus in ea
eſt eius hæres, alias illa nulla eſt, Mangil. de ſubh.
quæſt. 184. num. 1. & Rot. in Imolen. ſubhaſtationis 18.
14 Maij 1607. coram Iuſto, poſt tract. dec. 17. numer. 1. † nec
valet tenuta, ſeu adiudicatio bonorum hære-
ditariorum debitoris, quando ille, qui eſt in pri-
ma cauſa ſucceſſionis, non fuit citatus nomina-
15 tim, Aſin. de execut. §. 4. cap. 41. num. 1. † eſtque nul-
la, & iniuſta ſubhaſtatio, & deliberatio, ſed adju-
dicatio facta tanquam contra hæreditatem ia-
centem, & illi dato curatore, & contra eundem
executis citationibus defuncti filio, ſeu filia, qui
vel quæ erat in poteſtate, ſuo, vel ſua hærede exi-
ſtente, non citato, ſeu citata, cum † illo, ſeu illa 16
extante hæreditatem iacere non dicatur, ſed in
eo, vel ea, dominium continuatum, Aſin. de exe-
cut. d. §. 4. cap. 25. num. 1. & ſeqq. Duran. dec. 15. num. 6.
& 7. † etiam quod filius, ſeu filia hæreditati pa- 17
ternæ ſe non immiſcuerit, Aſin. loc. cit. † Niſi 18
adſit Statutum concedens, contra hæreditatem
iacentem ſimpliciter agi poſſe, cuius forma ſer-
uanda eſſet, Aſin. d. §. 4. cap. 25. numero 4. verſ prædi-
cta igitur concluſio. † Vel, ſi de hærede non conſtet, 19
citandi ſunt intereſſe putantes, Mangill. de ſubha.
quæſt. 184. ſub numero 2. Rot. in d. Imolen. ſubhaſtationis
18. Maij 1607. coram Iuſto, poſt tract. dec. 17. num. 5. & † ſi 20
filij non declarent ſe hæredes, dandus eſt cura-
tor hæreditati iacenti, & ille citandus, Mangil.
vbi ſup. Rot. in d. Imolen. poſt tract. dec. 19. num. 6. † Qui- 21
bus non ſeruatis ſubhaſtatio, & deliberatio, ſeu
adiudicatio nulla eſt, & fructus cum credito
computantur, Mangil. d. quæſt. 184. in fin. Rot. apud
Nigr. de ſubhaſt. dec. 6. in fin. Prout † nulla eſſet, ſi 22
fuiſſet proceſſum cōtra aliquem abſentem tan-
quam mortuum, dato curatore illius hæredita-
ti, qui eſſet viuus, & non eſſent ſeruata, quæ eſ-
ſent ſeruanda pro decernendo curatore bonis
abſentis, Rot. poſt Nigr. d. dec 16. n. 6.

Nulla † quoque eſt ſubhaſtatio, ſi in ea non 23
fuerit nominatim citatus ille, qui fuerit admiſ-
ſus ad cauſam, & proteſtatus, nihil fieri niſi ipſo
citato, Rot. recent. dec. 32. nu. 1. in fin. par. 3. Et † ſi non 24
fuerit citata vxor, quæ pendente iudicio intima-
uerit bona eſſe empta cum pecuniis dotalibus,
& eſſe fundum dotalem prout in tali inſtrumen-
to, & competeret illi manutentio, Caualer. dec.
48. num. 2.

Atque † idem, ſi non fuerit citatus nomina- 25
tim poſſeſſor, Franc. Schernard. conſ. 31. nu. 24. Mangil.
de ſubh. quæſt. 4. num. 2. 9. & ſeq. Rot. poſt Pic. ad Sta-
tut. Vrb. dec. 40. num. 15. † diciturque tunc ſubhaſta- 26
tio nulla, & ſpoliatiua, Rot. poſt Pic. d. dec. 40. num. 15.
& poſt noſtrum tract. mand. de manut. dec. 323. num. 22.
Burat. deciſ. 614. num. 1. Rot. apud Nigr. de ſubhaſt. dec.
25. in princ. quæ eſt etiam poſt d. noſtrum tract. de ma-
nut. dec. 44 & in Imolen. Bonorum quarto Julij 1629.
coram Card. Virili, poſt tract. dec. 81. num. 1. & in eadem
5. Martij 1631. coram Pirouano, poſt tract. deciſ. 91. nu. 3.
† nec per illam acquiritur poſſeſſio, nec ex ea 27
datur manutentio, Vrſell. in verb. adiudicatio, concl.
52. num. 18. in fin. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 162. numero 3.
Buratt. d. dec. 614. num. 1. Prout † idem, ſi non fuerit 28
citatus ille, cuius intereſt, ita vt ſubhaſtationes,
& cridæ, non vocato, puta, Regio Procuratore,
ſi eius interſit, ſint ipſo iure nullæ, Tepat. var. ſent.
tit. 417. cap 16. Boer. deciſ 277. numero 5. & ſentit Rot.
poſt Mangil. de ſubhaſt. dec. 9. num. 5. & 6. † Nec ſub- 29
haſtatio, & adiudicatio facta abſque citatione
intereſſe habentium, illis præiudicat, Mangil. de
ſubhaſta. quæſt. 65. num. 15. † nec videtur bona fide 30
agi, quando fit aliquid non requiſito eo, cuius
intereſt. Rot. in Anconitana Pecuniaria 22. Maij
1632. coram Motmanno, poſt tract. deciſ. 92. numer. 4. 31
† Neque ſuffragatur citatio per edictum contra
intereſſe putantes, dum aliquis poſſidet, & ha-
bet certum intereſſe, Franc. Schernerd. d. conſ. 31. nu.
24. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 4. numer. 2. Rot. poſt Pic. ad
Statut. Vrb. d. deciſ. 40. num. 15. Hincque eſt, quod,

32 † ſi Statuto caueatur, vt volens vendere rem im-
mobilem libere ponat eam ad cridas, &, ſi aliquis
prætendat jus ſuper illa, compareat, & de juri-
bus ſuis edoceat intra tempora ab eodem Statu-
to limitata, alias excludatur, tunc tale Statutum
non comprehendit habentes jus in re, quia illi
perſonaliter ſunt citandi, & minor contra hujuſ-
modi temporis lapſum reſtitueretur ad facien-
dam ſuam oppoſitionem, Tepat. var. ſent. tit. 417.
de diſtract. pign. cap. 3. ex Roland. conſ. 73. vol. 3.

33 Et quidem † debet poſſeſſor nominatim ci-
tari, quando per ſe ipſum poſſidet, ſed, quando
poſſidet per alium, vt per conſtitutum, tunc, ſi
creditor proclamari faciat bona ſui debitoris
poſſidentis nomine alieno, ipſo ficto poſſeſſore
in Prouincia exiſtente non amplius auditur per
alium, Tepat. var. ſent. d. tit. 417. cap. 5. Boer. d. dec.
34 277. in fin. † Sufficitque citare debitorem reali-
ter poſſidentem, omiſſo poſſeſſore ficto, l. ſi deſer-
ta. C. ſi propt. public. penſit. Papon. de arr. lib. 18. tit. 6.
arr. 8.

35 Si vero † omittatur citatio contra vnum ex
litis conſortibus, nulla eſt ſubhaſtatio, etiam
quoad citatos, & in totum ratione indiuiduita-
tis, Vrſell. in verb. adiudicatio. concl. 52. numero 18. vbi
præſertim in judicio hæreditatis diuiſorio Man-
gill. de ſubhaſtat. quæſt. 3. num. 10. & 11. & quæſt. 197. num.
1. & ſeqq. Rot. Recent. dec. 507. nu. 5. par. 3. & deciſ. 594.
num. 2. par. 4. Greg. XV. dec. 319. num. 1. vbi Add. nu. 7.
36 † niſi poſſet exequi, & executio conſumari ſuper
portione citati abſque eo, quod præjudicare-
tur abſenti non citato, Iodoc. de ſubhaſtat. cap. 3.
num. 21. Mangil. eod. tract. quæſt. 65. num. 15. Vrſell. vbi
ſup. verſ. licet tamen vbi, vel niſi intereſſe non eſſet
connexum.

37 Suntque † neceſſariæ citationes etiam quod
agatur contra abſentem, & non comparentem,
per contradictas, vel edicta, Mangil. de ſubhaſt.
quæſt. 9. Rot poſt Fenzon. ad Statut. Vrb. deciſ. 28.
38 verſ. non obſtat. Atque † ſubhaſtatio, & adjudi-
catio facta non citatis citandis eſt nulla, Mangil.
39 de ſubhaſtat. quæſt. 162. num. 2. † Requiriturque ci-
tatio in omni actu, in quo quis lædi poteſt, & de
illius prejudicio agitur, ſemperque citatio debet
præcedere, alias omnia acta ſunt nulla, Mangil.
de ſubhaſt. quæſt. 65. num. 15. Rot. in Romana Vinea 10.
Martij 1623. coram Remboldo, poſt tract. deciſ. 59. nu.
4. nec ſufficit notitia geſtorum, Mangil. d. quæſt.
65. nu. 16.

40 Nulliter etiam † actum eſſet, ſi fuiſſet proceſ-
ſum contra pupillum, & minorem non legitime
citatum, Rot. in Ariminen. Legatorum 29. Februarij
41 1636. coram Buccabella, poſt tract. dec. 103. numero 15. †
Eſt enim animaduertendum in ſubhaſtationi-
bus, quæ fiunt contra pupillum, & minorem, vt
ille ſit defenſus, Rot. poſt Mangill. de ſubhaſt. dec.
42 106. n. 8. † alias nulla eſt ipſo jure ſubhaſtatio, vel
adjudicatio facta contra eum penitus indefen-
ſum, Ruyn. conſ. 106. num. 31. lib. 2. Aſin. de execut. §.
4. cap. 23. num. 1. & ſeqq. cap. 25. num. 1. & ſeq. & capit.
48. num. 1. & § 7. cap. 261. num. 1. Vrſell. in verb. adiu-
dicatio. concl. 52. num. 40. Mangil. de ſubhaſt. quæſt.
162. num. 15. & ibi Rot. dec. 24. num. 1. dec. 35. numero 5.
& dec. 51. numero 1. quæ eſt etiam par. 4. diuerſ. dec. 115.
num. 2. Rot. recent. dec. 406. num. 2. par. 4. & poſt Nigr.
de ſubhaſtatio. dec. 4. nu. 1. & 4. & dec. 35. nu. 7. Buratt.
dec. 27. numero 7. & Rot. in Romana Spolij Domus 28.
Junij 1617. coram Eminentiſſ. D. Card. Pamphilio,
poſt tract. dec. 43. numero 8. & 9. in fin. & in d. Arimi-
nen. Legatorum. 24. Februarij 1636. coram Bucca-
bella, poſt tract. dec. 103. num. 15. Vt † ſi non haberet 43
tutorem, ſeu curatorem, nec fuiſſet ei datus, &,
ſi eſſent plures pupilli, ſeu minores, non fuiſſet
datus omnibus. Aſin. de execut. d. §. 4. cap. 23. nu-
mero 2. & cap. 48. numero 2. & § 7. cap. 161. n. 1. Pereg.
de iure Fiſc. lib. 6. tit. 4. nu. 4. in fin Mangil. de ſubhaſt.
quæſt 162. nu. 15. Vrſell. in verb. adiudicatio concl. 52. nu.
40. Greg. XV. deciſ. 316. nu. 2. † Cum ſit omnino dan- 44
dus, vt eius defenſioni aſſiſtat, vbi defenſiones
competunt, Rot. poſt Mangill. de ſubhaſt. deciſ. 35.
numero 9.

In datione autem † tutoris, vel curatoris de- 45
bet minor citari ad legitime comparendum, ſeu,
vt compareat cum defenſore, qui etiam vendi-
tioni debet adeſſe, alias venditio nulla eſt, l. fin.
C. ſi propt. public. penſitat. ven. fuer. celebr. Pereg. de
iur. Fiſc. lib. 6. titul. 4. numer. 4. in fin. Gratian. diſcept.
for. cap. 375. num. 22. licet † in adulto ſufficiat, vt 46
ipſe ſimpliciter citetur, quia ſic citatus intelligi-
tur citatus ad legitime comparendum, Gratian.
diſcept. for. capit. 47. num. 28. & 29. † Quod ſecus 47
eſt in pupillo. Gratian. ibid. num. 28. quia non ſuf-
ficit, ipſum ſimpliciter citare, ſed, dum tutore ca-
ret, citari debent etiam ipſius conſanguinei,
coniuncti, & vicini, l. hac autem §. 1. ff. ex quib. cauſ.
in poſſ. eat. Vrſell. in verb. adiudicatio concl. 52 nume. 40.
Aſin. de execut. §. 4. cap. 41. numero 3. & ſeqq. † Quæ 48
procedunt, ſi principaliter agatur contra ipſum
pupillum, qui hæreditatẽ adiuerit, ſecus ſi prin-
cipaliter contra hæreditatem iacentem, quæ de-
functum ipſum, non hæredem futurum repræ-
ſentat, Aſin. d. capit. 41. n. 6. & ſeqq. quem videas. † 49
Non tamen ſubſiſteret ſubhaſtatio, & datio in
ſolutum, ſeu adjudicatio, cum tractaretur de
nondum natis, nam quoad illos, ſiue hæredita-
te jacente, ſiue iam adita, ea facta fuerit, ex quo
non fuerunt citati, nec alius pro eis, quando cu-
rator non datur bonis, ſeu hæreditati, ſubſiſtere
non poteſt, Aſin. de execut §. 4. cap. 24. n. 1.

Nulla † pariter eſt ſubhaſtatio, deliberatio, & 50
adjudicatio, ſi tutor non fuerit citatus in omni
actu, Peregr. de iure Fiſc. d. lib. 6. tit. 4. numero 4. in fin.
Caualer. dec. 385. num. 2. † Vel non fuerit citatus 51
pupillus cum tutore, Aſin. de execut. d. §. 4. capit.
41. nu. 5. † ſeu adultus cum ſuo curatore, Peregr. 52
vbi ſup. & † ad ſingulos actus, Rot in d. Romana 53
Spolij Domus 28. Junij 1617. coram Eminentiſſ. D.
Card. Pamphilio, poſt tract. dec. 43. num. 3. quia, † ſi 54
tutor, vel curator fuiſſet conſtitutus, & citatus,
forſan pupillus, & minor non ſuccubuiſſet, Vrſel.
in verb. adiudicatio concl 52. num. 40. Mangill. de
ſubhaſt. quæſt. 162. num. 15. † Vel, ſi fuerit citatus a- 55
liquis vti tutor, vel curator, & de ejus tutela, vel 56
cura non conſtaret, Rot. diuerſ. d. dec. 115. numero 4.
par 4. & d. deciſ. 51. numero 3. poſt Mangill. de ſubhaſt.
vbi † præſertim ſi ſuperuiueret mater, quæ in tu-
tela omnibus præfertur. † Vel, ſi fuerit citatus 57
procurator à tutore conſtitutus abſque Iudicis
decreto, Rot. diuerſ. d. dec. 115. numero 3. par. 4. & d.
dec. 51. n. 2. poſt Mangil Greg. XV. dec. 373. nu. 1. † Vel, 58
ſi tutor, ſeu curator citatus defenſioni non ad-
erit, Aſin. de execut. d. §. 4. cap. 23. num. 2. & cap 48.
num. 2. & §. 7. cap. 261. num. 1. Rot. diuerſ. d. dec. 115.
num. 4. & poſt Mangill. d. dec. 31. num. 3. † & non 59
interue-

interuenerit, ſeu nunquam comparuerit nec in medio, nec in fine cauſæ, *Aſin. dict. §. 4. cap. 48. nu. 2. Rot. poſt Mangill. de ſubhaſtat. dec. 24 nu. 1. & dec. 35. num. 5. & poſt Nigr. etiam de ſubhaſt. dec. 4. nu. 3. & dec. 35. nu. 6. & in d. Romana Spolij Domus 28. Iunij 1618. coram Eminentiſſ. D. Card. Pamphilio, poſt tract. dec. 43.*
60 *nu. 3.* † ſeu non comparuerit ſemper, vbi defenſiones competiiſſent, ita vt nec ſufficeret, quod ſemel tantum comparuiſſet, puta, dicendo, Generalia contra, *Cauaier. dict. dec. 585. nu. 3. Rot. in d. Romana Spolij Domus, poſt tract. dict. deciſ. 43. in fin.*
61 prout nec ſatis eſſet, quod ſemel comparuiſſet coniuncta perſona, vel ſolum proteſtata fuiſſet de nullitatibus, ſeu tutorem, vel curatorem non acceptaſſe huiuſmodi onus, nec fuiſſet legitimè citata, nec appareret, quod aliter defenſioni adſtrinxiſſet, prout requirebatur, *Rot. poſt Mangil. de ſubhaſt. deciſ. 35. n. 8. verſ. non obſtat.*
62 *& poſt Nigr. eod. tract. deciſ. 4. n. 3.* † & idem ſi comparendo exceptiones competentes non oppoſuerit, vt puta, quod, ſtante paruo credito, non erat ſubhaſtanda res longè maioris valoris, cum adeſſent aliæ minoris valoris, *Buratt deciſ. 627. nu. 9. & Rot. in dict. Romana Spolij Domus 28. Iunij 1617. coram Eminentiſſimo Dom. Card. Pamphilio,*
63 *poſt tract. deciſ. 43. nu. 7.* † vel, quod in pretio ſubhaſtationis lædebatur vltra dimidiam, *d. deciſ.*
64 *43. num. 7.* † vel non oppoſita exceptione compenſationis, qua ſe tueri poterat, *Rot. poſt Man-*
65 *gil. de ſubhaſt. deciſ. 51. nu. 1.* † vel, quod egerit fideiuſſor pro releuatione indemnitatis occaſione ſummæ ſolutæ non intimatis ante ſolutio-
66 nem moleſtiis, *Rot. d. dec. 51. nu. 1. poſt Mangil.* † Secus tamen eſſet, quando conſtaret, quod nulla defenſio competebat, *Rot. recent. dec. 406. num. 4. par. 4. & poſt Mangil. de ſubhaſt. dec. 35. nu. 9. & apud Nigr. etiam de ſubhaſtat. dec. 4. nu. 1. & 2.* vbi, quod
67 † ſufficit procuratoris comparitio, etiam quod nihil allegeret, & in caſu, quo adſit publicum inſtrumentum in forma Cameræ de credito liquido, & certo, & *in dict. Romana Spolij Domus 28. Iunij 1617. coram Eminentiſſ. D. Card. Pamphilio, poſt*
68 *tract. dec. 43. nu. 6.* † Vel, quando cauſa fuiſſet defenſa per alios litis conſortes, *Rot. in Ariminen. Legatorum 20. Februarij 1636. coram Baccabella, poſt*
69 *tract. dec. 143. n. 16.* † In filio autem qui ſeptennium exceſſit, & patrem habet non ſufficit citare ſolum patrem, ſeu procuratorem à ſolo patre conſtitutum adminiſtratorio nomine, ſed citandus eſt etiam ipſe filius, *Rot. in Anconitana Bonorum 27. Martij 1623. coram Nauarro, poſt tract. deciſ. 60. nu. 6. & 7.*

70 Bonis † etiam cedentis dari debet curator, eaque eiuſdem curatoris auctoritate ſubjicienda ſunt haſtæ Fiſcali. *Ludouic. Peguer. dec. 199. n. 32.*

71 Item † debet creditor citare facere etiam alium creditorem, ſed creditores, qui concurrant, viſuros venditionem pignoris in executionem ſententiæ. *Guid. Pap. quæſt. 129. Tepat. var. ſent. tit. 417. cap. 4. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 4. nu. 1. & 2.*
72 Et, † ſi creditores anteriores ſint incerti, poſſunt illi, & prætendentes ius in bonis ſubhaſtantis citari per publicum proclama, vel edictum, vt veniant ad contradicendum infra
73 certum tempus † quo elapſo non audiuntur
74 vlterius, *Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 63. n. 1. & 2.* † ſi tamen præfixus ſit terminus ad agendum, *Mangil. ead. quæſt. 63. nu. 3.* Cum † ex huiuſmodi taci- 75
turnitate, & non contradictione argumentum acquieſcentiæ tenutæ captæ, & immiſſioni factæ ſumatur non leue. *Borrell. conſil. 32. ſub n. 5.* † 76
& venditio deinde publice facta, vel ſubhaſtatio præiudicet omnibus ius prætendentibus ſiue hypothecæ, ſiue alterius, *leg. ſed & ſi pupillus §. de quo palam, ff. de inſt. act. Papon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arreſt. 29. col. 4. Tepat. var. ſent. tit. 417. cap. 15.* & † tam reſpectu poſſeſſionis, quam reſ- 77
pectu proprietatis, *Tepat. vbi ſup.* Quamuis tertio adhuc remaneat ius offerendi, *Tepat. ibidem*
† niſi etiam offerendi terminus ſit iam elapſus, 78
quia tunc nec etiam habens hypothecam quiſquam admitti debet, qui fuerit citatus etiam mediante proclamate, & non contradixerit, quia dicitur ius pignoris, & hypothecæ amiſiſſe, vel remiſiſſe, *leg. eo tempore, Cod. de remiſſ. pignor. Aſin. de execut. §. 6. cap. 32. ſubhaſt. nu. 9. & ſeqq. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 127. nu. 19.* Circa quæ vide etiam *infr. inſp. 54.* † Vocarique debent ad ius 79
ante adiudicationem decreti illi, qui in re ſubhaſtata cauſam, & ius prætendunt, vt ibi ius, & rationes ſuas ſeriatim adducant, & per eaſdem cognoſcatur, vter prior, & vter poſterior, cum intimatione, quod alias procedetur ſuper his, prout erit iuris, *Iodoc. de ſubhaſt. cap. 3. nu. 13.* † 80
Et ſi detur in ſolutum, ſeu adiudicetur res alicui legata, debet etiam ipſe legatarius citari, alias adiudicatio non ſubſiſtit, *Aſin. de execut. §. 4. cap. 42. n. 1. & ſeqq.*

Inualida † quoque eſſet ſubhaſtatio, quan- 81
do fuiſſet citatus aſſertus procurator, de cuius mandato non conſtaret, *Rot. recent. dec. 594. nu. 4. par. 4.* † vel, ſi de mandato conſtaret, ſed non 82
doceretur de illius acceptatione, *Rot. diuerſ. dec. 115. nu. 2. par. 4. & poſt Mangil. de ſubhaſt. dec. 51. nu. 1. in fin.* † Et verſa vice valida eſſet ſubhaſtatio 83
quæ eſſet facta cum interuentu legitimi procuratoris, *Rot. in Recanaten. Dotis 22. Iunij 1629. coram Reuerendiſſimo D. Dunozetto iuniore, poſt tract. deciſ. 80. nu. 1.*

In † Francia is, qui pignori fundum capit 84
extra locum ſui domicilij debet in loco executionis ſuum domicilium eligere, & debet electio fieri poſt executionem pignorationis, & programmate affixo, vt manifeſtum fiat, & cognitum, itemque per proceſſum verbalem, alias poteſt ſubhaſtatio nulla declarari, & ordinari, vt ad nouam executionem, & ſubhaſtationem deueniatur, *Papon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arr. 6. in append.*

Executor † quoque vltimæ voluntatis, qui 85
in executionem teſtamenti vult rem hæreditariam vendere, debet id denunciare hæredi, alias diceretur in mala fide, & clam facere, *Rebuff. de præcon. luit. & ſubhaſt. art 7. gloſ. 1. num. 16.* † 86
etiam ſi eidem tributa eſſet libera facultas vendendi, *Rebuff. d. nu. 16.* † nam poteſt hæredis 87
præſentia Executorem trahere ad vendendum aliam rem, *Rebuff. ibidem* † vel inuenire 88
maiores oblatores.

Citationis autem † defectus, & negatiua 89
probaretur ex inſpectione, & reuolutione actorum, & tollitur ex illa quæcunque præſumptio in contrarium, quia ea à veritate ſuperatur, *Vrſill. in verb. adiudicatio. concl. 52. num. 20.*

& 21.Mangil.de ſubhaſt q.5.nu.16. & 7.num.22. & ſeqq. q.147. nu.14. & 17.q.183.nu.3. & q.184 nu.2. Greg. XV. dec.416.nu.5. & 6.Rot.apud Nigr.de ſubhaſt.dec.32.n.6. & dec.33. nu.3. & in Imol.ſubhaſtationis 18. Maij 1607.
90 *coram Iuſto,poſt tract.dec.17.nu.2.* vbi, quod † probatur etiam confeſſione procuratoris aduerſarij *in Ariminen. Dotis 22.Iunij 1620.coram Coccino,poſt tract.dec.33.nu.5.in Imol. Bonorum 4.Iulij 1629.coram Card.Virili,poſt tract.dec.81.nu.1.& in eadem 5. Martij 1632. coram Pirouano, poſt tract. dec.91. nu.2. in fin. & in Placentina Nullitatis ſubhaſtationis 5. Decembris 1631.coram Eminentiſſimo D.Card.Vbaldo,poſt tract.d.*
91 *Nigr. de ſubhaſt.fol.253.nu.1.* † Si tamen proceſſus ſit integer, prout in dubio præſumitur, ſecus ſi appareat non integer, & defectiuus, *Mangill. d.q.183.n.4.& ſeqq. Rot.in Beneuentana Spolij 2.Martij 1614. coram Card. Veroſpio ſeniore, poſt tract.dec.29. nu.3. in d.Ariminen.Dotis 22.Iunij 1620.coram Coccino poſt tract.dec.33.in fin.in d.Imol.Bonorum 4.Iulij 1629. coram Card.Virili,poſt tract. dec.81. num.4. & 7. & in eadem 5.Martij 1630,coram Pirouano,poſt tract.dec.91.*
92 *num.4 & 5.* † etiam quod Notarius atteſtetur, ſubhaſtationem fuiſſe factam ſeruatis ſeruandis, ſeu tranſportationem fuiſſe integram, & non extare alia acta, vel fideliter extraxiſſe, ſit Notarius actuarius,vel in officio ſucceſſor,ſed
93 alius, *Mangil. d.quaſt.173.n.7.& ſeqq.* † quidquid aliud ſit in Notario actuario, *Rot. in d. Imolen.*
94 *Bonorum 4. Iulij 1629. poſt tract.dec.81.nu.6.* † quamuis, ſi atteſtatio reſtricta ſit ad acta penes ſe, non poſſit ſuffragari pro actibus coram alio Notario, *Rot. in d. Imolen. Bonorum 5.Martij 1632.*
95 *poſt tract.d.dec.9.nu.8.* quemadmodum † nec eius atteſtatio de ſubhaſtatione facta ſeruatis ſeruandis reſtricta ad bannimenta referri poteſt ad citationem, *Rot. in d. Ariminen. Dotis 22. Iunij 1620. coram Coccino,poſt tract. dec.33. nu.6. vbi num.7.*
96 quod † nec ei creditur, niſi in his, de quibus fuit rogatus & *in eadem apud Nigr. de ſubhaſt. dec.*
97 *32.nu.7.& 8.* † In dubio tamen præſumitur pro validitate ſubhaſtationis, & quod citatio interuenerit ſtante longa poſſeſſione 20. vel 30. annorum, niſi eius defectus,& nullitas probetur, *Mangill.de ſubhaſtat.q.182.in fin. & q.183.num.2. Rot. in d. Imolen. Bonorum 4. Iulij 1629. coram Card. Virili,poſt tract. deciſ.81.nu.1.& 2.* Sed quoad productionem, & tranſportationem actorum vide etiam *infra inſp.58. & 67.*
98 Quamuis itaque † non ſit neceſſaria citatio, dum pignora capiuntur, & in ipſa executione facienda, *Marant. de ord. iudic. par.6. act. vlt. ſub num.19. Aſin. in prax.§.7.cap.5.Lim.9.nu.11. & 13. Barz. de guarantig. quaſt.3. in princ. Stacc. de appell. lib.3.cap.2. quaſt.11. ſub nu.187. verſ.diſtingue.Gratian. diſcept.for.cap.375.nu.1.Rot.recent. deciſ.90. ſub num.4.*
99 *par.3.* † etiam quod executio fiat primo in ſtabilibus, *Fenzon. ad Statut. Vrb. cap.195. nu.14.* vbi de
100 communi cum † Executor procedat compellendo, non autem cognoſcendo, *Barz. loc. cit.*
101 Quod tamen † procedit, quando agitur de exequenda re iudicata ſuper eadem re, neque adſit mutatio perſonæ, nec Iudicis, *Vrſill. in verb. adiudicatio,concl.52.num.24. Mangill.de ſubhaſt. quaſt.3.nu.4. & quaſt.162.num.4. & ibi Rot.dec.32. & habui in tract.mand. de manuten.obſeru.12.num.153. &*
102 *ſeqq.* Vel, † quando fiat executio in rebus, & ſententia condemnet ad pecuniam, quia tunc non dicitur fieri in alia re, quam in contenta in ſententia,ſecus ſi ſententia non condemnet ad pecuniam, ſed ad aliquam aliam rem, & executio fiat in re diuerſa, quia tunc requiritur citatio, & cauſæ cognitio, *Iodoc. de ſubhaſt. cap.3.nu.20. verb. & per omnia, nu.19.verſ.pro ſolutione, Aſin.in prax.d.§.7.cap.7. limit.9. ſub nu.8. & ſeqq. & §.31.cap.4. limit.1. & ſeqq. Add. ad pract.Panorml. par.3.verſ.& hoc vocatur pignus iudiciale,fol.297.Stacc. de appell.lib.3.cap.2. quaſt.11.art.8.nu.187.verſ.extende quarto,*quod pluribus declarat *ibid. verſ.diſtingue.* & conferunt tradita *per me d. tract. mand. de manuten.obſeru.12.nu.147. & ſeqq.*

Prout etiam † ſecus, ſi adſit mutatio perſonarum, vel Iudicis, ſeu Executoris, vt etiam 103
adnotaui d.obſeru.12.nu.150. & ſentit Rot. poſt Mangil. de ſubhaſt.dec.52.nu.6. † vel res, ſuper qua fit exe- 104
cutio, lite pendente in tertium tranſiuerit, † 105
niſi ex actis conſtet; ipſum eſſe intruſum & habere cauſam à litigante, & nullam ei prorſus defenſionem competere, *ad Mangill. de ſubh. q.5.per tot. & ad not.per me d.obſeru.12.n.64.& ſeq.*& vide *ſupr.inſp.18.*

Sicuti † nec requiritur citatio in relatione 106
Nuncij,*Gabr.de cit.concl.1.n.385.lim.38.* † nec quan- 107
do pignora exponuntur venalia, *Gabr. ibid. limit.96.n.493. Mangil. de ſubhaſt.q.7.n.21.Vrſill.in verb. adiudicatio concl.52.n.37. Afflict.dec.358. ſub nu.3.* † ſeu 108
ſubhaſtantur, & incantantur, vel venduntur, *Marant. Aſin.Gratian.Mangill.Vrſill.& Afflict.vbi ſup.* † niſi ex vrbanitate, *Fenzon.ad Statut.Vrb.cap.194.* 109
n.27. Actus † enim executionis,& expoſitionis, 110
ſeu ſubhaſtationis, & incantationis non ſunt præiudiciales, & poſſunt reparari in vltimo actu, hoc eſt in decreto alienationis, ſeu adiudicationis, *Marant. Aſin.& Gratian.loc.cit.* Prout † 111
neque citandus videtur ille,cui nulla defenſio competit, nec comparendo actum impedire valet, *Vrſill. in d.verb.adiudicatio,concl.52.n.25.Mangil.de ſubhaſt.q.162.n.5. Rot.in Anconitana Pecuniaria 22.Martij 1631. coram Motmanno, poſt tract. deciſ.92. num.6.& 7.* † niſi ex vrbanitate, & vt ſecurius 112
fiat venditio, *d.dec.12.nu.4.* & vbi dubitari poſſit, an aliqua defenſio competat, *Mantic.dec.194. num.3. & Rot. in d. Anconitana Pecuniaria, poſt tract. dec.92.nu.6. & 8.*

Attamen, † leuatione pignorum facta, ſeu 113
tenuta capta, notificanda ſunt omnia debitori, cum ſubhaſtationibus futuris, *l.creditor hypothecas. C.de diſtract.pignor. Ant.Sol.ad decret Sabaud. lib.3.de form.ac ord.obſeru.in pignor.ſubhaſt.& deliber. bona ſtabil.gl.1 nu.15.* &c, † quod tenuta capta, ſi 114
dominus ſit abſens, debeat illi intimari, & ſignificari,cum omnis actus in abſentia partis factus illi debeat intimari, cuius intereſt, tradit *Rebuff.de præcon.licit.& ſubhaſt.art.1.gl.2.n.3. & art. 7. n.14.* (licet † venditio ob omiſſionem huiuſ- 115
modi denunciationis non ſit nulla,ſed venditor ad id,quod intereſt,teneantur,*Rebuff d.art.1. gl.2.n.3.*vbi quod tamen † ex iure Galliæ nulla 116
eſſet, tanquam de forma) &, quod † de iure 117
communi requiratur citatio,ad videndum interponi primum decretum, dicit *Corn. conſ.163. nu.2.verſ.poſſet etiam,vol.1. & ſentit Aſin.de execut. §. cap.35. in princ. & in prax. §.7. cap.5. limit.9. num.18.* vbi, quod † in tenutis præcedere debet,ſeu re- 118
quiruntur citationes alioquin non valent,

Gabr.

Gabr.de citat. concl.1. ampl.71. num.253. & ſeqq. vbi,
quod in miſſione ex primo decreto requiritur
citatio Rimin.iun.conſ.3. nu.29.lib.1. vbi, quod pri-
mum decretum ſit citato debitore. Fenzon. ad
Statut.Vrb.cap.194.n.11.

119 Citandaque † eſt pars,ac debitor,antequam
procedatur ad pignorum venditionem, Vrſill.
120 ad Affl. d.deciſ.358.nu.5. quia † de eius intereſſe ni-
mirum agitur, Peregrin. de iur. Fiſc. lib.6. tit.4.nu-
121 mer.4.& quidem † non,vt ſoluat,Neguſ.de pignor.
par.6. memb.1. numer.6. Ant.Sol. loc. ſup. cit. Rot. penes
122 Nigr. de ſubhaſtat. deciſ.34. numer.7. quia † de ſol-
uendo iam illi Prætor, & Iudex iniunxit, Ant.
Sol. vbi ſup. ſed vt ſciat, fieri ſolutionem, Rot. in
Anconitana Pecuniaria 22. Martij 1632. coram Mot-
123 manno, poſt tract. deciſ.92.numero 5. &, † vt aſſiſtat
venditioni, ſi vult. Neguſ. & Anton. Sol. vbi ſup.
124 ſeu † ad videndum mandari conſignari pi-
gnus ad effectum ſubhaſtandi, Rot. penes Nigr.
125 de ſubhaſt.deciſ.34.num.8. vbi, quod † ſatis dicitur
facta noua citatio, ſeu monitio ad ſatisfacien-
126 dum, quia, † qui vult conſequens, vult etiam
127 ſuum antecedens neceſſarium, aut † ad viden-
dum vendi pignus, Carpan.ad Statut.Mediol.lib.1.
128 cap.248. numer.7. † vel ſubhaſtari, Gilian. ad Sta-
tut. Peruſ. in verb. ſubhaſtatio, numer.11. Mangil. de
ſubhaſt. quæſt.167. in princ. & ibi Rot. deciſ.3. in fin.
& in dict. Anconitana Pecuniaria, poſt tract. deciſ.92.
129 numer.5. Vnde, ſi † res mobilis ſit, quæ vendi
debeat, dicitur, ſeu intimatur dies debitori ad
vendendum illam in foro publico. & in loco
conſueto, Rebuff. de præcon. licit. & ſubhaſtat. art.1.
gl.2.num.5.

130 Quia. † antequam ſubhaſtatio,vel incantus
fiat, tranſmittenda eſt debitori denunciatio de
131 alienando, Mandell. conſ. 118. num.5. lib.1. † & in
cridis, cum eæ afferant præiudicium irrepara-
bile, debet adhiberi plena cauſæ cognitio, Glu-
ſian. de bon. ad crid. ponen. cap.1. numer. 194. & 195.
132 † Nec ſubhaſtatio ſine intimatione, & propa-
latione fieri poteſt, Aſin. de execut. §.6. cap.1. ſub
num.17.

133 † Alias omiſſio iſtius denunciationis de iu-
re communi venditionem infringeret ſecun-
dum veriorem, Pract. Papien. in form. execut. ſent.
diff.in gl.ſapiens,num.4. Alex.conſ.53.num.6.lib.5.Corn.
132.ſub num.2.lib.4.Plot.in repetit.l.ſi quando, numer.
483.Cod.vnd.vi. Anton.Sol. ad decret. Saband. dict.tit.de
form.& ord.proced. in pignor. ſubhaſtat.& deliber.bon.
134 mobil.gl.1.numer.24. † quidquid contra ſentiat
Neguſ. de pignor. par.6. memb.1. numer.6.relat.per Sol.
d.num.24. & Fenzon. ad Statut.Vrb.cap.194. num.27.
135 Quamuis † ipſæ ſubhaſtationes, & diſtractio-
nes ſiue præſente, ſiue abſente debitore fieri
poſſint, Tepat. var. ſent. tit.417. cap.11. Papon. de arr.
136 lib.18. tit.6. arr.23. † vel immo debitor in iis in-
tercedere non valet ad effectum impediendi,
ſed ad effectum repræſentandi tantum defe-
ctus, ſi qui ſint, Papon.ibid.

137 Vbi tamen ipſe debitor † ad fruendum be-
neficio auth.hoc niſi, C.de ſolut. faceret diligentias
de vendendo per viam ſubhaſtationis, non eſ-
ſet tunc opus citatione creditoris ad viden-
dum fieri bannimenta, quia ea fiunt ſponte, &
extraiudicialiter ad Populi notitiam, nec re-
quiritur cauſæ cognitio, nec creditor poteſt
contradicere, nec impedire, licet poſſit & po-
ſtea emptorem reperire, & debitor illi vende-
re teneatur, Hond. conſ.18. ſub nu.56. lib.1. Nouar. de
dat.in ſolut.ſect.2.q.6.per tot.

Veluti quoque, cum † ſubhaſtationes fiant 138
ex Iudicis decreto, Camill.Borell.conſ.65.nu.70. ita
vt † Iudex, priuſquam ad deliberationem de- 139
ueniat, pronunciare ſoleat, bona in tenutam
capta vendi, & ſubhaſtari, & eadem plus offe-
renti tradi,& de pretio creditori ſatisfieri, Man-
gil.de ſubhaſt.q.135.n.1. † fierique debeat ſubhaſta- 140
tio in vim mandati Iudicis de ſubhaſtando, de
quo conſtet, Mangil.de ſubhaſt.quæſt.138.num.6. † ſit- 141
que Iudicis decretum ad hoc neceſſarium, Rot.
poſt Mangil.de ſubhaſtat. deciſ.3. in fin. † citandus eſt 142
debitor ſuper ipſo decreto, quod pignora ven-
dantur, ſeu quando datur poteſtas illa ven-
dendi, Roland.conſ.32.nu.30.lib.1. Gabr. de citat.concl.
1. ampl.94. num.283. Mangil. de ſubhaſt. q.9. num.20.
& 21. Fenzon. ad Statut. Vrb. capit.194. numer.26. Vr-
ſell. in verb. adiudicatio, concl.52. numer.36. & 37. vbi
de magis communi, &, quod hæc eſt quædam
Iudicis monitio, Affl.deciſ.358. num.3. & 4. † Non 143
tamen decretum de ſubhaſtando eſſet neceſſa-
rium, ſi debitor ſubhaſtationi conſentiret, Rot.
recent. deciſ.165. num.2. par.4. & poſt Nigr. de ſubhaſt.
deciſ.14 num.3.

Facta † igitur in bonis executione procedi- 144
tur ad illorum venditionem præcedente partis
citatione ad reluendum pignus executum, l.
creditor hypothecas, C.de diſtract. pignor. l.fin. C.de iur.
domin. impetr. l.debitores, vbi gloſ. in verb. conueniendi
ſunt C.de pignor. Franc.Ant. de aliquid inſtr. numer.44.
& 73. † & ad hoc citari debet in proprio do- 145
micilio cum congrua dilatione ad comparen-
dum, & accedendum, Rot. poſt Mangil.de ſubhaſt.
deciſ.3.num.6.

Vnde † inoleuit praxis, vt, antequam de- 146
ueniatur ad pignoris ſubhaſtationem, & ven-
ditionem, ſeu adjudicationem, citetur pars, vt
infra duos, vel tres dies, aut plus, ſi plus Statu-
tum, conſuetudo, vel ſtylus dictet, veniat ad
reluendum pignus, & debitum ſoluendum,
alias ad allegandum cauſam quare plus offe-
renti vendi non debeat, aut creditori dari in ſo-
lutum, vel adiudicari non poſſit, Marant. de ord.
iudic.par.6.act.vlt.n.19.in fin. vbi, quod hanc practi-
cam vidit ſemper obſeruari, & quod videtur
tuta, Aſin.in prax. §.7.cap.5. limit.9.n.13. Pancirol.in
pract.par.3. verſ.captis pignoribus, fol.311. Nouar. ad l.ſi
tempora, nu.24. C.de fid.inſtr. & iur.haſt.Fiſcal.lib.10.
Gratian. diſcept.forenſ.cap.375. n.1. Vrſell.in verb. adiu-
dicatio concl.52.n.16. Mangil.de ſubhaſtat. q.3.nu.3.& q.
153.n.1. † Quæ citatio ad reluendum, alias vide- 147
dum pignora mandari conſignari Notario, A-
ctuario, Depoſitario, ſeu Curſori, vel Mandata-
rio de neceſſitate præmitti debet etiam in ſub-
haſtatione pignorum conuentionalium, Man-
gil.de ſubhaſt. q.160. n.14. Et † apud Venetos pro- 148
diit practica, vt, accepta tenuta bonorum de-
bitoris Fiſcalis, intimetur, vt in triduo debeat
exegiſſe tenutam ſatisfaciendo debitum cum
expenſis, alioquin citatur ad ſubhaſtationes
faciendas, Peregr.de iur.Fiſc.lib.6.tit.4.n.4.

Qui † terminus ad reluendum debet omni- 149
no dari, Mangil.de ſubhaſt.q.153. n.2. & ibi Rot. deciſ.
35.numero 6. verſ. concurrit. & deciſ.51.num.5. Atque
proinde, † captis pro executione pignoribus,

Digitized by Google

debitori, cujus bona ſunt capta, terminum Iu-
dex aſſignat, vt ea venundare videre poſſit, &
plus offerenti dari, *Aſin. de execut. §. 7. cap. 300. nu. 1.*
nec illa ſubhaſtari, & deliberari poſſunt, niſi
dato termino ad reluendum, *Rot. recent. deciſ. 460.*
151 *nu. 5. par. 4.* & quod † in bonis ſtabilibus de jure
requiratur, & de ſtylo ſeruetur, *Rot. poſt Nigr. de*
152 *ſubhaſt. deciſ. 6. nu. 6. & 7.* † eoque omiſſo, ſubha-
ſtatio dicitur nimis feſtinanter facta, *Rot. diuerſ.*
153 *deciſ. 115. num. 7. par. 4.* † & non ſubſiſtit, *Nouar. ad*
leg. ſi tempora, num. 24. C. de fid. inſtr. & iur. haſt. Fiſcal.
lib. 10. Vrſell. in verb. adjudicatio, concluſ. 52. num. 16. vbi
præſertim ex Statuto Vrbis. *Mangil. de ſubhaſt.*
dict. qu. 153. num. 2. Rot. diuerſ. d. deciſ. 125. num. 7. &
vide Mar. Mut. ſuper conſuet. Panormit. cap. 86. num. 10.
154 *quem refert Gratian. d. ſcep. forenſ. capit. 353. in fin.* † niſi
ageretur aduerſus debitorem in contumaciá,
& Statutum formam traderet, *Mangil. d. q. 153.*
155 *nu. 4.* vel † Statutum diſponeret, quod empto-
res tenerentur bona reſtituere intra aliquem
terminum, nam tunc non eſt alius terminus
ab homine præfigendus, cum præfixus ſit ab
ipſo Statuto, *Rot. poſt Nigr. de ſubhaſtat. deciſ. 6. n. 8.*
156 † Nulliterque proceditur ad ſubhaſtationem,
& deliberationem nullis datis dilationibus,
157 *Greg. XV. deciſ. 485. num. 8.* Quamvis † termini,
qui dantur ad reluendum, alias ad videndum
adjudicari, & creditori dari in ſolutum fun-
dentur in quodam ſtylo, vel obſeruantia, non
158 autem in juris diſpoſitione, & ideo † ex huiuſ-
modi omiſſo ſtylo, vel obſeruantia non cauſa-
tur nullitas, ſed datur appellatio, *Gratian. d.*
159 *cap. 353. num. 22. & ſeqq.* & † videantur proce-
dere in ciuilibus, ſecus in criminalibus, in qui-
bus nullus ordo ſeruatur, *Gratian. d. cap. 353. ſub*
num. 24.

Et, prius quam ad vlteriora in executione,
160 & ſubhaſtatione procedatur, † videtur etiam
firmandum, tempus datum ad reluendum
fuiſſe elapſum, alias poſſet prætendi ſpolium,
ad Gratian. d. ſcept. forenſ. cap. 375. nu. 3. & 6. & Mangil.
161 *de ſubhaſt. dict. quæſt. 2. nu. 7.* † Niſi eſſemus in anti-
quis, hoc eſt, poſt decem annos, vel alias arbi-
trio Iudicis, quia tunc iſta ſolemnitas præſu-
meretur, *Gratian. d. cap. 375. n. 7. 9. & ſequentib. Man-*
162 *gil. d. q. 3. n. 8.* & † eo magis ſtante poſſeſſione, &
partis non reclamatione, *Gratian. dict. cap. 375. nu.*
163 8. Vel † niſi eſſemus in exactione publicarum
functionum, ſeu in Fiſcalibus, & Cameralibus,
ſeu ageretur de debito Fiſcali liquido, in quo
nullus ordo judiciorum requiritur ob ſpecia-
lem Fiſci fauorem, quaſi tunc ſit debitor reda-
ctus in numero debitorum ex contractu, tribu-
to, vel delicto, quod facit, vt ſine vlla fruſtratio-
ne, id eſt ſummatim, & incontinenti cogatur
ad ſoluendum, & talis debitor, ſi non faciat,
quod debet, ſtatim abſque alia interpellatione,
& ipſo iure, ipſoque facto ſit in mora, *Gratian.*
dict. cap. 353. per tot. & cap. 375. n. 12. & ſeqq. Mangil. d. q.
3. nu. 9. Vrſell. in verb. adjudicatio, concluſ. 52. num. 23. &
38. Rot. in Spoletana Bonorum 14. Martij 1616. coram
Vbaldo ſeniore, poſt tract. deciſ. 36. nu. 3. & 4. vbi, quod
164 eſt notorium, licet † ſecus eſſet in debito non
liquido, *Gratian. Vrſell. & Mangil. ibidem.* Vt etiam
165 † de defectu dictæ intimationis non poſſet da-
ri ad effectum ſpolij, ſeu annullandi ſubhaſta-
tionem, vbi debitor fuiſſet poſtea legitime ci-
tatus eo tempore, quo fuiſſent bona vendita,
ſeu adjudicata bona fide præuia narratiua,
quod jam fuiſſet elapſum tempus ad reluen-
dum, & debitor non oppoſuiſſet de omiſſa in-
timatione, nec fuiſſet proſecutus jus ſuum, ſed
paſſus fuiſſet ſecundum decretum: nam tunc
huiuſmodi bona videretur habuiſſe pro dere-
lictis, adeo vt illi ad eorum recuperationem nō
detur amplius regreſſus, etiam quod ab alio
non occupentur, & ſibimet imputare debeat, ſi
non oppoſuerit, *Gratian. d. cap. 375. nu. 18. & 20.* † o- 166
mnia enim, quæ ſeruantur in hujuſmodi di-
ſtractionibus rerum priuatarum, ſpectant ad
ordinem judiciarium, & ad Iudicis arbitrium,
quo ſi ille non bene vtatur, pars grauata poteſt
appellare, ſed non appellando non vitiatur
executio, *Gratian. præfat. cap. 375. n. 19.* vbi quod in
judicando non eſt ab hac opinione receden-
dum. *& num. 20. Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 10. nu. 11.*
Quod † ſi ſecundum decretum fuiſſet dolo ex- 167
tortum cum falſa narratiua lapſi termini ad
reluendum, illud non valeret, *Gratian. eod. nu-*
mero 20.

Eſſetque † ſubhaſtatio, & deliberatio, vel 168
adjudicatio facta durante termino licitationi-
bus faciendis, ſeu ad reluendum aſſignato nul-
la, quia, donec tempus dilationis effluxerit, of-
ficium Iudicis conquieſcit, *Mangil. de ſubhaſt. qu.*
12. nu. 1. & 3. & ibi Rot. dec. 11. n. 1. quæ eſt etiam diuerſ.
dec. 60. nu. 1. par. 4.

Provt † nec durante termino in ſubhaſta- 169
tione dato debitori ad ſatisfaciendum, & com-
parendum eſt facienda noua ſubhaſtatio, *Rot.*
diuerſ. deciſ. 83. circa fin. par. 4. Et generaliter † nul- 170
la eſt ſubhaſtatio, facta dilatione durante, ſi id
juſtificetur, *Rot. poſt Nigr. de ſubhaſtat. deciſ. 2. nume-*
ro quinto.

Sique † monitorium ad reluendam tenu- 171
tam, & bona aſſignet terminum à die illius e-
xecutionis computandum, ipſa dies executio-
nis non computatur, cum dictio, A, maximè 172
in hac materia, ſtet excluſiue, *Rot poſt Mangil. de*
ſubhaſtat. dec. 11. nu. 2. & par. 4. diuerſ. deciſ. 60. n. 2. Vt
etiam † requiritur, vt tota dies termini defluxa 173
ſit, nec ſufficit, quod tantummodo ſit cæpta,
præſertim ſi terminus fuerit in accuſatiuo po-
ſitus, & adſit dictio, Infra, quæ ſua includit ex-
trema, *d. deciſ. 11. n. 3. & 4. & d. deciſ. 60. n. 4.*

Non tamen † reus paſſus tenutam, cogi po- 174
teſt ad ipſam tenutam reluendam, *Caroc. de ſe-*
queſtr. par. 3. q. 17. nu. 17. ſed † poteſt compelli ad 175
proſequendam cauſam adjudicationis, reſpon-
dendum libello, & ad ſimilia, *Caroc. ibid.*

Apparitor † quoque, ſeu Præco, vel Baiu- 176
lus, & qui incantat, denunciare debet debito-
ri, quo die, quove loco præconia incæpturus
ſit, & quod alia tali die, alia tali alia die cele-
braturus ſit vſq; ad quartam inclamationem,
ſi tot requirantur, & illis factis licitatori vlti-
mo plus offerenti, ſe rem addicturum, ſecun-
dum *Rebuff. de præcon. licit. & ſubhaſt. art. 1. gloſ. 1. nu.*
2. in fin. Provt † debet etiam denunciare debi- 177
tori ſingula præconia, atque precium oblatum
pro re licitata, ſecundum eundem *Rebuff. vbi ſup.*
& artic. 7. nu. 14. & 15. † vt debitor interim curet 178
habere pecuniam, & creditoribus ſoluat, vel
cum illis concordet, *Rebuff. ibid.*

Et,

Digitized by Google

179 Et, † dum prima oblatio effectum non ha-
buit, debet in noua etiam debitor citari, ſeu in-
timari, & citationis, ſeu intimationis defect[u]s
redderet ſubhaſtationem inualidam, *Rot. diuerſ.
dec. 83. n. 1. par. 4.*

180 Præterea, † cum fit ſubhaſtatio, debet noti-
ficari ſubſequentibus licitatoribus melior præ-
cedens oblatio, vt ipſi poſſint plus offerre, & in
ipſa licitatione obtinere, *Iodoc. de ſubhaſt. cap. 4. n.
6. Aſin. de execut. §. 6. cap. 13. n. 2. Mangil. de ſubhaſtat.*
181 *q. 36. n. 2.* ac etiam vt, † ſi fortaſſe primus, vel a-
lij ſubſequẽtes minus obtulerint, & ideo alius,
qui plus obtulerit, ſit præferendus, poſſint ite-
rum plus offerre, & alios vincere, & in oblatio-
ne ſuperare, ita vt, prima oblatione non ob-
ſtante, obtinere poſſint, ſeu poſſit, *Iodoc. & Aſin.
loco citato, Fab. de Mont. de empt. & vend. quaſt. 5. in ru-*
182 *br. ſubhaſtat. mater. ſub num. 92.* † Quod tamen po-
teſt procedere, & accidere in ſubhaſtatione, in
qua bona diu ſub haſta venalia ſunt, & licita-
tio fit multo tempore antea, quam oblatori-
bus vendantur, vel concedantur, ſeu inſtru-
menta fiant, ſecus ſi licitatio fiat candela ac-
cenſa, vel eodem contextu antequam ad alios
actus diuerſos diuertatur, quia tunc declara-
tio præcedentis licitationis non eſt neceſſaria,
cum ſubhaſtationes publice fiant, & alta, ac
intelligibili voce, & ab omnibus ſtantibus li-
citatoribus cuiuſlibet oblatio audiri poſſit, *A-
ſin. dict. §. 9. cap. 13. numero 2. Mangil. de ſubhaſt. quaſt.*
183 *39. numero 11.* Nec, † qui offerre in termino ſta-
tuto poſt alterius, ſeu plurium oblationem te-
netur tunc eoſdem præcedentes oblatores ci-
tare, vel eiſdem intimare, cum omnes eodem
tempore vocentur, & inuitentur, ac ad offeren-
dum admittantur cum proteſtatione, quod
plus offerenti res dabitur, quo fit, vt eo tempo-
re omnes vigilare debeant, *Aſin. de execut. §. 4.
cap. 71. n. 1.*

184 At, † ſi, tempore aſſignatò, nullus oblator
comparuerit, ſed oblatores poſt terminum ac-
cedant, tunc ſubſequentes citare tenentur an-
tecedentem, ſeu antecedentes, vel illis intima-
re, cum eis per ſuas oblationes ius quæſitum
videatur, & ſic agatur de eorum intereſſe, ita vt
illis aliorum oblationes abſque eorum ſcien-
tia præjudicare non debeant, & poſſint illi, ha-
bita ſcientia, vel majus precium offerre, vel
cauſam aliquam deducere, qua Iudex ad eis
concedendum bona debitoris ſubhaſtata mo-
ueri poſſit, vt puta, quia ſubſequens, vel ſubſe-
quentes oblatores non[t] ſint ſoluendo, *Aſin. dict.*
185 *§. 4. cap. 71. n. 1.* † Quod fortius procedit, quando
aliquis intra terminum obtulit, cum tunc cum
minori difficultate dicatur illi ex ſua oblacio-
ne in tempore facta jus quæſitum. Vnde ge-
neraliter habet *Papon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arr. 25.*
186 quod † noua auctio ab eo, qui eam inſtituit, &
ipſius ſumptibus præcedenti licitatori, ſeu il-
lius procuratori denunciari debet, atque ſigni-
ficari.

187 Requiritur † quoque citatio in æſtimatio-
ne facienda ad effectum adjudicationis, *Mangil.
de ſubhaſt. q. 161. n. 4.* & ad actum eligendi æſtima-
tores, & ad intereſſendum æſtimationi, *Fenzon.
ad Statut. Vrb. cap. 194. num. 25. 26. & 28. Mangil. de ſub-*
188 *haſt. q. 56. nu. 5.* & † ad faciendum, & videndum
referre reſpectiue, *Mangil. d. q. 56. num. 5.*

Eſtque † ſine aliquo dubio neceſſaria cita- 189
tio, vel præſentia partis, ſeu illius procurato-
ris, quãdo Iudex procedit ad vltimum actum,
ſeu ſecundum decretum, hoc eſt ad interpo-
nendum decretum ſuper alienatione, vel deli-
beratione, ſeu adjudicatione, ad videndum
nempe deliberari, ſeu adjudicari, quia tunc tra-
ctatur de magno præjudicio, & de actu læſiuo,
& vltimo, ac irreparabili, & de priuatione, ac
tranſlatione dominij, *leg. fin. C. ſi propt. public. penſit.
vend. fuer. celebr. leg. creditor hypothecas, Cod. de diſtr.
pignor. Marant. de ord. judic. par. 6. act. vlt. ſub nu. 19.* vbi,
quod ita vidit ſemper in judiciis practicari.
*Rebuff. de precon. licit. & ſubhaſt. artic. 5. gloſ. 1. n. 9. Aſin.
in prax. §. 7. cap. 5. limit. 9. nu. 12. Bertazzol. conſil. 401.
numero 26. lib. 2. Papon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arreſt. 26.
col. 2. Pancirol. in prax. par. 3. verſ. captis pignoribus, vbi
Add. in verb. dentur plus offerenti, folio 311. & 313.
Scacc. de appellat. libro tertio cap. 2. quaſt. 11. numero
187. verſ. diſtingue. Gratian. diſcept. forenſ. capit. 375. nu-
mero 1. 2. 4. & 12. Gilian. ad Statut. Peruſ. in verb. ſub-
haſt. numero 11. Fenzon. ad Statut. Vrb. cap. 194. nu. 12.
& ibi Rot. deciſ. 28. Vrſell. in verb. adiudicatio, concl. 52.
numero 17. & 36. Mangil. de ſubhaſt. quaſt. 3. numero 2.
& 5. quaſt. 7. numero 1. & 20. q. 147. num. 10. quaſt. 171.
in princ. & quaſt. 180. numero 1. & ibi Rot. deciſ. 3. in fin.
Rot. recent. deciſ. 476. ſub nu. 4. par. 2. & deciſ. 411. nu.
16. par. 5. quæ eſt etiam poſt noſtrum tract. mand. de ma-
nuten. dec. 323. num. 17. Gregor. XV. deciſ. 426. num. 1. quæ
eſt etiam penes Marcheſ. de comm. par 3. fol. 21. Buratt.
deciſ. 703. num. 1. & Rot. in Placentina Nullitatis ſubha-
ſtationis 5. Decembris 1631. & 18. Februarij 1633. coram
Eminentiſſ. D. Card. Vbaldo poſt tract. Ant. de Nigr. de
ſubhaſt. folio 353. & 254. num. 1.* † Aliàs poſſet dari 190
de nullitate, *Papon. loco citato Mangil. de ſubhaſt.
dict. quaſt. 7. num. 1. Franc. Schernard. conſil. 31. num. 24.
Rot. poſt Fenzon. ad Statut. Vrb. dict. deciſ. 28. & in d.
Placentina Nullitatis Subhaſtationis, 5. Decembris 1631.
poſt Nigr. de ſubhaſtat. fol. 253. num. 1.* Vnde † decre- 191
tum Iudicis in ſubhaſtatione de deliberando
plus offerenti, & de conſignando pretio, data
cautione de ſtando juri, & judicatum ſoluen-
do ad fauorem alterius, non præjudicat reo
non citato, *Mangil. de ſubhaſt. q. 7. nu. 16. & qu. 20.
num. 12. Seraph. deciſ. 103. numero 3.* † Nullaque eſt 192
addictio, & adjudicatio conceſſa debitore, ſeu
parte inaudita, & non citata, *Papon. de arreſt. lib.
18. tit. 6. arr. 40. Sim. de Pret. conſ. 206. numero 5. Rot.
penes Nigr. de ſubhaſt. dec. 33. numero 2. & 3. & in Rom.
Cenſus Scut. decem millium 12. Ianuarij 1629. coram
Eminentiſſ. D. Card. Vbaldo, poſt tract. dec. 79. in princ.
& n. 4. & 5.*

Et † dicitur Iudex ſpoliare, & procedere 193
tanquam priuatus, *Rot. recent. dec. 411. nu. 22. par. 5.
quæ eſt etiam poſt noſtrum tract. mand. de manuten. d. c.
322. n. 22.* Et † expedito mandato de deliberan-
do nullo præuio decreto, & abſque citatione, 194
in qua adſit decretum intrat ſpolium, *Rot. in Ro-
mana Vineæ 26. Maij 1618. coram Ottembergo, poſt tract.
dec. 22. nu. 9.* nec creditor ex adjudicatione facit
fructus ſuos, ſed illi ſortem extenuant, *Vrſell. in
verb. adiudicatio, concl. 52. n. 36.*

† Nec ſuppletur iſte defectus ex affixione 195
edicti, quia † citationi per edictum non eſt lo- 196
cus niſi in ſubſidium, quando ſcilicet, factis di-
ligentiis, citandus non reperitur, *Rot. in dict. Pla-*

Digitized by Google

centina Nullitatis Subhaſtationis 5. Decembris 1631. coram Eminentiſs. Domino Card. Ubaldo, poſt Nigr. de
197 *ſubhaſtat. fol. 213. nu. 2.* † non obſtante, quod allegetur conſuetudo, niſi concludenter, & in indiuiduo in caſu, de quo agatur, probetur, *Rot. in d. Placentina num. 3.*

198 Sique † Statutum mandaret, forenſes citari per affixionem ſchedulæ ad fores Tribunalis, deberet nomen Nuncij citantis apparere in ipſa citatione, nec ſufficeret in relatione à tergo citationis, *Rot. in Anconitana Pecuniaria 22. Martij 1632. coram Motmanno, poſt tract. dec. 92. num. 8. in fin. & ſeqq.*

199 Atque † nulla eſt etiam deliberatio, ſeu adjudicatio facta alia die quam citationis, vt puta, per diem ante, vel in die emanatæ citationis pro alia die, *Roland. conſil. 32. num 35. lib. 1. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 171. num. 6. & ſeqq. Rot. poſt Fenzon.*
200 *ad Statut. Vrb. dict. deciſ. 28.* † Et, vbi agitur de intereſſe alicuius, non ſufficit, illum ſemel tantum fuiſſe citatum, puta, ad videndum mandari conſignari pignora Curſori ad effectum ſubhaſtandi, ſed debet citari in quolibet actu deliberationis, & immiſſionis, *Rot. poſt Mangil. de ſubhaſtat. deciſ. 2. ſub nu. 12. & 13. quæ eſt etiam penes*
201 *Nigr. eodem tract. deciſ. 41. num 16.* † neque etiam ſufficit citatio in ſolo actu deliberationis, *Rot. in Romana Vineæ 13. Martij 1623. coram Remboldo, poſt tract. dec. 50. nu. 4.*

202 Defectuſque † huiuſmodi citationis ad videndum deliberari, ſeu adjudicari eſt inſanabilis, etiam ſtante reſcripto cum clauſula, Arbitrio, *Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 7. num. 2. & quæſt. 147. num. 11. Gregor. XV. dict. deciſ. 416. num. 2. Vrſill. in verb.*
203 *adjudicatio, num. 18. & 19.* † præſertim vbi hæc citatio non fuerit omiſſa per errorem, vel negligentiam, ſed ſtudioſè, & in fraudem, & magnum detrimentum debitoris, vt, quia imminebat recollectio fructuum, & debitor non potuit gaudere ſolito termino, qui in huiuſmodi citatione aſſignari ſolet, & fuit priuatus facultate ſoluendi ex precio, quod ex fructibus redigere potuiſſet, *Mangil. dict. q. 7. n. 4. & 5. Gregor. dict. deciſ. 416. num 2. & 3.* vbi de termino menſis,
204 qui in vrbe conceditur. Et ratio eſt, quia † arbitrium non intrat, vbi eſt commiſſum ſpolium, cum non ſit ſpoliator confouendus in ſpolio, *Mangil. dict. qu. 7. nu. 8. & ſequentibus, Gregor.*
205 *dict. deciſ. 416. num. 4. vbi Add. num. 7.* † Niſi nullitas, ex qua ſpolium deducitur, proueniat ex mero juris rigore, & non reſpiciat defenſionem, *Mangil. eadem q. 7. n. 11. Add. ad dict. deciſ. 416. Gregor. nu. 7.*

206 Valet † tamen deliberatio facta abſque citatione, vbi ex Chyrographo Sanctiſſimi mandetur, res, & pignus alicui deliberari pro ſumma oblata facto depoſito actuali abſque alia alicuius citatione, *Rot. poſt Fenzon. ad Statut. Vrb.*
207 *deciſ. 147.* Et, † ſi adſit Statutum dans certam formam, quæ in ſe contineat defenſionem, ſufficit, quod illius forma ſit ſeruata, quia ille modus defenſionis inſeruit loco citationis, *Rot. poſt Nigr. de ſubhaſtat. dec. 4. n. 3.*

208 Vbi vero † deueniendum ſit ad actum adjudicationis, ſi adſit aliquis oblator, non poteſt adjudicatio fieri, niſi ipſo interpellato ad deponendum mediante citatione, & intimatione, tanquam illi per oblationem ſit jam jus quæſitum, *Rot. recent. dec. 725. nu. 12. par. 2.*

Sique † adjudicandum ſit nomen debitoris, 209
poteſt Iudex illud adjudicare creditori, vt poſtea experiatur vtilibus actionibus contra eum, cujus nomen ſibi adjudicatur, etiam ipſo debitore debitoris non citato, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 507. n. 21.*

Neceſſarium † quoque eſt decretum, ſeu ſen- 210
tentia deliberationis, aut adjudicationis, *Seraph. de priuil. juram. priuil. 45. nu. 2. Giliar. ad Statut. Peruſin. in verb. ſubhaſtatio, nu n. 11. Vrſill. in verb. adjudicatio, concl. 52. num. 17. Rot. recent. deciſ. 476. ſub nu 4. par. 2. & poſt Mangil. de ſubhaſt. deciſ. 3. in fin. Buratt. dec. 793. numer. 1. Rot. in Spoletana Prædij 30. Martij 1625. coram Eminentiſſimo D. Card. Pamphilio, poſt tract. dec. 24. n. 19.*

† Adeo vt nec ſuffragetur, quod conſtet de 211
citatione, & de mandato ſubſcripto à Iudice, quia aliud eſt ſubſcriptio mandati, quæ fit à Iudice in camera, & eſt actus extrajudicialis ad libitum, aliud decretum, *Rot. poſt Nigr. de ſubhaſt.*
deciſ. 35. numero ſecundo & ſequentibus. † Nec, vbi nõ 212
conſtat de decreto ex reuolutione actorum, eſt pro eo præſumendum, *Mangil. de ſubhaſtat. qu. 7. num. 12. & quæſt. 162. num. 2. & d. dec. 35. nu. 5. poſt Nigr.*
† Neque datio in ſolutum, ſeu adjudicatio 213
præſumitur facta, ſed ab allegante probari debet, *Aſin. de execut. § 4. cap. 38. n. 1.* Vt † nec præ- 214
ſumptio interuentus citationis ad videndum deliberari poteſt cadere, vbi nec conſtet de decreto, nec de termino ad deliberandum, *Greg. XV. dict. deciſ. 416. in fin.* † Neque etiam decretum 215
præſumi poteſt ex præcedenti citatione, & ſubſecuta intimatione cum inſtrumento adjudicationis, niſi alia concurrant inditia, & conjecturæ, *ad Gratian. diſcept. forenſ. cap. 292. numero 13. & ſequentib. & Rot. in d. Romana Spolij 20. Februarij 1603. coram Ortemberga, poſt tract. deciſ. 14. num. 4. & ſeqq* † quæ licet contrarium videatur firmare, 216
ſubſit tamen, quod hæc nullitas fuit ibi ſanata per approbationem partis, † in actis enim, 217
& ſolemnitatibus judicij media non præſumuntur probatis extremis, *Rot. poſt Nigr. de ſubhaſtat. d. dec. 25. n. 6.*

Ipſum † autem decretum mandati de deli- 218
berando, ſeu adjudicando ſuſtineri non poteſt ex alio ſimili præcedenti decreto facto ſub alia die, ac citatione, dum illud refertur ad ſubſequentem citationem, tanquam ea pars vti noluerit, & quia ex noua facta citatione, ad quam etiam Iudex ſe reſtrinxit, præcedens decretum fuit circumductum, *Rot. poſt Fenzon. ad Statut. Vrb. deciſ. 18. verſic. non obſtat, quod hæc citatio. Dunoz. deciſ. 388. num. 5. & 6. Buratt. deciſ. 574. num. 11.* † prout circunductum fuiſſet ex noua productione jurium, *Buratt. deciſ. 627. ſub nu. 6.* † Quem- 219
admodum non poſſet ſuffragari decretum, à quo pars fuiſſet repoſita, *Buratt. dict. deciſ. 574.* 220
ſub num. 10. & dict. deciſ. 627. ſub num. 5. † Nec quan- 221
do fuiſſent facta plura decreta ſub diuerſis diebus, mandatum expeditum ſub vna die poſſet ſuſtineri ex decretis factis ſub aliis diebus, *Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 171. num. 15. & ſequentibus Rot. poſt Fenzon. ad Statut. Vrb. dict. deciſ. 28. verſicul. non obſtat, quod hæc citatio.* cum † actus geſtus ex 222
capite incongruo non poſſit ſuſtineri ex congruo

Digitized by Google

gruo, ex quo fieri potuiſſet, *d.deciſ.28. ibid.* &
223 † mandato inualido vtens non iuuetur ex
valido, quo vſus non fuit, *eadem deciſione 28. in
fin.*

224 Debetque † decretum purè interponi, ſi poſ-
ſit, & non cum pacto de retrouendendo, *Rebuff.
de præcon.iuitat. & ſubhaſt.artic.7.gloſ.1. num.6.* licèt
225 loquatur de ſtylo illarum partium. Sed † vbi
mandatum executiuum eſt in obligatione fa-
cti, puta, ad renouandum fideiuſſorem, facien-
dum conſentire, vel ratificare, ſeu extinguen-
dum cenſum, vel liberandum à moleſtiis, ſicuti
illud cantat ad effectum deponendi, ita etiam
in ipſo decreto, & mandato de ſubhaſtando, &
deliberando debet ſemper apponi dicta clau-
ſula, Ad effectum deponendi, & donec renoua-
uerit, fecerit conſentire, vel ratificare, aut extin-
xerit, liberauerit, & adimpleuerit promiſſa, *Sa-
luſt.Tiber.in prax. A.C. lib.1.poſt cap.18. ſub num.8.* &,
226 † ſi ſit ad effectum deponendi in Monte Pie-
tatis, id etiam in decreto deliberationis inſeri
debet, *Antonell. conſ.80. num.3.* † alias nulliter, &
227 iniuſtè agitur, *Antonell. ibid.* Et † ſemper ſubha-
228 ſtatio contra formam mandati Iudicis nulla
eſt, *Seraph.deciſ.929. num.1. & in fin.* Provt † non
229 ſubſiſtit facta ſub aliqua conditione, quæ non
ſit impleta, *Mangil.de ſubhaſt.q.79.numero 4.& ſeqq.*
Vnde † ſi mandatum cantaret ad effectum de-
230 ponendi, & inueſtiendi pro ſecuritate rei ven-
ditæ, excederetur in exequendo, & fieret con-
tra formam mandati, ſi decerneretur, quod de
pretio rei ſubhaſtatæ ſatisfieret creditori pro
concurrenti quantitate crediti, & expenſis, *D.
Thomat.dec.97.nu.2.& ſeqq.* † in dubio tamen man-
231 datum de deliberando vti relatiuum ad peti-
tionem, acta, edicta, cædulam ſubhaſtationis,
& decretum de deliberando, ab his, ſi diſcor-
det, recipere debet interpretationem, *Rot.in Ro-
mana Legatorum Hebræorum 20.Decembris 1630. coram
Reuerendiſſimo P.D. Dunozetto, poſt tract. deciſ.87.
num.11.* † nec ſi Notarius perperam loquutus
232 fuerit in ipſo mandato de deliberando, poteſt
partibus afferre præiudicium, *Rot. d. deciſ.87. in
fin. poſt tract.*

Nec † propterea ſufficit decretum de ſubha-
233 ſtando, & deliberando plus offerenti, quia il-
lud non eſt ſubhaſtatio, & deliberatio, ſed ſub-
haſtationem, & deliberationem poſt ſe expe-
ctat, ſentit *Rot.recent.deciſ.545. ſub n.5.par.2.*

Quemadmodum, † quamvis Iudex non re-
234 perto emptore, ſoleat pronunciare, bona, vel
res creditori in ſolutum dandas eſſe, *Aſin. de
execut.§.4.cap.77.num.1.* & † adiudicari mandet,
235 & decernat pro quantitate crediti, *Gratian. diſ-
cept. forenſ.cap.545. nu.32.* Attamen † non ſufficit,
236 quod adiudicatio ſit iuſſa fieri, niſi re vera ſit fa-
cta, ſeu doceatur affectuata, *Gratian. diſcept. for.
d.capite 545.num.32.& 50. Mangil.de ſubhaſt. quæſt.26.
num.7.& 21. & quæſt.162. num.8. Vrſell. in verb. adiu-
dicatio, concl.52. numero 33. Rot. recent. deciſ.249. num.
8. par.3. Buratt. deciſ.124. num.12. Caualer. deciſ.171.
num.5.* † nec ex ea inducitur titulus putatiuus,
237 vt excuſet à fructuum reſtitutione, vel in ſor-
tem imputatione, *Vrſell. vbi ſup. Rot. recent. d.deciſ.
749. num.8. par.3.* † Adiudicatio enim requirit
238 conſenſum de præſenti, ſeu per verba de præ-
ſenti, provt requirit venditio, nec ſufficit per
verba de futuro, puta, obtinuit mandari adiu-
dicari, quæ verba non important conſenſum
de præſenti, ſed de futuro, ſicuti in venditione
non ſufficit, ſi venditor dicat, Vellem vende-
re rem meam pro decem, *Gratian. diſcept. forenſ.
cap.545. num.36.37.43. & 44. Vrſell. in verb. adiudica-
tio, concl.52. num.11. Mangil. de ſubhaſt. quæſt.26. num.8.
& 13. & quæſt.162. numer.7. Rot. recent. deciſ.725. nu-
mero 3. & ſeqq. par.2. quæ eſt Buratt. d.deciſ.124. nu.
8. & ſeqq.*

Proinde † decretum, & mandatum de adiu- 239
dicando non eſt adiudicatio, nec vicem obti-
net, adiudicationis, nec pro adiudicatione de-
ſeruit, nec illam probat, niſi etiam oſtendatur
effectum fuiſſe ſortitum, *Gratian. d.cap.545.nu.49.
& 50. Vrſell.loc.cit. Mangil. de ſubhaſt. d.q.26. numero
21. & q.162 numero 8. Buratt.d.dec.124.in princ.& nu.
12. vbi Add. litera A. Caualer. d.dec 171.nu.5. Rot. in Ro-
mana Syluæ 28. Iunij 1628. coram Eminentiſſ. D.Card.
Veroſpio iuniore, poſt tract. deciſ.78. nu.5.* etiam quod
tempore obtentionis ipſius mandati de adiu-
dicando obtinens iam eſſet in poſſeſſione, *Gra-
tian.d.capite 545.num.59. & 52. Mangil. de ſubhaſtat.
d.q.26. nu.15.20.& 21. Buratt.d.dec.125. num.16.* † ne- 240
que ad acquiſitionem tituli, & dominij tranſ-
lationem ſatis eſt ſimplex decretum Iudicis
mandantis adiudicari, *Gratian.d.cap.545.nu.59.Vr-
ſell.loc.cit. ſub nu.33.* ſed illud eſt ſolum præpara-
torium ad ipſam adiudicationem, *Vrſell. ibid.*
quemadmodum † nec ex ſola adiudicatione 241
per Iudicem ſimpliciter facta abſque mandato
de immittendo, ſeu corporea traditione oritur
effectus poſſeſſionis, *Gratian.deciſ.11. num.7.* † nec 242
vigore mandati de adjudicando poteſt capi
poſſeſſio ſine nouo Iudicis miniſterio, & man-
dato de immittendo vigore decreti adiudica-
tionis, cum † mandatum de immittẽdo quam- 243
uis ſit quid conſecutiuum ad decretum Iudi-
cis ſuper adjudicatione, ſit nihilominus ab ipſo
mandato de adiudicando diſtinctum, *Rot.in d.
Romana Syluæ 28. Iunij 1628. coram Eminentiſſimo D.
Card.Veroſpio iuniore, poſt tract. deciſ.78. nu.1.& 3.* at-
que † nihil actum dicitur, donec aliquid ſu- 244
pereſt agendum, *l.cum Syllaniarum, in fin. C.ad
Syllan. Buratt. d.deciſ.124. num.20.* † nec dicitur a- 245
ctus perfectus, quando eſt partim factus, & par-
tim non, *Buratt.ead.deciſ.124. nu.21.* Quare † poſ- 246
ſeſſio capta vigore ſolius mandati de adjudi-
cando non expectata adjudicatione, & manda-
to de immittendo, & non ſeruatis omnibus,
quæ in ipſa ſunt neceſſaria, non dicitur capta
auctoritate Iudicis, ſed propria, & ſpoliatiua,
*Add.ad Buratt.d.deciſ.124.n.32. Rot. in d.Romana Syluæ
28. Iunij 1628. coram Eminentiſſimo D.Cardin. Veroſpio
iuniore, poſt tract. dec.78. per tot.* † etiam quod Iu- 247
dex in adiudicatione dediſſet facultatem poſ-
ſeſſionem capiendi propria auctoritate, *d.deciſ.
78. ſub nu.3. poſt tract.*

De mandato † tamẽ de deliberando, quam- 248
uis illud non reperiretur inſertũ in inſtrumen-
to deliberationis, diceretur cõſtare, ſi Notarius
de executione rogatus in inſtrumento corá te-
ſtibus aſſereret, ſe illud vidiſſe in manibus Cur-
ſoris, & ei fuiſſe conſignatum, & eo magis ſi at-
teſtaretur, mãdatũ per ipſius acta fuiſſe relaxa-
tũ, & fortius concurrente deliberationis decre-
to, in quo mandatũ relaxatum fuiſſet, & eiuſdẽ

Digitized by Google

expeditione, quæ in libro expeditionum lege-
retur, Rot. recent. decıſ. 165. nu. 3. par. 4. & poſt Nigr. de
249 ſubhaſt. dec. 14. n. 5. & 6. Quemadmodum ; man-
datum de deliberando diceretur etiam com-
prehenſum in decreto, quo iudex mandaſſet
fieri banninienta in forma, &c. ſi huiuſmodi
ſtylus probaretur, Gilian. ad Statut. Peruſ. in verb.
ſubhaſtatio in fin. Rot. in Spoletana Prædij 30. Martij
1615. coram Eminentiſſ. D. Card. Pamphilio, poſt tract.
dec. 34. n. 16. Sed, † vbi non conſtaret de origina-
250 li decreto de deliberando, ſed illud reperire-
tur ſolummodo regiſtratum in inſtrumento
deliberationis, & ſubſequuta fuiſſet illius ob-
ſeruantia, quia in illius vim fuiſſet per Iudi-
cem data poſſeſſio, ſatis eſſet, quia poſſeſſio præ-
ſumeretur tradita ſeruatis ſeruandis, & præ-
cedentibus debitis decretis, Rot. penes Nigr. de ſub-
haſt. decıſ. 251. n. 10. † eo magis ſi ſubſecuta fuiſſet
251 etiam inquilini, ſeu coloni recognitio, quæ eſt
etiam poſt Mangil. ead. tract. dec. 7. n. 7. in fin. & nume-
ro 8.

252 Nulla † itidem eſt ſubhaſtatio, & delibera-
tio, ſeu adiudicatio facta non executa prius,
vel non expirata, ſeu non reproducta intima-
tione decreta, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 545. nu. 54.
Vrſill. in verb. adiudicatio. concl. 52. num. 39. Mangil. de
ſubhaſt. quæſt. 7. num. 18. quæſt. 26. numero 52. quæſt. 147.
numero 8. & 9. Seraph. deciſ. 1102. num. 6. & 9. Rot. poſt
Gilian. ad Statut. Peruſ. deciſ. 109. numero 1. Duran.
deciſ. 17. num. 19. Buratt. deciſ. 124. num 22. & 23. vbi
Add. litera C. Rot. apud Nigr. de ſubh. deciſ. 16. num. 6.
& in Romana domus 19. Decembris 1624. coram Rem-
boldo, poſt tract. deciſ. 64. num. 4. Quemadmodum,
253 † ſi mandatum executiuum fuerit pariter re-
laxatum cum intimatione, & de ea in actis
non conſtet, executio, ſubhaſtatio, & omnia
inde ſecuta nulla ſunt, Saluſt. Tiber. in pract. libro 2.
cap. 29. ſub num. 2. Rot. in Imolen. ſeu Fauentina Bono-
rum 25. Iunij 1593. & 16. Maij 1594. coram Litta, penes
Marcheſ. de commun. par. 1. fol. 1270. numero 2. & 3. re-
ſpectiuè, quæ ſunt etiam inter diuerſ. deciſ. 3. & 4. par. 4.
& prima apud Saluſt. Tib. in dict. pract. libro 3. poſt
cap. 17. num. 4. & in Romana Domorum 14. Martij
1618. coram Vbaldo ſeniore, poſt tract. deciſ. 46. num. 9.
254 † Nec decretum cum intimatione, de qua non
conſtet, debet executioni demandari, Rot. re-
255 cent. deciſ. 90. ſub numero 4. par. 3. † neque afficit,
niſi intimatione executa, & illius omiſſio eſt
inſanabilis etiam ſtante clauſula, Arbitrio, Bu-
256 ratt. deciſ. 267. numero 1. vbi Add. litera A. † Quæ
procedunt, etiam quod probetur, intimatio-
nem fuiſſe factam, ſi ex lectura actorum, &
proceſſus non appareat de reproductione, Rot.
257 diuerſ. d. deciſ. 4. numero 5. par. 4. † Neque ſufficit
reproductio poſt deliberationem, ſeu adiudi-
258 cationem, quia † ordo intimandi fit, vt pars
deducat, ſi quod releuans habeat, & vt tunc
Iudex de illa ſit certus, & vel reponat, vel man-
det ſuperſederi, quod facere non poteſt, vbi
iam per mandatum de deliberando, ſeu adiu-
dicando eſt ipſa deliberatio, ſeu adiudicatio
conſumata, cum nihil aliud expectet, Gratian. d.
cap. 545. n. 55. Vrſill. vbi ſup. Mangil. de ſubhaſt. dicta q. 26.
259 n. 23. Buratt. dicta dec. 124. nu. 24. Et, † ne intimatio
ſit ſuperflua, & deſeruiat de vento, quod eſſet
abſurdum, dicendum eſt, Iudicem non habuiſ-
ſe deliberationem, ſeu adiudicationē pro per-
fecta & completa, antequam habuiſſet noti-
tiam, & certus eſſet de intimatione executa, &
ſic ante reproductionem illius in actis famam,
Gratian. d. cap. 505. n. 56. Mangil. d. quæſt. 26. n. 20. Buratt.
d. dec. 120. nu. 26. Sed † non eſſet neceſſaria relatio, 260
ſeu executionis, & intimationis reproductio in
caſibus, in quibus de iure non requireretur,
nempe quando pars intimata comparuiſſet,
vel conſtituiſſet procuratorem, vel quando ſe
oppoſuiſſet, vel in aliis caſibus remiſſiuè per
Gratian. d. cap. 505. n. 57. & Mangil. d. q. 26. nu. 25. † ſeu 261
aliàs appareret de ſcientia, & notitia, Rot. penes
Gilian. ad Statut. Peruſ. deciſ. 109. n. 1. & apud Nigr. de
ſubhaſt. deciſ. 10. nu. 4. † Sanaturque intimationis 262
decreti de deliberando, vel adiudicando defe-
ctus, vel ſuppletur, ſeu præſumitur ex appel-
latione poſtea interpoſita, ſeu obtenta ſuper-
ſeſſoria, Rot. recent. dec. 165. nu. 2. par. 4. & poſt Nigr. de
ſubh. dicta deciſione nu. 4.

Nulliter † non dicitur facta ſubhaſtatio, ſi 263
poſt obtentam ſuperſeſſoriam fuerit minus le-
gitimè executa citatio pro ſuperſeſſoriæ reuo-
catione, & decretum intimationis legitimè in-
timatum, & ad notitiam partis defunctum,
quia intimatio ligat, provt ligaret citatio legi-
timè facta & ſufficit reuocationis notitia ad ef-
fectum vt qui habens facultatem prorogandi
dilationem, aut illam reuocandi poſſit hoc fa-
cere, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 321. n. 1. & 2.

† Nec citationis non neceſſariæ omiſſio, vel 264
citatio non legitima, aut ex abundanti facta fa-
cit nullitatem, Gratian. ibid. n. 3.

Provt † Notarij nomen in citatione, ſeu in- 265
timatione erronea appoſitum non vitiat cita-
tionem, ſeu intimationem quæ fuit reproducta
in officio, in quo cauſa agebatur, Buratt. dec. 675.
n. 4. vbi de intimatione decreti de deliberãdo.

Præterea, † ſubhaſtatio facta fieri non pote- 266
rat, non tamen dicitur nulla, ſi pars fuerit cita-
ta ad reluendum, ad videndum fieri ſubhaſta-
tionem, ad ſententiam adiudicationis, & ad
alios actus, & nunquam huiuſmodi exceptio-
nem oppoſuerit, quia † iudicium carens ſub- 267
ſtantialibus eſt nullum, ſi pars oppoſuerit, ſe-
cus ſi non oppoſuerit, Gratian. dec. 208. n. 2. & † qui 268
in ſubhaſtatione, & deliberatione, ſeu adiudi-
catione fuit citatus, & non ſe oppoſuit, videtur
ſibi præiudicaſſe, Rot. recent. deciſ. 165. n. 8. par. 4.

Demum eſt obſeruandum, quod † reus con- 269
tumax in non comparendo, & non excipiẽdo
dum fuit citatus in venditione, & adiudicatio-
ne pignoris, non debet eſſe melioris conditio-
nis quàm ſi comparuiſſet, Gratian. diſcept. for. cap.
375. n. 23. ita vt † non comparens in termino am- 270
plius audiendus non ſit, Gratian. ibidem nu. 20.

SVMMARIA.

1 *Statutum, conſuetudo, vel ſtylus multis in locis exta-
re ſolet circa executiones, ſubhaſtationes, licita-
tiones, deliberationes, & adiudicationes facien-
das, & numero 2.*

3 *Quorum effectus, & finis idem eſt, quamvis inter ſe
diuerſa ſint, & numero 4.*

5 *Et ſunt ad vnguem ſeruanda tam in tempore,
quam in forma, aliàs nulliter agitur, & quare,
& ſunt*

& ſunt reſtituendi fructus percepti, & qui percipi potuerint, & nu.7. Ampl.vt nu.6.9.16.18.19.20.21.& 22.

8 *Stylus quomodo probetur, & n.98. & 123.*

10 *Alienatio improba non aufert ius proprietatis.*

11 *Emptores ad haſtam decipi, & irrideri non debent.*

12 *Statutumne particulare, vel ſtylus, aut conſtitutio generalis, & ius commune ſit in ſubhaſtationibus ſeruandum, & attendendum, & quo ordine? & n.13.& ſeqq.& n.23.& ſeqq.*

18 *Subhaſtatio nulla eſt, ſi non fuerit ſeruata forma particularis reſcripti.*

23 *Tribunal quodlibet, forus, Curia, & Iudex ſeruare debet ſuum ſtylum, & ſolemnitatem, & n.33.*

26 *Ex ſolemnitatibus vnius tribunalis non infertur ad ſolemnitates alterius.*

27 *Statuta, conſuetudines, & ſtyli circa formam ſubhaſtationis, & adiudicationis ſubrogata dicuntur in locum ſolemnitatis iuris communis, & redditur ratio, & n.29.*

28 *Et ſunt ordinatoria non deciſoria.*

30 *Locus fori, vbi agitur, attendi debet in ordinatoriis. Ampl.vt ibid.& n.31.& 32.*

33 *Iudicis exequentis ſtylus, & conſuetudo attenditur in executione.*

34 *Statutum non confirmatum à Papa non valet, & num.35.*

35 *Adiudicatio contra formam Statuti non confirmati valida eſt.*

36 *Statutum quod non eſt in obſeruantia, non attenditur.*

37 *Statutum loquens de ſubhaſtationibus in cauſis ciuilibus non habet locum in Fiſcalibus.*

38 *Nec loquens de alienatione voluntaria procedit in neceſſaria.*

39 *Proceſſus in Vrbe faciendus, & diligentia pro ſubhaſtatione rerum mobilium, & nu. ſeqq. & nu.59.& n.79.& ſeqq.& n.111.*

47 *Executione in Vrbe facta ſuper ſtabilibus, & in actis relata, ex illius Statuto expectatur menſis, & idem diſponitur quoad pignora conuentionalia, computatione facta à die denunciationis, & n.49. ſed tamen iſte terminus intimari non ſolet, & quare n.53.& 54.*

48 *Qui menſis eſt 30. dierum continuorum, & ſubrogatus dicitur in locum quatrimeſtris, ſeu bimeſtris, quod antiquitus dabatur iudicatis, & in eo dies executionis non computatur, & nu.56.& illius omiſſio non vitiat proceſſum ipſo iure, ſed ope exceptionis, vt nu.58.*

50 *Tenuta adeptio actus eſt, qui poteſt, & ſolet fieri inter abſentes.*

51 *Præſentia quando non præſumatur.*

52 *Terminus omnis in omni materia incipit à die ſcientiæ.*

55 *Credito, pro quo facta eſt executio, non liquido, appellandum eſt.*

57 *Dies termini in præparatoriis, & ordinatoriis iudiciorum non computatur, ſed ſecus in deciſoriis.*

63 *Oblatores in Vrbe pro celeriori expeditione conducuntur per creditorem.*

66 *Et ex ſtylo A.C. debent eſſe tres.*

69 *Proceſſus in Vrbe faciendus, & diligentiæ pro ſubhaſtatione ſtabilium, & numeris ſeqq.& nu.80.& ſeqq.*

75 *Subhaſtatio, & deliberatio nulla eſt facta per Curſorem, qui non ſit de turno.*

81 *Statutum Piſauri, & alia multa Italiæ mandans deliberationem fieri cum termino vnius menſis.*

85 *Terminus menſis in deliberatione ex Statuto aſſignandus, eſt maior termino iuris communis, cum ille ſit dierum 30.& hic dierum 20.& n.111.*

86 *Conceditur ex æquitate ad fauorem debitoris, vt interim poſſit ſoluere, & pignus luere, vel facere plus offerre, & nu.87. & 88.*

89 *Deliberatione facta cum termino, Niſi infra menſem, ſeu decem dies, an alio interim plus offerenti fieri poſſit deliberatio ex ſtylo A. C. abſque noua citatione, & decreto, & num.90.91.& quid ſi noua, & maior oblatio ſuperuenerit poſt lapſum terminum, n.92.& ſeqq.& quid in deliberatione facienda poſt terminum ei, qui in termino plus obtulit, nu.101.*

97 *Iudex debet, & Rota ſolet animaduertere, ne ſub prætextu particularis ſtyli multa ſubuertantur ſubhaſtationes, & lites ſuſcitentur.*

98 *Stylus quando dicatur reſpicere deciſoria, & non ordinatoria.*

109 *Deliberatio eſt actus vltimus, & laſiuus transferens dominium, & ideo cautius in ea agendum eſt.*

110 *Decretum de deliberando euaneſcit, & circumducitur per nouum, quod pariter eſſe debet cum termino vnius menſis, vel de decem dierum reſpectiue.*

111 *Terminus menſis, & decem dierum in deliberatione appoſitus currit à die intimationis.*

115 *Proceſſus in Vrbe faciendus pro adiudicatione, & num.ſeqq.*

122 *Deliberationes, & adiudicationes de ſtylo Curiæ Romanæ diriguntur Curſoribus, & Executoribus, qui deliberant, & adiudicant per verba de præſenti, & fiunt deſuper inſtrumenta cum ſuis clauſulis, per quæ ſequitur traditio, vel apprehenſio poſſeſſionis.*

125 *Æſtimatio ſi fiat ante ſubhaſtationem, quid operetur.*

129 *Statutum Vrbis non ſeruatur in executione coram A. C. ſed ſtylus ipſius tribunalis.*

130 *Bononiæ Conſtitutio, & Statutum circa ſubhaſtationes faciendas.*

131 *Proceſſus Peruſiæ faciendus in ſubhaſtatione, deliberatione, & adiudicatione, & nu.ſeqq.*

136 *Proceſſus Maceratæ faciendus pro ſubhaſtatione, deliberatione, & adiudicatione, & nu.ſeqq.*

143 *Emens ad haſtam poteſt rem emptam retrocedere creditori.*

145 *Forma, quæ ſeruatur in Francia, dum res deliberatur.*

De Statuto, & Conſuetudine, & Stylo loci, & præcipuè Curiæ Romanæ, Bononien. Peruſin. & Maceraten. circa ſubhaſtationis ſolemnitatem, & formam, ac terminos ſeruandos.

INSP. XXIV.

VErum, quia † in multis partibus, regionibus, & locis Statutum viget, conſuetudo,

vel ſtylus circa executiones, ſubhaſtationes,
licitationes, deliberationes, & adiudicationes
faciendas, Nicol. Feſtaſ. de collect. par. 2. cap. 1. num. 11.
2 & 12. † omniaque circa formam licitationum
conductionum poſita ſunt in conſuetudine,
Papon. de arreſt. lib. 13. tit. 9. de vectig. conduct. & licit.
3 arreſt. 1. († ex quibus licet videantur plures
traditæ formulæ, atque ſolemnitates, prout
plura, & diuerſa ſunt Statuta, conſuetudines,
ac ſtyli, Iodoc. de ſubhaſtat. cap. 2. num. 6. Aſin. de
execut. §. 6. cap. 12. num. 1. Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1.
ſub num. 65. Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 25. num. 12. &
4 quæſt. 133. num. 19. † effectus tamen, & finis om-
nium idem eſt, Iodoc. Simoncell. & Mangil. vbi ſup.)
5 † ſunt dicta Statuta conſuetudines, & ſtyli,
ne detur occaſio fraudibus, ad vnguem ſer-
uandi, tam in tempore, quam in forma, alias
omne, quod agitur, irritum eſt, & inane ipſo
iure, gloſ. in leg. fin. in verb. recuperare, Cod. de iur. do-
min. impetr. Bald. in leg. ordo. C. de execut. rei iudicat.
Iodoc. dict. cap. 2. num. 2. 3. & 5. & cap. 3. num. 34. Ber-
ta. h. in verb. ſubhaſtat. & de gabell. & vectigal. par. 2.
num. 18. & 19. Ferrect. eodem tract. num. 237. Rebuff. de
præcon. licitat. & ſubhaſtat. in præfat. num. 14. Fab. de
Mont. de empt. & vend. quæſt. 5 in rubr. ſubhaſtat mater.
num. 88. Carpan. ad Statut. Mediolan. lib. 1. cap. 248. nu. 3.
Marant. de ord. iudic. par. 6. act. vlt. num. 10. Luc. Pet. in
pract. lib. 8. cap. 2. num. 28. Aſin. de execut. §. 4. cap. 90.
num. 2. 6. & 9. §. 5. cap. 3. num. 5. & ſeqq. & §. 6. cap. 23.
num. 1. Papon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arreſt. 43. Gaballin.
ad Conſtitut. Ægid. lib. 5. cap. 4. in verb. ſubhaſtatione,
num. 2. Aldobrand. conſil. 116. num. 2. lib. 1. Caball. conſil.
129. num. 1. Mart. conſ. 95. ſub num. 8. Tipat. var. ſent. tit.
417. capit. 4. & capit. 11. Munnoz. de ratiocin. adminiſtr.
cap. 16. num. 23. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 16. de diſtract. pignor.
defin. 3. & in alleg. num. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 7.
num. 2. 3. & 13. cap. 545. nu. 3. 7. & 20. & cap. 739. n. 22.
& ſeqq. Antonell. conſil. 27. num. 5. Vrſell. in verb. adiu-
dicatio. concl. 53. num. 59. Gilian. ad Statut. Peruſin. in
verb. ſubhaſtat. num. 1. & ibi Rot. deciſ. 5. num. 2. &
deciſ. 6. num. 3. Fenzon. ad Statut. Vrb. cap. 194. num. 45.
& 46. & cap. 155. num. 22. Mangil. de ſubhaſtat. quæſt.
11. num. 8. & ſeqq. quæſt. 24. num. 1. & ſeqq. vbi num. 2.
6 de magis communi & num. 5. † etiam quod ſolem-
nitates ſtatutariæ, ſeu quæ in loco obſeruan-
7 tur, alias neceſſariæ eſſent, & num. 6. quod †
ſunt reſtituendi fructus tam percepti, quam
qui percipi potuerunt, quaſi adſit mala fides,
quæſt. 25. num. 12. & 13. quæſt. 27. num. 8. quæſt. 69. nu. 11.
quæſt. 85. num. 1. quæſt. 102. num. 10. & 11. quæſt. 153. nu. 4.
& quæſt. 165. num. 1. & 2. Thomat. deciſ. 46. num. 3. Rot.
poſt Pacific. de ſalu. deciſ. 116. num. 1. 2. 3. & 4. quæ eſt
etiam inter diuerſ. deciſ. 247. par. 4. Seraph. deciſ. 995.
num. 2. Rot. poſt noſtrum tract. mandat. de manut. de-
ciſ. 334. num. 19. Buratt. deciſ. 524. num. 9. Rot. penes
Nigr. de ſubhaſtat. deciſ. 32. num. 9. & deciſ. 33. num. 4.
& ſeqq. vbi quod forma Statuti eſt ſeruanda,
etiam quod à iure communi exorbitet, in Spo-
letana Prædij 30. Martij 1615. coram Eminentiſſimo D.
Card. Pamphilio poſt tract. deciſ. 34. num. 17. vbi nu. 18.
8 quod † ſtilus probatur per teſtes, & ex fide
Notariorum, in Ariminen. Dotis 11. Maij, & 22. Iu-
nij 1620. coram Coccino, poſt tract. deciſ. 33. num. 8. &
dec. 52. num. 9. & 10. in Peruſina prætenſi Spolij 15. Octo-
bris 1626. coram Card. Pamphilio ſeniore, poſt tract. dec.
69. nu. 31. in Ariminen. ſpolij 2. Iunij 1627. coram Merli-
no, poſt tract. deciſ. 73. nu. 8. in fin. & in Romana Domus
19. Nouembris 1631. coram Eminentiſſimo D. Card. Ve-
roſpio iuniore, poſt tract. dec. 94. n. 6.

Et, † ſi in minimo Statuti forma ſeruata 9
non ſit, nec dominium, nec poſſeſſio transfer-
tur, Ant. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 19. de diſtract. pign. defin. 4.
& ibi alleg. num. 2. † nec improba alienatio jus 10
proprietatis aufert, l. ſi reſiduum, Cod. de diſtract. pi-
gnor. auth. hoc ius porrectum, C. de Sacroſ. Eccleſ. Rebuff.
de præcon. licit. & ſubhaſta. in præf. n. 14. Et † iniquum, 11
ac iniurioſum eſſet, emptores ad publicam
venditionem inuitatos, qui Statuti formam
præ oculis habent, decipi, & irrideri, Fab. d. de-
fin. 3. & ibid. in alleg. nu. 6.

Sique † adſit generalis Conſtitutio Prouin- 12
cialis, vt in Prouincia Marchiæ lib. 5. cap. 6. & par-
ticulare Statutum, ſeruanda eſt forma Statuti
loci in iis, in quibus diſponit, & in non diſpo-
ſitis recurrendum eſt ad Conſtitutionem ge-
neralem, quia ſpecies derogat generi, Gratian.
diſcept. for. cap. 7. n. 1. & 14. Amat. deciſ. 67. n. 19. 19. & ſeq.
Atque † eſt in hac materia recurrendum pri- 13
mo ad ſtylum Curiarum, ſecundo ad conſue-
tudines, tertio ad iuris diſpoſitionem, Rebuff. de
præcon. licitat. & ſubhaſt. in præfat. n. 14. † Teneturq; 14
creditor, & Iudex ſeruare ſolemnitates juris
communis, & Statuti, Marzol. conſ. 106. n. 47. Rot. in
Anconitana Bonorum Sancti Apollinaris 26. Iunij 1613.
coram Pirouano, poſt tract. deciſ. 27. n. 6. Et † ſubſiſtit 15
tunc ſubhaſtatio, ſi ſeruata fuerint omnia de
jure, & de ſtylo requiſita, Buratt. deciſ. 675. num. 1.
Prout † è conuerſo ſubhaſtatio, & deliberatio, 16
ac adiudicatio, ſeu in ſolutum datio, quando
ſit forma, & ſolemnitate juris communis, vel
Statutorum, ſeu conſuetudinis non ſeruata,
nulla eſt ipſo iure, Aſin. de execut. §. 4. cap. 35. n. 1.
& ſeqq. & cap. 68. num. 1. Angel. conſ. 31. num. 3. verſ.
nunc ad propoſitum, tam ſi omiſſa fuerit forma ju-
ris communis, & Statuti, quam ſi fuerit ſerua-
ta forma Statuti, & omiſſa forma juris commu-
nis in iis, in quibus Statutum non diſponit,
Coſt. de rat. rat. quæſt. 153. nu. 17. & 18. quamvis, † vbi 17
ſolemnitas requiſita ex jure communi incluſa
ſit ſub Statuto, ſufficiat obſeruare formam pin-
guiorem, Coſt. d. num. 18. Et † idem eſt, quando 18
non fuit ſeruata forma particularis reſcripti,
Caball. conſ. 129. num. 15. † Iudexque ſic procedens 19
dicitur procedere vti priuatus, Aſin. d. §. 4. cap. 35.
numer. 4. † ac doloſè tunc actum præſumitur, 30
Aſin. d. §. 4. cap. 66. num. 3. † & non aufertur domi- 21
no jus proprietatis, Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 69. nu-
mer. 11. † ſuntque illi reſtituenda pignora vna 22
cum fructibus, & expenſis, Mangill. d. quæſt. 69.
num. 12.

Vnde † quodlibet Tribunal, Forus, & Cu- 23
ria, atque Iudex ſeruat, ac ſeruare debet ſuum
ſtylum, & ſolemnitatem, Rebuff. de præcon. licit. &
Subhaſt. art. 4. gloſ. 1. nu. 31. in fin. Scacc. de iudic. lib. 1.
cap. 97. num. 34. ſub verſ. reſpondeo, Rot. in Romana Do-
mus 19. Nouembris 1632. coram Eminentiſſ. D. Cardin.
Veroſpio iuniore, poſt tract. dec. 94. nu. 9. † Sufficitque, 24
quod forma conſueta ſeruetur, Munnoz. de ratio-
cin. adminiſtr. cap. 16. n. 23. † & forma Statutorum, 25
ſtyluſque Curiæ, Duran. deciſ. 445. ſub num. 17. † 26
Nec ex ſolemnitatibus vnius inferri poteſt ad
ſolemnitates alterius, Rot. in d. Romana Domus,
poſt tract. dec. 94. n. 10.

Suntq; † huiuſmodi Statuta, cõſuetudines, 27
& ſty i

Digitized by Google

& ſtyli præſcribentes certam formam ſubha-
ſtationis, & adiudicationis ſubrogati in locum
ſolemnitatis iuris communis, *Duran. d. dec. 445.*
28 *n. 18.* † & ordinatorij, non deciſorij, *Gratian. diſ-*
cept. for. cap. 545. nu. 20. Duran. d. deciſ. 445. nu. 19. Rot. in
Romana Domus 19. Nouembris 1632. coram Eminentiſſ.
29 *D. Card. Veroſpio iuniore, poſt tract. deciſ. 94. num. 7.* †
cum remittant ſolemnitates iuris communis
in vendendis pignoribus adhibendas, non au-
tem immutent iuris communis deciſiones, &
obligationum eſſentias, & qualitates ſubſtan-
tiales, ſed immo circa rectum recipiant inter-
pretationem paſſiuam à iure communi, perin-
de ac ſi omnes leges iuris communis, loquen-
tes in materia pignorum, eorumque diſtra-
ctione, eſſent in huiuſmodi Statutis inſertæ,
Duran. d. dec. 445. n. 20.

30 Eſtque tritum in iure, vt † ſemper attendi
debeat locus fori, vbi agitur, quandocunque
tractatur de ordinatoriis, ſeu præparatoriis
iudiciorum, in qua nempe forma proceſſus ſit
inſtituendus, ſiue loquamur de ordine proceſ-
ſus, ſiue de ordine executionis faciendæ, qui-
cunque ſit ille, qui agit, vel executionem pe-
tit, ſiue ſit ciuis illius loci, ſiue forenſis, *Gratian.*
31 *diſcept. for. d. cap. 545. nu. 22.* & † etiam quod aga-
tur contra forenſem, *Rot. recent. dec. 552. nu. 6. par. 3.*
32 & † ſiue ſimus in Iudice Ordinario, ſiue in De-
legato, vel Executore, *Gratian. loc. cit. Antonell.*
conſ. 27. num. 5. & habui in tract. mand. de manuten. ob-
33 *ſeru. 94. ſub nu. 13.* cum † in executione attenda-
tur conſuetudo, & ſtylus Iudicis exequentis,
Gratian. d. cap. 541. num. 21. Burat. dec. 66. nu. 15. Rot. in
Romana Domus 19. Nouembris 1632. coram Eminentiſ-
ſimo D. Card. Veroſpio iuniore, poſt tract. deciſ. 94. num. 8.
& 9. & ita intelligendus eſt *Gilian. ad Stat. Pe-*
ruſin. in verb. ſubhaſtatio. ſub nu. 1. qui hanc deciſio-
nem allegat.

Statutum tamen † non confirmatum à Pa-
34 pa in Statu Eccleſiaſtico non valet, *Corn. conſ.*
163. num. 2. circa fin. lib. 1. Vnde † adiudicatio facta
35 per Gubernatorem, vel delegatum ab eo con-
tra formam Statuti loci per Populum facti, &
à Papa non confirmati valet, cum inferior non
poſſit ſtatuere contra geſta per Superiorem,
Corn. d. conſ. 163. n. 2. in fin. lib. 1.

36 Nec † etiam attenditur Statutum, quod
non eſt in obſeruantia, cum tanquam abroga-
tum non ſit amplius in conſideratione, *Gra-*
tian. diſcept. for. cap. 375. n. 21.

37 Prout † nec Statutum dans formam ſub-
haſtationibus faciendis in cauſis ciuilibus lo-
cum habet in Fiſcalibus, *Gratian. vbi ſup.*

38 Nec † Statutum loquens de alienatione
voluntaria, & illius ſolemnitatibus procedit
in alienatione neceſſaria, & quoad illius ſo-
lemnitates, *Rot. in Romana Domus 19. Nouembris*
1632. coram Eminentiſſ. D. Card. Veroſpio iuniore, poſt
tract. deciſ. 94. n. 11.

39 Quare † in Vrbe, ſi mobilia ſint, quæ per
Executores in executione capta ſunt, fit pri-
mo Citatio contra debitorem ad videndum
mandari conſignari res, & bona in executio-
nem capta, quatenus pecunias infraſcripto
inſtanti ad computum ſui crediti, ſeu in ſolu-
tum, ſi ſufficiant, quatenus vero pignora Cur-
ſori (ſi ſimus in Tribunalibus Cameræ, Ro-
tæ, vel A. C. aut coram Iudice commiſſario)
ſeu Mandatario, vel Nuncio, (ſi ſimus in Cu-
ria Eminentiſſ. D. Cardinalis Vicarij Capitolij,
vel alia) ad effectum ſubhaſtandi, & ſubhaſta-
ri mandari, & Iudex decretum interponit, Ni-
ſi per totam illam diem debitor ſoluerit; vel
aliquid releuans deduxerit, *iuxta tradita per Luc.*
Plt. in pract. Capitol. lib. 3. cap. 2. num. 27. Saluſt. Tiber. in
pract. A. C. lib. 1. cap. 42. nu. 1. Stacc. de iudic. lib. 1. cap. 97.
nu. 33. & Mangil. de ſubh. quaeſt. 167. in princ. Vrſell. in
verb. adiudicatio. concl. 52. num. 18. & 22. & quod
† in Citatione ad videndum mandari conſi- 40
gnari pignora debeat apponi etiam ad viden-
dum mandari ſubhaſtari, diſpoſuit *Paul. V. in*
reformat. tribun. Vrbis in rubr. de Curſor. & Mandat.
verſ. in citationibus.

Vel † in Curia Capitolij citatur reus ad vi- 41
dendum fieri mandatum de conſignandis pi-
gnoribus Tubicinæ ad effectum ſubhaſtandi
iuxta formam Statutorum, & ſubſecuto Iudi-
cis decreto, niſi per totam audientiam, vel ad
primam cum intimatione, & elapſo termino
datur mandatum directum Executori, vt con-
ſignet Tubicinæ bona pignori capta, quibus
conſignatis reus citatur ad videndum man-
dari ſubhaſtari bona per Executores pignori
capta, & reproducta citatione Iudex in termi-
no decernit, d. bona ſubhaſtari publice tribus
diſtinctis diebus, Niſi per totam audientiam,
Stacc. d. capit. 97. ſub n. 21.

Sed, † ſi debitor, vt aliquando contingit, ad 42
euitandas expenſas executionis, depoſuerit
pignora in manibus Notarij, vel ipſius credi-
toris, fit citatio ad reluendum pignora in actis
depoſitata, ſeu conuentionalia, alias videndũ
illa mandari conſignari Curſori ad effectum
ſubhaſtandi, & ſubhaſtari mandari, & Iudex
ſuum interponit decretum, Niſi ad primam
diem cum intimatione, *Saluſt. Tiber. in pract. A. C.*
d. lib. 1. cap. 42. n. 3. 4. & 19.

Deinde † expeditur mandatum de ſubha- 43
ſtando, *Mangill. de ſubhaſt. d. q. 197. in princ.* ſub for-
ma, quam tradit *Saluſt. Tiber. d. cap. 42. n. 2. & ſeqq.*
& Stacc. de iudic. lib. 1. cap. 97. ſub n. 21.

Cum quo † Executor pecunias, ſi quas ha- 44
bet in manibus, creditori ſoluit recepta quie-
tantia, ſi vero pignora reliquerit penes ipſum
debitorem, vel alium in depoſitum, eadem ab
eo aufert, vel etiam propria bona depoſitarij,
illaque Curſori, vel Mandatario conſignat, ſeu
receptum in depoſitarium ad carceres ducit
abſque alia citatione, proceſſu, vel mandato.
Saluſt. Tiber. loc. cit. & Stacc. d. lib. 1. cap. 97. n. 33. & 35.

Quod † ſi loco pignorum fuerit depoſita- 45
rius receptus à Notario, vel creditore, fit cõtra
illum, & debitorem Citatio ad videndũ man-
dari conſignari, & conſignandum reſpectiue
pignora penes d. N depoſitata, &c. alias viden-
dum contra ipſum depoſitarium decerni, &
relaxari mandatum executiuum, in cuius ter-
mino Iudex interloquitur, Niſi ad primam diẽ
cum intimatione, nec admittuntur exceptio-
nes, ſi quas depoſitarius opponat, *Saluſt. Tiber. d.*
lib. 1. cap. 42. n. 8. Stacc. d. cap. 97. n. 45.

In venditione † autem pignorum conuen- 46
tionalium præmittitur Citatio ad reluendum
pignora conuentionalia, alias videndum illa

Digitized by Google

mandari conſignari Curſori ad effectum ſub-
haſtandi, & ſubhaſtari mandari, cui ſubſequi-
tur decretum iudicis, Niſi ad primam diem ea
debitor reluerit cum intimatione, & deinde
proceditur ad eorum deliberationem, ſeu ad-
iudicationem prout in aliis pignoribus iudi-
cialibus, *Saluſt. Tiber, in pract. A.C.lib.1.cap.42.nu.19. & cap.44.ſub n.6.*
47 Reſpectu † vero rerum immobilium, poſt-
quam creditor, ſeu illius legitimus procurator
poſitus eſt per Executorem, ſiue Mandata-
rium, aut Nuncium in illorum poſſeſſionem,
ſeu tenutam, & per eundem facta eſt relatio
huiuſmodi executionis in manibus Notarij, *vt
per Luc. Pet. in Pract. lib.8. cap.2.n.29. & Saluſt. Tiber. in
pract. lib.1. cap.42. nu.11. ac Galleſ. de oblig. camer. q.37.
num.31. iuxta nouiſſ. impreſſ. cum Zacch.* expectatur
menſis ſecundum Statutum Vrbis, *Luc. Pet. d.
n.29. Stacc. de iudic. lib.1. cap.97. ſub nu.21.* & ſecun-
dum idem Statutum menſis expectatur etiam
in pignoribus conuentionalibus à die factæ
denunciationis.
48 Qui terminus † menſis, qui eſt 30. dierum
continuorum, ſubrogatus dicitur in locum
quatrimeſtris, ſeu bimeſtris, quod antiquitus
dabatur iudicatis ſecundum *Luc. Pet. & Stacc. vbi
ſup. & Fenzon. ad Statut. Vrb. cap. 194. n.8. verſ. ſileat. &*
49 *ſentit. Gluſian. de dat. in ſolut. cap.14 nu.191.* & † tan-
quàm dilatio, quæ datur debitori, antequam
fiat ſubhaſtatio, non videtur currere, niſi à die
notificationis eidem factæ, *Gratian. diſcept. forenſ.
cap.296. n.61. & cap.375. n.5. Mangil. de ſubhaſt. quæſt.10.*
50 *nu.9.* cum maximè † adeptio tenutæ ſit actus,
51 qui poteſt, & ſolet fieri inter abſentes, † quo
caſu in dubio præſentia non præſumitur, *Gra-*
52 *tian. d. cap.375. nu.6.* & † omnis terminus in omni
materia incipiat à die ſcientiæ, *Thomat. deciſ.96.*
53 *n.86.* † ſed practica tamen non ſeruat, vt huiuſ-
modi terminus intimetur, & forſan ex eo,
quia habeatur pro ſufficienti terminus, qui
deinde, parte citata, & intimata, aſſignatur in
54 actu deliberationis, de quo agam inferius, & †
quod pars non ſoleat citari, ſeu intimari, quia
agatur de mera executione, & modico præiu-
dicio, tradit *Gluſian. de dat. in ſolut. cap.12. nu.198. in*
55 *fin. vbi nu. ſeq.* quod, † ſi debitor grauaretur, quia
creditum non eſſet liquidum, deberet appel-
lare.
56 Dies † autem leuationis, ſeu captionis pi-
gnoris in ipſo termino Statutario non com-
57 putatur, cùm † dies termini in præparatoriis,
& ordinatoriis iudiciorum non computetur,
quamuis ſecus in deciſoriis, *Fab. in Cod. lib.8. tit.
16. de diſtract. pignor.*
58 Huius † tamen termini omiſſio non vitiat
proceſſum ipſo iure, ſed ope exceptionis, *Glu-
ſian. de dat. in ſolut. cap.14. n.211.*
59 Factaque † deinde citatione ad videndum
ſubhaſtari bona in executione capta, & inter-
poſito decreto de ſubhaſtando, Niſi per totam,
ac expedito mandato de ſubhaſtando, & Cur-
ſori, vel Mandatario conſignato, *Rot. in Roma-
na Domus 19. Decemb. 1624. Remboldo poſt tract. dec.64.*
60 *nu.4.* † proceditur poſtea ad ipſam ſubhaſta-
tionem, ad cuius effectum Curſor, ſeu Manda-
tarius, vel Tubicina pignoribus acceptis, *Stacc.*
61 *de iudic. lib.1. cap.97. ſub n.21.* † illiſque ordinatim
ſingulariter adnotatis exprimendo rerum
qualitates, nomen Executoris, & colligitan-
tium, vt prouidit *Paul. V. in reformat. tribunal.
Verb. in rubr. de Curſor. & Mandat. verſ. pignora au-
tem,* inquirit pro inueniendis emptoribus, & † 62
facta aliquot diebus conuenienti diligentia,
*Galleſ. de oblig. camer. q.37. ſub n.31. Stacc. d. cap.97. ſub
n.33.* & † pro faciliori, & celeriori expeditione 63
oblatoribus conductis per creditorem, *Saluſt.
Tiber. in pract. A.C. lib.1. cap.42. n.11. Stacc. vbi ſup.* † re- 64
ceptiſque, atque diligenter deſcriptis, & adno-
tatis per ordinem temporis cum appoſitione
anni, menſis & diei illorum nominibus, co-
gnominibus, exercitiis, habitationibus, ſeu pa-
tris, & quantitatibus oblatis vel à Notario, vel
à Curſore, ſeu Mandatario, vel Tubicina, qui
omnia Notario referat, *Galleſ. de oblig. camer. d.
q.37. num.37 iuxta impreſſ. cum Zacch. Stacc. de iudic. d.
lib.1. cap.97. ſub n.21. & 33.* & diſponit *Paul. V. in d.
reformat. tribun. Vrb. in rubr. de curſor. & mandat. verſ.
oblationes recipiendæ,* & † per Curſorem, vel 65
Mandatarium oblationibus, quæ dietim fiunt,
affixis ad valuas officij, in quo fit ſubhaſtatio,
vt per *Paul. V. d. rubr. de curſor. & mandat. verſ. iidem
curſores,* & † tribus exiſtentibus de ſtylo Cu- 66
riæ A. C. oblatoribus, *Saluſt. Tiber. in pract. d. lib.1.
cap.42. nu.12. Gratian. diſcept. for. cap.739. nu.22. & 23.
Mangill. de ſubhaſt. q.167. in princ. Antonell. conſ.27. n.4.
Rot. in Romana Domus 19. Decemb. 1624. coram Rem-
boldo, poſt tract. dec.64. n.4.* & † iuſto oblato pretio, 67
Saluſt. Tiber. ibidem. † Curſor, vel Mandatarius 68
dat in actis ſubhaſtationum cedulam, *Saluſt.
Tiber. d. n.12. & 13.*
Quo vero ad immobilia † in Vrbe in Curia 69
Capitolij committuntur bannimenta, *vt per
Luc. Pet. in pract. lib.8. cap.2. n.33.* & † deinde tradi- 70
tur mandatum Tubicinæ de ſubhaſtandis bo-
nis, *Luc. Pet. d. cap.2 n.32. in fin.* † ſub forma, quam 71
ponit per extenſum idem *Luc. Pet. ibid. nu.34.* † 72
illiuſque vigore fiunt per Præconem procla-
mata, *vt dicam infra Inſp.29. n.4. & Inſpect.30. n.60.
& 61.* † Sed in Rota, Camera, & coram A.C. & 73
Iudicibus commiſſariis etiam in immobilibus
oblatores recipiuntur per Curſorem, *Saluſt Tib.
in prax. lib.1. cap.42. n.11.* & † per eundem cedula 74
datur, vt tradit *Saluſt. Tiber. d. cap.41. nu.12. & ſeqq.*
† qui debet eſſe de turno, alias ſubhaſtatio, & 75
deliberatio nulla eſſet, *Rot. recent. dec.604. n.2. par.3.*
Sique † oblator iuſtus apparuerit, citatur 76
debitor ad videndum deliberari pignora, &
bona ſubhaſtata plus offerenti, & recipien-
dum, ſi quid reliqui erit ex pretio, faciendum-
que debitam quietantiam, alias videndum il-
lud deponi penes Notarium riſico, & periculo
ſuo, mandatumque deſuper neceſſarium, &
opportunum concedi, decerni, & relaxari *Luc.
Pet. in pract. d. lib.8. cap.2. nu.47. Galleſ. de oblig. camer.
d. q.37. n.31. Saluſt. Tiber. in pract. d. lib.1. cap.42. num.1.
Stacc. de iudic. d. lib.1. cap.97. ſub n.21.22. & 23. Mangill.
de ſubhaſt. d. q.167. in princ. Rot. in Romana Domus 19.
Decembris 1624. coram Remboldo, poſt tract. deciſ.64.
n.4.* † In cuius termino, producta, ſeu repetita 77
per creditorem ſubhaſtationis, ſeu bannimen-
torum, & oblationum cedula, Iudex pignora
plus offerenti deliberat, ſi fuerint mobilia, niſi
infra decem dies cum intimatione, *Luc. Pet. d.
cap.2. nu.27. Galleſ. d. q.37. nu.31. Saluſt. Tiber. d. cap.42.
num.*

Digitized by Google

78 num. Statt. d. cap. 97. nu. 21. 22. & 23. † qui terminus,
ſi agatur de modica ſumma, vel ex aliqua ra-
tionabili cauſa, poteſt etiam per Iudicem ar-
bitratu ſuo abreuiari, Saluſt. Tiber. d. cap. 42. num. 2.
79 Vnde † in Curia Capitolij à decem infra ap-
ponitur terminus, Niſi infra duos, vel tres,
80 Statt. vbi ſup. ſub n. 21. & 22. † Si vero ſint ſtabilia,
aut officia, vel loca Montium, niſi infra men-
ſem cum intimatione, Luc. Pet. d. cap. 2. n. 47. Galleſ.
& Saluſt. Tiber. vbi ſup. Vrſell. in verb. adiudicatio, concl.
52. n. 22. Statt. d. cap. 97. nu. 22. & 33. verſ. ſi execut. Gra-
tian. diſcept. 339. n. 22. Mangil. de ſubhaſt. d. quaſt. 167. in
princ. & ibi Rot. dec. 106. nu 7. verſ. vlterius, quæ eſt etiam
in recent. dec. 113. n. 16. par. 7. Greg. XV. dec. 416. n. 3. Buratt.
dec. 574. n. 9. & 10. & dec. 703. in princ. Rot. in Romana
Spolij Domus 19. Ianuarij 1615. coram Eminentiſſ. D. Card.
Pamphilio, poſt tract. dec. 32. n. 5. in Romana Domus 19.
Decembris 1624. coram Remboldo, poſt tract. dec. 64. n. 4.
& in Peruſina Spolij 18. Iunij 1642. coram R. P. D. Royas,
81 poſt tract. dec. 106. n. 11. & † in terminis Statuti Pi-
ſauri, & quod idem habeatur fere in omnibus
Statutis Italiæ, tradit Mangil. de ſubhaſtat. q. 147.
82 nu. 12. † Intimatioque exequitur, & in actis re-
producitur, Mangil. de ſubhaſt. q. 167. in princ. Adeo
83 vt † nullum eſſet decretum factum cum ter-
mino, Niſi infra tres, ſtante Statuto Vrbis diſ-
ponente, vt fiat cum termino vnius menſis,
Mangil. de ſubhaſt. d. q. 167. nu. 4. Buratt. d. dec. 574. nu. 9.
& 10. Rot. in d. Romana Spolij Domus 19. Ianuarij 1615.
coram Emin. D. Card. Pamph. poſt tract. d. dec. 32. n. 5. &
in Romana Domus 19. Decembris 1624. coram Rembol-
84 do, poſt tract. dec. 64. n. 8. Prout † nulla eſſet eo ma-
gis deliberatio facta cum decreto, Niſi ad pri-
mam diem, Rot. poſt Mangil. d. dec. 106. n. 7. verſ. vlte-
rius quæ eſt etiam in recent. d. deciſ. 113. par. 7. & in ea-
dem, quæ eſt Peruſina Spolij, Iunij 1642. coram R. P. D.
Royas, poſt tract. dec. 106. n. 11.

85 Qui † menſis terminus maior eſt termino à
lege dato, qui eſt ſolummodo dierum 20. Rot.
in Romana Nullitatis Subhaſtationis 27. Iunij 1616. co-
86 ram Pironano, poſt tract. dec. 40. n. 7. & † conceditur,
ac apponitur ad fauorem debitoris, vt poſſit,
illo durante, vel pignus luere ſoluendo quod
debet, vel meliorem ſuam, & creditorum fa-
cere per maiorem oblationem, & augumen-
tum pretij Saluſt. Tiber. d. cap. 42. nu. 5. & 11. Mangil.
de ſubhaſt. q. 167. ſub n. 2. Rot. in d. Romana Spolij Domus
19. Ianuarij 1615. coram Eminentiſſ. D. Card. Pamph. poſt
tract. dec. 32. n. 6. & in d. Romana Domus 19. Decembris
87 1624. coram Remboldo, poſt tract. dec. 64. n. 5. & † niti-
tur id maxima æquitate ad fauorem præſer-
tim pauperum debitorum, Buratt. d. dec. 574. n. 10.

88 Ita vt, † ſi interim debitor ſoluat, res ſit in-
empta, ac ſi non eſſet facta ſubhaſtatio, Galleſ. d.
89 q. 37. nu. 31. &, † ſi alius intra dictum terminum
plus offerat, deliberatio ſit illi facienda, & fa-
cta valeat abſque alio nouo decreto, & cita-
90 tione, ſecundum ſtylum A.C. cum † verba de-
creti generaliter facti, & quod ſit, ac mandati
referantur etiam ab ſubſequentem, ſeu futu-
ram oblationem intra dictum menſem, & ter-
minum, Mangil. de ſubhaſt. d. q. 167. nu. 2. Buratt. dec.
703. num. 4. Rot. diuerſ. dec. 62. par. 4. in qua fuit receſ-
ſum ab alia deciſione in eadem cauſa facta,
91 quæ eſt in eadem par. 4. dec. 61. in fin. & † poteſt ha-
bere locum, vbi decretum de deliberando eſ-
ſet factum ſine aliquo termino, & nominatim
ad fauorem particularis oblatoris, & pro de-
terminata ſumma, non tunc, ſed poſtea obla-
ta, vt d. dec. 61. in fin. cum † tunc de ea, tanquam 92
de non exiſtente, Iudex non potuerit iudicare,
d. dec. 61. in fin. Buratt. d. dec. 703. ſub n. 4.

Sed, † ſi poſt dictum menſem, ſeu decem 93
dies reſpectiue, alius plus obtulerit, non po-
teſt illi valide fieri deliberatio ſine noua cita-
tione, & nouo Iudicis decreto, Buratt. dec. 703. n. 1.
& ſeqq. dec. 735. n. 4. & dec. 786. nu. 1. † atque citatio, 94
vel intimato penultimo oblatore, qui prius
licitando vicerat, vt iterum, ſi velit, per totam
ſequentem diem plus offerre poſſit, alioquin
oblatio, & deliberatio facta illi, qui obtulit ex-
tra terminum non valet, vt diſpoſuit Paul. V.
in reformat. Tribun. Vrb. in rubr. de baronc. & execut.
verſ. ad hæc & tradit Buratt. dec. 703. ſub nu. 5. & Rot.
apud Nigr. de ſubhaſt. dec. 12. nu. 7. & 8. licet, † eo ac- 95
quieſcente, ſeu non conquerente, ex quo id ad
eius fauorem diſpoſitum fuit, non poſſit de
huiuſmodi omiſſa citatione dari per debito-
rem, cuius non intereſt, Rot. poſt Nigr. de ſubhaſt.
d. dec. 12. n. 8. † Ex ſtylo tamen difformi tribuna- 96
lis A.C. videtur dubium, an ibi requiratur no-
ua citatio, ſeu intimatio ex traditis per Mangil.
de ſubhaſt. q. 167. & ibi Rot. dec. 21. & Buratt. d. dec. 735.
nu. 4. in fin. & ſeqq. & dec. 786. & ibi Add. vnde † in 97
occurrenti caſu eſſet ille mature conſideran-
dus propter periculum ſubuertendi multas
ſubhaſtationes, & lites ſuſcitandi, ad quod de-
bet Iudex, & ſolet Rota ſæpe animaduertere,
Buratt. d. dec. 735. nu. 10. &, † cum ſit contra ius, & 98
reſpiciat deciſoria, non ordinatoria (cum eo
ſtante iudicium eſſet iam abſolutum, & fini-
tum, nec elapſo iam menſe, ſeu decem diebus
venditio poſſet retractari, & ab ipſo ſtylo pen-
deat victoria cauſæ, & poſſit ex eo debitor læ-
di) eſſet formiter, plene, & concludenter pro-
bandus cum ſcientia maioris partis Populi,
prout conſuetudo, non autem ſufficerent ſolæ
atteſtationes Curialium, & in foro verſato-
rum, ſeu extraiudiciales informationes, Buratt.
dec. 735. n. 4. & ſeqq. & d. dec. 786. n. 2.

Et nihilominus † videtur ſtylus procedere, 99
vbi non poſſit conſiderari læſio, & intereſſe
debitoris. & vbi in effectu oblatio eſſet maior,
& redderet meliorem conditionem debitoris,
& creditoris, quæ etiam ipſis ignorantibus, &
inuitis reddi poteſt, & res certa eſſet, ac indu-
bitata, Mangil. de ſubhaſt. q. 167. nu. 2. & 3. Buratt. d.
deciſ. 735. nu. 5. & in fin. dec. 786. nu. 3. & ibi Add. num. 9.
& deciſ. 891. n. 4. † ſi tamen oblatio iſta facta poſt 100
terminum fuiſſet intimata ei, qui intra termi-
num licitando viciſſet, vt poſſet iterum, ſi vel-
let, offerre, Rot. in Romana Domus 19. Decembris
1624. coram Remboldo, poſt tract. deciſ. 64. nu. 8. & diſ-
ponitur in reformatione tribunalium Vrbis Pauli V. in
rubric. de Baroncell. & Execut. verſ. ad hæc. Buratt. d.
dec. 703. num. 5. Nam, † quemadmodum poſt di- 101
ctum terminum deliberatio fieri potuiſſet abſ-
que alia citatione, & decreto cuilibet alio, qui
intra terminum meliorem conditionem ob-
tuliſſet, vel etiam ei, qui in termino minus ob-
tuliſſet, ſi maior oblator poſt terminum non
comparuiſſet, Mangil. d. quaſt. 167. nu. 2. & 3. & ibi
Rot. d. deciſ. 21. nu. 2. Buratt. d. deciſ. 703. num. Rot. diuerſ.
d. deciſ. 62. par. 4. & poſt Nigr. de ſubhaſt. deciſ. 12. nu. 8.

Digitized by Google

vbi de deliberatione facta creditori, qui fuit vltimus in plus offerendo, *& in d. Romana Domus 19. Decembris 1624. coram Remboldo, poſt tract.*
101 *deciſ.64.n.7.* ita † pari modo deliberatio abſque alia citatione,& decreto videtur fieri poſſe offerenti meliorem conditionem poſt terminum, *Mangil. loc. cit. & ibi Rot.d.deciſ.21.nu.2. & in d. Romana Domus coram Remboldo,poſt tract.deciſ.64.*
102 *num.7.* † Nec, ex quo creditor ſtatim elapſo menſe,& in termino,non curauerit bona plus offerenti deliberari, ſed vlterius expectauerit, vt compareret,qui debitoris meliorem conditionem faceret,eſt, quod debitor conqueratur, quod deliberatio fuerit poſt dictum menſem, & terminum abſque alia citatione, & decreto, *Mangil. d. queſt.167. ſub num.2. Rot. in d. Romana Domus 19. Decembris 1624.coram Remboldo,poſt tract. deciſ.64. n.6.*

104 Secus † vero eſſet,ſi oblator poſt terminum non feciſſet meliorem conditionem, ſeu oblatio eſſet inferior, & debitor, ſeu creditor, vel vterque læderetur, ſeu lædi poſſet, vel ſaltem eſſet dubium,nam tunc requireretur noua citatio, & nouum decretum, & ſtylus non applicaretur, *Mangil.d.quæſt.167.num.2. & 3. Buratt.d. deciſ.735.num.5. & 10.dec.786.num.4. & 8. & ibi Add. nu.9. & deciſ.891.nu.4.Rot.in d.Romana Domus coram*
105 *Remboldo, poſt tract.dec.64.nu.8.* Vt † noua citatio, & nouum Iudicis decretum requireretur in re dubia in deliberatione facienda per Executorem, ſeu Curſorem, cum ipſe habeat tantum nudi facti miniſterium, *Buratt. d. dec.786.nu.7. &*
106 *d. dec.891.nu.5.* † nec poſſit ex ſuo capite ad huiuſmodi deliberationem deuenire, *Buratt. d.*
107 *dec.891.nu.5.* † maxime ſi non fuerit illi factum præceptum indiuiduum de deliberando d. nouo oblatori tanquam maiori, iuxta formam,quam ponit *Saluſt.Tiber.in pract.lib.1.cap.41.*
108 *nu. 13.* † ſed in genere tantum de deliberando
109 plus offerenti, *Buratt.d.dec.891.nu.5.* cum enim † deliberatio ſit actus vltimus, & læſiuus, ex quo ſequitur dominij tranſlatio in emptorem, & præiudicium irreparabile, eſt in ea cautius agendum, *Buratt.d.dec.891.in fin.*

110 Decretum † autem de deliberando maiori tunc oblatori; Niſi infra menſem, ſeu decem dies, quod non habuit effectum, quia elapſo menſe, & termino non fuit expeditum mandatum, non attenditur, & circunductum dicitur per aliud ſubſequens decretum cum aſſignatione noui termini, *Mangill. de ſubhaſtat. quæſt.147.nu.16. quæſt.167. nu.4. & quæſt.171. ſub n.14. Rot. in Rom. Spolij Domus 19. Ianuarij 1615. coram Eminentiſſ. D.Cardin.Pamph.poſt tract.dec.32.num.4. in d. Romana Domus 19.Decembris 1624.coram Remboldo,poſt tract.d.dec.64.nu.8. & in Peruſina Spolij 18. Iunij 1642. coram R.P.D. Royas,poſt tract.dec.106.n.12. in fin.* & nouus terminus debet eſſe pariter vnius menſis, ſeu decem dierum reſpectiue, *d. dec.106.n.13.poſt tract.*

111 Menſis † vero eſt dierum 30. & nec menſis, nec decem dies currunt niſi poſt diem executæ intimationis, *Saluſt.Tiber. in pract.lib.1. cap.42. num.2.*

112 Mandati † de deliberando formam habes per *Saluſt.Tiber.d.cap.42.n.13. & 14.*

113 Dictoque † menſe lapſo in Curia Capitolij ſit alia Citatio ad videndum fieri inſtrumentum venditionis bonorum deliberatorum N. & pretium ſolui infraſcripto inſtanti pro concurrenti quantitate ſui crediti, & reſiduum, ſi quod plus ſit, deponi penes acta Notarij, & decerni, & relaxari mandatum de immittendo in poſſeſſionem D.N. oblatorem iuxta formam iuris, & Statutorum, *Luc.Pet.in pract. lib.8. cap.2.n.47.Scacc.de iudic.lib.1.cap.97.ſub n.21.* ſed † in 114
mobilibus de ſtylo non citatur ad videndum fieri inſtrumentum,&c.niſi hoc velit idemmet oblator, quia tunc erit illi inſtrumentum faciendum, *Scacc.vbi ſupra n.28.*

In facienda † verò adiudicatione creditori 115
videtur facienda primo Citatio ad eligendum, eligique videndum peritum, ſeu peritos pro æſtimandis bonis,in quorum poſſeſſionem infraſcriptus inſtans immiſſus fuit, ſeu quæ ad illius inſtantiam in executionem capta fuerunt,ad effectum illa adiudicandi.ſeu in ſolutum dandi infraſcripto inſtanti, ſtante, quod iuſtus oblator, & emptor non fuerit repertus, alias videndum eligi ex officio, *Luc. Pet.in pract. d.lib.1.cap.2.nu.31.Scacc.de iudic.d.lib.1.cap.97.n.21.22. & 33.* † qua citatione executa, & reproducta, 116
ſi reus non comparuerit, Iudex in eius contumaciam vnum eligit, & alterum actor, qui æſtimabunt d. bona infra 15. dies continuos à die electionis, & pro illa die æſtimationis ſit alia Citatio ad intereſſendum æſtimationi tali hora in tali loco, *Luc.Pet.& Scacc.vbi ſup.* † con- 117
ficique debet per Notarium de huiuſmodi viſione loci inſtrumentum, *Luc.Pet.loc.cit.* † Facta- 118
que æſtimatione reus denuo citatur ad faciendum referre eius peritum, & æſtimatorem, alias videndum referri per peritum infraſcripti inſtantis,& ſtari illius relationi, qua citatione reproducta Dominus mandat referri, Niſi ad primam diem cum intimatione, *Luc. Pet. & Scacc. ibid.* Verum quia † hæc relatio vt 119
plurimum conſueuit dari per peritos in ſcriptis, & quandoque clauſa, & ſigillata cum proteſtatione, quod non aperiatur, niſi eis ſit ſatisfactum de mercede,tunc citabitur reus ad deponendum ſalarium æſtimatorum electorum ad æſtimandum, alias videndum deponi animo repetendi, & ad videndum fieri relationem, & admitti, qua citatione reproducta Iudex mandat referri,& alia fieri, prout in citatione, *Luc.Pet.& Scacc.vbi ſupra.*

Succeſſiue † citatur reus ad videndum in- 120
fraſcripto inſtanti adiudicari, ſeu in ſolutum dari bona,ſuper quibus executio facta fuit, ſeu tenuta capta, pro concurrenti quantitate ſui crediti, &c, ſi ſimus in Curia Capitolij, pro augumento tertiæ partis pluris iuxta formam Statutorum, *Luc.Pet.d.lib.1.cap.2.n.50.Scacc.de iudic. d.lib.1.cap.97.n.21.& 22.* † qua citatione reprodu- 121
cta Iudex mandat d.bona adiudicari,ſeu in ſolutum dari, &c, in Curia Capitolij, iuxta formam Statutorum, Niſi ad primam diem cum intimatione, vel Niſi per totam, vel infra 20. ſeu 25. vel menſem cum aliquo augumento,vt per *Scacc. loc. cit.* vbi, quod in ſtabilibus dantur alij ſex menſes ad redimendum.

Fiuntq; † de ſtylo Curiæ Romanę delibera- 122
tiones, & adiudicationes poſt decreta de conſignando

Digitized by Google

ſignando ad effectum ſubhaſtandi,& de adjudicando, cùm expediantur mandata directa Curſoribus,vel Executoribus de deliberando & adjudicando,qui deinde in illorum executionem,& vim deliberauit, & adjudicant fungentes vices partis,per verba de præſenti,& ſuper eo fiunt publica inſtrumẽta cum ſuis clauſulis,per quæ ſequitur traditio,vel apprehenſio poſſeſſionis, *Gratian.diſcept.for.c.545.n.33.34. & 49.Mangil.de ſubh.q.26.ſub n.25.Rot.recent dec.725.n.5.p.2.quæ eſt Buratt.dec.124.n.13.Vrſell. in verb.adjudicatio.concl.52.nu.32.* † de quo ſtylo,cùm ille reſpiciat ordinatoria, poteſt Iudex ſe extrajudicialiter informare ex fide Notariorum,&,Curialium, *Burat.d.deciſ.124.nu.15.vbi Add.littera B.* licèt aliud ſit in deciſorijs, *Add.ad Buratt ibid.*

124 Nõ omitto,quod † in Curia Capitolij quoad bona ſtabilia decretum æſtimationis præcedit decretum ſubhaſtationis, *Luc.Pet.in pract.dicto li.8.cap.2.numero 32.& Scacc.de iudic.d.li.1.cap.97.nu.27. & 28.* † quaſi ex ipsâ æſtimatione cætera de-
125 pendeant,quia illa facta cognoſcatur,an ſit oblatum juſtum precium,vel nõ, & ſic an oblatio debeat admitti, vel non, & debitor poſſit deliberare,an velit precium oblatum,vel rem in ſolutũ creditori dare cum augumento tertię partis pluris, *Scacc.d.num.27.* † Mobilia verò,
126 ſecundùm ſtylum Romanum, non æſtimantur, quia regulariter Romæ ſemper reperitur emptor,& offerens juſtum valorem,vel ſaltem valorem vltra duas partes, & toties præconizantur,donec emptor reperiatur, adeò vt nunquam veniat caſus, vt bona mobilia adjudicentur creditori, *Scacc.loco citato,n.28.*

127 Datio † tamen in ſolutum,quæ fit in tribunali A.C.non fit cum augumento tertię partis pluris,nec cum dilatione ſex menſium ad reluendum juxta diſpoſitionem Statutorum Vrbis,quia coram A.C.in ſubhaſtatione rerum ſeruatur potiùs quidam vſus, quàm Statutorum diſpoſitio, *Scacc. dicto capite 97. numero 46.* †
128 ſed bene debitori in adjudicatione conceditur reſpectu ſtabilium eadem dilatio vnius menſis ad reluendum, & reſpectu mobilium eadem dilatio decem dierum,quæ conceditur in deliberatione, licet non de jure communi, ſed potiùs ex vſu,& ſtylo ipſius tribunalis A.
129 C. *Scacc.vb ſup.numero 35.verſic.alterum,* & quod † in executione non ſit ſeruandum Statutum Romanum,ſed ſtylus tribunalis A.C.in quo conceſſa fuit executio, tradit *Rot. in Romana Domus 19. Nouembris 1632.coram Eminentiſſ. D.Card. Veroſpio iuniore,poſt tract.dec.94.n.7.*

130 Bononiæ † extat *Conſtitutio inter Conſtitutiones Iuſtinianas rubr.10.de modo conſumandi executiones mandatorum exequutiuorum iuxta praxim Romanæ Curiæ, & ſubhaſtationibus*, & quoad animalia, ſeu ſe mouentia prouiſum fuit per *Statut. Bononiæ li.7.in prima rubr. de mod.exact.fiend.aduerſ.vniverſit. §.item quod de cætero boues.*

131 Peruſiæ † poſt executionem factam in mobilibus ſuperſedetur per 15. dies, & in ſtabilibus,inſtrumento tenutę producto,inſtatur pro ejuſdem tenutæ confirmatione ex primo decreto,& ſubſecuta Iudicis pronuncia, ac expectato lapſu 30.dierum, citatur deinde debitor ad reluendum pignus infra terminum peremptorium trium dierum, quo non recollecto droceditur ad ſubhaſtationẽ,in quâ loco Citationis ad videndum mandari ſubhaſtari,fit Citatio ad videndum committi bannimẽta,quibus commiſſis, & factis, vt dicam infra *Inſp.29. nu.45.& Inſp.30.nu.62.* Citatur debitor ad videndum mandari deliberari pignora vltimo, & plus offerenti, in cujus citationis termino Iudex mandat,pignora vltimo, & plus offerenti deliberari, & venduntur tunc pignora ab ipſo Iudice,& creditore, atq; fit oblatori inſtrumẽtum judiciario,& creditorio nomine,quo facto intelligitur perfecta,& conſumata deliberatio & emptori quæſitum dominium, atq; poſſeſſio,qui poteſt poſſeſſionem poſteà ingredi abſque alio Iudicis decretò,ſeu licentia de immittendo,& vitio ſpolij, *iuxta Statutum Peruſinum li. 2. rubr.29. §.ſi verò placuerit, & tradita per Gilian.ad illius compend.in verb.ſubhaſtatio.& ibi Rot.deciſ.5.nu. primo quæ eſt etiam parte 4. diuerſ.dec.247.& poſt Paciſ. de ſalu. dec. 116.* ſed † hodie in practica omiſſa 132
Citatione ad vidẽdum mandari deliberari, fit Citatio ad videndum fieri inſtrumentum judiciario nomine.

Adjudicatio † in Ciuitate Peruſię fit *iuxta* 133
formam ejuſde n Statuti dict. lib. 2. rubr.29. §.ſi verò placuerit. verſ.& ſi emptor.& ea, quæ tradit Gilian.ad compend. eiuſdem in verb. adjudicatio. & quod † vl- 134
trà immiſſionem ex primo decreto, & terminum ad reluendum requiratur etiam Iudicis adjudicatio *ex dict.Statuto,* tradit *Ambroſ.dec.Peruſin.2.num.32.*

Et † ad redimendum aſſignatur terminus 135
6.vel 7. menſium,vt *in eadem rub.29. §.fin. & refert Gilian. in dicto verb. ſubhaſtatio. verſ.ad redimendum.*

In Curiâ † generali Prouinciæ Marchię, at- 136
que etiam in illius Rota, executione factâ, ſeu tenutâ captâ, elapſiſque duobus menſibus in contumacialibus judicijs, & 15.diebus continuis in executione rei judicatę,vel inſtrumenti,vocatur debitor ad aſſiſtendum venditioni, & ſubhaſtatione præmiſsâ, deliberatur res plus offerenti, vel adjudicatur creditori, vt in *Conſtit.li.ſecundo cap.6.& 7. Mangil.de ſubhaſt. quæſt. 126.numero 17.& ibi Rot.dec.411.numer.10. & ſeqq.& Amat.deciſ.67.num.5. & 6.* † quibus non ſeruatis 137
deliberatio nulla redditur ex defectu non ſeruatæ formę d.Conſtitutionis, *Amat.ibi.Rot.penes Mangil. de ſubhaſt.d.deciſ.11.per tot.* Adeò vt † non 138
poſſit d. forma ſeruari per ęquipollens, ſed ſit ad vnguem ſeruanda vti ſubſtantialis, *Amat.d. dec.67.nu.7.* † & ab eâ recedi non poſſit nec de 139
conſenſu partium, *Amat.ibid.* † etiam quod pręfata Conſtitutio non procedat vlterius annul- 140
lando actum, quia quando lex ſtat in finibus prohibitionis,tacitè videtur habere clauſulam de nullitate, *Amat.loco cit.num.8.*

Proinde † ſeruatur in practica,vt,vel ſtatim 141
tenutâ captâ id denuncietur debitori,& ſimul idem citetur ad reluendum infra d.terminum 15.dierũ,alias d termino elapſo,& non facta reluitione ad videndũ deſuper bannimenta fieri ad bancum juris,plus offerenti adjudicari,& deliberari,& ſucceſſiuè ad aſſiſtendum ad omnes,& ſingulos alios actus in hujuſmodi cauſa faciendos neceſſarios, incũbentes,& oppor-

H

Digitized by Google

tunos vſq; ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè, & ad ipſam deniq; ſententiam audiendã tempore debito ferendę ſententiæ pro vltimo, & peremptorio termino, vel non intimata ſtatim tenuta, ſinit creditor labi 15. dies, & deinde tenutam, & lapſum 15. dierum ad notitiam debitoris deducit, & eundem citat ad reluendum infra biduum currens, & alias vt ſuprà.

141 Succeſſiuè † producto mandato executiuo, inſtrumento captæ tenutæ, ac d. citatione ad reluendum ad partis inſtantiam committitur primum bannimentum, quod in continenti fit per Baiulum, vt *dicam infrà inſp. 29. nu. 46.* & expectatis tribus diebus committitur, & fit ſecundum, & poſt alios tres dies committitur, ac fit tertium, & elapſis alijs tribus diebus, datáq; cedula, ſeu cedulis oblationum in actis ſeruatur terminus pro ſententiâ, quæ ferri ſolet per cedulam, non tamen præſente pecuniâ, ſed cum honorario Iudicis, qua mediante emptor nanciſcitur poſſeſſionem, eáq; ſecuta precium ſoluit, vel bona, & poſſeſſionem retroce-
143 dit creditori, † provt retrocedere poteſt, vt *ſentit Rot. recent. dec. 165. n. 8. p. 4.*

144 Et † in caſu, quod idoneus emptor non reperiatur, deuenitur ad dationem in ſolutum, *vt in d. Conſtit. c. 6. li. 5.*

145 In Francia, † quę forma ſit facienda, vbi res adjudicatur licitatori, ponit *Rebuff. de præcon. licitat. & ſubhaſt. art. 7. gl. 1. nu. 1.* vbi ſummariè, actis, & juſtificationibus recitatis, ponit hanc formam, videlicet. Quia nobis conſtitit, talem alios in licitatione viciſſe, per noſtram ſententiam illi adjudicamus talem rem, &c.

SVMMARIA.

1 *Bona fide, ſineque fraude fieri debet ſubhaſtatio, alias poteſt retractari.*

2 *Bona fides in dubio præſumitur in eo, qui emit auctoritate Iudicis, vel ſub haſta, & numero tertio & 13. Ampliat. vt numero 5. 7. 8. & 9. & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi, vt nu. 14.*

4 *Decretum Iudicis operatur, ne poſſit dici de dolo, & fraude.*

6 *Subhaſtationes fiunt palam, & publicè, & omnibus innoteſcunt.*

10 *Et illis interuenientibus, dicitur contractus palam factus.*

11 *Contractu palam facto ceſſat omnis fraudis ſuſpicio.*

12 *Bonâ fide emere dicitur, qui palam contrahit, & emit, & nu. 13.*

15 *Malæ fidei, & vitioſus poſſeſſor dicitur, qui exequutus fuit, vel emit, aut adjudicationem obtinuit ſolemnitatibus non ſeruatis. Ampl. vt nu. 17.*

16 *Bona fides in creditore non inducitur ex ſolo mandato de adjudicando.*

18 *Mala fides creditoris non nocet emptori, niſi & ipſe fuerit fraudis conſcius.*

19 *In venditione pignoris quædam ſunt obſeruanda, quæ magis ad venditorem pertinent, quam ad emptorem.*

20 *Creditor vendens, & Exequutor diſtrahens rem captam in cauſam judicati, tenentur de dolo debitori.*

De Bona, & Mala fide.

INSP. XXV.

Fieri † quoque debet ſubhaſtatio bona, ſin- 1
ceráque fide, ac ſine fraude, alias retractari poteſt, *Fab. de Mont. de empt. & vendit. quæſtio. 5. de ſubhaſt. mater. ſub num. 87. Iodoc. de ſubhaſt. capite primo, num. 24. & capite 3. num. 10. 17. & 18. Mangill. eod. tract. quæſt 15. nu. 1. & ſeqq.* &, quod creditori jubeatur bonâ fide pignus vendere, eſt *tex. in leg. 4. C. de diſtract. pign. & tradit Baldun. de pignor. & hypoth. cap. 18. col. 2. circa fin. Hugon. Donell. eodem tract. cap. 10. col. 3. in fin. Nicol. Feſtaſ. de collect. par. 3. n. 13.* & in venditionibus Fiſcalibus; *tradit Pereg. de iur Fiſc. tit. 4. de vendit. & empt. Fiſcal. nu. 5. verſi. ſexto quod bona.*

In dubio † tamen, qui auctore Iudice com- 2
parauit, vel ad haſtam, bonâ fide præſumitur emiſſe, *Gluſian. de dat. in ſolut. c. 28. numero 223. Mangil. de ſubbaſt. quæſt. 199. numero 2. Burat. dec. 184. nu. 5.*
† bonæq; fidei poſſeſſor dicitur, *leg. qui auctore,* 3
180. ff. de regul. iur. Tepat. var. ſent. tit. 417. de diſtract. pig. c. 1. Viu. dec. 89 nu. 9. libro primo † operatúrq; Iudicis 4
decretum, ne de dolo, & fraude objici poſſit,
Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 35. n. 4. & 5. † Præſertim ſi 5
in venditione interuenerint legitimæ ſubhaſtationes, ſeu proclamationes, & cridæ, *Viu. dict. dec. 89. nu. 10. libro primo,* † quæ fiunt palam & pu- 6
blicè, & omnibus innoteſcunt, *Burat. d. deciſ. 184.*
nu. 4. quia † ex eis regulariter probatur, ſeu ar- 7
guitur bona fides, *Tepat. var. ſent. tit. 417. cap. 15. Mangil. de ſubhaſt. d. quæſt. 15. n. 6.* & † præſumitur emp- 8
tio, & venditio facta ſine fraude, & dolo *Bellon.*
conſ. 78. n. 5. Mangil. d. qu. 15. n. 7. & 8. & † eo magis ſi 9
ſubhaſtationes fuerint repetitæ, *Bellon. ibidem* † 10
quibus interuenientibus dicitur contractus factus palam. *Bellon. eodem conſ. 78. nu. 6.* & † palam 11
vbi factus eſt contractus, facit ceſſare omnem fraudis ſuſpicionem, *Bellon. d. conſ. 78. n. 7.* & † bo- 12
nâ fide quis emere dicitur, quando palam con-
trahit, *Mangil. de ſubhaſt. qu. 88. nu. 12.* & † publicè, & 13
palàm mediante ſubhaſtatione auctoritate Iudicis emit, *Rot. poſt Cenc. de cenſibus, deciſ. 377. num. 3. iuxta nouiſſ. impreſſ. Taurin. quæ eſt Burat. dec. 227. nu. 3.*
& † contrarium dicenti incumbit onus pro- 14
bandi, *Mangil. de ſubhaſt. q. 35. n. 6.*

Provt † malæ fidei, & vitioſus poſſeſſor di- 15
citur, qui executus fuit, vel emit, ſeu adjudicationem habuit non ſeruatis ſolemnitatibus, *BertaZol. conſ. 401. nu. 27. li. 2. Mangil. de ſubhaſt. qu. 53.*
num. 9. † Nec ad inducendam bonam fidem in 16
creditore ſufficit ſolum mandatum de adjudicando, *Mangil. de ſubhaſt. q. 162. n. 9.*

Et † mala fides argueretur, quando res fuiſ- 17
ſet adjudicata, ſed excederet creditum in magnâ quantitate, vt dupli, vel tripli, & eſſent omiſſæ ſolemnitates requiſitæ, quia tunc doloſè omiſſæ cenſerentur ad fauorem creditoris ne alius offerret, *Mangil. dict. q. 162. n. 10. & 11. Vrſel. in verb. adjudicatio. concl. 52. num. 33. circa fin. & nu. 57.* 18

Mala † autem fides creditoris vendentis non nocet emptori, quatenus & ipſe non fuerit fraudis conſcius, *Mangil. de ſubh. quæſtion. 24. num. 4.*

Vnde

19 Vnde,† ſunt quædam in venditione pignoris obſeruanda , quæ magis ad venditorem pertinent, quàm ad emptorem, *Franc. Baldun. de*
20 *pignor. capite 18. colum. 2. circa fin.* Et, † vt creditor vendens de dolo tenetur debitori, ſic Executor diſtrahens rem captam in cauſam judicati, *leg. ſi pignora, ff. de euict. leg. 3. §. ſi Executor, ff. de neg. geſt. Baldun. loco citato.*

SVMMARIA.

1 *Sine credito ſubhaſtatio non iuſtificatur.*

2 *Credito non liquidato deliberatio nulla eſt ipſo jure.*

3 *Creditum, & quidem liquidum, & certum apparere debet in actis ante præconia , & ſubhaſtationes, alias reus poteſt abſolui, & ſubhaſtatio notoriè nulla, & injuſta, ac ſpoliatiua dicitur cum omnibus inde ſecutis, & reuocanda, & num. 4. 5. 6. & 7. Ampl. vt nu. 4. 8. & 9.*

10 *Decretum ſubhaſtationis, quod ex actis non iuſtificatur, eſt notoriè injuſtum.*

11 *Injuſtitia notoria æquiparatur nullitati.*

12 *Adjudicatio nulla, & injuſta eſt facta creditori, credito non liquidato, vel incerto, & numero 13. 15. & 16.*

14 *Sed fieri poteſt, & ſolet pro ſummâ debitâ liquidata, & intervſurio.*

17 *Et fieri debet pro credito petito, & ex actis certo, & liquido, ac Iudici noto.*

18 *Et facta de aliqua re pro concurrenti quantitate crediti ante liquidationem, & declarationem portio dicitur incerta.*

19 *Crediti probatio, taxatio, & liquidatio poſt ſubhaſtationem, non prodeſt, nec illam iuſtificat, & quare, & nu. 20. 21. & 22.*

23 *Crediti probatio requiritur ante primum decretum, & eo magis ante ſecundum, alias nulliter agitur. Ampl. vt num. 24.*

25 *Iudici actum facienti liquere debet ex proceſſu id, in quo fundatur facultas illum faciendi, niſi ſit notorium, & nu. 26. & 27.*

28 *Subhaſtatio juſtificari debet ex actis ante eam productis, non ex poſt.*

29 *Miſſio in tenutam fieri debet pro quantitate debiti.*

30 *Creditum ſufficit eſſe certum ex actis proceſſus executionis.*

31 *Citandus eſt debitor, & poſſeſſor in crediti probatione, vt de eo dicatur conſtare.*

32 *Creditum non probatur aſſertione partium.*

33 *Intervſuria dotalia non liquidantur ex ſolo inſtrumento promiſſionis dotis, niſi adſit conſuetudo, vel Statutum taxans quantitatem.*

34 *Mandatum obtineri, & exequi poteſt etiam pro re inæſtimata, & de cujus valore non conſtat, vt pro tot rubris frumenti, vel alijs rebus in pondere, vel menſurâ conſiſtentibus, ſeu alijs rebus, quæ ſunt in obligatione.*

35 *Sed creditor debet deinde æſtimationem probare, alias ſubhaſtatio, & declaratio nulla remanet, & nu. 38. Declara, vt nu. 39. & ſeqq.*

36 *Liquidatio fieri poteſt etiam in executione, & abſque alia prouincia.*

37 *Eſt difficilis probationis, & ideò poteſt Iudex de eâ ſe extraiudicialiter informare.*

39 *Liquidationis defectum non poteſt opponere debitor, ſed alius creditor, vel tertius, niſi ad effectum debitum offerendi cum acceſſionibus, & quare, & nu. 41.*

41 *Æſtimationem rei debitæ ante omnia ſemper fieri eſt tutius.*

42 *Subhaſtatio etiam nulla, dummodo pro debito, tenet tam contra debitorem, quàm contra habentem ab eo cauſam poſt illam.*

43 *Et confirmata ob non oblatum debitum retrotrahitur in omnibus ad tempus diſtractionis.*

44 *Crediti loco fides ſufficit inſtrumenti ſi talis vigeat, & probetur conſuetudo.*

45 *Vel productio partitarum etiam abſque calculatione.*

46 *Vel taxatio facta per peritum communiter electum, Ampl. vt nu. 47.*

48 *Vel indicatio inſtrumenti, ſi illi pars declarauerit velle ſtare.*

49 *Conſtitutio Cardinalis Vrbini Peruſiæ vigens circa exequutionem inſtrumentorum in formâ Cameræ abſque eorum productione, quando locum habeat, vel non.*

50 *Proceſſus faciendus pro exequutione obligationis cameralis, in quâ non ſit conſenſum in mandatum, & nu. 52.*

51 *Extenditur illud, quod eſt.*

53 *Exequutione factâ ſuper jure exigendi non eſt neceſſaria illius inſtrumenti productio , ſed ſufficit Exequutoris, vel Nuncij relatio, niſi probetur contrarium.*

An, & quando ad effectum ſubhaſtationis debeat conſtare de credito.

INSP. XXVI.

Svbhaſtatio † credito deficiente non dici- 1
tur juſtificata, *Buratt. dec. 614. in princ.* † eſtq; 2
deliberatio ipſo jure nulla ; ſi fiat credito non liquidato, *Maſtrill. dec. 287. nu. 2. p. 3.*

Proinde, † antequam deueniatur ad præ-
conia, & ſubhaſtationes bonorum debitoris, 3
debet legitimè conſtare de debito, & credito reſpectiuè, illudque ſufficienter liquidari, & certum reddi ; aliàs ſubhaſtatio notoriè nulla, & injuſta dicitur ex eiſdem actis, & ſpoliatiua, *leg. hereditarium vbi gloſ. & Bart. ff. de bon. Auctor. Iudic. poſſid. idem Bart. in leg. Fulcinius, §. cùm hoc ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat. Rebuff. de præcon. licit. & ſubhaſtat. art. 1. gloſ. 1. ſub numero 1. & art. 7. numero 8. Aſin. de execut. §. 4. capite 12. numer. 2. verſ. his ſtantibus, poſt med. Anguſ. conſ. 34. in mat. iudic. nu. 3. libro 3. Tepat. var. ſent. tit. 415. capite 5. Antonius Fab. in Codic. libro 8. tit. 16. de diſtract. pignor. defin. 6. Mangil. de ſubhaſt. qu. 2. nu. 1. & ſequentibus, qu. 51. nu. 7. & ſeqq. qu. 153. nu. 25. & 26.*
vbi, quod † venditio eſt retractanda, etiã quod
conſtet de bono jure, *quæſt. 157. num. 3. & quæſt. 159. nu. 1. & ibi Rot. dec. 51. num. 1. quæ eſt etiam parte 4. diuerſ. dec. 115.* † vbi de ſubhaſtatione factâ ad in- 5
ſtantiam fidejuſſoris contra principalem debitorem vti creditoris pro releuatione, qui conuentus non oppoſuit exceptionem compenſationis, quâ principalis ſe tueri poterat, vel ſaltim non intimauit principali moleſtias, *Rot. recent. deciſ. 365. numero 11. parte 1. & deciſ. 476. num. 4.*

6 vbi quod, † non docto de credito, eſt reus ab-
ſoluendus, *& deciſio. 759. numero primo, verſic. præfixo*
termino, parte 2. & dec. 36. num. 50. parte 5. & poſt Fen-
Zon. ad Statut. Vrb. dec. 173. verſic. non obſtat. Buratt. dec.
7 *363. num. 2. & 3.* vbi quod † omnes actus ſubſe-
cuti ſunt injuſti, & ſpoliatiui, vti à radice infe-
cta profecti, & ſic reuocandi, *& habui in tract.*
mand. de manuten. obſeru. 12. num. 108. & in Prouin-
cia Marchiæ ſic diſponit *Conſtitutio lib. 5. capit. 14.*
8 & † eo magis, vbi agitur de ſubhaſtatione re-
rum minorum, *leg. magis puto, §. nec paſſim, ff. de re-*
bus eor. leg. ob æs, & leg. Minorum, Cod. de præd. minor.
Iodoc. de ſubhaſt. capite 2. num. 11. Munnoz de ratiocin.
adminiſtr. cap. 16. num. 30. Rot. d. dec. 115. num. 1. parte 4.
diuerſ. & † in venditionibus Fiſcalibus ſentit
9 *Pereg. de iur. Fiſc. libro 6. tit. 4. nu. 4. & Fabian. de Mon-*
tic. de empt. & vend. q. 5. in rubr. ſubhaſt. mater. ſub num.
87. † Decretúmq; ſubhaſtationis, quod non
10 juſtificatur ex actis, eſt notoriè injuſtum, *Rot. pe-*
nes Conc. de cenſibus deciſio. 424. numero 9. iuxta no-
uiſſ. impreſſ. Taurin. & † injuſtitia notoria æqui-
11 paratur nullitati, vt *ibid. num. 10.*

Provt † nec valet, nec juſta eſt, adiudica-
12 tio facta creditori, credito non liquidato, *Gi-*
lian. ad Statut. Peruſ. in verb. adjudicatio, numero 7.
Mangil. de ſubhaſt. quæſtione 161. numero 3. & ego ha-
bui in tract. man. de manut obſeru. 12. num. 109. Caualer.
dec. 171. numero 6. Rot. recent. dec. 463. numero 4. parte 4.
† vel incerto *Ruyn. conſ. 136. num. 6. libro primo. Aſin.*
13 *de execut. §. 4. capite 12. num. 2. & capit. 27. numero pri-*
mo. Mangil. de ſubhaſt. d. quæſt. 161. num. 3. Sed † dari
14 in ſolutum poteſt, & ſolet pro ſummâ debita
liquidata, & interuſurio, *Aſin. de execut. d. §. 4. ca.*
51. numer. 6. † Adjudicatio enim requirit crediti
15 certitudinem, *Rot. recent. deciſio. 725. num. 2. parte 2.*
† & illud certum dici non poteſt, niſi ſit liqui-
16 datum, *Mangil. de ſubhaſt. qu. 26. num. 18. Burat. dec.*
124. num. 5. & 6. & ideò ad adjudicationem deue-
niri non poteſt, credito priùs ſufficienter non
liquidato, *Aſin. de execut. §. 7. cap. 276. num. 8. Car-*
pan. ad Statut. Mediol. libro primo, capite 168. Gratianus
diſcept. for. c. 545. num. 48. Maſtril. deciſ. 287. num. 3. parte
3. Rot. recent. deciſ. 725. ſub numer. 2. & deciſ. 756. num.
primo, verſ. præfixo termino, parte 2. † ſed fieri debet
17 pro credito petito, & ex actis certo, & liquido,
ac Iudici noto. *Duran. deciſ. 235. num. 12.* & adjudi-
18 catione factâ de aliquâ re pro concurrenti
quantitate crediti ante ipſius crediti liquida-
tionem, & declarationem portio in ſolutum
data dicitur incerta, *Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 50. nu.*
10. Rot. recent. dec. 725. n. 2. in fin. p. 2.

Nec † poteſt prodeſſe, quod deinde proba-
19 tiones ſubſequantur, *Aſin. d. c. 276. num. duodecimo,*
in fin. quoniam † poſterior liquidatio decreti
20 liquidatio diceretur, *Aſin. ibidem nu. 8.* & † illud,
21 quod ipſo jure nullum eſt, & præpoſterum,
non conualeſcit, nec confirmatur, *Aſin. ibidem n.*
14. Vnde † taxatio & liquidatio crediti poſt
22 ſubhaſtationem non poteſt juſtificare ſubha-
ſtationem priùs factam, *Rot. apud Nigr. de ſubhaſt.*
dec. 13. nu. 5. verſ. denique nulla.

Quodq; † in tenuta ex primo decreto re-
23 quiratur probatio crediti, & debiti reſpectiuè,
nec poſſit anteà primum decretum interponi,
& multo minus ſecundum, vel res adjudicari,
alias nulliter agatur, *tradit Corn. conſ. 163. n. 2. verſ.*
nec videtur, li. 1. & conſ. 73. n. 5. li. 2.

Idq; † adeò verum eſt, vt, etiam ſi nullus ad- 24
ſit legitimus contradictor, non poſſit legitimè
Iudex ad venditionem, & adjudicationem de-
uenire, *Corn. d. conſ. 163. num. 2. verſ. nec videtur, li. 1.*

Cùm † Iudici actum facienti debeat lique- 25
re id, in quo fundatur facultas illum faciendi;
Corn. dict. conſil. 73. numero 5. libro ſecundo, † & qui- 26
dem ex proceſſu cauſæ, *Mangil. de ſubhaſt. iiict.*
quæſt. 51. numero vndecimo & 12. † niſi ſit notorium, 27
Mangil. ibidem numero 13. & ſeqq. † Debétq; ſub- 28
haſtatio juſtificari ex actis productis ante eam,
non ex productis poſt, *Rot. poſt Cenc. de cenſibus,*
deciſione 434. numero 7. iuxta nouiſſ. impreſſ. Taurin. &
† miſſio in tenutam fieri pro quantitate debi- 29
ti, *Corn. dict. conſil. 163. numero 2. verſ. nec videtur, libro*
primo, quamuis ſufficiat, creditum eſſe certum 30
ex actis proceſſus executionis, *Durã. dec. 235. n. 18.*

Sufficienter † autem de credito nec dicere- 31
tur doctum, niſi debitor, & bonorum poſſeſſor
eſſet legitimè citatus, *Rot. recent. d. dec. 759. n. 1. verſ.*
præfixo termino. parte 2. † neq; de eo ſtandum eſ- 32
ſet aſſertioni partium, *Tepat. var. ſent. tit. 417. c. 5.*
Mangil. de ſubhaſt. q. 2. n. 2. & ſeqq.

Et, † producto inſtrumento dotali, creditum 33
intervſuriorum dotis non ſolutæ non poſſet
dici liquidum reſpectu ſummæ ex ſolâ retar-
datione ſolutionis dotis, nec pro illo ad execu-
tionem, & ſubhaſtationem deueniri, niſi in pri-
mis probaretur conſuetudo regionis quoad
annuam quantitatem, vel adeſſet Statutum à
Superiore confirmatum, *Rot. poſt Mangil. de ſubh.*
dec. 12. n. 5. & 6.

Et, † quamuis poſſit obtineri mandatum, 34
illudq; exequi etiam pro rè non æſtimatâ, &
de cujus valore non appareat, vt pro tot rubris
frumenti, vel ſimilibus, quæ in pondere, aut
menſurâ conſiſtant, ſeu aliâ re, quæ ſit in obli-
gatione, *Rebuff. de præcon. licit. & ſubh. artic. 1. gloſſ. 2.*
n. 1. † non tamẽ creditor liberatur, quin poſtea 35
debeat æſtimationem probare, *Rebuff. ibid.* cùm † 36
poſſit liquidatio fieri etiam in executione, &
abſque alia pronuncia, dummodò de eâ appa-
reat, & conſtet in actis, quod ſit facta, *Gregor.*
XV. deciſio. 224. num. 5. & ſeqq. & ibi Add. littera C. vbi,
quod, cùm † liquidatio ſit difficilis probatio- 37
nis, poteſt etiam de eâ Iudex capere extra ju-
dicialem informationem. † Qua liquidatione 38
non facta, ſubhaſtatio, venditio, atq; delibera-
tio remanet inualida, *Anton. Fab. in Codic. li. 8. tit. 16.*
de diſtract. pign. defin. 7. & defi. 20. Greg. XV. dec. 485. n. 8.
vbi Add. litera C, quæ eſt etiã inter recent. dec. 301. n. 4. p. 3.

Quod † quidem videtur procedere, quando 39
agitur de præjudicio alterius creditoris ſeu ter-
tij, cujus intereſt omnia ſolemniter fieri, & ex
forma Statuti, cùm ille poſſit dicere, ſe paſſum
fuiſſe ſubhaſtari pignora, non facta liquidatio-
ne, ſeu alias nulliter, quia ſciret ex defectu ſolẽ-
nitatum, & formę jus ſuũ durare; ſecus autem
in debitore, quia ille non videtur impugnare
poſſe ſubhaſtationem factam certo pretio, &
pro debito certo, ſed nondũ liquido, vel alias
nulliter; ita vt, ſi poſt ſubhaſtationem, vel ante
debitum certum, & liquidum factum ſit, non
aliter audiatur debitor, niſi vniuerſo oblato
debito cum legitimis acceſſionibus, licèt † tu- 40
tius ſit, rei debitæ fieri ante omnia æſtimatio-
nem, *Antonius Iabet in Codic. dicto libro 8. titulo 16.*
de di-

Digitized by Google

de diſtract.pignor.defi.4.5.& 6.& 21.& ibi n.1.in alleg.
Nam, † cùm ſubhaſtatio facta ſit pro de-
41 bito,non tā imputari poteſt creditori,cur Sta-
tuti formam non ſeruauerit, quàm debitori,
cur ſoluerit,quandoquidem,ſi ſoluiſſet,nullus
hodie locus relinqueretur quæſtioni ſuper
nullitate, vel validitate ſubhaſtationis, *Anton.
Fab. d. defin.4.* vbi, quod non eſt mirum, in hac
parte cauſam debitoris minus fauorabilem eſ-
ſe,quàm alterius creditoris, *ex leg. vnic. ad fin.C.
etiam ob chirogr.pecun.pign.retin.poſſ.*
Tenétq. † ſubhaſtatio etiam nulla, dum-
42 modo pro debito facta ſit, non ſolum contra
debitorem, ſed etiam contra tertium, qui ha-
beat cauſam à debitore poſt ſubhaſtationem,
Anton.Fab.d.defin.5.& ibi num.2. in alleg.& defin.18.
&, † ſi confirmetur ob non oblatum debitum,
43 retrotrahitur in omnibus ad tempus diſtra-
ctionis.*Fab.d.defin.18.*
Pro credito vero † ſufficeret, quod Nota-
44 rius faceret fidem de inſtrumento,vbi ſatis vi-
geret,& probaretur conſuetudo, *Coru.d.conſ.37.
ſub nu.5.& ſeqq.*
Et † pro liquidatione ſatis eſſet,quod ex pro-
45 ductione partitarum potuiſſet Iudex quanti-
tatem crediti colligere, non autem neceſſe eſ-
ſet,quod fuiſſet factus calculus partitarum per
computiſtas,*Rot.d.dec.463.nu.4. parte 3.recent.*& †
46 ſatis etiam eſſet, quod peritus communiter e-
lectus communiter taxaſſet, *Rot.poſt Mangil.de
ſubhaſtat.dec.48.numer.8.*& eo magis,ſi † debitor
47 ſummam taxatam approbaſſet,*vt eodem num.7.*
Item † exhibitio inſtrumenti crediti nec ad
48 effectum ſuſtinendæ executionis,& ſubhaſta-
tionis eſt neceſſaria, quotieſcumque pars ad
effugiendas expenſas declaret, ſe velle ſtare
iudicationi. *Mangil.de ſubhaſtat.quæſt.8.num.1.2.&
3.& ibi Rot.dec.8.numer.2.& penes Zacch.ad Galleſ.de
oblig.camer.dec.13.num.1.& poſt Fenzon.ad Statut.Vrb.
dec.175.verſiculo non obſtat.*
Et hinc infertur *ad Conſtitutionem Card. Vrbini
Peruſiæ vigentem rubr. 30. additione 4.* † quæ vult,
49 quod habens inſtrumentum in formâ Cameræ
celebratum ad ſubleuandum reum ab expen-
ſis illius extractionis debeat ille citari ad ſol-
uendum, juxta formam ſuæ obligationis in
forma cameræ in vim inſtrumenti rogati ma-
nu talis ſub die, &c. aliàs dicendum cauſam
quare mandatum executiuum in ſe ſuſceptum
in d. inſtrumento relaxari non debeat, & ſi
reus non compareat, Iudex relaxare debeat
mandatum executiuum cum imitatione, &
cum dicto mandato ſic relaxato fieri poſſit e-
xecutio abſque aliâ inſtrumenti extractione;
Nam ex hoc etiā videtur ſequi,vt poſſit dein-
de procedi etiam ad ſubhaſtationem, credito
aliter non probato. Sed contrarium procede-
ret,& d.Conſtitutio non intraret, vbi non eſ-
ſet in obligatione conſenſum in mandatum
executiuum,ſed illud in ſe ſuſceptum, cùm †
50 tunc eſſet etiam ſeruandus terminus pro ex-
tenſione obligationis cameralis, cui non eſt
locus niſi illa producta, cùm † extendatur il-
51 lud,quod eſt, *Rot.poſt Zacch.ad Galleſ.de oblig.ca-
mer. dec.83.num.5.*& † ſucceſſiuè deberet ſeruari
52 alius terminus, quo decerneretur mandatum,
Niſi infra tres,*Rot penes eundem Zacch. dec.103. nu.
3.* cum ſimilibus.
Adnotandum quoq; eſt,quod † vbi fit exe-
cutio ſuper jure exigendi debitoris,non eſt ne- 53
ceſſarium vt producatur illius inſtrumentum,
ſed ſufficit relatio Executoris ſeu Nuncij de
executione deſuper facta tanquam ad debito-
rem ſpectante, quia illi creditur, niſi contra-
rium probetur,*Buratt.dec.675.nu.3.*

SVMMARIA.

1 *Pignore aliquo capto non poteſt creditor, illo dimiſſo, ad aliud ſe conuertere.*

2 *Ampl. etiam quod creditor electionem habeat, niſi expectato, an illud ſufficiat pro ſatisfactione.*

3 *Decl.procedere facta deliberatione,& re non integra, ſecus è contra.*

4 *Subdecl.niſi adſit legitima cauſa,& numer.ſeqq. vbi exempla.*

9 *Expenſas primæ executionis amittit creditor, ſi variet.& nu.17.*

12 *Variatio in exequendo non eſt licita, ſi per primum pignus conſultum ſit creditori, aliàs ſecus.*

13 *Pignus debet eſſe tale, vt ad eius diſtractionem poſſit deueniri.*

14 *Locorum Montium patentium traditio, & receptio non transfert poſſeſſionem, vt poſſit ad ſubhaſtationem procedi,niſi tradat is, in cujus capite ſunt.*

15 *Mandatum executiuum expiraſſe non dicitur, donec prior executio plenarium effectum ſortita non fuerit.*

16 *Variatio permittitur in obligatione camerali, & in executiuis, & poſſunt in ijs plures fieri executiones vſque ad ſatisfactionem.*

18 *Et exequi poteſt tam realiter, quàm perſonaliter, & numeris ſeqq. Ampliat.vt numeris 21.& 22.Declarat.vt numeris 23.24.& 25.*

19 *Pignore oblato non idoneo, poteſt debitor ad carceres duci.*

26 *Via vna electa, in executiuis ad aliam confugi poteſt,donec ſequatur ſatisfactio. Ampliat.vt numero 28.*

27 *Bona debitoris in ſolutum dari debent, vel vendi emptore reperto,ſi creditor voluerit.*

29 *Creditor pignus habens pro ſecuritate poteſt etiam in alijs bonis executionem facere.*

30 *Et,ſi habeat pignus, & fideiuſſorem, pignus reſtituens,vt vendi poſſit, ſibi non præiudicat quoad fideiuſſorem.Limitat.vt nu.31.*

32 *Et obtento ſequeſtro poteſt etiam ad executionem procedere,& quare, Lim.vt nu.33.*

34 *Et poteſt variando mutare ſibi cauſam pignoris, tam in conuentionali, & prætorio, quàm in judiciali.*

35 *Executio poteſt reiterari, ſi prima pignora non ſufficiant, & nu.36.*

37 *Executor in Vrbe, ſi prima executio non ſufficiat tenetur denuò,& toties gratis exequi, donec integrè creditori ſatisfiat.*

38 *Creditori integrè ex retractu pignoris non ſatisfacto, remanet ius pro reſiduo,& numero 35. Limit.vt numero 39.*

Digitized by Google

An Executione, vel etiam ſubhaſtatione facta, ſeu pendente, fieri poſſit alia. Et quid ſi ex prima non ſequatur totius crediti ſatisfactio.

INSP. XVII.

1 CApto † vno pignore in cauſâ judicati, non
licet creditori, illo demiſſo, ad aliud ſe
conuertere, *lege à Diuo Pio, §. in venditione, & §. ſi
pignora, ff. de re iudic. Caſſan. ad Conſuet. Burgund.
rubr. 5. §. 2. num. 21. Ant. Sol. ad decret. Sabaud. lib. 3. tit.
37. gl. 3. num. 22. Gilian. ad Statut. Peruſ. in verb. executio,
num. vndecimo. Borell. in ſumm. deciſ. tit. 22. de ſentent.
execut. num. 205. verſ. contrarium. Franc. Milan. deciſ.
10. nu. 12. & ſeqq.*

2 Ampl. † etiam quod creditor haberet electionem
vel ex legis prouiſione, vel ex ſuâ in
contractu, quia debet expectari exitus, an illa
bona ſufficiant pro ſatisfactione, vt poſſit ad
alia redire, *Fran. Milan. dictâ deciſione 14. nu. 14.*

Decl. 1. † concluſionem procedere, ſi facta
3 fuerit non ſolùm executio, & pignora fuerint
leuata, ſed etiam deuentum fuerit ad ſubhaſtationem.
& deliberationem, & res non ſit amplius
integra, quia executio ſit jam perfecta,
*Guid. Pap. quæſtione 308. Gaſp. Anton. Theſ. quæſtione for.
libro primo, quæſt. nu. 6. verſ. cùm iſte caſus, & per tot.* ſecus
verò ſi non fuerint factæ ſubhaſtationes,
nec ſequuta deliberatio, ſed tantùm facta oppigneratio,
quia tunc licet, quacunq; minimâ
ſubſiſtente cauſa, ad alia bona redire, *Gaſp. Anton.
Theſ. d. verſ. cùm iſte caſus.*

Subdeclarat, † niſi ſubſiſtat legitima cauſa,
4 *Theſ. ibid.* & creditori per primam executionem
non fuerit benè conſultum, *Vrſell. in verb. adiudicatio.
concl. 52. num. 41.* † Vt, quia in prima execu-
5 tione aliquis ſe oppoſuerit, *Theſ. ibidem. Giurb.*
6 *dec. 61. num.* 8. † ſeu controuertatur, an res ſit de-
7 bitoris, *Giurb. d. d. num. 8.* † aut bona reperta fue-
8 rint intricata, *Theſ. vbi ſup.* nam † tunc poteſt creditor
variare, & Iudex mandare, vt alia fiat executio
ſuper alijs bonis non cõtrouerſis, *Giurb.
d. dec. 61. num. 8.* † Quibus in caſibus creditor va-
9 riando amittere debet omnes expenſas primę
executionis, *Gaſp. Anton. Theſ. loco citato.*

10 Et idem eſſet, ſi bonis etiam ſubhaſtatis, &
emptori traditis, creditor non fuerit effectualiter
ſatisfactus, vel fuerit factum depoſitum
non liberum, ſed conditionale, quia tunc non
impeditur creditor iterum agere, ſeu exequi,
*Rot. recent. dec. 122. num. 13. & ſeqq. & dec. 161. num. 2. &
ſeqq. parte 6.*

Et † idem etiam dicendum eſſet, ſi eſſet
11 ceſſa adjudicatio, quæ effectum non habuiſſet,
& per quam creditori ſatisfactum non fuiſſet,
nam non impeditur fieri ſecunda, *Chartar. deciſ.
105. nu. 1. & ſeqq.*

Non † enim licita eſt variatio, quando per
12 primum pignus conſultum eſt creditori, aliàs
ſecus, *Chart. dec. 105. num. 6.* Et † debet pignus eſſe
13 tale, vt ad ejus diſtractionem poſſit deueniri,
*Rot. in Romana pecuniaria de Ruſpolis 10. Maij 1589. coram
Card. Platto, penes Marcheſ. de comm. p. 1. fol. 1217.
nu. 4. quæ eſt duplicata par. 1. fol. 43. nu. 5.* Vnde † tale 14
non diceretur, ſi eſſent tantummodò receptæ
patentes locorum Montium, quia ex earum
traditione nulla transfertur Montium poſſeſſio,
vt ad eorum ſubhaſtationem deueniri poſ-
ſit, præſertim ſi non dentur ab eo, in cujus capite
ſunt ipſi Montes, *Rot. in d. Romana Pecuniaria
de Ruſpolis nu. 4. & 6. reſpectiuè.* † Nec dicitur man- 15
datum exequutiuum expiraſſe, vbi prior executio
non fuerit ſortita ſuum plenarium effectum,
*Rot. poſt Nigr. de ſubhaſt. deciſione 34. numero
10.*

Declarat. 2. † vt in obligatione camerali, & 16
in executiuis licitum ſit variare, & plures facere
executiones reales, vſq; ad effectualem
ſatisfactionem, *Gilian. ad Statut. Peruſ. in verb. executio,
nu. 14.* & ibi *Rot. dec. 125. nu. 7. & in recent. dec. 161.
nu. 4. & ſeqq. par. 6.* quamuis † debitor non tenea- 17
tur niſi ad expenſas vnius executionis.

Extende † eo magis in executionibus diuer- 18
ſis nẽpe in realibus, & perſonalibus, nam non 19
ſolùm, oblato pignore non idoneo, poteſt iure
debitor ad carceres duci, *Rot. in d. Romana Pecuniaria
de Ruſpolis 10. Maij 1589. coram Card. Platto, penes
Marcheſ. de comm. d. par. 1. fol. 1217. nu. 5. & par. 3. fol.
44. nu. 7.* ſed, ſi debitor ſit jam carceratus, poteſt 20
nihilominus creditor petere ſe immitti in tenutam
bonorum, ſeu executionem realem. &
venditionem, & ſubhaſtationem procurare, &
è contrà, *Petr. Peck. Ziric. de iur. ſiſten. cap. 4. n. 15. Aſin.
de execut. §. 7. cap. 268. nu. 9. Gaſp. Ant. Theſ. quæſt. for. li.
primo, quæ. 7. nu. 1. 2. & 7. Saluſt. Tiber. in pract. libro primo.
capite 41. nu. 3. Marcheſ. de comm. par. 3. de comm. admiſſ.
ad ceſſion. bon. §. 1. nu. 33. Scacc. de commerc. §. 2. gl. 5.
nu. 304. Gilian. ad Statut. Peruſ. in d. verb. executio, nu. 13.
FenZon. ad Statut Vrb. cap. 193. nu. 34. Grattanus diſcept.
for. cap. 118 nu. 40. vbi de veriori. Ambroſ. dec. Peruſ. 2. n.
33. Rot. in Romana Pecuniaria 15. Iulij 1609. coram Card.
Marquemontio, penes Marcheſ. par. 1. fol. 874. nu. 3. & in
recent. d. dec. 122. nu. 17. & dec. 161. nu. 24. p. 6.* & † etiam 21
coram diuerſis Iudicibus, *Gratian. dicto cap. 18. nu.
40.* † atq; ſimul etiam ad capturam fidejuſſoris 22
procedere, *FenZon. ad Statut. Vrb. d. cap. 193 numer. 36.*
† niſi eſſent jam principalis debitoris bona de- 23
liberata, quia tunc per talem deliberationem
cenſeretur creditori ſatisfactum nec poſſet agi
contra fidejuſſorem, *Gaſp. Ant. Theſ. d. quæſt. 7. num. 8.*
† Dummodò tamen executio realis, & perſo- 24
nalis non fiat in eodem inſtanti ſimul, & ſemel,
ſed ordine ſucceſſiuo, *Marcheſ. de comm. par. 3.
de comm. admiſſ. ad ceſſ. bon. §. 1. nu. 33.* Quamuis † in 25
facultatibus Viſitæ Carceratorum Vrbis habeatur,
vt, ſi creditor habeat executionem realem,
& ſit ibi in bonis captis bene cautum,
poſſit debitor excarcerari, vt *in rubr. de facult. Viſitat.
Carcer. verſiculo tertio relaxare poſſint.*

Et eſt tritum, quod † in executiuis poteſt 26
creditor, vno relicto remedio, ſeu vna electa, &
incępta via, ad aliud, ſeu aliam, quovſq; ſibi ſatisfiat,
conuolare, *l. conſentaneum, vbi Bart. C. quom.
& quand. Iud. Petr. Peck. Ziric. de iur. ſiſten. c. 4. n. 15. Aſin.
de execut. §. 4. c. 69. n. 31. Gaſp. Anton. Theſ. d. q. 7. nu. 1. Borell.
in ſumm. deciſione d. tit. 32. numero 244. FenZon.
ad Statut. Vrb. dicto capit. 193. numer. 32. & ſeqq. Caputaq.
deciſione 50. numero 5. parte prima. Rot. recent.
dictâ dec. 122. numero 15. & 16. & dictâ deciſ. 161. num. 4.
& ſeqq.*

Digitized by Google

27 *& ſeqq. parte 6.* † & id maximè procedere vide-
tur, quia bona debitoris in ſolutum dari de-
beant vel vẽdi emptore reperto, ſi creditor vo-
28 luerit, *Aſin.vbi ſup.*& † cum minori difficultate,
ſi pars exequens viam elegerit alternatiuè, vt
poſſet ſequi, quam maluerit ad ſui libitum,
Borell.d.tit.32.nu.245. Caputaq.d.dec.50.nu.4.parte 1.

29 Proinde,quamuis creditor pro ſuâ ſecurita-
te pignus habeat, poteſt tamen etiam ſuper
alijs bonis exequutionem facere,*leg.4.§.ex con-
uentione. vbi Caſtr.nu.3. ff.de re iudic.Rot.in dict. Ro-
mana Pecuniaria 15.Iunij 1609.coram Cardin.Marque-
montio,penes Marcheſ.de comm. parte primâ folio 874.
30 nu.2.& poſt Mangil.de ſubbaſt.deciſ.1.nu.2.*Et, † ſi ha-
beat pignus, & fidejuſſorem, reſtituendo pi-
gnus debitori.vt illud vendere poſſit, ſibi non
præjudicat,quin ipſum fidejuſſorem conueni-
re valeat.*Mangil.de ſubbaſtat.quæſt.62.numero 11.&
31 12.* † niſi obligatio fidejuſſoris ſit reſtricta ad id,
quod minus ex pignore redigatur,*Mangil.dict.
32 quæſt.62.numer.13.* Atque, † licèt creditor habeat
bona debitoris ſequeſtrata, adhuc tamen id,
quod ſibi debetur,petere poteſt,& ad exequu-
tionem procedere, quia per ſequeſtrum non
dicitur ſequeſtranti de credito ſatisfactum,
*Aſin.de execut.§ 7.capite 268. num.10. Rot.recent.dict.
33 dec.122.nu.18.parte 6.* † ſtante maximè obligatio-
ne camerali *d.dec.122.n.19.* vbi,quod procedit ſi-
ne difficultate ex tritiſſimo, & vſitato ſtylo,
34 Provt † poteſt creditor variare, & mutare ſibi
cauſam pignoris,tam in conuentionali,& præ-
torio,quàm in judiciali,itavt etiam quod illud
acceperit pro vno credito, poſſit retinere pro
alio,*Mandell.conſ.220. nu.1.& ſeqq.li.2.*

35 Declar.3. † ſecus ſi prima pignora non ſuf-
ficiant,quia tunc, ſicutj creditor remanet reſi-
dui.*Rot.poſt Nigr.de ſubbaſta.dec.48.num.primo*, ita
poſſunt in exequutionem capi alia pignora,
*leg.à Diuo Pio, .ſi pignora.vbi notant Doct.ff.de re iu-
dic.Gaſp.Anton.Theſaur.dict.queſt.for.7.num.9. lib.pri-
36 mo.* † Debet enim pignus eſſe ſufficiens,alias ſi
bona capta non ſufficiant,quia plura tunc in-
uenta non fuerint, poſſunt alio tempore alia
capi pro ſupplemento, nec poterit imputari
Executori, quod fecerit per plura, quod pau-
cioribus expediri debebat, *Ant.Sol.ad decret. Sa-
baud.li.3.de form.& ord.in pignor.ſubhaſt.& deliberat.
37 bon.mobil.gloſſ.1. nu.21.* † licet in caſu ſecundæ,&
nouæ executionis, ex quo prima, ſeu illius re-
tractus non fuerit ſufficiens,non poſſit Execu-
tor nouam mercedem prætendere, ſed tenea-
tur denuò gratis, & toties idem mandatum
exequi,donec integrè creditori ſatisfiat,vt diſ-
ponit *Paul.V. in dict.reformat. tribun.Vrb.in rubr. de
Baronc.& Execut. verſ. quinimò.*

38 Provt, † ſi,vendito pignore,aliquid credi-
ti non ſoluti ſuperſit, ad illud creditori jus
remanet,& conſeruari debet,vt illud conſequi
poſſit,*Pract.Papien. in form.execut ſent. diffin. in gl.
ſapiens numero 20.verſ.amplius quæritur, Aſin.de exe-
cut. §.7.capite 300. numero* & à debitore ſupplen-
dum eſt, *Saluſt.Tiber. in praxi libro primo capite 58.
numero octauo ſub verſ.iam diximus, Mangill.de ſub-
haſta.qu.21.nu.16.*

39 Subdecl. † niſi creditor videns bona capta
non ſufficere, illis nihilominus acquieuerit,
Gaſp.Anton.Theſ.d.qu.7. in fin.libro primo.

SVMMARIA.

1 *Res pluris valoris,quàm ſit debitum, vendi poteſt per creditorem.*

2 *Exceſſus conſiderari non poteſt in bonis captis pro pignore iudiciali.*

3 *Iudex in executione vti debet regulato arbitrio.*

4 *Et venditionem decernere cum æquitate, & bonâ fide.*

5 *Res magni valoris pro paruo credito non debet in exequutionem capi,nec ſubhaſtari, & deliberari,vel adjudicari,& num.12.Decl.vt nu.6.Ampl. vt nu.13.14.& 15.Limit.vt num.21.22.23.& 27. Sublim.vt nu.28.& 29.*

7 *Alias debitor grauatur.*

8 *Et Iudex, vel Exequutor excedit modum in exequendo.*

9 *Et poteſt appellari.*

10 *Et venditio retractari, vti facta cum fraude, & malâ fide.*

11 *Fraus,& mala fides in diſtractione arguitur ex vilitate pretij,& paruitate debiti.*

16 *Creditori,capto pignore, ſatisfieri poteſt ex illius fructibus, quamuis hoc illi non ſit vtile: & nu.17.*

18 *Immiſſio in actione perſonali facienda eſt pro menſura tantùm debiti,Lim. vt num.21.22.23.& 27. Sublim.vt nu.28.& 29.*

19 *Vel in re,quæ valeat aliquid plus.*

20 *Mandati executiui forma.*

24 *Res tota majoris eſt æſtimationis,quam ſi in partes diuidatur.*

25 *Æſtimanda res eſt, provt valet vnita, non provt diuiſa,& nu.26.vbi exempla.*

30 *Cenſus dominus poteſt pro aliquibus fructibus totum fundum ſubhaſtare,& quare.*

31 *Debitor non retractat ſubhaſtationem magnæ rei pro paruo credito, ſi ab officiali requiſitus pignus ſtatim non obtulerit,vel dixerit non habere.*

32 *Vel eandem Executori,vel creditori dederit. Limit. vt nu.34.*

33 *Fraus non debet ejus auctori patrocinari.*

35 *Res plures habens pignoratas, ſi ex ſubhaſtatione, vel adjudicatione vnius poſſit ſatisfieri,& fortius ſi plus redigi,non debet ex æquitate diſtrahi alia, & nu. 36.*

37 *Alias poteſt dari de exceſſu.*

38 *Et ſubhaſtatio alterius eſt in totum vitioſa, & ita practicatur.*

39 *Nec diſtrahi debet res maxima, nec melior ſi poſſit vilior,& ſufficiat,& nu. 40.*

41 *Iudices in diſtractione pignorum moueri debent ex neceſſitate, & bonâ fide.*

42 *Neceſſitate,& bonâ fide ceſſante,decretum de ſubhaſtan.& deliberando dicitur claudicare.*

43 *Et creditor dicitur in dolo.*

44 *Et Officialis in malâ fide.*

45 *Et poteſt appellari ab exceſſu in exequendo.*

46 *Et venditio retractari.*

47 *Et creditor tenetur ad intereſſe.*

48 *Et adiudicatio nulla eſt.*

49 *Subhaſtatio facta de pluribus prædijs, cùm vnum ſufficeret,non dicitur nulla, ſed poteſt à grauamine appellari & nu.50.*

51 *Malâ fide ceſſante, eſt in arbitrio creditoris, quod ex pignoribus velit diſtrahere.*

Digitized by Google

52 *Res magna, quæ commodè diuidi non poteſt, poteſt tota ſubhaſtari,& precij reſiduum debitori tradi, & in caſu recuſationis deponi, vbi Limit.*

53 *Sed commodè diuiſibilis poteſt ſubhaſtari,& adjudicari pro rata,quam capit creditum cum expenſis, & gabella,ſi ea ſoluenda ſit.*

54 *Præſumi non debet, alia bona adfuiſſe, vel viliora ſeu rem pati commodam diuiſionem, ſed eſt probandum.*

55 *Res tota vendi poteſt ratione partis, & nu.56.57. & 58.vbi exempla.*

58 *Fiſcus ratione partis ad ſe ſpectantis totum vendere poteſt. Declar. vt numero 60. Ampl.vt numer.61.& 62.*

59 *Et ſocius non niſi ad ſuam ratam pretij recurſum habet.*

An magna res ſubhaſtari poſſit pro paruo credito, ſeu vna tantum ex pluribus ſit ſubhaſtanda,& vilior,ſi ſit ſufficiens Et an poſſit res tota vendi, ratione partis.

INSP. XXVIII.

1 ETſi † permittatur creditori vendere res
pluris valoris,quam ſit debitum,pro quo
venduntur,*l.fin.§.fin.C.de iur.domin.impetr.Gamm.*
2 *dec.40.nu.4.in fin.*& † non poſſit conſiderari ali-
quis exceſſus,quando ſunt capta bona pro pi-
gnore judiciali juxta ordinem *l.à Diuo Pio. §.ſi*
pignora,verſ.addicuntur,vbi gl.& DD.ff.de re iudic.&
l.ordo C.de execut.rei iudicatæ Buratt.dec.27.nu.2. At-
3 tamen, † dum Iudex exequitur, vti debet re-
gulato arbitrio,*Mangil.de ſubhaſt. qu.112.nu.22.*&
4 † concurrente æquitate, & bonâ fide moueri
debet in decernendo pignorum venditionem,
Mangil.de ſubhaſt. qu.186.nu.2.

5 Atque ideò † magni valoris res, ſeu pigno-
ra pro paruo credito capi,ſubhaſtari,& delibe-
rari,ſeu adjudicari non debent.*leg.magis puto,§.*
ne paſſim, ff.de reb.eor. & l.2. & l.ſi quos C.de reſcind.
ven.Peregr. de iur. Fiſc.libro 6.titulo 4. numero 6.verſ.
ſeptimo quod Carpan.ad Statut.Mediol.libro primo,ca-
pite 163.numero 42. Saluſt.Tiber.in praxi,A.C. libro 1.
capite 42.numero 15. vbi,quod hoc non ſemel de-
negari vidit. *Marcheſ.de comm.parte primâ de ap-*
pell.ab exceſſ.§.1. numer.4.in fin. Gluſian.de dat.in ſo-
lut.capite 6.numero 430.libro 2. FenZon.ad Statut.Vrb.
capite 195.numero 4.vbi de commun. & ſub numero 14.
littera G. Mangil.de euict.queſt.192.numero 44.& de
ſubhaſtat.queſt.17.numero primo, queſtione 112.nume-
ro 22.& queſt.186.numero 1. Antonell.conſ.27.num.3.
Gamm.deciſ.40.numero 5.verſ.tertia eſt. Caualer.deciſ.
229.numero ſexto,parte 7. Buratt.deciſ.627.numero 9.
vbi Add.littera A. Rot.poſt Nigr.de ſubhaſtatio. deciſ.6.
nu.14. † ſecus,ſi res non ſit tanti valoris,nec in
6 tantum excedat,vt dici poſſit intrare diſpoſi-
tionem *d.leg.magis puto,§.cum paſſim ff.de reb.eor.*†
7 aliàs debitor grauaretur, *Mangil.de ſubhaſtat.d.ci.*
queſt.17.nu.1.Antonell.d.conſ.27.num.3. † & diceretur
8 Iudex,ſeu Executor excedere modum in exe-
quendo, *Gluſian.de dat.in ſolut.capite 31.numer.430.*
libro ſecundo.Rot.poſt Nigr.de ſubhaſtat.dec.26.numero
quarto, † & poſſet appellari,*Gluſian.loco citat. An-*
9
tonell.d.conſil.27.numero tertio, † & venditio,& di- 10
ſtractio retractanda eſſet, nunquam facta cum
fraude,& malâ fide, *Gamm.d.dec.40.num.5.in fin.*† 11
quæ arguitur ex vtilitate pretij venditionis,
& paruitate debiti, *Gamm.d.dec.40.nu.6.* provt † 12
nec ad d.effectum debet immiſſio fieri, *Marcheſ.*
vbi ſup. numero 3. † præſertim in debitis Fiſcali- 13
bus,ne priuati debitores nimium in rebus ſuis
grauentur,*Peregr. loco citato,* & † vbi modicæ res 14
vendi poſſint, *FenZon.vbi ſup.* † vel creditori ex 15
fructibus rei, cujus ſubhaſtatio petitur, poſſit
infra breue tempus de ejus credito ſatisfieri,
Saluſt.Tiber loco citato.Vrſil.in verb.adjudicatio.conclu.
52.nu.43.Mangil.de ſubhaſt.queſt.161. nu.8.& 9.& qu.
200.nu.2.Buratt.d.dec.627.nu.10. † qui eſt aliter ex 16
modis,quibus creditori, captis pignoribus,po-
teſt ſatisfieri, vt ſcilicet pignus poſſideat, fru-
ctus colligat,& in debitum computet,*l.1.Cod.*
de diſtract.pign.Pract.Papien.in form.execut.ſent.diffin.
in gloſ.ſapiens,nu.20.in fin. † vbi,quod hoc non eſt 17
vtile creditori, *Pancirol.in pract. parte 3.verſ.vlti-*
mus eſt.Mangill.de ſubhaſtat. queſt.21. nu.14.

Sed † debet in actionibus perſonalibus fieri 18
tantùm miſſio pro menſura debiti, *leg.1. ff. ex*
quibus cauſ.in poſſeſſ.eat.auth. & qui iurat.Cod.de bon.
authorit.Iudic.poſſid. cap. quoniam frequenter,§.fin.vt
lit.non conteſt.Monterent.ad Statut.Bonon. libro 2.rubr.
de voc.in iur.& non ven.§.quia pronunciatione,in verb.
pro menſura,& §.vbi autem in verb.debitorem, Man-
gill.de ſubhaſtat.queſt.1.numero 12.& 13. † ſeu in re, 19
quæ valeat aliquid plus,*Monterent.in d.verb.quia*
pronunciatione. Vnde † ſolent expediri mandata 20
executiua ſub formula, Auferatur bono valo-
ris tot, apponendo ſcilicet valorem ipſius cre-
diti,*vt per Rot.recent.dec.185.in princ. parte 6.*

Quæ † tamen intelliguntur procedere 21
quando in patrimonio debitoris ſit prædium,
quod vendi poſſit vſque ad concurrentem
quantitatem crediti,ſeu debiti,*Mangil.d.queſt.17.*
numero 2.Gamm.d.dec.40.num.7.& 8. ſecus vbi Of-
ficialis capiat rem magni valoris pro paruo de-
bito, quia nullæ aliæ res apud debitorem in-
ueniantur,nam tunc non ob id poterit vendi-
tio pignoris ſic capti retractari, *Gamm.d.num.7.*
† Vel procedunt, quando prædia conjuncta 22
poſſunt commodè æquo pretio pro parte di-
ſtrahi,ſecus ſi pro parte vendi nequeant iuſto
pretio,nec aliunde æs alienum ſolui poſſit,*Pa-*
pon.de arreſt.li.18. tit.6.arreſt.16. Mangil.d.qu.17.nu.2.
† Res enim tota majoris eſt æſtimationis,quã, 23
ſi in partes diuidatur:*Mangill.ibid.nu.3.gloſ.in leg.*
Meuius §.fin.in verb.partes ff.comm. diuid. Atq; pro-
inde † res ęſtimanda eſt,provt valet vnita,non 24
provt valet diuiſa,*d.leg.Meuius §.fin.* Ita vt † non 25
poſſit ex vno prædio æſtimari Vinea tantùm,
ex alio Oliuetum, ſed totum prædium æſti-
mandum ſit,*Mangil.de ſubhaſt.queſt.200.nu.1. Vrſil.*
in verb.adiudicatio,concl.52.nu.43.

Et † non procedunt prędicta in obligatione 26
camerali, ſed in illius vim, ſicuti in qualibet
hypothecaria miſſio fieri poteſt indiſcreta in
omnibus bonis hypothecatis, quantumcumq;
debitæ ſummę valorẽ excedentibus,ita ex Cu-
rię vſu pro qualibet paruâ sũmâ fit immiſſio,&
deinde ſubhaſtatio bonorũ cujuſlib.magni pre-
tij ſub d hypotheca cõprehẽſorũ, & ex precio
ſatisfit creditori relicto reſiduo pro debitore,

Galleſ.

Digitized by Google

Galleſ.de oblig.camer.quæſt.37.numero 27.& 28.iuxta nouiſſ.impreſſ.cum Zacch. & in his terminis intelligi poteſt Gluſian.de dat.in ſolut.lib.2. c.6.num.431.

28 † Niſi agatur de re pupilli, Rot.poſt Nigr.de ſubhaſt.dec.4.n.5. iuncto n.1.

29 Quod quidem † humaniter etiam eſt intelligendum,vt id ſcilicet fiat cum minori,quàm fieri poſſit,jactura debitoris, Galleſſ.d.quæſt.37.ſub num. 28.

30 Dominus † etiam cenſus impoſiti ſuper domo, ſeu fundo poteſt pro aliquibus illius fructibus totam domum, ſeu fundum ſubhaſtare,tum quia res eſt particulariter pignorata, & obligata, & obligatio eſt indiuidua, tunc quia non debet dominus cenſus cogi in partes ſcindere jura ſui cenſus per alienationem ſolius partis, Mangil.de ſubhaſt.ut.quæſt.186.n.3. Rot.in Romana Nullitatis ſubhaſtationis 27.Iunij 1616. coram Pirouano poſt tract.dec.40. n.2.in fin.& n.3.

31 Prout † non eſt debitor audiendus,nec ſubhaſtatio facta de re magni valoris, pro paruo credito retractanda, quando ab Officiali requiſitus pignus ſtatim non obtulerit, vel di-
32 xerit non habere, Gamm. dec.40.nu.9. † Nec vbi idem rem eãdem Executori obtulerit, vel creditori dederit,quia tunc ſibimet imputare debet,& in fraudem executionis feciſſe videtur,
33 † quæ non debet ſibi patrocinari, Mangil.de ſub-
34 haſt.q.186.in fin.Gamm.d.dec.40 n.5. vbi,† niſi in oblatione pignorum dicat, illa pro ea parte offerre,per quam executioni ſatisfactum ſit.

35 Vbi quoq; † quis habeat plures res pignoratas, vel in executionem captas, ſi ex venditione, ſubhaſtatione, ſeu adjudicatione vnius rei,vel prædij, ſeu partis pignorum poſſit creditori ſatisfieri, & fortius ſi etiam aliquid plus redigi,debet ex æquitate illã,vel illud,ſeu pars pignotum vendi, & diſtrahi, non autem omnes,vel omnia, Neguſ.de pignor.parte 6. memb.1.numero 22.verſ.quinto limita,vbi de communi Galleſ. d.quæſt.37.num.28.Tepat.var.ſent.tit.417.capit.12.Vrſell. in verb.adjudicatio.concl.52.num.43.& 44.vbi etiam quod creditor haberet plura pignora cum facultate vendendi Mangil.de ſubhaſt. quæſt.200.nu.
36 1. & 4. † Nec Iudex aliter permittit, Galleſ.ibid.
37 † Aliàs poteſt dari de exceſſu, Rot.recent.dec.257.
38 in fin.parte 6. † & ſubhaſtatio alterius prædij eſt in totum vitioſa, nec poteſt in parte ſuſtineri, Rot.in Ariminen.Spolij 2.Iunij 1627.coram Merlino,poſt tract.dec.73.nu.7.& 8.vbi, quod ita etiam
39 praxis obſeruat. † Ne, vbi ſunt plures res pignoratæ, diſtrahi debet res maxima, nec melior,ſi vilior poſſit alienari,& ſufficiat, Neguſ.vbi ſup.Mangil.de ſubhaſt.quæſt.186.numer.2.& quæſt.200. num.4.Gamm.dict.dec.40.nu.8. Rot.in Romana Nullitatis ſubhaſtationis 27.Iunij 1616.coram Pirouano, poſt
40 tract.dec. 40.nu.2. † Debentq; creditores animaduertere,ne nimia cupiditate ducti res meliores, & pretioſiores ſibi adjudicari procurent, dum viliores extant, Aſin.de execut.§.7.capite 265.nume-
41 ro 1.cùm † neceſſitas,& bona fides in eum modum debeant concurrere,& mouere Iudices in permittendo venditionem pignorum, Rot.in d. Romana Nullitatis ſubhaſtationis, poſt tract. deciſ. 40.
42 nu.2. † quibus ceſſantibus,decretum de ſubhaſtando,& deliberando videretur claudicare, d.
43 dec.40.num.2. † diceretur creditor in dolo, Neguſ. dicta parte 6.memb.1. numero 28. verſ.5.limita. † & in 44
Officiali verſari mala fides, Gamm.d.dec.40.num. 8. † poſſetq; appellari tanquam ab exceſſu in 45
exequendo, Neguſ.loco citato,& ſentit Gamm.d.deciſio.40.ſub num 9. † & venditio retractari, Gamm. 46
ibid.numero 8. & † creditor teneretur ad inter- 47
eſſe, Neguſ.vbi ſup. † atq; adjudicatio nulla eſſet, 48
ſecundùm Aſin.de execut.§.7.cap.65. numer.1. † ſed, 49
quod tamẽ ſubhaſtatio facta de pluribus prædijs,cùm vnum ſufficeret, non dicatur nulla, ſed ſolùmmodo poſſit à grauamine appellari, tradit Rot.poſt noſtrum tract.mand. de manut.dec.255. numero 14.quæ eſt etiam parte 5.recent dec.248.numer. 15.& 16.& poſt Mangil.de ſubhaſt.dec.103.numero 14. † 50
nec,ſi Iudex arbitrio non bene vtatur,vitiatur executio, ſed pars grauata poteſt appellare ab exceſſu, Mangil.de ſubhaſt. quæſt.112.numero 23. vbi de communi.

At,† mala fides abſit,arbitrio creditoris re- 51
miſſum eſt, quibus ex pignoribus ſibi obligatis velit diſtractis ſibi ſatisfieri, Gamm.præfat.dec. 40. nu.8.

Cùm verò agatur de vnâ ſolâ re, † quę com- 52
modè diuidi non poſſit, vt putà domus,& creditum,vel debitum reſpectiuè ad ejus æſtimationem, vel precium non aſcendat, poteſt illa ſubhaſtari, & precium totius domus oblator offerre, vt ex eo primo creditori pro ſuo credito ſatisfiat,& reſiduum debitori reſtituatur,&, illo accipere recuſante,deponatur, Aſin de execut.§.4.capite 83.n.1. Antonell.conſ.81.nu.1.& 2. Mangil.de ſubhaſt.quæſt.58.n.7.vbi numer.ſeqq. limitat in jure patronatus,& quæſt.113. Sed, † ſi res com- 53
modè diuidi poſſit, nec oblator, ſeu creditor, ſi emptor repertus non fuerit, totam habere curet,poteſt in eâ tantùm rata,& portione fieri ſubhaſtatio, & oblatio, vel adjudicatio,quam capit creditum actoris cum expenſis, & gabella,quæ ſit ex Statuto ſoluenda, Aſin d. capite 83. numero 2.

Adfuiſſe † autem alia bona, vel viliora, ſeu 54
quod res, putà domus reciperet commodam diuiſionem non præſumitur,niſi probetur, Rot. in d.Romana Nullitatis ſubhaſtationis 27.Iunij 1616.coram Pirouano,poſt tract.dec.40.n.2.

Ratione partis † tota res vendi poteſt, Bart. 55
in leg.ſi neceſſarias,§.ſi vnus ff.de pignor.act.Tepat.var. ſent.tit.417.cap.11. Vnde, † ſi ceſſetur in ſolutio- 56
ne partis, ſeu reſidui, pignus venditur totum, vt,ſi vnus ex hæredibus debitoris partem ſuam ſoluerit,& alter non, dict.leg.ſi neceſſarias,§.ſi vnus, & leg.ſolutum,§.ſi creditori,de pignor.act.leg.ſi vnus ex multis C.de diſtract.pignor.leg.quamdiu,& ibi Bald.C. ſi vnus ex pluribus hæred.credit. Bertach.in verb.pignus alienatur. Rebuff.de præcon.licit.& ſubhaſt. art.1.gl.2. ſub num.5. Tepat.dicto titulo 417.capite 11. Prout † ſi 57
debitor ſoluere nolit,nec res hypothecata præſtari poſſit, quia ſit indiuiſibilis,& inſeparabilis ab aliâ non hypothecatâ, vt putà,quia ſint melioramenta, vt indemnitati creditoris ſuccurratur, & ad obuiandum fraudibus,ad licitationes in ſubſidium totius rei deuenitur, Mangil.de ſubhaſt.quæſtione 58.numero 6. Monac.deciſ. Bonon.56.n.8.& ſeqq.

Vt & † Fiſcus ratione partis ad ſe ſpectan- 58
tis poteſt vendere totum, leg.res.§.1.ff.de iur Fiſc. leg.1.C.comm.rer.alien. leg.1. C.de vend.rer. Fiſcal.cum

Digitized by Google

priuat.comm.li.10.Peregr.de iur.Fiſc.lib.6.tit.4. de vend.
59 *& emp.Fiſcal.nu.23.* † ſociuſque non niſi ad par-
tem pretij pro rata recurſum habet, *Peregr.ibid.*
60 ſed † eſt æquum, vt Fiſcus id faciat requiſito
61 conſorte, *Pereg. loco citato.* † Quod ampliatur,
etiam ſi Fiſcus modicam tantùm partem in re
62 habeat, *Pereg ibid.* † & etiam ſi res ſit diuidua,
modo Fiſci interſit, rem totam vendi reſpectu
majoris precij, *Peregr. vbi ſup. in prima Ampl.*

SVMMARIA.

1 *Pignoribus in manibus Curiæ exiſtentibus, Iudex illa venalia exponere ſuit.*

2 *Subhaſtationes, fieri debent ex decreto Iudicis, ſeu Superioris, de quo conſtet, alias nulliter proceditur. & nu. 3.*

3 *Facta non præſumitur.*

4 *Subhaſtationes factæ in die, qua ſunt decretæ, nullæ ſunt.*

5 *Pignora, & res ſub haſta poſitæ ſubhaſtantur & licitantur mediantibus bannimentis, vel edictis. & nu.6.*

7 *Edicta publica idem ſunt, quod banna, ſeu bannimenta.*

8 *Bannimenta ſeu ſubhaſtationes coram quibus fiant, & nu.9.10.12.& 13.*

11 *Subhaſtatio rei Vniuerſitatis loco ſolito in Officialium præſentia juſta, & legitima præſumitur.*

14 *Bannimenta, & edicta debent eſſe certa.*

15 *Claris litteris.*

16 *Palam, & publicè, & nu.17. alias dolus præſumeretur, ſi in angulo, vt nu.18.*

19 *Exprimi debent alta voce, & quare & nu.20.*

21 *Non ſecreto, & clandeſtinè, & quare, & numero 22. & 23.*

24 *Facienda ſunt ſermone patrio, vulgari, & ſecundum loci conſuetudinem, & quare, & numero 25.& 26.*

27 *Emittenda, & publicanda ſunt in loco publico, & euidenti, non remoto, & quare, & numer. 28. & 29.*

30 *Et in diuerſis locis, ſeu vno, vel pluribus pro conſuetudine, vel ſtylo, & nu.31.& 35.*

32 *Et eo loco, ſeu locis, vbi res ſitæ ſunt, vel in proximo, non in alieno, & quare, & numero 47.& 49.*

33 *Vel partim in loco rerum ſitarum, & partim in loco vicinioris mercati.*

34 *Vel in loco etiam habitationis eius, cujus ſunt res, præſertim ſi ſint pupilli, & n.50.*

36 *Et in foro publico, ac in proximo emporio, & foro.*

37 *Et in die fori territorij, & ad quem maximus populus poſſit accedere, & quare, n.38.*

39 *Fraus, & dolus ab Exequutore committi non debet.*

40 *Edicta affigi debent pro foribus tribunalis rei ſitæ, & quare, & n.41.*

42 *Alias omnia reuocantur, res cum fructibus debet reſtitui, & non præſumuntur ſeruata ſolemnia.*

43 *Nullitas ſubhaſtationis influit in omnes actus ſubſequentes.*

44 *Bannimenta quando, & in quibus locis fiant in Curia Capitolij Vrbis Peruſiæ, & Maceratæ, & nu.45.& 46.*

51 *Bannimenta non ſunt facienda ſuper ipſo fundo, & re capta, & inclamata, ſed in Ciuitate, & loco vicino, & conſueto, & in locis, vbi frequentes homines conuenire ſolent, vt id ad populi notitiam deueniat, & nu.53.*

52 *Bannimenta, & edicta publicari debent & affigi ad fores Eccleſiæ, ſi id Statutum, vel conſuetudo diſponat, alias addictio, & adjudicatio nulla eſt, & nu. 54.*

55 *Subhaſtatio fit in quadriuijs ſono tubæ juxta Statuta loci ſolutionis, ſeu contractus: ſed contrarium firmatur, nu.59.*

56 *Statuta loci contractus ſeruantur in deciſorijs, & Statuta loci judicij in ſolemnitatibus, & ordinatorijs, & nu.65.*

57 *Bannimenta fiunt, vt perueniant ad aures emere volentium, & creditorum, & n.58.& 76.*

59 *Scientia bannimentorum, & edictorum in præſente præſumitur.*

60 *Præſentia in loco domicilij præſumitur, niſi probetur abſentia.*

61 *Abſens quoque poteſt proclamata ſcire.*

62 *Subhaſtationes publicæ & proclamata, vel edicta omnibus innoteſcunt, Ampl. vt n.63.*

64 *Abſenti creditur cum juramento, quod proclamata ignorauerit.*

65 *Ignoranti datur in integrum reſtitutio.*

66 *Bannimenta, loco publico Ciuitatis peſte impedito, fieri, & multiplicari debent in loco proximo.*

67 *Pignora mobilia ſi debitor velit ad alium locum aſportari, vt carius vendantur, id eius ſumptibus faciendum eſt.*

68 *Statutum loci venditionis ad haſtamne, an contractus quoad lucrum ratæ rei, quæ venditur, attendatur.*

69 *Pignora mobilia ſubhaſtanda ſi aſportari non poſſint, affigitur ſcedula.*

70 *Res plures diſtrahendæ proclamari debent, & vendi ſeparatim, & quare, & nu.71.*

72 *Bannimenta, ſubhaſtationes, & edicta à quibus proferri debeant, & nu.73.& ſeqq.*

74 *Subhaſtationum loco vox Præconis ſatis eſt.*

76 *Præco quomodo proclamet.*

79 *Edicta, vel ſchedulæ æquipollent voci Præconis.*

80 *Tubæ, vel Campanæ ſonus ſufficit in venditionibus, vel locationibus, ſi talis ſit in loco conſuetudo.*

81 *Subhaſtationis forma, & numero 82.86.88.89.90.93. & 94.*

83 *Forma præconiorum non datur à jure in ſubhaſtatione rerum priuatarum.*

84 *Doctores pauci ſcripſerunt de forma licitationum, conductionum, & qui.*

85 *Verba, finito ſarà l'incanto, quomodo intelligantur.*

87 *Incertitudo, & nullitas eſt euitanda.*

91 *Falſa expreſſio in edictis, vel bannimentis quando vitiet, vel non.*

92 *Forma ſubhaſtationis in Francia.*

94 *Lucra, & auuãtaggia an poſſint in prouentibus publicis, gabellis, & vectigalibus vendendis, vel locandis dari, & quare, & de aliquibus locis, in quibus dantur, & nu. ſeqq.*

99 *Feriatis diebus an, & quomodo fieri poſſint ſubhaſtationes, & incantus, & n.100.101.& 102.*

103 *Et an, & quando capi poſſit poſſeſſio, & numer.104. 105. & 106.*

107 *Relatio*

107 *Relatio facienda de factis bannimentis, & praeconijs,& n.108.& 109.*
110 *Subhaſtatio nulla eſt, ſi proclamata facta ſint in die contractus, & non ante.*
111 *Praeconi, & Nuncio creditur de factis bannimentis, & quare, Ampl.vt numero 112.Contrarium num. 113. Decl.vt nu.114.*
115 *Iudex in instrumento venditionis debet mentionem facere de proclamate facto in alienâ iuriſdictione.*

De ipſis Subhaſtationibus, Praeconijs, Incantis, Bannimentis, & Edictis, ac diligentiis faciendis pro venditione Pignorum. & rerum ſubhaſtandarum.

INSP. XXIX.

1 PIgnoribus † in manibus Curiae exiſtenti-
bus, Iudex illa venalia facit exponere, *Pra.*
Papien.in form. execut.ſent. diffin.in gloſ.ſapiens,ſub nu-
mero 20.verſ.amplius quaeritur.Rot.recent.deciſ.411.nu-
2 *mero 10. parte 5.* † Debent enim ſubhaſtationes
fieri de ordine, atq; mandato, & decreto Iudi-
cis,ſeu Superioris,alias nulliter agitur, *Mangil.*
de ſubb quaeſt.49. numero 8.& quaeſt.69.numero 10. Ma-
3 *gon.deciſ.Florent.132.num 10.*& † debet de illo con-
ſtare, cùm tanquam quid facti non praeſuma-
4 tur, *Borell.conſ.65. num.70.* ac † nullae eſſent factae
eadem die,qua ipſum decretum interpoſitum
fuiſſet, *Borell.ibid.*

Pignoribúſq; ſeu alijs rebus ſub haſta poſi-
5 tis † deuenitur deinde ad eorum ſubhaſtatio-
nes, & licitationes, *Seraph.de priuil. iuram.priuil.*
45.n.2.Ant.Sol.ad decret. Sabaud.lib.3.de form.ac ord.
proceden. in pignorat.ſubhaſt. & deliber.bon.mob.gloſ.1.
6 *n.25.Franc.Ant.de liquid.inſtrum.nu.44.* † ſeu banni-
menta,vel edicta, *Rot.recent.dec.391.n.1.parte 3.*cùm
7 † edicta publica idem ſint, quod banna, ſeu
bannimenta, *Iodoc.ſubhaſt.c.5.n.13.*

8 Debéntque † praeconia, & bannimenta,ſeu
ſubhaſtationes fieri coram Officialibus,vel Iu-
dicibus, *Mangil.de ſubhaſtatio.quaeſt.36.numero primo*
9 † & quidem coram Officialibus,atque Iudici-
bus, ad quos pertinet haec cognitio, non co-
ram alijs, *leg.fin.vbi Bald.Cod. vectigal.nou.inſt.non*
poſſ. Aſin.de execut. §. 6. capite primo numero 19. &
cap.13.num.1.Papon.de arr.lib.18. tit 6.art.8. verſ.ſuper
eo. in append. Gluſian.de dat. in ſolut.capite 4.nume-
ro 77.

10 Vnde † ſubhaſtatio vectigalium, gabella-
rum, & rerum Communis fieri debet praeſen-
tibus Officialibus,ſeu Magiſtralibus Commu-
nis,& ita obſeruatur in practica, *dict.leg.fin.vbi*
Bald.C.vectig.nou.inſt.non poſſ.Bertach.de gabell.p.2,n.
11 *17.* † Subhaſtatióq; facta de re Vniuerſitatis in
loco ſolito,in praeſentiâ Officialium operatur,
vt acta juſtè,& legitimè facta praeſumantur, *l.1.*
C.de loc.praedior.Vrban.li.10.Iodoc.de ſubhaſt.cap.3.n.18.
12 *Alex.Rauden.conſ.50.num.365.li 1.* † Et in Fiſcalibus
facienda eſt venditio praeſente Fiſci Procura-
tore,ſeu Camerae Commiſſario, *Pereg.de iur.Fiſc.*
libro 6.titulo 4. num.5.Perſon.conſ.35.num.7. verſi.item
debet. vbi,quod in Dominio Veneto fit cum aſ-
13 ſiſtentia Camerarij, † Pignuſq; ſubhaſtandum
exponi debet ſub manu Praetoris auctioni,
Rot.poſt noſtrum tract.mand.de manut.dec.323.num.10.
Atque † debent bannimenta,& proclama- 14
tiones,& edicta eſſe certa, *Tepat.var.ſent.titul.417.*
de diſtract. pignor. capite primo, & † claris litteris, 15
Gluſian.de dat.in ſolut.capite 4 num.77. † & fieri pa- 16
làm,& publicè, *Iodoc.de ſubhaſt.capite 3.num.4.& 38.*
Aſin.de execut.§.6.capite primo,num.16.& cap.30.nu.1.
BertaZol.clauſ. 10.gloſ.2.numer.7. cùm † palam,& 17
publicè fiat ſubhaſtatio, *Mangil.de ſubbaſt.quaeſt.*
194.num.3.Buratt.dec.184. nu.4. † aliàs dolus prae- 18
ſumeretur ex licitatione, & bannimento in
angulo, *Gluſian.de dat.in ſolut.cap.38. num.317.* † ac 19
exprimi debent altâ voce, *Iodoc.de ſubbaſt.cap.5.*
num.6.Aſin de execut.§.6. cap.40.nu.2. & cap.41.nu.1.
† ad fraudes euitandas, *Iodoc.de ſubbaſt.cap.3 nu.15.* 20
in fin.Aſin.de execut.dicto §.6. cap.1. nu.16. † non au- 21
tem ſecretò & clandeſtinè, *Iodoc.dicto cap.3.ſub nu.*
15.& 38.Papon de arreſt.li.18.titulo 6. arreſt.8. verſic.ſu-
per eo in append. † ita vt nec creditores cognitio- 22
nem habeant locorum, in quibus fiant, vt ſeſe
opponere poſſint,nec,qui velint licitare,id fa-
cere valeant, & proinde diſtractiones vili pre-
cio fiant,& creditores ſuo fruſtrentur, *Papon.lo-* 23
co cit. Venit enim notitia licitationis ad offeren-
tes mediante prouiſione facientis eam fieri,
Corn.conſ.26. n.4.li.3.

Vtq; faciliùs bannimenta, & edicta perci- 24
piantur,facienda ſunt ſermone patrio, *Tepat.*
var.ſent. dicto tit.417. cap.8. † atq; vulgari *Aſin.de* 25
execut.dicto §.6.cap.33.in princ.& cap.39. nu.1. Briſſon.
de formul.& ſolemnib.Popul.Romana verb.li.6.fol.mi-
hi 570.Papon.de arreſt.li.18.tit.6.arreſt.26.col.2.& † ſe- 26
cundùm loci conſuetudinem, *leg.ſed & ſi pupil-*
lus,§.de quo palam.ff.de inſtit.act.

Illáq; † emittenda, & publicanda ſunt in 27
loco publico, *Iodoc. de ſubbaſt. d. cap.3.ſub num.2.&*
15.& cap.5.nu.6.Bertach.de Gabell.d.par.2.nu.19.Ber-
taZol.d.clauſ.10.gloſ.2.nu.7.Mangil.de ſubh. quaeſt.24.
ſub n.13. † & euidenti,non remoto, *dict.leg.ſed &* 28
ſi pupillus, §.de quo palam,ff.de inſtitut.act. † ne pa- 29
riter fraus interueniſſe praeſumatur, *Iodoc.d.c.3.*
nu.15.in fin.& quidem † in diuerſis locis, *Magon.* 30
dec.Florent. 132.nu.10. † ſeu vno, vel pluribus pro 31
conſuetudine,vſu,vel ſtylo, *Bertach.vbi ſup.Man-*
gill.de ſubhaſt.num.13.& quaeſt.69.nu.10. † & eo loci, 32
aut contrata,vbi res ſitae ſunt, *Rebuff.de praecon.li-*
cit.& ſubhaſt.art.1.gloſ.2.n.6.& art.7.gloſ.1.n.5. Iodoc.
de ſubhaſt.dicto cap.3.ſub nu.2. BertaZol.dicta clauſ.10.
gl.2.nu.7.Gluſian.de dat.in ſolut.cap.15. nu.226.& 229.
vel in proximo, *Rebuff.dict.ar.17.nu.5.* † vel partim 33
vbi res ſitae ſunt, & partim in loco viciniori s
mercati, *Ant.Sol.ad decret.Sabaud.li.3.de form.ac ord.*
obſeru.in pignor.ſubhaſt.ac deliber.bon.ſtabil.gl.1.nu-
mero 14. † vel in loco habitationis ejus, cujus 34
ſunt res,quae incantantur, *Bertaz.dict.clauſ.10.*
gloſ.2.num.7. † atque in locis conſuetis, & ſoli- 35
tis, *Iodoc.de ſubhaſt.dicto cap.3.nu.2. Rebuff.dicto tra-*
ctat.de praecon.licit.& ſubhaſt.art.1.gl.2.num.8. Aſin.de
execut.dicto §.6.cap 13.nu.1.Pereg.de iur.Fiſc.li.6.tit.4.
nu.5.verſic.in partibus autem.Gluſian.de dat.in ſolut.ca.
4.nu.77. † & in foro publico, *Rebuff.& Pereg.loco* 36
*citato,*ac in proximo emptorio, *Papon.de arr.li.18.*
*tit.6.arreſt.*atq; foro, *Tepat.var.ſent.tit.417.ca.8.* & in 37
die fori territorij, *Iodoc.d.c.3. n.2.*& ad quam ma-
xima fieri poſſit populi affluentia, *Iodoc.ibid.* † 38
ne ſimiliter fraus,& dolus in hujuſmodi ſub-

Digitized by Google

39 haſtatione præſumantur, † quæ ab Executo-
40 re committi minimè debent, Iodoc. loco cit. † Edi-
ctiq; affigi debent pro foribus tribunalis ter-
ritorij, cui ſubſunt prædia, Iodoc. de ſubhaſt. d. ca. 3.
41 n. 13. cùm † fores tribunalis dicantur locus pu-
blicus, in quo talia ſunt exercenda, Iodoc. ibid. n.
42 15. & † hæc ſit vna ex ſolennitatibus, cujus de-
fectus ſi interceſſerit, quidquid actum fuit re-
uocatur, Iodoc. eod n. 15. & res cum fructibus reſti-
tuitur, Iodoc. ibid nec præſumuntur ſeruata ſo-
43 lennia, Iodoc. loco cit. † & vbi ſubhaſtatio eſt in-
ualida, illius vitium in omnes actus ſequentes
ita influit, vt deueniri non poſſit ad aliquam
deliberationem, Mangil. de ſubhaſt. qu. 52. nu. 1.

44 Quare † in Curia Capitolij Vrbis ſit pro-
clama hora juridicâ in foro, & per plateas, &
locis ſolitis, & conſuetis, Luc. Pet. in pract. lib. 8. cap.
2. numero 32. in fin. Scacc. de iudic. li. primo, cap. 97. nu-
45 mero 32. † Peruſiæ bannimenta fiunt, dum jus
redditur ante portam tribunalis Iudicantis,
juxta Statut. Peruſin. li. 2. rub. 29. §. ſi vero placuerit, &
46 † Maceratæ in Curia generali ad bancum ju-
ris, pariter, dum Iudex ſedet.

47 Et, † ſi in pluribus locis res ſitæ ſint, in quo-
libet loco ipſa banna, & edicta emittenda, &
publicanda ſunt, Rebuff. de præcon. licit. & ſubhaſt.
48 art. 7. gl. 1. numero 5. † cùm veriſimile ſit, quod ibi
faciliùs inueniantur emptores, quam alibi pro-
pter affectionem vicinorum, quia ſæpe con-
fines fundos, etiam ſupra juſtam æſtimatio-
nem, noſtra intereſt acquirere, Rebuff. vbi ſupra ar-
tic. 1 gloſ. 2. numero ſexto Ant. Sol. ad decret. Sabaud. lib. 3.
de form. ac ord. obſeru. in pignorat. ſubhaſtat. & delibe-
49 rat. bon. ſtabil gl. 1. numero 13. † non autem ſubha-
ſtationes fieri debent in alieno loco, Gluſian. de
dat. in ſolut. cap. 15. numero 226.

50 Et quod † in rebus pupilli optimum ſit
conſiderandum, vt eæ præconizentur tam in
contrata, vbi res ſitæ ſunt, quàm vbi ille inha-
bitat, tradit Berta Zol. d. clauſ. 10. gloſ. 2. n. 7.

51 Non † tamen propterea inclamationes fa-
ciendæ ſunt ſuper ipſo fundo, vel re capta, &
inclamata, ſed in Ciuitate, & loco proximo,
ſeu vicino, & conſueto, & in locis frequentio-
ribus Ciuitatis, ſeu vbi frequentes homines
conuenire ſolent, Rebuff. de præcon. licit. & ſubhaſt.
art. 1. gloſſ. 2. n. 7. Gluſian. de dat. in ſolut. cap. 15. nu. 226.
52 † vel ad fores Eccleſię provt ibidē edicta ſunt
affigenda, ſi ita Statutum, vel conſuetudo diſ-
ponat, Ant. Sol. ad decret. Sabaud. li. 3. de form. ac ord.
obſeru. in pignor. ſubhaſt. & deliberat. bon. ſtabil. gloſ. 1. n.
53 14. † vt id in populi notitiam venire poſſit, Re-
54 buff. loco citato † aliàs, ſi programmata januæ Ec-
cleſiæ loci affigi creditor non curaſſet, vel ibi-
dem inclamationes fieri, addictio nulla eſſet,
55 Papon. de arreſt. li. 17. tit. 6. arr. 40. † Fitq; ſubhaſta-
tio in quadriuijs ſono tubatoris juxta Statuta
56 loci ſolutionis, ſeu contractus, cùm † in deci-
ſorijs ſeruentur Statuta loci contractus, & quo-
ad ſolennitates, & in ordinatorijs Statuta loci,
vbi lis eſt, & judicium, vt ſentit Gluſian. de dat. in
ſolut. c. 15. nu. 226. & 228. li. 1. Sed tamen, quia ſubha-
ſtatio in quadriuijs ſono tubæ non videtur
concernere deciſoria, ſed potiùs ordinatoria, &
vnuſquiſq; Iudex in executionibus, & ſubha-
ſtationibus ſeruare debet ſuum ſtylum, con-
ſuetudinem, & Statutum, vt habuimus ſupra Inſp.
24. numero 23. & ſequentibus non videtur in hoc
Gluſianus attendendus.

Fit † verò licitatio ad eum finem, vt perue- 57
niat ad aures volentium emere mediante vo-
ce Præconis, Corn. conſ. 29. num. 4. lib. 3. ac † eſt ne- 58
ceſſe, vt ad omnium etiam creditorum noti-
tiam perueniat, Aſin. de execut. §. 6. cap. 33. in princ.
† Sed ſcientia præſumitur in præſente in lo- 59
co ratione cridarum, ſeu bannimentorum, &
edictorum, provt † præſumitur præſentia in 60
loco domicilij, niſi probetur abſentia, Mangil. de
ſubhaſt. queſt 65. num. 8. & ſeqq. Monac. dec. Florent. 7.
nu. 20. & ſeqq. Giurb. dec. 62. nu. 13. Duran. dec. 364. n. 14.
& Add. ad Buratt. dec. 927. num. 7. Immo & † abſens 61
poteſt proclamata ſcire, Mangil. d. queſt. 65. nu. 12.
Cùm † ſubhaſtationes publicæ, & proclama- 62
ta, ſeu edicta omnibus innoteſcant, nec ignora-
ri poſſint, Rip. in leg. 1 §. ſi hæres, num. 22. in fin. ff. ad
Trebell. Surd. conſ. 405. num. 11. Buratt. dec. 184. numer. 4.
Ideóq; † ex illis omnes prætendentes jus ſiue 63
hypothecæ, ſiue alterius, nulla excuſatione vti
poſſint, quod ea non viderint, non intellexe-
rint, nec legere potuerin, leg. ſed & ſi pupillus, §. de
quo palam, ff. de inſtitut. act. Papon. de arreſt. lib. 18. ti-
tul. 6. arreſt. 29. colum. 4. Tepat. var. ſent. tit. 417. capite 15.
ſed tamen † abſenti creditur cum juramentò, 64
quod proclamata ignorauerit, Mangill. dictâ
quæſtione 65. numero 6. &, † vbi reverà adſit igno- 65
rantia, datur in integtum reſtitutio, Mangil. di-
ctâ queſt. 65. nu. 13.

Quod, † ſi locus publicus Ciuitatis eſſet pe- 66
ſte impeditus, fieri debent pręconia, & quidem
multiplicari in alio proximo loco, Rebuff. de
præcon. licit. & ſubhaſt. art. 1. gloſ. 2. num. 7. Mangil. de
ſubhaſt. q. 25. n. 14.

Siq; † is, ad quem res mobiles ſubhaſtan- 67
dæ pertinent, eas transferre petierit ad cele-
brius emptorium alterius celebrioris Ciuita-
tis, vt pluris veneant, ejus ſumptibus eſt au-
diendus, & proclamationes ſunt faciendæ, Pa-
pon. de arreſt. d. li. 18. tit. 6. arreſt. 12. Tepat. var. ſent. titulo
41. cap. 8. † Sed bona, quæ alibi venderentur, nō 68
eſſent vendenda detracta, putà tertiâ parte ve-
ri prętij juxta Statutum illius loci, vbi in loco
contractus aliud eſſet, tanquam id concernat
deciſoria, Gluſian. de dat. in ſolut. cap. 15. n. 228.

Quemadmodum † vbi pignora mobilia 69
ſubhaſtanda aſportari non poſſint, affigitur
ſchedula cum qualitate, & quantitate bono-
rum, & Notatij nomine, Luc. Pet. in pract. li. 8. cap.
2. num. 27.

Cùm † res plures diſtrahuntur, debent illæ 70
proclamari, & vendi ſeparatim, Papon. de arreſt.
li. 18. tit. 6. arreſt. 16. Tepat. var. ſent. tit. 417. capite vndeci-
mo, nam † vnus fundum quendam forſan ha- 71
bere nollet, & quilibet affectat eum, qui ſibi
confinis eſt, Papon. ibid.

Proferuntur † autem proclamata, banna, at- 72
que edicta ex diſpoſitione juris communis, ac
conſuetudine ab ijs, qui ad hujuſmodi officiū
adſcripti, & deputati ſunt, Aſin. de execut. §. 6. cap.
34. † & ſic à Præconibus, & Nuncijs publicis, 73
Aſin. dicto §. 6. cap. 34. numero 3. capite 40. numero 2. &
cap. 41. num. 1. cum † ſubhaſtationum loco vox 74
Pręconis ſatis ſit, Gratianus diſcept for. 479. nu. 4. &
† leges de ſubhaſtationibus loquentes dicant, 75
eas voce præconis faciendas eſſe, Munnoz de ra-
tioc in.

Digitized by Google

76 *tiocin.adminiſtr.cap.16.num.20.*& † licitum ſit Præconi ſono tubæ proclamare,ſi tuba ſit,aut voce horrida , vel alias pro loci conſuetudine , vel Statuto,vt ſciant omnes,& intelligant, *Iodoc.de ſubh.cap.3.num.2.& 4.Gluſian.de dat.in ſolut.lib.1.cap.*
77 *15.numer.226.* † non autem ab aliis,*Aſin.d.cap.34. numer.4.* & de materia Præconis *vide etiam ſupra Inſp.1.*

78 Sed tamen † in locis , & oppidis in quibus non eſt Præco,ſufficit,quod venditiones vel locationes fiant præcedentibus ſchedulis in locis
79 publicis appoſitis, quia † iſta ſolennitas edicti; vel ſchedulæ ęquipollet voci Præconis,vbi alias res erat præconizanda, *Munnoz.d.cap.16.num.20. Grat.d.cap.479.nu.4. Mangil. de ſubhaſt.qu.25.num.9.*

80 Sique † conſuetudo ſit, vt ad ſonum tubæ, vel campanæ, venditiones, vel locationes publicentur,hanc conſuetudinem obſeruare ſufficit, *Munnoz.d.cap.16.nu.22.Mangil.d qu. 25.n.10.& 11.*

81 Forma † ſubhaſtationis eſt , vt publice fiat notum voce Præconis,vel edicto,quod,quicunque vult emere, vel conducere talem rem, veniat infra tot dies coram tali loco ad promittendum , & verum rei valorem licitandum, & plus offerenti dabitur , ſeu , quod talis fundus, vel domus Seij, ſita inter tales confines distrahi,& vendi debet tali pretio,& ideo,ſi quis vult emere,& plus offerre, compareat,& plus offerenti dabitur,*auth.hoc ius porrectum, C.de Sacroſ.Eccleſ.l.1.Co.l.de fid.inſtrum.& iur.haſt.Fiſcal.lib.10. Fabian.de Mont.de empt.& vend.quæſt.5.in rubr.ſubhaſt. mater.num.92.Iodoc.de ſubhaſt.cap.3.ſub nu.4.& cap. 4.num.5.Bertach.de gabell.par. 2.numer.19.Simoncell.de decret.lib.1.titul.1.numer.65. Aſin.de execut.§.6.capit.1. num.17.& 24.Mangil.de ſubhaſt.quæſt.25.num.3.& 7. & ſentit.Briſſon.de formul.& ſolennib. Popul. Roman.*
82 *verb.lib.6.fol.mihi 570.*&, quod † hæc ſit forma in venditione, vel locatione vectigalium , pedagiorum, vel gabellæ, tradit *Ant.Boid.in rubr.nou. vectigal.imp.non poſſ.num.55.*

83 In venditione , † & locatione rerum priuatorum nullibi eſt data forma præconiorum, *MunnoZ.de ratioc.adminiſtr.cap.16.num.8.*

84 Vt etiam † pauci Doctores de forma licitationum conductionum ſcripſerunt , vt tradit *Papon.de arreſt.lib.13.tit.9.de vectigal.conduct.& licit. arr.1.vbi,quod ſcripſit Bart. in leg.licitatio ff. de public. & in l.ſtipulatio.Cod. de fid.inſtrum.& iur.haſt.Fiſcal. lib.10.& alij in auth.hoc ius porrectum,C.de ſacroſ. Eccleſ. & nonnullos indicat Fenzon. ad Statut. Vrb. cap. 194.num.49.*

85 Vbi vero † in edictis, ſeu bannimentis adeſſent verba,*finito ſarà l'incanto,* ea intelligerentur præciſe, hoc eſt ſtatim, ſeu paulo poſt finitum, non autem quandocunque poſt, *Mandell. conſ. 747.num.1.lib.3.*

86 In pignoribus † autem debet in præconiis, & edictis declarari, ad cuius petitionem bona capta ſint & cuius ſint, & pro qua ſumma, & vbi ſita, ac eorum qualitates, & quantitates, ſunt exprimendæ.*Rebuff.de præcon.licit.& ſubhaſt.in præf.num.9. Iodoc.de ſubhaſt.cap.3.numer.4. & cap.4. numero 19. Mangil.de ſubhaſtat.quæſt.160.num.1.* cum ſuis confinibus,& lateribus,*Iodoc.dict.cap.4.numero 19. Papon. de arreſt.lib.18.tit.6.arr.29 colum.3.in fin. Mangil.dict.qu.160.nu.1.* ſaltem duobus, *Rebuff.loc.*
87 *cit.* † ne in incertitudinem , vel aliquam aliam exceptionem, ſeu nullitatem incidatur, *Mangil. d.qu.160.num.2.*

Et quod † generaliter in ſubhaſtationibus 88
debeat,ac ſoleat exprimi qualitas rei,& quantitas reditus, ſi certo ſciri poſſit, ne ſub nomine ſubhaſtationis publicæ fraudibus locus relinquatur, tradit *Peregr.de iur.Fiſc.lib.6.tit.4.nu.5.verſ. quinto requiritur.* † provt,quod per earum quanti- 89
tates,qualitates,loca,latera, & fines ſpecificari, & terminari debeant immobilia per ſubhaſtationem vendenda , vel adiudicanda , ſeu quæ tunc venduntur, vel adiudicantur, & vt ſubhaſtatio ſuum operetur effectum , firmet contractum , eique perpetuo robur attribuat, aſſerit *Mangil.de ſubh.qu.22.n.4.& qu.100.nu.1.& 2.*

Nunciareque † debet Apparitor,ſeu Præco, 90
quod,ſi fuerit aliquis volens offerre,vel opponere, veniat ad eum , & ipſe eos recipiet, & in fine, hoc eſſe pro primo præconio,& nunciabit diem ſecundi,tertij,& quarti,ſi tot requirantur, *Rebuff.d.tract.de præcon.licitat. & ſubh.in præf.n.19.*

Expreſſio † tamen falſa in edictis,ſeu banni- 91
mentis facta non vitiat , ſi contineat ſolum æquiuocum qualitatis extrinſecæ,vt quod ſubhaſtatio fiat pro debito alterius, quam veri debitoris, & conſtet de voluntate, & poteſtate, ſed ſecus, ſi æquiuocum verſetur circa cauſam finalem, ſuper qua fundatum eſſet, *Rot.recent.deciſ.36. nu.48.49.& 50.par.5.*

Formam † ſubhaſtationum in Francia ha- 92
bes per *Papon.de arreſt.dict.lib.18.tit.6.arr.8.& in append.eiuſd.& arr.29.col.1.*

Eſtque † in vſu aliquo in loco huiuſmodi li- 93
citationis modus,ſeu forma, vt ſcilicet prouentus publicus , ſeu vectigal , & gabella venalis certo quodam pretio proponatur,vt puta mille aureis, eo addito,vt ille, qui plus obtulerit pro quolibet aureo , vltra pretium conſtitutum, oblatum ſubhaſtationis nomine conſequatur, *Aſin.de execut.§.6.cap.9.nu.1.Mangil.de ſubhaſt.qu.25. num.7.& qu.133.in fin.* † Vel,vt ille,qui obtulerit, 94
aut poſuerit prouentum, vel gabellam, aut vectigal ad d. ſummam in ſubhaſtatione lucretur centum aureos,*Ferrett.de gabell.nu.276.* † quod ea 95
potiſſimum de cauſa fieri videtur, vt licitantes fiant promptiores , & animoſiores ad offerendum,& licitatio creſcat in commodum,& vtilitatem Communitatis,ſeu Fiſci, *Aſin.loc.cit.Mangil. d.qu.25.nu.7.& qu.133.in fin.* vbi, quod huiuſmodi ſtylus eſt Genuæ,& ego addo Bononiæ,& Maceratæ. † Cum poſſint ad ſubhaſtandum depu- 96
tati, & adminiſtratores redituum Reipublicæ huiuſmodi auuantaggia dare,quando id expedit pro communi vtilitate, *Ferret.vbi ſup.Mangil. de ſubhaſt.quæſt.87.n.10.& ſeqq.* in remunerationem laboris,& periculi,cui exponitur conductor,& licitator,*Mangil.d.qu.87.nu.11.* † non ſecus ac poſ- 97
ſunt promittere,& paciſci,vt introitus habeantur,*Ferret.de gabell.d.n.270.* † ſi tamen ceſſet fraus, 98
Mangil.de ſubh.d.qu.87.nu.12.

Diebus † Solis,finita Miſſa Parochiali,bonũ 99
eſt,præconia, & ſubhaſtationes publicare, nam quamvis his dieb.actus iudiciales fieri non debeant,attamen ob æquitatem, quæ ſubeſt,vt in iis omnia exacte obſeruentur, & , vt omnibus rem talem ſubhaſtari,& per Iudicem vendi,notum,& manifeſtum fiat,commodum eſſe com-

Digitized by Google

pertum fuit, diem Solis rei huic impendere, quo Miſſæ audiendæ cauſa in vnum locum omnes frequentiores conueniunt, quam in foro, in quo quam plures non comparent eo, quod neque venditum, neque emendum quid habeat, *Papon. de arreſt. lib. 18. arr. 6. arr. 17. in fin.*

100 Sed † hoc procedit, quando ſubhaſtationes, & præconia fiunt in Pago, Villis, vel Caſtris, nam tunc ſecundum locorum conſuetudines, & Curiarum ſtylum fiunt die Dominico, vel Feſtiuo ante portam Eccleſiæ Parochialis poſt exitum Miſſæ, quia alias ipſa præconia ignorarentur, cum ruſtici non ſoleant conuenire, niſi illis diebus; at in Ciuitatibus, & Oppidis hæ inclamationes in hiſce diebus fieri non ſolent, nec debent, *Rebuff. de præcon. licitat. & ſubhaſt. art. 7. gloſ. 1.*
101 *nu. 5. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 198. in fin.* † Nec regulariter incantus rei in pignus captæ pro executione ſententiæ valent facti die Dominico, vel feriato in honorem Dei, vel Sanctorum, quia tuba, & vox Præconis quibus fiunt ceſſare debent in his diebus, *Rebuff. de præcon. licit. & ſubhaſt. art. 4. gloſ. 1. nu. 1. Mangil d. quæſt. 198. ſub numero tertio, Guid. Pap. deciſ. 215. ſub numero quinto, & ibi Ranchin.*
102 *in adnotat.* † licèt benè poſſint tales incantus fieri in feriatis diebus in neceſſitatem hominum introductis, *Guid. Pap. ibid.* & ita intelligendus eſt, *Gluſian. de bon. ad crid. ponen. capit. 1. num. 195.*
103 † immiſſio tamen in poſſeſſionem bonorum incantatorum fieri poteſt etiam in die feriata in honorem Dei, vel Sanctorum, præterquam in die Dominico, *Guid. Pap. d. quæſt. 215. ſub num. 5.* & ſentit ac ita intelligenda *Rot. recent. deciſ. 90. ſub*
104 *num. 4. par. 3.* † quamvis etiam die Dominico videatur capi poſſe poſſeſſio, tanquam actus ſit voluntariæ iuriſdictionis, *Buratt. deciſ. 688. numero*
105 *12.* † quod vltimum forſan procedit reſpectu bonorum vacantium, & in poſſeſſione, quæ non capitur in vim mandati Iudicis, ſed pro-
106 pria auctoritate, ſed, † quod executio ſententiæ facta in die feriata in honorem Dei ſit nulla, ſentit *Rot. poſt Nigr. de ſubhaſtat. deciſ. ſub numero 3.*

107 Debetque, † ac ſolet Præco, Nuncius, Apparitor, ſeu Executor in actis etiam referre, ſe de mandato talis Iudicis ad petitionem talis creditoris, ſeu tutoris talis præconia voce alta, & ad ſonum tubæ, ſi tubam habebat, clamaſſe per loca, & quadriuia conſueta Ciuitatis talis, & in vico talis debitoris, ſeu talis pupilli, aut alterius, qualiter talis domus Titij intra tales confines, quos ponat, debet diſtrahi, & vendi pretio, puta, centum aureorum, quare, ſi quis velit d. domum emere, & plus offerre, compareat hinc ad talem diem, & plus offerenti dabitur. *Specul. lib. 2. partic. 1. de citat. §. 4. ſequitur videre nu. 12. verſ. ſi vero Rebuff. de præcon. licitat. & ſubhaſt. art. 7. gloſ. 1. nu. 27. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. vigeſima quinta, ſub num. 7.* Quamvis ſatis ſit, ſi Nuncius, vel Præco referat, proclamata per Ciuitatem, & loca publica protuliſſe, etiam ſi particularia non explicet tanquam no-
108 toria, *Aſin. de execut. §. 6. cap. 41. numer. 2. & 3.* † Sed tamen cautius eſt ſi hæc in ſcriptis redigantur,
109 *Aſin. ibid. num. 5.* † Sique Statutum, aut conſuetudo dictet, vt vnum proclama ab altero diſtet, vt puta, octo dierum ſpacio, talis temporis in ſcriptura proclamatis mentio facienda eſt, vt omnia intelligantur ſolemniter acta *Iodot. de ſubhaſt. cap. 3. numero 6. Aſin. d. cap. 42. numero 6.* † Nec 110
tenet ſubhaſtatio, ſi ſubhaſtationes, ſeu proclamationes, factę ſint eadem die initi contractus, & non prius, *Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 49. nu. 8.* † Ip- 111
ſique Præconi, ſeu Nuncio creditur dicenti, ſe aliquid præconizaſſe, ſeu bannimenta feciſſe, cum hoc ſpectet ad eius officium, *gl. in extrauag. ad reprimendum, in verb. publico. Hond. conſ. 18. numero 56. libro primo,* † immo illis ratione eorum officij, 112
ad quod ſunt deputati, magis creditur, quam Iudici, aliiſque quibuſlibet perſonis, *Aſin. de execut. §. 6. cap. 34. num. 1.*

Et quamvis † contrarium videatur dictum 113
per *Rot. poſt Nigr. de ſubhaſt. dec. 6. nu. 4.* attamen id 114
videtur procedere reſpectu aſſertionis generalis, ſe vendidiſſe, ſeruatis ſeruandis, ſeu ſeruatis ſolemnitatibus, *vt per Gregor. XV. deciſ. 455. num. 10.* ſecus vero ſi ſimpliciter, & explicite atteſtentur de ſingulis bannimentis à ſe factis.

Prout † Iudex in inſtrumento venditionis 115
debet mentionem facere de proclamate facto in aliena iuriſdictione, vbi bona ſita ſunt, *Gluſian. de dat. in ſolut. cap. 1. num. 227.*

SVMMARIA.

1 *Tempus in ſubhaſtationibus conſideratur.*
2 *Et tertium eſt in ſubhaſtatione pignorum, & alia neceſſaria, dum res ſtat ſub haſta. & num. 3.*
4 *Subhaſtatio facta cum vno tantum termino eſt valida.*
5 *Pignora, & bona ſub haſta vendenda, non ſunt ſemel tantum producenda, & præconizanda.*
6 *Nec repente, ſeu nimis feſtinanter vendenda.*
7 *Nec ſtatim concedenda.*
8 *Alias probaretur dolus.*
9 *Nec in iis ſufficit vnica proclamatio, nec ex ea ſatisfit bonæ fidei, qua creditor vti debet, & numero 10.*
11 *Nec ea debent ſtatim adiudicari parti, ſed prius poni ad incantum.*
12 *Et ad incantum poſita debent ſæpius, pluries, ac diu in publico, & foro produci, præconizari, & ſubhaſtari, ac per plures, & diuerſos dies, & interpellatis vicibus, & num. 13. 14. & 15. & quare, vt nu. 16. 17. & 18.*
19 *Et debent de iure per tres vices ſub haſta retineri.*
20 *Creditor curare debet, vt pretium rei vendendæ calore licitantium, quoad fieri poteſt augeatur, quod euenire poteſt, ſi licitatio duret per aliquot dies, & quare, & nu. 21.*
22 *Subhaſtationes in alienatione, & diſtractione, ſeu licitatione rerum immobilium Eccleſiæ, Fiſci, Reipublicæ, Ciuitatum, & minorum durare debent, ad minus per 20. dies, vel huiuſmodi tempus in iis aſſignari debet ad offerendum, & reluendum, alias nulliter agitur. Ampl. vt numero 23. & ſequentibus & num. 129. Declar. vt nu. 41. & 42.*
28 *Ampl. etiam in alienatione, quæ fit per Executores teſtamentarios.*
29 *Ampl. quoque vt tale tempus poſſit etiam augeri, & prorogari vſque ad annum, ſed non minus, & nu. 30. Contrarium num. 31. Lim. vt num. 32.*
33 *Lim. ſecus eſſe de iure Canonico.*

34 *Lim.*

Digitized by Google

34 *Lim.ſecus eſſe de conſuetudine totius Orbis. Sed contrarium eſt in minoribus ſecundum Rotam, vt nu.38.*

35 *Et in Fiſco tale tempus eſt in arbitrio Officialis, & non eſt hæc dilatio neceſſaria, vbi eſt fruſtratoria, vbi exemplum.*

36 *Et in bonis non dotalibus Hoſpitalis eſt pariter in arbitrio Iudicis.*

37 *Vt etiam in alienatione Theſaurariarum, Dohanarum, Gabellarum, & aliorum iurium, bonorum, & redituum Cameræ Apoſtolicæ.*

39 *Adminiſtrator cautius agit, ſi bona alienanda, vel locanda per tempus 20. dierum ad minus ſubhaſtare faciat, & faciat etiam per Notarium adnotare in præconiorum calce, quod nihil ſeu tantum, & non plus fuit oblatum.*

43 *Tempus, quo res ſtare debeat ſub haſta, in bonis priuatorum eſt in arbitrio venditorum, & Iudicis, ſicut olim erat in omnibus. Ampliat. vt num. 44. Lim. vt num. 48. & ſeqq.*

45 *Et in Iudicis arbitrio eſt deſignatum per dictionem, Diu, in venditione, & adiudicatione, quæ fit ex interlocutoria, vt in pignoribus iudicialibus. Et communiter eſt dierum octo, vt numero 47.*

46 *Præco non debet mentionem facere de tempore, quo res ſtetit ſub haſta.*

49 *Subhaſtationes durare debent per tempus datum à lege, conſuetudine, vel Statuto, alias nulliter agitur, & num. 50.*

51 *Bannimenta tot requiruntur, & cum eo termino, quot, & quem requirit conſuetudo, ſtylus, vel Statutum, & numer. 52. Declar. vt numer. 53. & ſeq.*

53 *Tempus bannimentorum, & edictorum vt compleatur expectari debet, alias nulliter agitur, & locus eſt reuocationi, & numer. 55. & 58. Et quid ſi interueniat aliquod ſolenne Feſtum, numer. 56. 57. & 58.*

59 *Decreti literæ continere debent ſubhaſtationes cum ſuis temporibus, & quare.*

60 *Terminus ad licitandum, & præconiorum in Curia Capitolij Vrbis, & num. 61.*

62 *Terminus bannimentorum in Ciuitate Peruſij.*

63 *Terminus bannimentorum in Ciuitate Maceratæ, & Prouincia Marchiæ.*

64 *Terminus præconiorum in Dominio Veneto, & numero 65.*

65 *Bannimentum factum ex abundanti vltra requiſitum numerum non nocet, ſi non ſit cum ſolito termino.*

66 *Abundans cautela, nulliter etiam adhibita, non nocet, & num. 67.*

68 *Terminus ſubhaſtationum quando poſſit per Iudicem abreuiari.*

69 *Illius nullitas poteſt per Papam ſanari.*

70 *Tempus, intra quod poſt primum decretum ſit interponendum ſecundum, non eſt à iure præfixum, ſed eſt Iudici arbitrarium.*

71 *Et alij de minori, alij de maiori ſentiunt.*

72 *Inſtantia in ſubhaſtationibus nulla eſt perempti, niſi ſpatio 30. annorum. Limit. vt nu. 73.*

74 *Mandatum executiuum non præſcribitur, & quare.*

75 *Niſi curſu 30. annorum.*

76 *Tempus inter primum, & ſecundum decretum intercedens eſt ad fauorem debitoris, & quare.*

77 *Et quanto eſt longius, eo minus poteſt debitor, & ab eo cauſam habens conqueri de breuitate.*

78 *Mora creditori fructum afferre non poteſt.*

79 *Vſuræ poſt executionem non currunt.*

80 *Licitator an poſſit pœnitere ſi creditor per annum negligat ad deliberationem deuenire.*

81 *Creditores cauti curare ſolent, vt quam primum bona executa ſubhaſtentur, & de pretio ſibi ſatisfiat, vel ea eiſdem adiudicentur.*

82 *Debitor inſtare poteſt, vt Iudex terminum præfigat creditori ad conſumandam executionem, qui poteſt vltra annum, vel biennium differre.*

83 *Poſſeſſio adepta ex primo decreto poſt longum tempus faceret præſumere, ſubhaſtationem & deliberationem, vel adiudicationem ſecutam fuiſſe, niſi contrarium probaretur.*

84 *Termino aliquo licitatori aſſignato ad dandum fideiuſſores, & alio longiori ad eos adprobandum, ſecundus incipit vna cum primo, & poteſt interim alius offerre.*

De Tempore, quo durare debent Subhaſtationes.

INSP. XXX.

IN ſubhaſtationibus † ipſarum tempus eſt 1
conſiderandum, *Mangil. de ſubhaſt. qu. 24. ſub*
numer. 11. Vnde † tertium eſt tempus occaſione 2
ſubhaſtationis pignorum, dum res ſtat ſub ha-
ſta, *Rot. diuerſ. deciſ. 146. numer. 1. & 2. par. 2.* † quod 3
habet locum etiam in aliis neceſſariis ſubha-
ſtationibus.

Et, quamvis † ſubhaſtatio facta cum vno ter- 4
mino tantum valeat, *Bertach. in verb. ſubhaſtatio.*
† non tamen pignora, & bona, quæ ſub haſta 5
vendi debent, ſemel tantum producenda ſunt,
& præconizanda, *Luc. Pet. in pract. lib. 8. cap. 2. num.*
27. † nec repente, ac ſubito, ſeu nimis feſtinanter 6
procedendum eſt ad eorum venditionem, *Iodoc.*
de ſubhaſt. cap. tertio numer. 27. Rot. diuerſ. dict. deciſ.
146. numer. 4. par. 2. & poſt Mangil. de ſubhaſtat. deciſ.
35. numero ſexto verſ. concurrit. & deciſ. 51. num. 4. verſ.
accedit. † neque ſtatim ſunt concedenda, *Fab. de*
Mont. de empt. & vend. quæſt. 5. in rubr. ſubhaſt. mater. 7
numer. 87. in fin. † alias ex licitatione, & haſta 8
præcipitanter facta probaretur dolus, *Gluſian.*
de dat. in ſolut. cap. 87. numer. 317. Ita vt † non ſuffi-
ciat vnica proclamatio, *Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 10.* 9
nu. 4. † nec per vnicam ſubhaſtationem dicatur
ſatisfactum bonæ fidei, qua creditor vti debet 10
in ſubhaſtatione, *Gluſian. dict. tract. de dat. in ſolut.*
cap. 4. numer. 77. Sed, † ſicut non debent ſtatim
adiudicari parti, ſed poni prius ad incantum, 11
Iodoc. de ſubhaſt. cap. 3. num. 9. † ita ad incantum po-
ſita debent ſæpius, pluries, ac diu in publico, & 12
foro produci, atque præconizari, & ſubhaſtari,
l. ordo. C. de execut. rei iudic. l. ſi tempora, C. de fid. inſtr.
& iur. haſt. Fiſc. lib. 10. Iodoc. dict. cap. 3. numer. 27. Fa-
bian. de Mont. dict. num. 87. in fin. Luc. Pet. dict. lib. 8. c. 2.
nu. 27. Paſchal de patr. poteſt. par. 2. cap. 10. nu. 92. in fin.
Mangil de ſubhaſt. qu. 69. num. 10. Mangon. dec. Florent.
132. numer. 10. Rot. diuerſ. dict. deciſ. 146. numer. 4. par. 2.

Digitized by Google

13 † ac per plures , & plures, ac diuerſos dies,
Iodoc.d.cap.3.num.8. Aſin.de execut.§.6.cap.1.numer.16.
Gluſian.de dat.in ſolut.dict.cap.4.numer.77. Mangil.de
ſubhaſt.dict.quæſt.69.num.10. Magon.dict.deciſ. Florent.
14 *132.numer.10. Rot.diuerſ.d.deciſ.146.num.4.par.2.* † &
15 interpellatis vicibus,*Gluſian.loc.cit.* ac † per tem-
poris interualla,*Mauric. de reſtit. in integr. cap. 375.*
16 *numer.4.* † ne fiat fraus, *Iodoc. Aſin. & Rot. diuerſ.*
17 *loc.cit.* & † vt liberius,& commodius emptores
18 reperiantur , *Mauric. vbi ſup.* & † plus offerenti
dentur, *Fabian.de Mont.dict. numer. 87. in fin. Iodoc.*
19 *dict.cap.3.numer.28.* † debentque de iure bona per
tres vices ſub haſta retineri , & per Nuncium
præconizari,*Rot.poſt Nigr.de ſubh.deciſ.6.n.4.* cum
20 † curare debeat creditor, vt calore licitantium
pretium rei vendendæ, quoad fieri poteſt, au-
geatur,illudque augeri,& vltra iuſtum quoque
aſcendere poſſit,quando licitatio duret per ali-
21 quot dies,nam, † ſicut mare tumet vento ſtante
pluribus diebus,& venti conſurgunt flatu plu-
rium dierum, adeo vt poſtea non facile quieſ-
cat, ſic in ſubhaſtatione,ſi haſta repetatur, ru-
mor rei vendendæ creſcat , vt non ſit difficile
reperiri emptorem, eumque etiam quandoque
emacem, & rei acquirendæ cupidum, vt dicit
Gluſian.de dat.in ſolut.d.cap.4 num.77.
22 Subhaſtationes † itaque , & licitationes in
alienatione, & diſtractione, ſeu locatione re-
rum immobilium Eccleſiæ, Fiſci, Reipublicæ,
Ciuitatum,& minorum, debent ſaltem fieri,&
replicari per ſpatium viginti dierum ad minus,
ſeu in illis terminum 20. dierum aſſignari ad
offerendum,& reluendum reſpectiue, alias nul-
liter agitur ſecundum diſpoſitionem iuris com-
munis,*auth.hoc ius porrectum,Cod.de Sacroſ.Eccleſ.l.ſi*
tempora,C.de fid.inſtrum.& iur.haſt.Fiſcal.lib.10.& ibi
Ioan.Ant.Nouar.numer.2. Iodoc. de ſubhaſt. cap. 5. nu-
mero 1. Simoncell. de decret.lib.1.tit.1.numer.64. & 66.
verſ.contra hanc concluſionem.Rebuff.de præcon.licit.&
ſubhaſt.art.4.gloſ.1.numer.31. Aſin.de execut.§.6.cap.1.
numer.18.& cap.15.numero quinto. Luc.Pet. in pract.
dict.lib.8.cap.2.numer.35.Fabian. de Mont.de empt. &
vend.quæſt.5. in rubr.ſubhaſt. mater. numer. 86. Ferrett.
de gabell.numer.273.Bertach.eodem tract.par.2.numero
17.& 19. & in repert.in verb. ſubhaſtatio. vbi, quod
non poteſt res ſubhaſtata plus offerenti dari
ante lapſum 20.dierum, *Peregr.de iur.Fiſc.lib.6.tit.*
4.numero quinto verſ.quarto requiritur. Perſonal.conſ.
35.numero 7.Ant.Sol.ad decret. Sabaud.lib.5.tit.39.de
form.ac ord.obſeru.in pignorat.ſubhaſt.ac deliberat.bon.
ſtab.gloſ.1.numer.19. Ant. Boid. in rubr. Cod. vectigal.
non.inſt.non poſſ.Roland.conſ.33.numer.14.lib.1.& conſ.
7.numer.24.lib.3. Alex.Rauden.reſpon.17. ſeu in tract.
de alien.rer.Eccleſ.numer.51.pag.9. & conſ. 50. numer.
365.il 2.& 3.libro primo.Peregr.conſ.84.numer.17. Ca-
mill. Borrell.conſ.65.numer.70. Tepat.var.ſent.titul.417.
cap.10.& cap.18.Redoan.de reb. Eccl. non alien.in rubr.
de cauſ.propt. quas fiunt alienat. numer. 23. Munnoz.
de ratiocin. adminiſtrat. cap. 16. numer. 9. & ſeqq. vbi
23 † etiam in alienatione , & locatione rerum
Hoſpitalium,& alterius loci pij, *Gratian.diſcept.*
forenſ. capit. 375. numer. 16. & capit. 479. numero 1.5.
& 9. Tyſell. in verb. adiudicatio. concluſ. 52. numero
37. Mangil.de ſubhaſtat.quæſt.10.numer. 1.& 3. quæſt.
24.numer.13.in fin.quæſt.30.numero tertio quæſt.49.nu.
8.quæſt.69.numer. 10. quæſt. 200. numer.16. & 17.& ibi
Rot. deciſ.3.numer. 7. deciſ. 24. numer. 3. vbi quod
† eſt euidenter nulla adiudicatio rei minoris, 24
quæ ſtetit ſolummodo ſub haſta per octo dies,
deciſ.35 numer.7.deciſ.51.numer.5. & deciſ.106.numer.7.
verſ. vlterius, vbi de ſubhaſtatione facta à Curia
rei minoris , & quod † ita obſeruatur in ſupre- 25
mis Hiſpaniæ tribunalibus , *quæ eſt etiam inter*
recent. deciſ. 113. numer. 17. & ſeqq. par.7. Franc. Marc.
deciſ. 257. numero quarto par. 2. Magon. deciſ. Florent.
132.numero decimo vbi † de ſubhaſtatione pigno- 26
rum.*Rot.diuerſ.deciſ.115. numer.7. par. 4. & in recent.*
deciſ.406.numer 5.par.4.Gregor. XV. deciſ.487.numero
nono & ibi Beltram.numer.13. vbi de ſubhaſtatione
rerum minorum in executionem rei iudicatæ.
Rot.recent.deciſ 406.numero quinto par.4.& in Imolen.
ſubhaſtationis 18. Maij 1607. coram Iuſto , poſt tract.
deciſ.17. numero ſeptimo vbi pariter in ſubhaſtatio-
ne pignorum iudicialium pupillorum,*in Arimi-*
nen. Legatorum 29. Februarij 1636. coram Buccabella,
poſt tract. deciſ. 103. numer. 17. & in Peruſina Spolij 18.
Iunij 1624.coram R.P.D. Royas,poſt tract.deciſ.106.nu-
mer 12.
Ampl. † eo magis ſtante Statuto, *Rot. penes* 27
Nigr. de ſubhaſt.deciſ.32.numer.9. & deciſ.33.numer.4.
*& ſeqq.*vbi, quod deliberatio facta præuio præ-
cepto,ſeu intimatione de reluendo cum mino-
ri ſpacio 20. dierum eſt nulla, etiam quod Sta-
tutum actum non annullet,ſi Statutum præce-
ptum , ſeu intimationem mandet fieri non ad
effectum ſciendi ſubhaſtationem, ſed ad effe-
ctum reluendi,ſeu alium effectum.
Idque † procedit etiam in alienatione, quæ 28
fit per Executores de bonis teſtatorum pro
adimplenda eorum voluntate in diſtribuendo
pretium inter pauperes, *Munnoz.dict.cap.16.num.*
17.Gratian.d.cap.479.num.8.
Quod † tempus poteſt etiam augeri,& pro- 29
rogari, *Iodoc.de ſubhaſt.dict.cap.5.numer.2.*vbi,quod
Iudex poteſt efficere, vt res ſub haſta teneatur
poſt ſuam ſententiam ad annum vſque. *Fabian.*
de Mont. in dict.rubr.ſubhaſt.mater.numer.88. Bertach.
de gabell.par.2.numer.17. Peregr.de iur.Fiſc.lib.6.tit.4.
numer.5.verſ. quarto requiritur. Munnoz. de ratiocin.
dict. cap. 16. numer. 15. vbi pariter, quod ex cauſa
poſſunt ſubhaſtationes prorogari vſque ad an-
num. *Alex.Rauden.dict.conſil.50.numer.365. il 2. & 3.*
lib.1.Ioan. Anton.Nouar.ad dict.leg. ſi tempora.numer.
3.Cod.de fid.inſtrum.& iur.haſt. Fiſcal. lib. 10. Mangil.
*de ſubhaſtat.quæſt.10.numer.7.*vbi quoque,quod Iu-
dici pro ſuo arbitrio ex cauſa licitum eſt pro-
rogare ſubhaſtationes vſque ad annum , *& ibi*
Rot.dict.deciſ.106.numer.7.verſ. vlterius, in fin. vbi, ex
quo poteſt venire plus offerens, *quæ eſt etiam in*
recent.dict.deciſ.113.numer.19. par.7. Franc. Marc. dict.
deciſ.257.numer.4.par.2. Sed † non poteſt minui. 30
Iodoc. Fabian. de Mont. Bertach. Peregr. & Nouar. vbi
ſup.Ferret.de gabell.numer. 273.Tepat. var. ſentent. tit.
417. cap. 10. Mangill. de ſubhaſt. dict. quæſt. 10. numero
octauo quæſt.11.ſub numer.4. & ibi Rot. dict. deciſ. 106.
numero ſeptimo verſ.vlterius,in fin. † quidquid dixe- 31
rit *Bald.in dict.auth. hoc ius porrectum,Cod.de Sacroſ.*
*Eccleſ.*quod non poſſit minui, nec augeri:quem
refert *Rebuff.de præcon.licit.& ſubh. art. 4. gloſ. 1. nu-*
ro 31.
Niſi † aliud tempus à Statuto,vel conſuetu- 32
dine ſit limitatum,quia tunc ſtandum eſt Statu-
to,& conſuetudini, *Bertach.& Ferret.loc.cit. Rebuff.*
de præcon.licitat. & ſubhaſtat.art.4.gloſ.1.num.31. vbi,
quod

Digitized by Google

quod ipſe vidit augeri, & minui ſecundum
conſuetudinem Curiarum, Roland.d.conſ.33.n.14.
lib.1. Munnoz.dict.cap.16.num.14. Mangil. de ſubhaſt.
qu.69.num.11. & qu.200.num.16. Magon.deciſ.Florent.
132.num.10.

33 De iure † tamen Canonico non videtur hu-
iuſmodi tempus 20. dierum neceſſarium, ſed
videtur ſufficere, rem fuiſſe bona fide aliena-
tam, vt in re minoris Vrſell.in verb.adiudicatio.concl.
52.nu.37. Beltram.ad Gregor.deciſ.485.num.13. & Rot.
in Ariminen. Legatorum 29. Februarij 1636.coram Buc-
cabella,poſt tract.dec.103.num.18.& 21.

34 Provt † hodie de conſuetudine totius orbis
alienationes dd. bonorum videntur valere
abſque d. delatione 20. dierum ad reluendum,
ſecundum veriorem, & in praxi ſeruatam opi-
nionem, vt in terminis bonorum minorum,
Peregr.conſ.84.num.17.lib.2. vbi, quod iſta ſolemni-
tas in practica non ſeruatur. Licet in meo libro
deficiat negatiua, Non: & Gratian.diſcept.forenſ.d.
cap.479.num.9.10.19.20. & 25. & vide quæ dixi ſupra
35 Inſp.4.&, quod † reſpectu Fiſci tale tempus ſit in
arbitrio Officialis, & non ſit neceſſarium, vbi
dilatio ſit fruſtratoria, vt quia Officiali notum
ſit, quod maiores, ſeu meliores oblatores ſuper-
uenire non poſſint, Alex.Rauden.d.conſ.50.num.365.
36 il 2.& 3.lib.1.& quod † terminus præconiorum,
& ſubhaſtationum ſit arbitrarius Iudici, vbi
vendantur bona non dotalia Hoſpitalis, ſed
aliunde quæſita, Munnoz.dict.capite 16.num.12.&,
37 quod † terminus licitationum, & ſubhaſtatio-
num in alienationibus Theſaurariarum, Doha-
narum, Gabellarum, & aliorum iurium, bono-
rum, & redituum Cameræ Apoſtolicæ ſit etiam
Iudici arbitrarius, extat Conſtitutio 13. Pij IV. in
38 Bullar. Sed tamen, quia † Rota in rebus mino-
rum non admittit huiuſmodi conſuetudinem,
& tenet, neceſſarium eſſe dictum terminum
viginti dierum, vt in ſupra allegatis deciſionibus,
non videtur in illis ab eius ſententia receden-
dum in iis caſibus, in quibus ſubhaſtatio requi-
ritur.

39 Adminiſtrator † etiam bene facit, & cautiùs
agit, ſi bona alienanda, ſeu locanda per d.tem-
pus 20. dierum ad minus ſubhaſtare faciat,
Munnoz.d.cap.16.n.41.Mangil.de ſubhaſt.qu.89.n.4,&,
40 † ſi hoc facto, nullus licitauerit, vel licitando iu-
ſtum rei, vel fructuum precium prçſtiterit, quod
idem eſt, eo caſu cautiſſimè faciet, ſi in calce
prçconiorum inſeri fecerit per Notarium, quod
talia bona tanto tempore fuerunt ſubhaſtata, &
pro illis vel nihil, vel minus iuſto precio, ſeu
tantum ſolummodo fuit inuentum, quia ex hoc
omnis ſuſpicio fraudis ſummouebitur, Munnoz.
eodem cap.16.nu.42.Mangil.dict.qu.89.num.5.

41 Dicta † etiam dilatio 20. dierum in omnem
caſum procedit in diſtractione rei pro ſoluen-
do debito pecuniario, non autem in conſigna-
tione bonorum facienda illi, cui debentur bo-
na, non pecunia, in minore, tradit Rot. in Arimi-
nen. Legatorum 29. Februarij 1636. coram Buccabella,
42 poſt tract.dec.103.nu.19. cum † tunc ſufficiat, adiu-
dicationem fieri bona fide, & præuia æſtima-
tione, dict.deciſ.103.num.21.poſt tract.

43 In aliis † vero rebus, & bonis priuatorum
diſtrahendis tempus ſubhaſtationis eſt abſolute
arbitrarium, id eſt in arbitrio venditorum, &
Iudicis, ſicut olim erat in omnibus, cùm tempus
non reperiatur in iure limitatum, Iodoc.de ſubha-
ſtat.cap.5.num.1.Fabian.de Mont.de empt.& vendit.qu.
5.in rubr.ſubhaſt.mater.ſub num. 88. Ferrett. de gabell.
num.273. Bertach.eod.tract.par.2.num.17. Simoncell. de
decret.lib.1.tit.1.num 64.in fin.Rebuff.de præcon.licitat.
& ſubhaſtat.art.4.gloſ.1.num.31. Luc.Pet.in pract.lib.8.
cap.2.numer.34. Aſin. de execut.§.6.capit.1.num.18.&
cap 41.numer.5. Roland.conſ.33.num.14.lib.1. Ant.Boid.
in rubr. Cod.vectigal.non inſtit. non poſſ.num.16. Tepat.
var.ſent.tit.417.cap.10. & 18. Munnoz. de ratiocin. ad-
miniſtr.dict.cap.16.numer.18. Mangil. de ſubhaſt. quæſt.
10.numero 2. & 3.vbi de receptiori & quæſt. 24. nu.
13.in fine Gratian.deciſ.134.num.2. in addict. vbi † de 44
pignoribus captis auctoritate Iudicis, & diſcept.
forenſ. capite 375.num.15. vbi in diſtrahendis bonis
debitorum tam ex cauſa publica, & Fiſcali,
quam priuata, Vrſell.in verb.adiudicatio.concl.52.n.37.
Rot.diuerſ.dicta deciſ.146.nu.4.par.2. vbi pariter de
pignoribus iudicialibus, & inter comm.opin.tom.2.
lib. 8.de prætor.pignor.tit.12. in princ.fol. mihi 348. A.
vbi de pignore prætorio, quod capitur ob rei
non comparentis contumaciam, & de eodem
pignore prætorio, Neguſant.de pign.parte 6.membro
1.num.8.

Adeò vt † in arbitrio Iudicis ſit tempus deſi- 45
gnatum per dictionem Diu, quando venditio, &
adiudicatio ſit ex interlocutoria, vt in pignori-
bus iudicialibus, Rot.diuerſ.dict.deciſ.146. nu.5.par.
2.& † de eo à Præcone non ſit facienda mentio, 46
Aſin.de execut.§.6.capite 41.num.5.& † communiter 47
tempus ſit dierum octo, ſecundùm Luc. Pet. in
prax.lib.8.capite 2.num.34.

Quando † tamen aliquod tempus certum, & 48
determinatum eſſet à Statuto, vel conſuetudi-
ne loci, & regionis more taxatum, vel limita-
tum, tunc illud attendi deberet, atque ſeruari,
Iodoc.de ſubh.cap.5.n.1.Rebuff.de præcon.licitat.& ſubh.
art.4.gl.1.num.31. Simoncell. de decr.lib.1.titul.1.nu.64.
in fin.Fabian. de Mont.de empt. & vend. quæſtione 5. in
rubr.ſubhaſt.mater.numero 86. Ferret.de gabell.numer.
273. Gratian.diſcept.forenſ.capite 305.num.16. Mangil.
de ſubhaſt.quæſt.165.numer.1. Vrſell.in verb.adiudicatio,
concl.52.num.30.cum † ſubhaſtationes durare de- 49
beant per tempus datum à lege, vel conſuetu-
dine, & Statuto locorum, Bertach.de gabell.par.2.
numer.10. † aliàs ſubhaſtatio, & deliberatio inde 50
ſequuta nulla dicatur, Mangil. de ſubhaſtat. quæſt.
165.num.1.

Vnde † quot præconia requirantur, ſciri po- 51
teſt ex ipſa conſuetudine, & ſtylo, atque Statuto
locorum, hoc eſt, an tria, vel quatuor, Rebuff. de
præcon.licitat.& ſubh.art.4.gl.1.n.11.Mangil.de ſubh.q.
165.n.1.& † Præco vigore executorialium rem ve- 52
nalem exponit, & ſubhaſtat pro primo termino
octo dierum, aut pauciorum, vel plurium ſecun-
dum locorum conſuetudinem, vſum, vel ſtylum,
in quibus fiunt, Iodoc.de ſubhaſtat.cap.3.ſub n.2.† il- 53
loq; completo, (ita vt non ſufficiat, puta ab vno
die martis vſq; ad aliũ diem Martis proximum)
iterum proclamat, & manifeſtat pro ſecundo
edicto octo, aut quindecim dierum, ſecundum
quod conſuetudo vſus, aut ſtylus habeat, & di-
ctet. Iodoc.vbi num.4.† quibus etiam tranſactis, & 54
elapſis pro tertio edicto quadraginta dierum,
aut aliud tempus iuxta conſuetudinem procla-
mare, & ſubhaſtare debet, Iodoc.vbi ſupra n.5.† in- 55

Digitized by Google

telligendo pariter,vt à diſtantia ſecundi edicti,
quod eſt quindecim dierum vſque ad tertium
edictum, quod dicitur qnadragenaria, debeant
eſſe tres hebdomadæ,aliàs quindecim dies non
complerentur,& totum illud tempus debet eſſe
completum, adeò vt,ſi vna dies ſupereſſet, ni-
56 hil eſſet,*Iodoc.d.nu.5.* Et,† ſi aliquod ſolenne Fe-
ſtum interuenerit in ipſis edictis, quo tuba, &
vox Præconis ſileſcere debet, tempus fori ſe-
quentis, quod erit octo dierum, expectandum
57 erit Executori,*Iodoc.d.cap.3.num.6.* † Sique bis ſit
forum in vna hebdomada,& Feſtum interueniat
in vna die edictorum, debet expectari dies ſe-
quentis hebdomadæ, in qua habuerunt ortum
ſubhaſtationes,& non alia dies fori,& hoc mo-
do nonnulli practicarunt,ſecundum *Iodoc.d.n.6.*
58 Atque,† ſi vnius diei intermiſſio,defectuſque
ſolemnitatis illius interceſſerit, quidquid ante
59 actum eſt,reuocari debet,*Iodoc.eodem nu.6.*† De-
bentque hæc omnia in decreti literis inſeri, vt
videatur,an interruptio temporis facta ſit,*Iodoc.
præfato num.6.in fin.*
60 Quare † in Curia Capitolij Vrbis aſſignatur
ad licitandum terminus octo dierum, *Scacc. de
61 iudic.lib.1.cap.97.num.33.*& † exponuntur pignora,
& bona venalia tribus ſaltem vicibus tribus
diebus, & vno quoque die emiſſo vno præco-
nio,*Scacc.dicto capite 97.ſub num.28.& 33.*
62 Peruſiæ † bannimenta fiunt ad minus per
quinque vices diuerſis diebus iuridicis, vt *per
Statut.lib.2.rubr.29.§.ſi vero placuerit.Rot.penes Paci-
fic.de ſalu.deciſ.116.num.3. quæ eſt etiam par. 4. diuerſ.
deciſ. 347. & poſt Gilian. ad idem Statut.deciſ.5. nume-
ro 1.*
63 Maceratæ, † ac in Prouincia Marchiæ fit
trina ſubhaſtatio diuerſis diebus termino ſem-
per trium dierum, *vt in Conſtit.Marcb.lib.2.capit.6.
& Amat.deciſ.67.num.5.& 6.*
64 Et † in dominio Veneto res vendendæ præ-
conizantur tribus diuerſis diebus, in quorum
vltimo, ſi in Camerario videatur, deliberantur
plus offerenti,quamvis rarò contingat,vt tribus
continuatis debitorum res vendantur, ex quo
iidem obtinent ſuſpenſiones, quæ de facili in-
dulgentur, *Peregr.de iure Fiſc.lib.6.tit.4.nu.5.verſ.in
65 partibus autem.* Sed † mobilia, & ſe mouentia in
eiſdem partibus vnica ſubhaſtatione delibe-
rantur, niſi aliud res exigat, *Peregr. vbi ſupra num.
14.in fin.*
Si vltra ſolita edicta, ſeu bannimenta cum
66 ſuis dilationibus, † fiat aliud ex abundanti,non
nocet, ſi illud non contineat ſolitum tempus,
cùm ſufficeret præcedens, ſeu præcedentia, &
67 † abundans cautela, etiam nulliter adhibita,
non poſſit nocere,*Rot.recent.deciſ.36.numero 56. &
57.parte 5.*
68 Et † poſſet etiam terminus abreuiari ex fa-
cultate procedendi ſummariè,ſola facti verita-
te inſpecta, manu Regia, & abſque ſeruatione
terminorum ſubſtantialium, & ſine ſtrepitu, &
figura iudicij,& cum clauſula,Non obſtan.&c.
69 *Rot.recent.d.deciſ.36.nu.58.59.& 60.par.5.*† Poſſetque
vlterius huiuſmodi nullitas per Papam ſana-
ri, *vt in ead. deciſ.36. numero 60.& ſeqq.par.5.re-
cent.*
70 Iudicis † quoque arbitrio relinquitur, intra
quantum tempus velit poſt primum tenutæ de-
cretum interponere ſecundum,& procedere ad
deliberationem,& adiudicationem,cùm de iu-
re communi non ſit aliquis terminus præfixus,
*Gratian.diſcept.for.cap.375.num.17.*vbi de communi
obſeruantia,& veriori,& magis communi opi-
nione. *Gilian.ad Statut.Peruſ.in verb.ſubhaſtationum,
6. Mangil.de ſubhaſtat.quæſt.10.num.5. & 6. & quæſt.
163.numer.6.Rot.recent.deciſ.248.numer. 9.par.5.& in
Recanaten. Prædij 22. Maij 1617. coram Eminentiſſ. D.
Card.Pamphilio, poſt tract.deciſ. 42. numer.10.* ita vt
† alij de minore, alij de maiori tempore ſen- 71
tiant,*dict.deciſ.42.n.10.* † Neque inſtantiæ in ſub- 72
haſtationibus aliqua eſt peremptio, ſed capio,
ſeu tenuta capta conſeruat ius creditorum vſque
ad 30. annos, *ſecundum Papon. de arreſt. lib.18.tit.6.
arr.13.in append.arg.l.non eſt mirum,ff.de pignorat.act.*
† niſi proprietarius realiter, & actualiter poſ- 73
ſeſſione priuatus, ſeu ſummotus fuerit, quia
tunc hæc capio, ſeu tenuta, & ſubhaſtatio eſt
obnoxia peremptioni, *Papon. ibid.* Provt † nec 74
præſcriptio locum habet in mandato executiuo
propter malam fidem debitoris, *Add. ad Buratt.
deciſ. 8. litera C. ſub verſ. quartus caſus.* † niſi curſu 75
30.annorum,*Martin.Andr.dec.62.nu.7.* Vnde,quia
† tempus, quod inter primum, & ſecundum 76
decretum intercedere debet, eſt quodammodo
ad fauorem debitoris, quia intra illud poteſt
ſoluendo debitum pignus reluere, *Rot.in d.Reca-
naten.Prædij 22. Maij 1617.coram Eminentiſſ. Domino
Card.Pamphilio,poſt tract.deciſ.42.num.9.* † quanto 77
illud eſt longius,eo minus poteſt debitor,ſeu ab
eo cauſam habens conqueri de illius breuitate,
dict.dec.42.num.10.

Sed cauti actores poſt factam immiſſionem,
cum † mora creditori fructum afferre non poſ- 78
ſit,*Galleſ.de oblig.camer.qu.37.num.26.*quinimo po-
tius afferre poſſit incommodum, (quia † poſt 79
executionem non currunt amplius vſuræ, *Rot.
recent.deciſ.132.num.16.& 17.par.6.*& † ante factum 80
inſtrumentum venditionis, ſi creditor negligat
per annum proſequi ius ſuum quoad licitato-
rem,poſſit dubitari, an finito anno liceat licita-
tori impunè recuſare emere, *Gluſ.de dat. in ſolut.
capit. 17. numer. 264.*) † curant, provt poſſunt vt 81
quamprimum pignora capta per ſubhaſtatio-
nem vendantur,& diſtrahantur, & de pretio ſa-
tisfiant,ſeu illis bona adiudicentur,*Galleſ.vbi ſu-
pra Rot.recent.d.dec.132 num.14. & 15.parte 6.Mangil.
de ſubhaſtationibus quæſt.10.num.10.*
Et † poteſt etiam debitor inſtare, vt Iudex 82
creditori terminum præfigat, qui tamen poteſt
differre vltra annum,vel etiam biennium, *Man-
gil.de ſubhaſt.qu.163.nu.6.& 7.Gilian.ad Statut.Peruſ.
in verb.ſubhaſt.nu.4.Rot.recent.dec.248.n.9.& 10.par.5.*
Sed,† adepta poſſeſſione ex primo decreto,poſt 83
longum tempus præſumeretur ſubſecuta legiti-
ma ſubhaſtatio,& deliberatio,ac datio in ſolu-
tum, niſi præſumptio tolleretur per rei verita-
tem in contrarium probatam, ſecundum *Rot.
poſt Nigr.de ſubhaſtationibus deciſ.50.nu.4.*

Vltimo adnotandum eſt,quod,† ſi poſteriori 84
licitatori certum tempus ſit præfixum,puta,tri-
duum ad dandum,& adducendum fideiuſſores,
& octiduum ad eos approbandum, præfatum
octiduum non à finito triduo deinde proroga-
to, ſed à die prædictæ licitationis permanentis
numerari debet,eo nō expectato,quod præfatus
licita-

Digitized by Google

licitator dominus dominio incommutabili factus ſit, tametſi intra hoc octiduum tertius tertiare, & duplicare poſſit, *Papon.de arreſt.lib.13.tit.9.de vectig.arreſt.1.in append.*

S V M M A R I A.

1 *Solemnitas proclamationum, & licitationum in auctionibus vti ſubſtantialis, iuris publici, & fauore omnium creditorum introducta, remitti non poteſt, & num.2.3.& 4.*

5 *Creditoribus nec vtraque pars praeiudicare poteſt.*

6 *Subhaſtationis ſolemnitati quoad bona debitoris Fiſci non poſſunt Officiales, nec emptor renunciare, & quare, & num.8.*

7 *Conuentio, vt pignus poßit diſtrahi ſine ſubhaſtatione non valet. Lim. vt num.11.& ſeqq.*

9 *Debitor in executione ſententiae poteſt ſubhaſtationi eius fauore introductae renunciare. Ampl.& decl. vt num.17.*

10 *Solennitati priuati fauore inductae renunciari ab eodem poteſt.*

16 *Pacta omnia in venditione pigneris ſunt licita, quae prohibita non reperiuntur.*

Subhaſtationis Solemnitati an poßit renunciari.

INSP. XXXI.

1 SOlemnitas † proclamationum, ſeu praeconiorum, & licitationum auctionibus adeo
eſt ſubſtantialis, vt remitti non poſſit, *Gallerat.de renunciat.tom.2.cent.2.renunciat.113.num.1. Mangil.de ſubhaſta.quaeſt.25. in fin. & quaeſt.69.numer.8.* & qui-
2 dem † nec à partibus. *Rebuff. d: praecon. licit. & ſubhaſta.in praefat.numer.18. Tepat.var.ſent.tit.417.cap.4. Mangil.de ſubhaſta.dict.quaeſt.69.num.8. Magon.dec.*
3 *Florent.132.numero nono* † Tum quia iſta ſolemnitas eſt iuris publici, *Gallerat. Rebuff.& Magon.vbi*
4 *ſup.* † Tum quia eſt introducta in fauorem omnium, & ſingulorum creditorum, *Rebuff.& Magon. loc. cit. Mangil. de ſubhaſta.dict.quaeſt.69.numer.9.*
5 † quibus nec etiam vtraque pars praeiudicare poteſt. *Rebuff.vbi ſupra.*
6 Quare † ſubhaſtationis ſolemnitati requiſitę fauore debitoris Fiſci, cuius bona alienantur, non poſſunt Officiales, qui vendunt, neque emptor renunciare, cum non ſtetur eorum conuentioni, quia hac ratione aperiretur via frau-
7 dibus, *Gallerat. ibidem.* † Nec valet conuentio, quod ſine vlla ſubhaſtatione poſſit pignus diſtrahi, *Gallerat.loc.citat.Iodoc.de ſubhaſta.cap 3.nu.33.& 35.Bertach.in verb.ſubhaſtatio,& de gabell.par.2.nu.18.Ferrett.eod.tract.num.273.Mangil.de ſubhaſta.quaeſt.21.num.7.*
8 Verum † praedicta intelligas procedere in Officialibus, qui publicè vendunt, vel in emptore, qui non poteſt renunciare huic ſolennitati in praeiudicium eius, cuius bona diſtrahuntur, vel Fiſci, *Gallerat.vbi ſupra, Nouar.ad l.ſi tempora n.11.Cod.de fid.inſtr.& iur.haſt.Fiſcal.lib.10.*
9 Sed, † vbi ſolemnitas ſubhaſtationis requiritur fauore debitoris in executione ſententiae, poteſt debitor promittere, & renunciare, & pa-
ctum valet, vt bona ipſius debitoris, & pignora vendi poſſint pro ſatisfactione crediti etiam abſque ſubhaſtationis ſolemnitate, *Gallerat. dict.*
renunciat.113.num.2. & 4. Cum † ſolennitati pri- 10
uati fauore inductae renunciari poſſit, *Gallerat. d.renunciat.113.num.4.*
Atqui † valet renunciatio, vt, ſi intra aliquod 11
certum tempus creditori non ſatisfiat ipſe creditor in ſolutum poſſideat rem pignoratam, iuſto tamen precio aeſtimandam *Iodoc.de ſubhaſt.c.3.*
num.35.Galler.de renunc.113.num.3. Nam † per hanc 12
conuentionem renunciatur ſolennitati ſubhaſtationis euitaturque eius circuitus, *Gallerat.dict.*
nu.3. † & poteſt, omiſſa ſubhaſtatione, valor rei 13
per Iudicem, vel per arbitros ab eo datos deter-
minari, *Gallerat.eod.num.3.* Quinimo † valet con- 14
uentio, quod, ſi non ſatisfiat creditori intra certum tempus, res pignori data, ſit empta, quia in-
telligitur iuſto precio, *Gallerat.ibidem,* prout † & 15
conuentio in generali obligatione omnium bonorum, vt, ſi debitor ad diem non ſoluerit, ſit empta vna de rebus ipſius debitoris, quam velit creditor emere, vel quam eliget; quia non confertur ſubſtantia contractus, ſed electio rei,
quod fieri poteſt, & hoc pactum multum fre- 16
quentatur Bononiae, *Gallerat.vbi ſup.nu.4.* & † generaliter omnia pacta in venditione pignoris ſunt licita, quae non reperiuntur prohibita, *Gallerat.ibid.*
Quemadmodum † poteſt debitor citatus 17
comparens renunciare ſubhaſtationibus, & licitationibus, ac aliis ſolennitatibus ſola aeſtimatione contentus, & ſaluo ſibi iure luendi infra tempus ſibi à Statuto, vel conſuetudine conceſſum, *Ant. Sol. ad decret. Sabaud. lib.3. tit.39. de form. & ord. obſeru. in pignorat.ſubhaſt. & deliberat. bon.ſtabil.gloſ.1.nu.16.& 17.*

S V M M A R I A.

1 *Licitare poſſunt omnes, qui non reperiuntur probibiti, & num.2.*

3 *Et qui plus offerat, & intra tempus in ſubhaſtatione ſtatutum, & num.4.*

5 *Debitoris, & domini intereſt, quamplurimos ad emptionem inuitari, & non deterreri, vt pluris res vendatur.*

6 *Licitantium calore creſcit rei pretium, & calor tanto maior eſt, quanto plures ſunt, qui licitantur.*

7 *Deliberatio pignoris iudicialis facienda eſt plus offerenti, non creditori.*

8 *Creditor quoque licitare poteſt, & licitat, non ſecus ac tertius, & extraneus, durantibus ſubhaſtationibus, & ante decretum, & ſine fraude, & num.9.10.& 12. Ampliat. vt num.18.& 21. Declarat. vt nu.22. Contrarium num.24.& Declarat. vt numer.25. Ampl. etiam vt nu.30.& 35.*

11 *Secus in pignore conuentionali, & in eo, quod non venditur auctoritate Iudicis.*

13 *Creditor non debet eſſe deterioris conditionis, quam extraneus.*

14 *Non cogitur licitare inuitus, ſed eſt in eius facultate, & nu.17. Limitat. vt nu.15.*

19 *Emptore non reperto, vel non iuſto, poteſt facere ſibi pignus adiudicare.*

Digitized by Google

20 *Iudex curare debet, vt tam creditor, quam extraneus iuſto emat precio.*
23 *Verbum, Plus, eſt comparatiuum, & ſupponit poſitiuum.*
26 *Creditori tutius eſt, & vtilius remedium licitationis, quam adiudicationis, & addictionis in diem, & nu.27.28.& 29. Ampliat. vt nu.30.*
31 *Creditor licitare poteſt vt extraneus, & vt creditor, & quando dicatur licitare vt creditor, & quando vt extraneus, & num.33.& 34.*
35 *Creditor poteſt etiam alium ad offerendum, & emendum ad haſtam ſupponere.*
36 *Ampl. etiam in quolibet alio, & numero 69. 70. & 71.*
37 *Qui per alium facit ad incantum promittere, ipſemet promittere dicitur.*
38 *Tertius quilibet poteſt pro alio offerre, & emere, illique acquirere, & quando hoc dicitur facere, & num.39.*
40 *Offerens pro alio, & ad id ſubrogatus emptoris partibus fungitur in omnibus.*
41 *Subhaſtatio, & deliberatio facta ſine fraude, & colluſione valet, ſecus è contra.*
42 *Colluſio in oblatore ſuppoſito quando præſumatur.*
43 *Oblator pro alio non admittitur ſine ſpeciali mandato, & quando illud dicatur habere, & ex quibus dicatur inducta ratificatio, & nu.44.*
45 *Mandatum non præſumitur datum ad offerendum precium exceſſiuum, niſi oblatio ratificetur.*
46 *Offerens pro alio eidem deinde rem cedit, ſeu retroducere poteſt.*
47 *Ampl. vt, qui ad hoc mandatum ſuſceperit, & proprio nomine obtulerit, poſſit cogi ad declarandum ſe emiſſe nomine domini, & eidem rem reſtituendam.*
48 *Creditores citati in confectione inuentarij bonorum defuncti, poſſunt in eorum æſtimatione licitare, & precium augere.*
49 *Debitor quoque ad licitandum admittitur, & licitatorem offerre poteſt, & nu.50.*
51 *Tutor in ſubhaſtatione rei pupilli pro debito, poteſt palam iuſto precio emere per interpoſitam perſonam, ſed non clam.*
52 *Extranei ad licitandum admittuntur in ſubhaſtatione, quæ fit occaſione diuiſionis.*
53 *Licitator vt poſſit obligari, & conueniri neceſſe eſt.*
54 *Licitatores datiorum, gabellarum, introituum, & rerum Vniuerſitatis, debent eſſe idonei, & cum idoneis fideiuſſoribus.*
55 *Et non ſunt admittendi, qui integrum afficlum præcedentem non ſoluerunt.*
56 *Iudex, & Officialis in rei ſubhaſtatione non poteſt licitare.*
57 *Principis bona ſubhaſtanda an, & quando Officiales, & adminiſtratores emere poſſint, & num.62. & ſeqq.*
58 *Spoliorum Eccleſiaſticorum effectus qui emere prohibeantur.*
59 *Gabellas, & vectigalia prohibentur emere, & conducere Ciuitatum, & Terrarum Officiales, & Adminiſtratores, ad quos ſpectat illa vendere & locare.*
60 *Pignora in Vrbe qui non permittantur emere, & numer.61.*
64 *Officiales, & Adminiſtratores quando emere poſſint res, quæ ſubhaſtantur, & num.ſeqq.*
65 *Bona Fide dicitur Officialis, & Adminiſtrator emere, ſi emat pretio ab alio oblato.*
66 *Pretij iuſtitia operatur, vt non ſit conſiderandum, cui res vendatur.*
71 *Officialis emens ad haſtam bona fide per interpoſitam perſonam magis ſincero animo agit, quam ſi emat per ſe ipſum, & quare.*
72 *Publicanus multarum vti non Officialis in publicis conductionibus non remouetur.*
73 *Camera Apoſtolica admittitur ad offerendum, & obtinendum adiudicationem pro pretio æſtimando in ſubhaſtatione Caſtrorum Status Eccleſiaſtici.*
74 *Forenſes quando prohibeantur, vel non ad haſtam emere bona in Statu Eccleſiaſtico, & numer. ſeqq.*
76 *Alienatio, quæ fit ſub haſta, dicitur ex cauſa neceſſaria.*
77 *Cauſa neceſſaria alienandi, alienationis, & venditionis naturam non alterat, & quare.*
82 *Gabellas, & vectigalia prohibentur conducere Clerici.*
83 *Et in Francia Domini, & Nobiles.*
84 *Atque tutores.*
85 *Iudæis non permittitur emptio, conductio, vel acceptio gabellarum Chriſtianorum.*
86 *Leno, vel meretrix non admittitur ad offerendum in ſubhaſtatione domus, & quare, ſecus in pratis, & fundis, & num.87.& 88.*
87 *Turpius eijcitur, quam non admittitur hoſpes.*
89 *Tertius, qui ſe ſubhaſtationi oppoſuit, non admittitur ad licitandum.*

Qui admittantur, vel non, ad licitandum.

INSP. XXXII.

Regula eſt, quod † omnes venientes, qui 1
non reperiuntur à lege prohibiti, ad licitandum admittuntur, *leg. ſi tempora, vbi Nouar. nu. 1. C. de fid. inſtrum. & iur. haſt. Fiſcal. lib. 10. Pract. Papien. in form. execut. ſent. diff. in gl. ſapiens, numero 20. verſ. amplius quæritur. Carpan. ad Statut. Mediol. lib. 1. cap. 163. numer. 46. & cap. 248. numero vndecimo. Riccius in collect. deciſ. collect. 67. Vinc. de Franc. deciſ. 69. numer. 4. par. 1. Monac. deciſ. Bonon. 56. numer. 5. Mangill. de ſubhaſt quæſt. 1. numer. 9. Rot. poſt noſtrum tract. mand. de manut. deciſ. 109. numer. 9. & 10.* & † in emptione, 2
ac conductione vectigalium tradit *Ferrett. de gabell. numer. 665.* † quiſque recipitur, qui plus offe- 3
rat, *Carpan. dict. cap. 163. numer. 36.* † intra tempus in 4
ſubhaſtatione ſtatutum, *dict. leg. ſi tempora, vbi Nouar. numero 1.*

Intereſtque † debitoris, & domini, quamplu- 5
rimos ad emptionem inuitari, & ne vllo incommodo à licitandi facultate, & voluntate deterreantur, vt tanto pluris pignus, & res diſtrahatur, *Anton. Fabr. in Codic. lib. 8. tit. 16. de diſtract. pignor. defin. 3.* cum † per licitationem creſcat rei 6
æſtimatio calore licitantium, qui calor ſolet 7
tanto maior eſſe, quanto plures ſunt, qui licitantur, *Fab. loc. cit.*

Et, † quamvis in diſtractione pignoris iudicialis, reique debitoris deliberatio facienda ſit plus

plus offerenti, non autem creditori, *Rot. in Romana Vineæ 21. Maij 1588. coram Card. Blanchetto, poſt tract. dec. 3. numero octauo & in Camerinen. Fructuum, & Expenſarum 14. Iunij 1604. coram Penia, poſt tract.*
8 *dec. 16. numero quinto* attamen † offerre, & licitare poteſt etiam ipſe creditor, non ſecus ac poteſt quilibet tertius, & extraneus, *leg. 2. Cod. ſi in cauſ. iud. pign. capt. ſit. Carpan. loco citato Baldun. de pign. c. 18. colum. 7. circa med. Luc. Pet. in pract. lib. 8. cap. 2. numero 44. Aſin. de execut. §. 4. cap. 6. num. 1. & c. 71. nu. 1. & § 6. cap. 7. numero 1. Ant. Sol. ad decret. Sabaud. lib. 3. tit. 39. de form. ac ord obſeru. in pignor. ſubhaſta. ac deliber bon. ſtab. gloſ. 3. numero 4. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 97. numero 29. verſic. pro contraria, & numero 40. Pa-*
9 *pon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arreſt. 7.* vbi † durantibus tamen ſubhaſtationibus, & ante decretum, *Mar. conſ. 95. numer. 3. & 4 Gratian. diſcept. for. c. 7. nu. 7. Nouar. in leg. ſi tempora. numero 17. Cod. de fid. inſtrum. iur. haſt. Fiſcal. lib. 10. Vrſell. in verb. adiudicatio. concluſ. 52. folio 383. in appoſtill. Mangill. de ſubhaſtat. quæſt. 19. numero ſeptimo quæſt. 29. numero 7. quæſt. 21. numero 16. quæſt. 58. numero 2. & 3. quæſt. 60. num. 1. qu. 154. num. 2. & quæſt. 160. numero 6. Vinc. de Franc. deciſ. 69. num. 4. par. 1. Monac. dec. Bonon. 56. numero 4. & 5. Amat. dec. 27. numero 18. Giurb. dec. 53. num. 6. Greg. deciſ. 12. numero 1. vbi Beltrand. littera A. Rot. poſt noſtrum tract. mand. de manuten. deciſ. 109. num. 8. & 10. & in d. Camerinen. Fructuum, & Expenſarum 14. Iunij 1604. coram Penia poſt tract. deciſ. 16. numero ſexto & in Anconitana Prædij 4. Februarij 1628. coram Pirouano. poſt tract. deciſ. 76. num. 19.* & eſt hoc certi, & indubitati iu-
10 ris, *Mart. dict. conſ. 93. numero 3.* † ceſſante fraude, *Rot. in dict. Camerinen. poſt tract. deciſ. 16. numero ſexto*
11 † Quidquid aliud ſit in pignore conuentionali, & in eo, quod auctoritate Iudicis non venditur, nam illud creditor ſibi ipſi, ſeu perſonæ ab ipſo interpoſitæ vendere non poteſt, *leg. & qui ſub imagine, vbi Bart. Bald. & Salyc.* qui de communi, *C. de diſtract. pignor. Bertach. in verb. pignus alienatur. Fulgoſ. conſ. 127. in fin. Neguſ. de pignor. par. 6. memb. 1. numero 26. verſ. item nec ipſe creditor. Hugon. Donell. eodem tract. capit. 11. circa princ. & Baldun. pariter eodem tract. cap. 18. colum. 7. circa med. Aſin. de execut. §. 6. cap. 31. numero 17. cum ſeq. Pancirol. conſ. 58. numero 45. & ſequentibus Coccin. deciſ. 109. numero 12. in fin. Rot. recent. deciſ. 507. numero 3. par. 3. & in dict. Anconitana Prædij 24. Aprilis 1626. coram Remboldo, poſt tract. deciſ. 69. numero 5. & 7.*

12 Quo † diſtrahendi modo vtimur in dies, te-
13 ſte *Giurb. dict. deciſ. 52. num. 6. in fin.* Cum † non ſit æquum, vt creditor in pari cauſa ſit deterioris conditionis, quam extraneus, *Aſin. de execut. §. cap. 69. nu. 1. Gratian. diſcept. for. dict. cap. 7. nu. 6. Nouar. ad d. l. ſi tempora. num. 17. C. de fid. inſtrum. & iur. haſt. Fiſcal. lib. 10. Mangill. de ſubhaſt. qu. 154. nu. 6. Beltram. ad dict. deciſ. 12. Greg. num. 3. Rot. in d. Anconitana Prædij 4. Februarij 1628. coram Pirouano, poſt tract. dec. 76. numero 20.*

14 Non † tamen propterea creditor inuitus licitare cogitur, *Galleſ. de oblig. camer. quæſt. 37. nu. 30. Neguſ. de pignor. par. 6. memb. 1. numero 10. Ant. Sol. ad decret. Sabaud. lib. 3. de form. & ord. proced. in pignorat. ſubhaſt. & deliberat. bon. mobil. gloſ. 1. numero 26.* vbi,
15 † niſi adſit Conſtitutio. *Add. ad pract. Pancirol. par.*
16 *3. verſ. ſecundus modus, in verb. ipſe emat.* † Sed eſt hoc in eius facultate, *Neguſ. dict. numero 10. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 92. ſub numero 5. tom. 1.* † nec ei quidquam imputari debet, ſi emere 17
noluerit, ſeu recuſauerit, *Menoch. ibid.*

Admittiturque † creditor ad licitandum 18
non ſolum in ſubſidium, ſi non inueniatur alius emptor, ſeu qui offerat iuſtum precium, & ipſe iuſtum offerat, *leg. 2. vbi Bald. & Salyc. C. ſi in cauſ. iudic. pign. capt. ſit. Pract. Papien. in form. execut. ſent. diffin. in gloſ. ſapiens, numero 20. verſ. quæritur. Hug. Donell. de pignor. cap. 11. poſt princ. Aſin. de execut. §. 4. Ant. Sol. ad decret. Sabaud. libro tertio de form. & ord. proced. in pignor. ſubhaſt. & deliber. bon. mobil. gl. 1. num. 25. Galleſ. de oblig. camer. quæſt. 37. numero 30. Neguſ. de pign. par. 6. memb. 1. num. 10. Mart. conſ. 95. num. 4. Pancirol. in pract. par. 3. verſ. ſecundus modus, vbi Add. in verb. ipſe emat. folio 214. Ant. Fab. in ſuo Codic. lib. 8. tit. 16. de diſtract. pign. defin. 2. & numero 1. Nouar. ad leg. ſi tempora. numero 17. Cod. de fid. inſtr. & iur. haſt. Fiſc. lib. 10. Mangill. de ſubhaſta. quæſt. 154. numero 3.* vbi de communi, *& numero 4. & quæſt. 166. num. 6. Vrſell. in Verb. adiudicatio, folio 383. in apoſtill. Seraph. deciſ. 411. numero octauo par. 5. & poſt noſtrum tract. mand. de manut. deciſ. 323. numero 8. & poſt Nigr. de ſubhaſt. dec. 6. num. 16. & 17. & in Mediolan. Euictionis 4. Februarij 1600. coram Cardinal. Mellino, in Camerinen. Fructuum, & Expenſarum 14. Iunij 1604. coram Penia, poſt tract. deciſ. 16. numero ſexto, in Romana Executionis de Raynerijs 21. Aprilis 1608. coram Ortembergo, poſt tract. deciſ. 19. numero 10. & in Anconitana Prædij 29. Aprilis 1626. coram Remboldo poſt tract. deciſ. 67. numero octauo*
† ſicuti eo caſu poteſt facere ſibi pignus adiu- 19
dicare, ſeu in ſolutum dare, *Mart. dict. conſ. 93. nu. 4. & ſenti Nouar. ad leg. ſi tempora. d. numer. 17.* vbi tamen videtur confundere terminos adiudicationis, & licitationis. † cum & tunc Iudex diligen- 20
ter curare debeat, vt creditor iuſto pretio emat, non ſecus, ac ſi eſſet extraneus, *Aſin. de execut. §. 7. cap. 300. n. 1.* † Sed etiam cum aliis, *Mangil. de ſubh.* 21
qu. 21. numer. 4. & in aliorum concurſu, atque poſt alios omnes oblatores, *Vrſell. in verb. adiudicatio. folio 383. in appoſtill. Rot. poſt noſtrum tracta. mandat. de manuten. dict. deciſ. 323. numero 8. & 10. quæ eſt etiam in recent. dict. deciſ. 411. nu. 8. & 11. par. 5.* & eſt de mente *Surd. conſ. 256. ſub numero 6. quem ſequitur Beltram. ad dec. 12. Gregor. numero 3.* & non diſſentit *Nouar. ad dict. l. ſi tempora. numero 17. & Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 97. nu. 40.* † ſi tamen plus offerat, *Saluſt. Tiber.* 22
in pract. lib. 1. cap. 44. numero 4. Vrſell. loc. cit. Mangil. de ſubhaſt. dict. quæſt. 154. numero 4. & 5. vbi de veriori, *& num. 15.* vbi ponderat † verbum, *plus*, quod eſt 23
comparatiuum, & ſupponit poſitiuum extitiſſe, hoc eſt, alios oblatores. *Ludouic. Peguer. dec. 199. ſub numero tertio* vbi de bonis debitoris cedentis. *Rot. in dict. Camerinen. Fructuum, & Expenſarum 14. Iunij 1604. coram Penia, poſt tract. deciſ. 16. numero 6. & in Anconitana Prædij 4. Februarij 1628. coram Pirouano, poſt tract. deciſ. 76. numero 19.* † quidquid contra 24
ſentiat *Aſin. de execut. §. 4. cap. 54. ſub numero 2. & §. 31. cap. 5. numero 4.* Et, † ſi præceſſerit æſtimatio, 25
quæ licitationem excedat, eſt illi res adiudicanda pro precio æſtimato, tanquam illud habeatur pro iuſto, & vero precio, *Fenzon. ad Statut. Vrb. cap. 194. numero 58. & 59.*

Eſtque † remedium licitationis creditori & 26
tutius, quam vt res ſibi adiudicetur, vel in ſolutum detur, *Add. ad pract. Pancirol. par. 1. verſ. ſecundus modus in verb. ipſe emat. folio 314. Mangill. de ſubhaſtatio. quæſt. 58. numero 3. Monac. deciſ. Bonon. 56. num. 5.*

27 † & vtilius, *gloſ. & Burat. in l. à Diuo Pio. §. ſi pignora. ff de re iudic. Aſin. de execut. §. 6. cap. 7. in fin. Mangil. de*
28 *ſubhaſta. quæſt. 21. numer. 5.* † quam remedium ad-
29 dictionis in diem. *Mangill. ibid.* & † eſt iſte melior modus, quem creditor habere poſſit, *Mangil. de ſubhaſta. quæſt. 19 ſub num. 7. & quæſt. 28. num. 3.*
30 † præſertim ſi plures creditores ad rem debitoris concurrant, nam creditor forſan poſterior licitando poterit tale precium offerre, vt ſufficiat pro omnium creditorum ſatisfactione, quo caſu tanto magis creditori licitare permittitur, *Mart. d. conſ. 95. num. 4.*

31 Et, † quamvis creditor poſſit licitare vt extraneus, & vt creditor, & vt extraneus licitare dicatur, ſi offerat ſimpliciter, & vt creditor, ſi dicat, velle in partem pretij eius creditum compenſare, *Mangill. de ſubhaſtatio. quæſt. 125. numero 3. & quæſt. 166. numer. 6. Vinc. de Franc. deciſ. 64. numero 4.*
32 *parti. 1.* attamen, † etiam quod obtulerit, & emerit non facta mentione ſui crediti, ſemper cenſetur obtuliſſe, & emiſſe vt creditor, & non vt extraneus, & potius conſeruandi ſui pignoris gratia, quam eius dominij acquirendi, & iſta eſt iuris præſumptio, quæ non recipit probationem in contrarium, *Felician. de cenſib. tom. 2. lib. 3. cap. 2. numero 1. verſ. ſecundo quia, & ſub verſ. tertia eſt. Mart. dict. conſ. 95. num. 5. Mangil de ſubhaſtatio. dict. quæſt. 125. numer. 5. & ſeqq. Vinc. de Franc. dict. deciſ. 69.*
33 *nu. 5. par. 1.* † ſi id ex proceſſu colligatur, vt, quia ipſe poſterior creditor cum aliis anterioribus inſteterit pro venditione, & obtulerit quantitatem, ex qua & ipſi poſſet ſatisfieri, *Felician. ſub d.*
34 *verſ. tertia eſt, Vinc. de Franc. loc. cit.* † vel obtulerit per ſuppoſitam perſonam, *Duran. dec. 445. nu. 92. Rot. in Anconitana Prædij 29. Aprilis 1636. coram Rem-*
35 *boldo, poſt tract. dec. 67. num. 4.*

Poteſt † enim creditor etiam alium ſupponere, qui pro eo ad haſtam offerat, & emat, *Gratian. diſcept. for. cap. 7. num. 7. Vrſell. in verb. adiudicatio. concl. 52. num. 26. in fin. Mangill. de ſubhaſta. quæſt. 20. & quæſt. 154. ſub num. 16. Amat. dec. 67. num. 18. Coccin. deciſ. 189. numer. 11. in fin. Rot. in Camerinen. fructuum, & Expenſarum 14. Iunij 1604. coram Penia, poſt tract. deciſ. 16. num. 5. & 6. in d. Anconitana Prædij 29. Aprilis 1626. coram Remboldo, poſt tract. deciſ. 67. nu. 2. verſ. non obſtat. & num. 4. & in eadem 17. Maij 1627. coram Pirouano, poſt tract. dec. 68. num. 8.*

36 Provt † alium ad hoc ſupponere poteſt etiam quilibet alius, *Ant. Fab. in C. lib. 8. tit. 16. defin.*
37 *22. Mandell. de ſubhaſta. d. quæſt. 154. nu. 16.* cum, † qui facit per alium promittere ad incantum, dicatur ipſemet promittere, *Corn. conſ. 79. ſub nu. 8. lib. 3.*
38 & † quilibet tertius poſſit pro alio oblationem facere, ac emere, & illi acquirere, *Rot. recent. deciſ.*
39 *153. nu. 1. par. 7.* vbi per tot. † quando quis dicatur, & probetur pro alio obtuliſſe, & emiſſe.

40 Sed † ſic offerens pro alio, & ab eo ad id ſubrogatus emptoris partibus, & vice fungitur in omnibus, *Ant. Fab. in Cod. d. lib. 8. tit. 16. defin. 22.*
41 † & ſubhaſtatio, ac deliberatio illi facta valet, ſi ſine fraude, & colluſione facta ſit ſuppoſitio, ſecus ſi cum fraude, ſeu colluſione, *Rot. recent. dec. 507. numer. 2. & 3. par. 3. & in Ariminen. Bonorum 23. Februarij 1628. coram Coccino, poſt tract. dec. 71. nu. 8. &*
42 *9.* vbi, quod † colluſio præſumitur, ſi oblator ſit familiaris, & domeſticus creditoris.

43 Non † tamen eſt recipiendus oblator pro alio, niſi cum ſpeciali mandato, *Rebuff. de præcon. licitat. & ſubhaſta. gl. 1 num. 14. Papon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arreſt. 8. in append. verſ. nouo procuratores, & arreſt. 13.* quod quando tale dicatur, vide *Rot. poſt Nigr. de ſubhaſta. dec. 39. nu. 1.* & † ex quibus cenſea- 44
tur ſubſecuta ratificatio, vide *eamd. dec. 39. nu. 2. &*
4. † nec dicitur quis habere mandatum ad of- 45
ferendum precium exceſſiuum, niſi ratificetur, *Rot. apud Nigr. dict. tract. dec. 38. num. 2.*

Ipſe † autem, qui pro alio obtulit, deinde 46
cedit, ſeu retrocedere poteſt rem creditori, & illi, à quo fuit ſuppoſitus, *Mangill. de ſubhaſtat. qu. 47. num. 20. Rot. poſt Nigr. de ſubhaſt. deciſ. 14. numer. 9. & in dict. Camerinen. Fructuum, & Expenſarum 14. Iunij 1604. coram Penia, poſt tract. deciſ. 16. in fin. & in Anconitana Prædij 29. Aprilis 1626. in princ. poſt tract.*
dec. 67. † & qui mandatum ſuſcepit, tenetur de- 47
clarare, ſe emiſſe pro eo, qui illum in procuratorem conſtituit, & eidem rem emptam reſtituere, etiam quod proprio nomine emerit, *Rot. in d. Anconitana Prædij 13. Februarij 1637. coram Pirouano poſt tract. dec. 97. nu. 2. & 14.*

Libet quoque hic adnotare, quod † & cre- 48
ditores defuncti ab hærede citati in confectione inuentarij, ſi æſtimatores res, vt par eſt, non æſtiment, vel ſi creditores velint licitationibus, & auctionibus æſtimationem augere, poſſunt, & ad id admittuntur, *Papon. de arreſt. lib. 11. tit. 10. de hæred. ex beneſic. inuent. arreſt. 6.*

Item † & debitor plus offerens, ſeu precium 49
augens admittitur ad licitandum, dum ſub haſta venduntur bona ſua, *Tepat. var. ſent. tit. 417. cap. 7. Papon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arreſt. 1. in append. & eſt caſus in Forolivien. de Monſignanis 22. Maij 1595. coram Litta, poſt tract. dec. 6.* provt † & poteſt licitatorem 50
offerre, *Gamm. dec. 178. ſub num. 1.*

Tutor † quoque iuſto precio, & imminente 51
debito in ſubhaſtatione, quæ fit de re pupilli palam emere poteſt per interpoſitam perſonam, non autem clam, *Bald. conſ. 347. nu. 1. lib. 4.*

An † autem, & quando admittantur extra- 52
nei ad licitandum in ſubhaſtatione, quæ ſit occaſione diuiſionis bonorum hæreditariorum inter cohæredes, videas *Vaſi. in prax. partit. & collat. cap. 11. & 12.*

Debet † tamen licitator eſſe talis, qui obli- 53
gari & conueniri poſſit, *l. qui ſatisdare in primo reſponſo ff. de fideiuſſ. Mangill. de ſubhaſtat. quæſt. 70. nu. 2. & quæſt. 133. num. 5. & Amat. dec. 63. nu. 3.*

Et † in licitatione datiorum, gabellarum in- 54
troituum, & rerum Vniuerſitatis admitti debent idonei, & habentes idoneos fideiuſſores, *l. ſi bene. de vſur. l. licitatio in princ. ff. de public. & vectig. l. 1. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. Iodoc. de ſubha. c. 4. nu. 15. Fab. de Mont. de empt. & vend. quæſt. 5. in rubr. ſubhaſta. mater. ſub numer. 94. Alex. Rauden. conſ. 50. nu. 254. il 2. lib. 1.* & † non ſunt admittendi, qui integram 55
mercedem affictus præcedentis non exoluerunt, *Rouit. ſup. pragmat. Regn. pragmat. 5. de adminiſtr. vniuerſit. num. 13.*

Prohibetur † autem Iudex, ſeu Officialis lici- 56
tare, quod coram ipſo ſubhaſtationi ſubiicitur, *Add. ad Papon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arr. 7.* † Eſtque in 57
ſubhaſtatione bonorum Principis interdicta emptio ipſi Officiali Palatino, Præſidi, Decurioni, Procuratori, & cuilibet alij in ea Prouincia, ſeu Ciuitate, in qua adminiſtrat, & ab eo ſuppoſito,

Digitized by Google

poſito, Mangil.de ſubhaſtat.quæſt.88. numero 1.& ſe-
58 quentibus. Et † interdictum eſt emere Subcolle-
ctoribus, & Commiſſariis ſpoliorum Eccleſia-
ſticorum, eorumque coniunctis, familiaribus,
Notario, Preſbytero, ſeu Canonico illi aſſiſtenti,
aliiſque pro eis res in ſpolio comprehenſas, vt
legitur in inſtructione impreſſa dd. Subcollectorum n.5.
59 At † Officiales, & Adminiſtratores Ciuitatum,
& Terrarum, & eo magis, qui præſunt ſubhaſta-
tioni gabellarum, & vectigalium, & ad quos
ſpectat illa vendere, & locare, prohibentur ea
emere, & conducere, Ferr. tt. de gabell. nu. 266. Mau-
ſon. de cauſ. execut. ampl. 30 num. 16. & 17. lib. 1. Mangill.
de ſubhaſtatio. quæſt. 97 numer. 5. & ſequentibus. Atque
60 † in Vrbe non poſſunt, recipi oblationes cuiuſ-
cunque Officialis illius Tribunalis, in quo facta
eſt executio, nec ipſis Officialibus inſeruien-
tium, neque Notariorum, & aliorum iuuenum
Tribunalis, neque ipſorum Curſorum, & Man-
datariorum affinium, & conſanguineorum
vſque ad tertium gradum, vt diſponitur in refor-
mat. tribunal. Vrb. Paul. V. in rubr. de cenſor. & mandat.
61 verſ. non recipiant. Vnde † nulla, & inualida eſſet
etiam ſubhaſtatio, & deliberatio facta pro Cur-
ſore ſubhaſtante per interpoſitam perſonam,
Rot. recent. deciſ. 604. num. 2. par. 3.
62 Limitat. tamen primo, † niſi plures ſint in
Officio Collegæ, qui abſente vno, vel duobus ex
ipſis poſſint bona Principis vendere, quia tunc
vnus ex Collegis emere poteſt, aliis eis venden-
tibus, Mangill. de ſubhaſtatio. d. qu. 88. numero octauo,
63 & §. 9. vbi, † ſecus ſi vnus ſine altero vendere
non poſſit.
64 Limit. ſecundo † in Officialibus, & Admini-
ſtratoribus, & eo magis in Officialibus perpe-
tuis, qui emant palam, & bona fide, de quibus
conſtet, Mangill. de ſubhaſtat. quæſt. 87. numero 9. &
65 quæſt. 88. nu. 10. 11. 16. 18. & 20. † & de bona fide con-
ſtare diceretur, ſi Adminiſtrator, ſeu Officialis
emiſſet eodem precio, quod alius offerebat,
66 Mangil. d. quæſt. 88. numer. 13. operatur † enim pretij
iuſtitia, vt non ſit conſiderandum, cui res ven-
67 datur, Mangill. ibidem numero 15. † Etiam quod
non interueniat Principis licentia, Mangil. ead.
68 quæſt. 88. numero 10. † ſecus vero ſi ematur clam, &
mala fide, & ſic cum fraude, & dolo alium ſup-
ponendo, vel alios licitantes deterrendo, & à
licitatione retrahendo, Mangil. de ſubhaſta. d. quæſt.
87. numero 9.
69 Limit. tertio, vt † Officialis, qui non fuerit
deputatus ad ipſum contractum, poſſit emere
per interpoſitam perſonam, Bald. in l. quiſquis ante
num. 3. vbi atteſtatur de conſuetudine, & ibi Salyc.
pariter ante numerum tertium, Cod. ſi cert. pet. Alexand.
70 Rauden. conſil. 50. numero 611. lib. 1. & † generaliter,
quod Officialis poſſit emere ſubdelegando,
tradit Gluſian. de d.u. in ſolut. cap. 31. numero 399.
71 † magis namque ſincero animo agit Officialis
emendo bona fide, & iuſto precio per interpo-
ſitam perſonam, quam ſi ipſemet emat, & lici-
tet, cum emere volentes ob Officialis reueren-
tiam poſſint ſe facile à licitatione abſtinere,
quod non accidit, ſi pro eo licitet interpoſita
perſona, & ignoretur interpoſitio, Mangil. dict.
quæſt. 88. in fin.
72 Limit. quarto, vt † Publicanus multarum Of-
ficialis Regis, vel merum imperium habentis
non cenſeatur, & ideo à iure licitandi in con-
ductionibus publicis non remouentur, Papon. de
arreſt. lib. 13. tit. 9. arreſt. 3. in append.
Lim. quinto, vt † in ſubhaſtatione Caſtrorum 73
Status Eccleſiaſtici admittatur inter oblatores
etiam Camera Apoſtolica, & oblatore non re-
perto Cameræ fiat adiudicatio pro pretio æſti-
mando, quod creditoribus ſatisfaciat, vt in bulla
Clem. VIII. 41. in 3. par. bullar.
Cumque † Conſtitutiones Apoſtolicæ pro- 74
hibeant venditionem rerum exiſtentium in Stà-
tu Eccleſiaſtico in Forenſes, & non ſubditos,
etiam quod ſint effecti ciues loci, eæ locum ha-
bent etiam in ſubhaſtatione, Mangil. de ſubhaſta.
quæſt. 108. num. 1. & 2. Greg. deciſ. 319. nu. 5. & 6. Duran.
dec. 257. numer. 5. & ſeqq. & Rot. in Eugubina Dotis 14.
Februarij 1642. coram R.P.D. Carrillo, poſt tract. deciſ.
101. nu. 9. quæ fuit confirmata 6. Iunij eiuſdem anni
coram eodem, vt poſt tract. deciſ. 111. cum † tanquam 75
fauorabiles extendantur ad quaſcunque alie-
nationes, Duran. d. deciſ. 257. num. 5. ita vt, quamvis
† alienatio, quæ fit ſub haſta, dicatur ex cauſa 76
neceſſaria, Duran. ibid. numer. 7. † hoc tamen non 77
alteret naturam alienationis, ſeu venditionis,
cum, illam eſſe voluntariam, vel neceſſariam
accidentaliter contingat, prout etiam quod fiat
à Iudice, vel à domino, Mangill. de ſubhaſtat. d. qu.
108. num. 4. & ſeqq. & Duran. dict. dec. 257. nu. 8. Vnde
† nulla, & iniuſta eſt ſubhaſtatio, & delibera- 78
tio facta forenſi etiam ciui contra formam dd.
Conſtitutionum, Duran. dict. deciſ. 257. numero 4.
verſic. quod autem Iudex. † Niſi in Statu Eccleſia- 79
ſtico domicilium etiam habeat, & onera ſoluat,
Rot. in dicta Eugubina Dotis 14. Februarij 1642. co-
ram R. P. D. Carrillo, poſt tract. deciſio. 101. nume-
ro 30.
Diciturque † ſubhaſtatio nulla, ſi tamen 80
probetur, emptorem eſſe exterum, ſecus ſi non
probetur, quia poteſt eſſe oriundus ex Statu Ec-
cleſiaſtico, Greg. deciſ. 430. in fin. Et † nec dd. Con- 81
ſtitutiones locum habent in ſubhaſtationibus
factis ante ipſas, Greg. d. dec. 430. in fine.
Emere † quoque, & conducere gabellas, & 82
vectigalia prohibentur Clerici, Mauſon. de cauſ.
execut. ampl. 30. nu. 16. lib. 1. & † in Francia Domini, 83
& Nobiles, Papon. de arreſt. lib. 13. tit. 9. de vectigal.
arreſt. 5. in append.
Prout † prohibentur etiam tutores, Mauſon. 84
loc. cit.
Iudæis † non eſt permiſſum emere, conduce- 85
re, vel accipere gabellas Chriſtianorum, Ferret.
de gabell. 268. Mauſon. de cauſ. execut. ampl. 30. numero
16. lib. 1.
In venditione † domus non debet recipi ad 86
offerendum læno, vel meretrix, ſed iſti ſicut ex-
pelli poſſunt, quando inhabitant, l. ſi qua, Cod. de
ſpectacul. lib. 11. ita multo minus recipi debent ad
habitandum, cum † turpius eiiciatur, quam non 87
admittatur hoſpes, Rebuff. de præcon. licit. 9. ſubhaſta.
art. 7. gl. 1. numer. 7. vbi, quod † ſecus eſt in pratis, & 88
fundis.
Denique is, † qui oppoſuit, non recipitur ad 89
licitandum, nec ad augendum precium rei ca-
ptæ in executionem rei iudicatæ, l. 2. C. ſi in cauſ.
rei iudic. Rebuff. de præcon. licitat. & ſubhaſtatio. art. 4.
gloſ. 1. numero 35. Mangill. de ſubhaſta. quæſt. 130. nume-
ro 1.

Digitized by Google

SVMMARIA.

1 *Offerens curare debet,vt nomen ſuum ſcribatur.*
2 *Oblationes ſunt in actis ponendæ, alias mandatum de deliberando eſt iniuſtum.*
3 *Et faciendæ in officio Notarij cauſæ, non in alio, & quare.*
4 *Oblatio facta loco incongruo nulla eſt.*
5 *Notarius auctionum indicem conficere debet,qui omnibus communicetur.*
6 *Oblationes fieri poſſunt tam in publico incantu,quam extra.*
7 *Non refert quid ex æquipollentibus fiat.*
8 *Oblatio debet eſſe iuxta formam legis.*
9 *Vectigalium publicorum antiquitus quomodo fiebat.*
10 *Forma licitationis, & ſubhaſtationis inducitur ex banni tenore.*
11 *Oblatio eſſe debet ſine dolo,& fraude.*
12 *Et certa,clara,& vt regionis vſus admittit.*
13 *Et pura,non conditionalis.Lim.vt num.17.*
14 *Cum conditione extrinſeca nulla eſt, & illegitima, & nu.16.vbi exempla.*
15 *Poſterior præfertur priori factæ cum conditionibus à licitatore declarandis.*
18 *Cautione præſtita per creditorem de reſtituendo, tenetur debitor aliam præſtare de conſeruando eum indemnem.*
19 *Cautionis de reſtituendo conditio vtilis eſt etiam creditoribus,& quare.*
20 *Pretij certitudo eſt de licitationis, & ſubhaſtationis forma,alias non ſubſiſtit.*
21 *Oblatio, & deliberatio bonorum ſtabilium non ad corpus,ſed ad menſuram,an & quando teneat,& num.23.*
22 *Oblator,quamvis emat ad menſuram incertam,non poteſt pœnitere.*
24 *Oblatio non videtur admittenda, quam calor licitantis vltra modum ſolitæ conductionis inflauit.*
25 *Licitationes aliquando ſunt animoſæ, & quare, & nu.26.27.28.& 29.*
30 *Conductores quando petere poſſint liberationem à conductione, vel mercedis remiſſionem, & numero 31.*
32 *Licitator animoſior extraneus non impedit adiudicationem fieri conſorti iuſto precio, ſecus ſi ſit ſocius,& num.33.& 34.*
35 *Licitatio calore iracundiæ nulla eſt.Decl.vt numero 36.37.& 38.*
39 *Oblatio, quæ non fit ad finem, pro quo fit ſubhaſtatio, ſed ad alium, non admittitur, vbi exemplum.*
40 *Oblatio pro extinguendo cenſu non admittitur in ſubhaſtatione,quæ fit pro fructibus, & ſubhaſtatio eſſet iniuſta,& quare,& numero 41.Ampl.vt numero 42.*
42 *Reditus ex nummis prouenientes ſolet Iudex decernere redimendos ex pecunia rei ſubhaſtatæ, ſi ſufficiat.*
44 *Oblatio,quæ non eſt pro integro credito,prout aliæ, vel non de omnibus bonis, vel ſolummodo verbalis,& oblator non reperitur,non eſt legitima.*
45 *Fieri debet intra terminum, & tempore congruo, alias non ſubſiſtit & quare,& numero 46.Ampl. vt numero 47.*
48 *Serotina non ſuffragatur, & numero 49.& 50. vbi exempla.*
51 *Maceratenſis Curiæ ſtylus eſt,vt in inſtantia pro monitione ad ſententiam pro deliberatione apponatur clauſula,ſaluo iure licitandi.*
52 *Oblationes ad effectum deliberationis an debeant eſſe plures,& quot,vel ſufficiat vnica, & numeris ſequentibus.*
56 *Deliberatio fieri debet plus offerenti.*
57 *Oblationes eorum, qui legitime renunciarunt, non faciunt numerum.*
61 *Licitatio poteſt cedi.*
62 *Licitationes in Francia non admittuntur niſi oppoſitionibus diſtrahendi fine iudicati.*

De oblationis, ſeu licitationis forma, & requiſitis.

INSP. XXXIII.

OFferentem † oportet curare, vt nomen 1
ſuum deſcribatur, *Aſin. de execut.§.6.cap.1. ſub numer.17.Mangil.de ſubhaſt.quæſt.25.num.3 in fin.*
Atque † oblationes ſunt in proceſſu, & actis po- 2
nendæ, alias, ſi in proceſſu non appareant, dicuntur non adeſſe, & mandatum de deliberando dicitur iniuſtum, *Duran.deciſ.13.ſub num.4. Rot. in Romana Spolij Domus 19. Ianuarij 1615. coram Eminentiſſimo D.Card.Pamphilio, poſt tract. deciſ. 32. ante*
*num.1.*Et † nulla eſſet oblatio,quæ facta eſſet in 3
officio alterius Notarij,cum fieri debeat in Officio Notarij cauſæ,vt poſſit alius,habita oblationis notitia, maiorem oblationem facere, & ſic melior conditio debitoris, & creditoris efficiatur, *Rot.recent.deciſ.604.num.2.par.3.* † nullaque 4
eſt oblatio facta loco incongruo, *Valaſc. conſult. 106.numer.67.*

Debetque † Notarius ſeparatim omnium au- 5
ctionum indicem conficere,qui omnibus communicetur, *Papon.de arreſt.lib.18.titul.6.arr.25.Man-*
*gil.de ſubhaſtat.dict.quæſt.25.in fin.*Sed † non refert, 6
an oblationes fiant in publico incantu, vel
aliunde, cum † non referat, quid ex æquipol- 7
lentibus fiat, *Ioan.Franc. de Pont. conſ.1. numero 130. & 131.*

Oblatio † vero eſſe debet iuxta formam le- 8
gis, *Valaſc.dict.conſult.109.n.7.*& † antiquitus ſubla- 9
ta manu, ſeu digito fiebat licitatio vectigalium publicorum, vt per *Briſſon.de formul. & ſolemnibus Popul. Roman. verb.lib.6. folio 583.in fin.* Formaque
† licitationis, & ſubhaſtationis inducitur ex 10
banni tenore, à qua recedi non poteſt, *Fenzon.ad Statut.Vrb.cap.194.num.54. Mangill. de ſubhaſtat. dict.*
quæſt.25.in fin.† Debetque oblatio eſſe ſine dolo, 11
& fraude. *Burſat.conſ.99.num.18.lib.1.*

Atque † oblatio debet eſſe certa,clara,& ta- 12
lis,qualem Regionis conſuetudo,& vſus admit-
tit, *Caball.conſil.129. numero 9.* & † pura,non au- 13
tem conditionalis, *Amat. deciſ. 67. numero decimo*
tertio Buratt. deciſ. 96. numero primo † regulariter 14
enim oblatio cum conditione extrinſeca redditur nulla, & inefficax, *Mangill. de ſubhaſtat.*
quæſt.78. numero ſecundo & † licitatio ſecundo lo- 15
co facta præfertur priori factæ cum conditionibus à licitatore declarandis, *Mangill. de ſubhaſta.*

16 *baſta q.78. num. 4.* Ac proinde † non eſt legitima oblatio conditionalis, quatenus bona ſint libera, & præſtatur cautio de euictione, & ſit ad effectum deponendi, *Buratt. d.dec.99. ſub numer. 1.*
17 † licet admittatur oblatio cum conditione, quod pecunia non liberetur creditori, niſi cum cautione de reſtituendo cui, quando, & quibus
18 jus permiſerit; † & tunc, ſi creditor huiuſmodi cautionem præſtiterit, debitor tenetur aliam præſtare de ſeruando creditorem indemnem, *Tepat. var. ſent. tit. 417. cap. 7. Mangill. de ſubh. qu. 67. nu. 1. & ſeqq. & q. 18. numero 1. Vinc. de Franc. deciſ. 20. & dec. 200. nu. 5. & 18. par. 1.* vbi de ſtylo Conſilij Nea-
19 politani, & † eſt hæc conditio cautionis etiam vtilis creditoribus ad facilius inueniendum emptores, & juſtos, *Mangil. d. q. 62. n. 2. Vinc. de Franc. d. dec. 200. par. 1.*
20 Eſtque † de forma licitationis, & ſubhaſtationis certitudo pretij, alias non ſubſiſtit, *Mangill. de ſubh. q. 23. n. 1. & q. 78. n. 3.* vbi, quod pretium, debet eſſe certum, clarum, & determinatum.
21 Vnde, † ſi ſit facta oblatio, & ſecuta deliberatio, & venditio bonorum ſtabilium non ad corpus, ſed menſuram, vt puta ad ſcuta tot pro qualibet tornatura, ſeu ſalma, & non conſtet de quantitate tornaturarum, ſeu ſalmarum, contractus dicitur conditionalis, & imperfectus, ac pretium incertum, & non liquidum, & ſubhaſtatio nulla, donec non fuerit facta menſuratio, nec poteſt antea emptor ingredi poſſeſſionem, & quatenus ingrediatur, competit contra eundem remedium reintegrandæ, *Man-*
22 *gill. de ſubhaſt. q. 78. n. 5. & ſeqq.* quamuis † emptor pœnitere interim non poſſit, *Mang. ibid. n. 19.* Sed,
23 † ſi fundus ſit certis finibus deſignatus, & aſſertum fuerit, illum eſſe tot jugerum, ſeu tornaturarum, vel ſalmarum ea lege, & pacto, quod quilibet ex contrahentibus poſſet menſuram petere, & adhibere, & iuxta menſuram deberet pretium augeri, vel minui, dicitur tunc venditio perfecta, & pretium certum, licet augumento, & diminutioni ſubjiciatur, *Mangill. d. q. 78 nu. 21.*
24 Admittenda † non videtur licitatio, quam calor licitantis vltra modum ſolitæ cōductionis inflauit, *l. licitatio, in princ. ff. de public. & vectigal.*
25 *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 18. ſub n. 5.* † Cupide enim homines ad publicorum præſertim cōductiones accedunt, adeo vt propterea in iis calor licitantium interdum vltra modum ſolitæ cōductionis inflet, *Briſſ. de form. ſeu ſolemnib. Popul. Raman. verb. lib. 6. fo. 583. in fi. & ſeq. Mang. de ſubh. q. 38.*
26 *n. 17.* & † licitationes ſoleant eſſe animoſæ, *d. l. licitatio. in princ. Mang. d. q. 38. n. 11. & 17. Vinc. de Franc. dec. 54. n. 11. par. 1. Rot. poſt Nigr. de ſubhaſtat. dec. 21. nu. 9.*
27 † quod oriri ſolet aliquando ob inuidiam emptorum, *Mang. d. q. 38. n. 12. Vinc. de Fran. d. dec. 54. n. 11.*
28 *Rot. d. dec. 21. num. 9. poſt Nigr. de ſubh.* † quandoque, quia res fuit antiquorum, *l. ſi emptionem ff. de minor, l. lex, quæ tutores, C. de adminiſtr. tut. Mang. Vinc. de*
29 *Franc. & Rot. poſt Nigr. loc. cit.* † quandoque propter vicinitatem, *l. ſi cui fundus, in fin. ff. de leg. 1. Vinc. de*
30 *Franc. & Rot. vbi ſup. Mang. d. q. 38. nu.* Quo fit, † vt aliquando conductores petant remiſſionem mercedis, vel liberationem à conductione, & vt
31 ex integro fiat locatio, *Briſſ. vbi ſup.* provt † remiſſionem petere poſſunt, quando impediuntur fructus percipere caſu aliquo, puta belli, peſtis, vel alterius impedimenti à Principe, vel ejus miniſtris dato, vt per *Mangill. de ſubhaſtat. q. 139. per tot.* quem videas.

Ex his † etiam non admittitur animoſior 32
licitator ad impediendum, adjudicationem fieri conſorti juſto pretio, *l. ad officium, in fin. cum ibi not. C. comm. diuid. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 18. ſub nu. 5.* † Non enim, ſi conſors offerat juſtum 33
pretium, admittitur animoſus licitator extraneus, *Tiraq. ibid.*

Sed † bene permittitur animoſa licitatio 34
ipſius ſocij in præjudicium alterius ſocij, *d. l. ad officium, C. comm. diuid. d. l. licitatio, in princ. ff. de public. & vectigal. Afin. de execut. n. 6. cap. 5. Mangil. de ſubhaſt. q. 66. n. 5.*

Licitatio † quoque facta calore iracundiæ 35
nulla eſt, ad *l. quidquid calore iracundiæ, vbi gl. de reg. iur. l. 3. vbi gl. ff. de diuor. l. ſi filiā tuā, C. de inoff. teſta. c. diuortium, vbi gl. diſtinct. 1. Mangil. de ſubh. q. 132. n. 1.*

Quod declar. primo, † procedere, ſi licitans 36
non ſit paratus offerre cautionem, ſeu fideiuſſores idoneos, ſecus ſi offerat, & præſtet, *Mangil. d. q. 152. n. 3. & in fi.*

Decl. ſecundo, † locum habere, vbi licitator 37
eſſet in totum à mente alienatus propter iracundiam, quod eſt difficilis probationis, quamuis non impoſſibilis, ſecus ſi aliqualiter tantum concitatus, quia tunc hujuſmodi contractus, & licitatio tenet, *Mangil. d. q. 152. n. 4.*

Decl. tertio, † non procedere, ſi talis licitans 38
ad ſe reuerſus in licitatione perſeuerauerit, faciendo actus illius approbationis, ſeu ratificationis, *d. l. quidquid. ff. de reg. iur. & d. l. 3. de diuort.*

Neque † etiam videtur admittenda obla- 39
tio facta non ad illum finem, pro quo fit ſubhaſtatio, vt puta, non ad effectum ſoluendi illi, ad cuius inſtantiam fit ſubhaſtatio, ſed ad aliū finem puta, pro ſoluendo anterioribus, & potioribus creditoribus in præjudicium alterius oblatoris, qui promiſit ad eum finem, pro quo ſubhaſtatio fiebat, *Amat. d. dec. 67. num. 12. Caputaq. dec. 269. par. 2.*

Provt † in ſubhaſtatione, quæ fit pro fructi- 40
bus cenſus non admittitur oblatio ad effectum redimendi cenſum ſuper eodem prædio impoſitum, cum ille ſit perpetuus, & ex hoc præjudicetur imponenti, & reo, qui non poteſt cogi ad illum redimendum, *Rot. recent. dec. 411. ſub nu. 14. par. 5. quæ eſt etiam poſt noſtrum tract. mand. de manuten. deciſ. 323. n. 15.*

Quemadmodum † eadem ratione iniuſta 41
eſſet ipſa ſubhaſtatio, ſi facta eſſet pro ſorte cēſus, *Duran. dec. 15. num. 9. Rot. poſt Mangill. de ſubh. dec. 54. num. 8.* & † eo magis, ſi ſubhaſtatio facta 42
eſſet ſub prætextu, quod ipſe cenſus eſſet impoſitus ſuper re ſubhaſtata, & conſtaret de contrario, *Durand. d. dec. 15. nu. 9.* Sed tamen † reditus ex nummis prouenientes ſolet Iudex de- 43
cernere redimendos ex pecunia rei ſubhaſtatæ, ſi ſufficiat, *Rebuff. relatus per Mangil. de ſubh. q. 159. n. 17. in fi.*

Neque † eſt legitima oblatio, quæ non eſt 44
pro integra quantitate crediti, provt aliæ, nec quæ non eſt de omnibus bonis, nec quæ eſt ſolummodo verbalis, & perſona oblatoris non reperitur, *Buratt. dec. 96. ſub n. 1.*

K

Digitized by Google

45 Sunt † etiam oblationes faciendæ intra terminum declaratum, ſeu præfixum in edicto vel Statuto, ſeu conſuetudine, *Mangil. de ſubbaſt.*
46 *qu.68. numero 9.* alias oblatio facta tempore incongruo, & extra terminum in ſubhaſtatione aſſignatum, & non ſeruata forma legis non ſubſiſtit, quia termini præfixio formam inducit, *Valaſc. conſult.109. numero 7. Mangil. de ſubbaſt. q.*
47 *86. n.4. & 5.* † ſiue terminus poſitus ſit per modum conditionis, vel in caſu ablatiuo, qui conditionem importat, ſiue per præpoſitionem, Ad, puta, ad candelam accenſam, *Mangil. de ſub-*
48 *baſtat. q.85. n.5. & ſeqq.* † Ideoque non ſuffragatur
49 oblatio ſerotina, *Amat. deciſ.67. n.14.* vt, † quæ ſit facta poſt adjudicationem, *Mangil. de ſubbaſt. q.*
50 *154. n.16. in fi. Buratt. d. dec.96. nu.2.* † vel poſt monitionem ad ſententiam, *Amat. d. dec.67. num.14.*
51 Vnde † in Curia Maceraten. Procuratores dum inſtant pro monitione ad ſententiam in judicio ſubhaſtationis apponunt clauſulam, & proteſtationem, ſaluo jure licitandi.

52 Oblationes † plures videntur in actis eſſe debere, antequam fiat decretum de deliberando, *Mangil. de ſubbaſt. q.147. n.15. Rot. in Romana Spolij Domus 19. Ianuarij 1615. coram Eminentiſſ. D. Card.*
53 *Pamphilio, poſt tract. dec.32. numero 2.* † nec vna, vel bina ſufficere videtur, *Mangill. de ſubh. quæſt.167. ſub n.4. Rot. in Romana Domus 19. Decembris 1624. coram Remboldo poſt tract. deciſ.64. num.8. & in Anconitana Prædij 18 Iunij 1642. coram R. P. D. Bicho, poſt*
54 *tract. deciſ.108. numero 17. & 29.* † Sed ad minus debere eſſe videntur tres oblationes, & oblatores, *Vrſell. in verb. adiudicatio, concl.52. num.17. Mangil. d. q.147. numero 5. Rot. in d. Romana Spolij Domus 19. Ianuarij 1615. coram Eminentiſſ. D. Card. Pamphilio, poſt tract. d. deciſ.32. numero 3. in d. Romana Domus 19. Decembris 1624. coram Remboldo, poſt tract. d. deciſ.64. num. quarto & in d. Anconitana Prædij coram R. P. D. Bicho, poſt tract. deciſ.108. dict. numero 29.*
55 † & alias nulliter agi, *Mangill. de ſubhaſtat. d. qu. 162. numero 2. & ibi Rot. dec.106. numero 7. verſ. & licet dicatur, quæ eſt etiam in recent. deciſ.113. numero 14. part.7. & in d. Anconitana Prædij coram R. P. D Bi-*
56 *cho, poſt tract. d. deciſ.108. numero 29.* † cum deliberatio fieri debeat plus offerenti, *Rot. in dict. Romana Spolij Domus, poſt tract. dict. deciſ.32. numero 1.*
57 Adeo vt, † ſi tres etiam obtulerint, quorum duo legitime renuncient, idem ſit ac ſi ipſi non obtuliſſent, &, ſi alteri, qui remanſerit, deliberatio fiat, eadem ſit nulla, ex quo tres oblationes ad minus non præceſſerint, *Rot. poſt Mangill.*
58 *de ſubbaſt. d. dec.106. numero 7. verſi. & licet dicatur.* † Sed tamen iſta videntur potius procedere de ſtylo Curiæ Romanæ, de quo atteſtatur *Rot. in dict. Romana Spolij Domus, poſt tract. dec.32. num.3.* & præſertim in Tribunali A. C. in quibus terminis loquuntur ſupra allegatæ omnes deciſiones, *& habui ſupra Inſp.24. num.66,* quam de jure
59 communi, † ſecundum quod videtur ſatis eſſe vnica tantum oblatio, *argum. eorum, quæ habui ſupra Inſp.32. n.18. & 19. & infra Inſp.34. nu.26. & ſeqq. & n.98. & ſeqq. Inſp.35. n.43. 48. 50. & 124. Inſp.44. nu. 1. Inſp.45. num.22. 28. & 34. Inſp.47. num.12. & ſeqq. &*
60 *Inſp.49. nu.22.* ac proinde † videtur in hoc attendendus ſtylus cujuſlibet Tribunalis, & loci, in quo fit ſubhaſtatio.
61 Licitatio † poteſt etiam cedi, *Rolan. conſ.28. n. 12. lib.2.* vbi de licitatione in diuiſione, & videtur ſentire *Rot. in dec.28. n.12. & 15. verſ. & quamuis, poſt Nigr. de ſubhaſt.*

Non omitto, quod † in Francia licitationes non admittuntur, niſi prius oppoſitionibus fine diſtrahendi, ſi quæ ſint, judicatis, *Papon. de arreſt. lib.18. tit.6. arreſt.8. in append. verſi. ſexto licitationes.*

SVMMARIA.

1 *Venditor, & exponens rem ad haſtam obligari debet ex parte ſua ad vendendum, vt ex oblatione ſequatur obligatio offerentis, & quare.*

2 *Venditor obligari videtur ad vendendum ex ipſa ad haſtam expoſitione, & n.66.*

3 *Declar. procedere in ſubhaſtatione neceſſaria, ſecus in voluntaria, niſi de obligatione in edicto, vel proclamate, aut alio modo id notum factum fuerit, & ſubhaſtatio fiat à domino, vel Iudice nemine contradicente, & n.4. & 5.*

6 *Secus ſi ſolum dictum fuerit, Quicunque vult emere, vel conducere, & non additum, Quod dabitur plus offerenti, & quare & n.7. 8. 9. & 99. Ampl. vt n.10.*

9 *Diffinitio Subhaſtationis vbi non conuenit, nec conuenit effectus.*

11 *Expoſitio ad haſtam non obligat, ſi procedatur non per viam licitationis, ſed ad explorandum, an pars implere parata ſit in caſu, quo ſibi fieret venditio.*

12 *Nec ſi re integra publice facta fuerit reuocatio, prout propoſitio.*

13 *Licitatio eſt actus voluntarius.*

14 *Nemo inuitus compellitur emere, vel vendere, aut conducere, vel locare.*

15 *Fiſcus an poſſit compellere ad emendum res confiſcatas & n.16. & 17.*

18 *Conductores Fiſcales, finita conductione, ſunt liberi nec in eis locum habet tacita reconductio, nec reconducere tenentur, & num.29. & 19. vbi lim. & ſublim.*

21 *Offerens in ſubhaſtationibus poteſt pœnitere, nec cogitur pretium ſoluere, ſi non habeat, ſi publicè pœniteat, ſicut promiſit, & nu.22. Ampl. vt num.23. & 25.*

24 *Obligatio inducitur ex verbis diſpoſitiuis, non ex præſuppoſitiuis.*

26 *Obligatione de vendendo, ſeu notificatione facta per exponentem ad haſtam, quod res dabitur plus offerenti, vel Iudice ex parte creditoris ſubhaſtari mandante, etiam is, qui deinde offert, ſubhaſtationis forma ſeruata, obligatus remanet, & non poteſt pœnitere, ſed ſoluere cogitur, facto ſibi deliberationis inſtrumento, & num.28. 38. & 76. Ampliat. vt numero 29. & ſexageſimo quarto Limit. vt nu.27.*

30 *Oblator obligans ſe etiam in forma Cameræ, & cum iuramento tenetur non ſolum de iure, ſed eo magis ex eius obligatione, & quare, & numero quadrageſimo primo.*

32 *Creditores, & ij, quorum nomine facta eſt ſubhaſtatio, tenentur oblatori rem deliberare.*

33 *Re per aliquem, vel ad eius inſtantiam ſub haſta poſita, & alio pretio offerente Notario ſcribente, dicitur*

Digitized by Google

inter eos contracta obligatio, & emptio perfecta per contractum iudicialem, à quo non licet diſcedere & numero 34. 35. 36. & 40. vbi declarat, num. 43. 44. & 45. Ampl. vt num. 48. 52. 53. & 69.

37 *Ius quæſitum dicitur ei, qui ſolus obtulit, vel plus in concurſu, à quo ſine eius conſenſu priuari non poteſt, & num. 39.*

41 *Re venali ad haſtam expoſita incerta eſt perſona, cum qua futurus contractus eſt celebrandus, ſed talis incertitudo non vitiat, & exponens contrahere dicitur cum certa, id eſt cum eo, qui plus obtulerit & num. 42. 48. 49. 55. & 65.*

45 *Emptio & conductio contracta dicitur, ſi vnus dicat, volo vendere, vel locare, & alter reſpondeat, volo emere, vel conducere.*

46 *Offerendi termino elapſo ita contractus ad fauorem eius, qui obtulit, perfectus dicitur, vt nullus alius admitti poſſit. Ampl. vt numer. 47. 69. & 70. & 71.*

50 *Donatio rei ad populum proiectæ valet, etiam quod fiat incertæ perſonæ, & quare.*

51 *Re habita pro derelicta donata videtur capienti.*

54 *Hoſpitium, qui tenere incipit, obligatur ad hoſpitandam omnes eos, qui poſtea etiam per plures dies venient.*

56 *Factum ex interuallo in ſubhaſtatione non dicitur, quod fit infra ſubhaſtationum tempora.*

57 *Præſentia perſonæ in ſubhaſtatione, & licitatione non requiritur, ſed etiam inter abſentes in ea obligatio contrahitur, & venditio, & n. 59. 63. & 64. Declar. vt nu. 67. & 68.*

58 *Sed qui offerunt, vt plurimum ſunt præſentes.*

60 *Et venditor, cuius præſentia videtur requiri, præſumitur ſemper adeſſe, & nu. 61.*

61 *Contractus, vt ſit validus, requirit eodem tempore duorum conſenſum, & ſimultaneum.*

72 *Creditor, qui obtulit, & deliberationem obtinuit, non poteſt pœnitere, & contra fideiuſſorem ſe vertere, maxime ſi ſententia tranſitum fecerit in iudicatum.*

75 *Licitator non ſoluens, puta, quia cum debitore colluſerit, vel pecuniam promptam non habeat, præuia interpellatione ad ſoluendum cogitur captis pignoribus, & multa indicta, ac perſonæ carceratione, & quare, & n. ſeqq.*

78 *Ampl. in Francia, etiam ſi ſimpliciter licitatus fuerit, & non ſe ſubmiſerit.*

79 *Et eo mortuo, inſtrumento non confecto, ſoluere cogitur heres, & ſi ſint plures, an cogantur in ſolidum & num. 80.*

81 *Declar. vt liberetur ſoluendo intereſſe.*

82 *Declarat. vt Mediolani amittat depoſitum, & non ſit locus coactioni, niſi facto inſtrumento, tradita poſſeſſione, & dummodo bona libere tranſierint.*

83 *Licitans ſimpliciter, ſuo proprio nomine licitari cenſetur, & tenetur, etiam ſi poſtea contrarium aſſerat.*

84 *Subhaſtatio in perſonam alicuius probatur ex illius inſtrumento.*

85 *Solutionem pretij oblator recuſare non poteſt ſub prætextu nullitatis ſubhaſtationis, & eo minus, ſi fuerit in amicum electus, & conuenıri dicitur ex proprio facto, vel contractu, & redditur ratio, & nu. 86. Ampl. vt num. 87.*

88 *Appellare non poteſt licitator ad ſolutionem differendam, ex quo cauſa eſt executiua.*

89 *Oblatore maiore non ſoluente, recipiendus eſt ſecundus pro pretio à ſe oblato, ſi velit, alias alius, & primus parti tenetur ad reliquum pretium, niſi repentinam, & iuſtam habeat excuſationem. Lim. & declar. vt nu. 90. 91. & 92.*

90 *Oblatori modicum offerenti non eſt res danda, ſed iuxta eius qualitatem, & reditus æſtimanda, & adiudicanda creditori, vel eſt ſubhaſtatio differenda, & nu. 91. Declarat. vt num. 92.*

93 *Conditio melior debitoris, & creditorum fieri poteſt ex dilatione ſubhaſtationis.*

94 *Citari debet maior oblator, & etiam debitor in deliberatione facienda inferiori, & citationis forma, & quare & num. 95. & 96.*

97 *Et, ſi ipſe maior non compareat, nec cedulam conſignet, habetur pro renunciante.*

98 *Adiudicatio, legitimo exiſtente oblatore, non valet, niſi eo prius citato, & intimato.*

99 *Oblator obligatur, & cogitur, ſi forma ſubhaſtationis, & licitationis ſit ſeruata, ſecus è contra.*

100 *Et rebus ſic ſtantibus, & nu. 101.*

102 *Et non tenetur, & ab emptione recedere poteſt, ſi ante inſtrumentum detegatur, partem bonorum vendi non poſſe, vel aliter, bona omnia vendi, impediatur. Ampliat. vt numero 103. 104. 105. & 106.*

107 *Vel, ſi reperiatur aliter ſe rem habere, quam in edicto dictum eſſet, vbi exemplum.*

108 *Vel, ſi detegatur in re aliquod onus reale, puta hypotheca.*

109 *Cautela pro oblatore, vbi in re detegatur aliquod onus reale.*

110 *Oblator ab emendo liberatur, ſi creditoribus aliunde ſatisfiat. Declarat. vt nu. 113 & 114.*

112 *Solutione vni facta non inducitur liberatio quoad alios.*

113 *Obligatio ad quantitatem non extinguitur niſi reſpectu ſummæ, quæ ſoluitur.*

115 *Licitatori præiudicari non poteſt per alium ſoluentem, etiam quod creditores ſolutioni conſentiant.*

116 *Licitator, ſoluendo aliquid debitoris nomine, non eximitur ab obligatione emendi, & ſoluendi reſiduum, & quare. Ampl. vt numero 117.*

118 *Oblatori deliberatio fieri poteſt contra formam ſuæ oblationis, vbi exemplum, & quare. Ampl. vt num. 120.*

119 *Conſenſus tam Iudicis, quam offerentis iungi debent ad emptionis, & venditionis effectum.*

121 *Oblator, deliberatione dilata, ſi interim grandine, vel alia vi maiori fructus pereant, ſeu damnum inſolitum in re eueniat, non tenetur oblationem ſeruare, niſi facta detractione damni arbitrio boni viri.*

122 *Licitator rei Fiſcalis, vel Reipublicæ pœnitere poteſt, ſi expediat Fiſco, vel Reipublicæ, alias ſecus.*

123 *Offerens, cui ex oblatione vtilitas non reſultat, non eſt veriſimile, vt inuitus compelli voluerit, & quare.*

124 *Nemo præſumitur velle iactare ſuum.*

125 *Oblator pœnitere poteſt, ſi ſit pauper, & ad offerendum inductus, & deceptus à creditore, vel eius procuratore.*

126 *Oblator in Francia quando poſſit ſe ab emptione retrahere.*
127 *Minor offerendo, & emendo non obligatur vti non habens legitimam perſonam ſtandi in iudicio.*
128 *Procurator licitans pro ſuo principali ad quid teneatur, & numero 129.*
130 *Licitans gabellas pro perſona nominanda liberatur facta nominatione.*
131 *Iudex poteſt iuſta de cauſa licitationem non ſequi, & eſt in eius arbitrio adiudicare creditori, vel vendere, & num.134.*
132 *Oblatori dicitur ius quæſitum reuocabiliter, & conditionaliter, quatenus ſcilicet ad venditionem deueniatur.*
133 *Debitore poſt oblationem licitatoris ſoluente, vel deponente, impeditur venditio, & oblatio, aliaque omnia reſoluuntur.*
135 *Oblatori non dicitur ius quæſitum, nec illi venditio perfecta reſpectu debitoris, ſed creditoris tantum.*
136 *Subhaſtatio perfecta non dicitur niſi deliberatione ſecuta.*
137 *Offerens obligatur volente declarare eo, qui vendit.*
138 *Oblatori non eſt adeo ius quæſitum, vt non poſſit creditor inſtantiæ renunciare. Amplia. vt num.239. Contrarium nu.140.*
141 *Bona de iure non poſſunt oblatori vendi niſi iuſto oblato pretio.*
142 *Exactor publicus vendere debet res ſubditorum iuſto pretio.*
143 *Pignore vendito duplo minus iuſto pretio, cenſetur venditio facta mala fide re ipſa, & ob gratiam emptoris.*
144 *Et eſt venditio nulla, vel reſcindenda.*
145 *Poſſeſſionibus viliori pretio diſtractis plus Exactor ex gratia, quam debitor ex pretio conſequeretur.*
146 *Subhaſtationis publicæ prætextu non debet via fraudibus aperiri.*
147 *Subhaſtatio non debet eſſe gratioſa.*
148 *Bona ſubhaſtata plus offerenti addicuntur, ſi pretij iniuſtitia non ſit magna in debitoris damnum. Ampl. vt nu.149. & 150.*
151 *Emptorem non reperiri, vel per eum non offerre iuſtum pretium, idem eſt.*
152 *Licitator callide offerens minus iuſto pretio adiudicationem non impedit.*
153 *Oblatori quæſitum ius non dicitur, niſi iuſtum pretium obtulerit, & durauerit creditoris voluntas, & numero 154. & 155. Limitat. vt num. 156.*
157 *Creditor impedire poteſt, vt venditio non fiat, & iam cœptam ſuſpendere.*
158 *Oblatio poſt terminum non prodeſt, nec ex ea ius aliquod oblatori quæritur, nec obligat ſubhaſtantem ad vendendum, & numero 159. Ampl. vt numero 160.*
161 *Ampl. idem eſſe in oblatione non facta in vim, & executionem edictorum, nec ſecundum eorum formam.*

An, & quando oriatur obligatio inter ſubhaſtantem, & oblatorem, & cogatur oblator ad ſoluendum, & quibus remediis.

INSP. XXXIV.

AD effectum, vt ex oblatione pretij oriatur obligatio de emendo, † eſt neceſſarium, quod venditor obligetur ex parte ſua, 1
vt ſeruetur æqualitas, & ne contractus claudicet, *Mangil. de ſubhaſt. qu.68. nu.6. & ſeqq. Rot. recent. dec.55. num.3. par.1. & in Romana Spolij Domus 11. Aprilis* 1614. *coram Eminen. D. Card. Pamphilio, poſt tract. dec.30. numero 4.5. & 6.*

Obligari † autem ſe venditor videtur eo 2
ipſo, quod exponit rem licitandam, cum ex licitatione appareat de illius voluntate, quod intendit ſe obligare plus offerenti ad hoc, vt quis inducatur ad plus offerendum, & obligetur ad obſeruandum id, quod offert, *Corn. conſ. 29. nu.4. poſt princ. lib.4.*

Sed † hoc procedere videtur in licitatione 3
neceſſaria, ſecus in voluntaria, vt *per Corn. d. conſ. 29. numero 3. poſt med.*

Vnde, † quando bona voluntarie vendun- 4
tur, ſeu locanda proponuntur ad haſtam, obligatur ſubhaſtans, ſeu Officialis, & venditor, vel locans, & cogi poteſt ad vendendum, ſeu locandum plus offerenti, ſi hoc in edicto propoſito, vel proclamate, ſeu præconis voce dictum, aut alio quocunque modo notum factum fuerit, *Ang. conſ.323. nu.1. Fab. de Mont. de empt. & vend. q.5. in rubr. ſubhaſt. mater. n.89. in fin. Iodoc. de ſub. capit.5. ſub nu.11. Bertach. de gabell. par.2. ſub num.20. Aſin. de execut. §.6. cap.1. n.16. & 24. cap.2. nu.14. cap.4. nu.1. & cap.32. n.11. Tepat. var. ſent. tit.417. c.15. Simoncel. de decret. li.1. tit.1. ſub nu.65. Tuſc. in verb. ſubhaſtatio. concl. 715. n.1. Mangil. de ſubh. qu.16. nu.16. qu.24. ſub num.13. qu.25. numero 5. & 8. qu.33. numero 5. qu.59. num.3. qu.158. in princ. Rot. recent. dec.376. nu.1. par.4.* † Si tamen 5
ſubhaſtatio facta fuerit, ſeu fiat ab habente auctoritatem, vt puta à domino, vel à Iudice nemine contradicente, *Aſin. de execut. dict. §.6. cap.31. num.13.*

Secus † vero quando res ſub haſta poſita 6
fuerit ſimpliciter per verba, Quicumque vult emere, vel conducere, & non fuerit additum, Quod dabitur plus offerenti, *Ang. Aſin. Tepat. Simoncell. & Tuſc. vbi ſup. Fabian. de Mont. de empt. & vendit. q.5. rubr. de ſubhaſt. mater. nu.91. Mangil. de ſubhaſt. qu.16. num.3. & 16. q.25. nu.6. & q.33. numero 5. & 6. Rot. in Romana Spolij Domus 11. Aprilis* 1614. *coram Eminentiſſ. D. Card. Pamphilio, poſt tract. deciſ.30. numero 2.* † Prout ita bona ſubhaſtanda proponere de- 7
bet, qui non vult obligari, *Fab. de Mont. loco citato Iodoc. de ſubhaſt. cap.5. numero 5. Aſin. d. §.6. c.2. num. 14. cap.4. numero 4. & cap.24. numero 1. Mangil. de ſubhaſt. quæſt.33. numero 5. qu.68. numero 17. & qu.158. in princ.* Nam † tunc potius rei pretium explo- 8
rare velle videtur, quam vendere, vel locare, *Fabian. de Mont. & Iodoc. loco citato Ang. dict. conſil.323. numero 1. Aſin. dict. cap.1. numero 16. c.2. num.14. & c.4. numero 1. Mangil. de ſubhaſt. d. qu.33. num.6. qu.86. numero 16. & qu.158. in princ. Rot. in dict. Romana Spolij Domus*

Digitized by Google

Domus 11. *Aprilis* 1614. *coram Eminentiſſ. D.Cardin.*
9 *Pamphilio poſt tract. deciſ.*50. *nu.*1. cum, † vbi non conuenit diffinitio ſubhaſtationis, nec conueniat per conſequens ipſius effectus, ſeu non ſit illi locus, vt contingit, vbi res ſub haſta ponitur non ad effectum vendendi, ſed ad effectum ſciendi valorem *Vinc.de Franc.dec.*50.*n.*10.*p.*1.

10 Adeò vt † nec videatur ſufficere, quod in edicto promiſſum fuerit vendere, ſecundùm aliquos *Aſin.dicto §.6.cap.*10.*nu.*15.

11 Secus † etiamſi non fuerit proceſſum per viam licitationis, ſed per modum cuiuſdam particularis tractatus inter certas perſonas ad explorandum, an pars parata eſſet implere requiſita in euentum, quod ſibi fieret venditio: *Rot.recent.deciſione* 55.*nu.*2.*par.*1.

12 Atque † etiam ſecus, vbi, re integra, hoc eſt, antequam aliquis publicè obtulerit, & promiſerit, publicè facta fuerit reuocatio, ſicut publicè facta fuerat propoſitio, *lege ſed & ſi pupillus §. preſcribere ff.de preſcript. Fabianus de Mont. de emptione,& venditione quæſtione* 5.*rubr.ſubhaſt.mater. ſub n.* 91. *Iodoc.de ſubh.cap.*5.*n.*4.*Tepat.var.ſent. d.tit.*417.*cap.* 15.*Aſin.de execut.d.§.*6.*cap.*20. *num.*1. *Mangil. de ſubhaſt.quæſtione* 16.*numero* 2.

13 Verſa autem vice; quamvis † licitatio ſit actus voluntarius, *Papon.de arreſt.lib.*8.*titulo* 6.*arr.*2.
14 *in append.* cùm † nemo inuitus compellatur emere vel vendere, ſeu locare, vel conducere *lege inuitum C.de contr.empt.lege nec emere C.de iur. delib. l.ne cui.& l.inuitus Cod.locat Mangil.de ſubh.q.*107.*nu*-
15 *mero* 2.*& ibi Rot.deciſ.*65. *num.*1. ita vt † nec Fiſcus poſſit compellere priuatos emere res confiſcatas per eum ſubhaſtandas. *lege licitatio, § ad conducendum ff.de public.Gratian.diſcept. for. capite* 109. *n.* 55. *Peregr.de iure Fiſc.libro* 6.*tit.*4.*de vend. & emptione*
16 *Fiſcal.numero* 44. *Giurb. dec.*84.*num.*2. † niſi certis caſibus exceptis, vt remiſſiuè per *Giurb. dicto nu.*
17 2. (licèt † in Statu Eccleſiaſtico vigeat *Bulla Sixti IV. incip. Cura Paſtoralis Offi.ij. inter Conſtitut. March.libro* 1.*capite* 11. *& in tom.*1. *Bullar. inter Conſtitutiones eiuſdem, Conſtitut.*24. compellens conſanguineos, & affines, & in eorum defectum,
18 vel impotentiam Communitates) & † Fiſcales conductores finita conductione liberi ſint, nec in eis locum habeat tacita reconductio, *l. non intelligitur § cùm quinquennium ff.de iure Fiſc.Pe*-
19 *regr.de iure Fiſc.libro* 6.*tit.*5.*num.*4. † nec reconducere teneantur, niſi tribus concurrẽtibus, nempe primo, ſi proximo tempore conduxerint: ſecundo, ſi maximè ſuperlucrati fuerint: tertio, ſi pro futuro tempore conductores non reperiantur, *l.cotem ferro § qui maximos C.de public.& vect. Peregr.loc.citat.n.*6.*Mangil.de ſubha.q.*107.*n.*3. *&*
20 *ſeq.* & † in Dominio Veneto nec ſi prædicta
21 concurrant, *Peregr. ibid.* & † offerens in ſubhaſtationibus poſſit pœnitere, & non poſſit cogi inuitus rem, ſeu pignora recipere, & emere, ac precium oblatum ſoluere, ſi non habeat, *lege à Diuo Pio §.ſed ſi emptor,vbi Caſtr.ff.de re iudic. Bart.in l.licitatio.in princ.ff.de public.& vectig. Berta.h. de gabell.par.*2.*n.*21.*Corn.d.conſ.*29.*n.*4.*poſt med.libro* 4.*Cauagnol. in paraphraſ. poſt ſua conſ. ad §.ſed ſi emptor. numer.*29. *Saluſt.Tiber. in prax. libro* 1. *capite* 43.*num.* 9. *Caſt. in prax.conuent. par.*1. *numero* 167. *Scacc. de iu*-
22 *dic. libro* 1. *capite* 97. *numero* 41. † ſi publicè ita pœniteat, ſicut publicè promiſit, *Bart.& Berta.h.*

*vbi ſupra Iodoc.de ſubh.cap.*5.*numero* 17. † maximè ſi 23
oblatio contineat ſolam promiſſionem de ſoluendo pretium, non autem etiam de emendo, *Rot.recent.d.dec.*55.*n.*4.*par.*1. *Mangil.de ſubhaſt.q.*6.*n.* 11. vel non bene conſtet de emptione, ſeu ſi contendatur ſolutio, ne proceſſus trahatur in infinitum, *Caſt.d.numero* 164. cùm † ad inducendam 24
obligationem non ſufficiant verba præſuppoſitiua, ſed requirantur diſpoſitiua, *Mangil.de ſubhaſt.q.*68.*nu.*12. & † fortius ſi oblatio non ſit fa- 25
cta in vim, & executionem edictorum, nec intra tempus aſſignatum, ſeu præfixũ, nec iuxta formam in edictis datã, *d.deciſ.*55.*n.*2.*par.*1.*recent.*

Attamen, † ſi poſtquam venditor ſe obliga- 26
uit ex parte ſua, vel fuit factum publicè notũ, quod res dabitur plus offerenti, ſeu ex parte creditoris bona à Iudice ſubhaſtari mandatũ fuit, aliquis pretium certum offerat Officialibus deputatis, & oblatio recipiatur, & ſcribatur per Notarium, vel Præconem, & forma ſubhaſtationis ſeruata ſit, licitatio pœnitentiam non admittit, ſed remanet oblator ſtatim obligatus, & ad emẽdum, & pretium oblatum ſoluendum, vel deponendum cogi poteſt etiam inuitus, facto ſibi inſtrumento deliberationis, *d.l.licitatio, in prin.ff.de public.& vectigal. l.ſi tempora C.de fid.inſtr.& iur.haſt. Fiſcal. lib.*10. *Fabian. de Mont. de empt.& vend q.*5.*in rubr.ſubhaſt.mat. numero* 89. *in fin. Iodoc.de ſubhaſt.cap.*5.*nu.*11. *&* 17. *Berta.h. de gabel. par.*2.*nu.*22.*Ferret.eod.tract.nu.*279.*&* 281. *Rebuff. de precon.licit. & ſubhaſt. art.*4.*gl.*1. *nu.*34. vbi, quod, ſi aliquis pecuniam certam offerat etiam Præconi, obligatur *Angel.conſ.*323.*ſub num.*3.*in fine Aſin. de execut.§.*4.*capite* 87.*nu.*1.*& §.*7.*cap.*301. *nu.*1. *Tuſc. in verb.offerre concl.*80. *num.*16. *& in verb. ſubhaſtatio. concl.*715.*num.*1.9.13.*&* 17. vbi † ſecus ſi fieret ſoli 27
Notario, qui ſcriberet, quia iſta eſſet pollicitatio, quæ non obligat, ex quo iſte contractus, qui ſit præcedentibus ſubhaſtationibus, dicitur in ſcriptis, & ideo, donec ſit perfectus, licita eſt pœnitentia, quando ſola pollicitatio facta fuit Notario, *Caroc.de locat.& conduct. part.*3.*de locat. vectig.q.*3.*n.*4. vbi quod oblatio ſufficit, etiam ſi fiat ſoli Notario, vel ſubhaſtatori. *Tepat. var. ſent.tit.*417.*capite* 15. *Cauagnol.poſt ſua conſ in paraphr. ad §.ſed ſi emptor. l.à Diuo Pio, num.*39. *ff. de re iudic. Gluſian. de bon. ad cred. ponen. num* 177. vbi quod oblatio de emendo in ſubhaſtatione obligat, quando Præco tuba licitat, & Iudex acceptat, *Caſt.de rat.rat.q.*187. *numero* 2.4. *&* 5. *& in prax. conuent. par.*1. *num.*159. *&* 161. vbi, quod oblatio facta Officiali obligat, ſecus facta Notario, quoniam officium Notarij non eſt contrahere, ſed ex fide ſcribere ea, quæ peraguntur à partibus *Mangil. de ſubhaſt. quæſt.*16.*num* 8.*q.*37. *num.*14. *q.*68. *nu.*1. *q.*70.*num.*13. vbi etiam, quod ad hoc, vt offerens obligetur, neceſſe eſt, vt ſua pollicitatio fiat Officialibus deputatis, nec ſufficit, ſi ſoli Notario ſcribenti, ex eadem ratione, de qua ſupra, & *q.*71. *n.*1.*q.*83.*n.*3.*& q.*86.*num.*10. *Rot.recent.d.deciſ.* 55. *num.*3.*par.*1 *& dec.*113.*num.*13. *par.*7. *quæ eſt etiam poſt Mangil. de ſubh. deciſ.*106 *numero*7. *ver. & licèt dicatur* vbi, quod † licitatores, qui plus obtu- 28
lerunt, non poſſunt eorum oblationibus renunciare, nec aliquis eorum pœnitere *Rot.in Romana Domus* 19. *Decembris* 1651. *coram Eminentiſſim. D.Card.Veroſpio iuniore, poſt tract. deciſ.*89. *numero* 1.

Digitized by Google

& 12.& in Peruſina Spolij 18. Iunij 1642. coram R.P.
D.Roj.u, poſt tract. dec.106. numero 10. & eſt magis
communis opinio, vt per Aſin.de execut.§.4. cap.
29 72. num.2. & 6. † maximè ſi oblator receptus ſit
per Notarium cum præſenti pecunia, vel obli-
gatione camerali, & iuramento, provt ſic reci-
pi proteſtari debent cauti Procuratores, Saluſt.
Tiber. in pract.d.cap.43.n.10.libro 1. Scacc.de iudu.lib.1.
c.97.n.41. Rot.in Romana Nullitatis ſubbaſtationis Vineæ
coram Litta, penes March. de comm. par.1. fol.1245.
30 nu.3. cum tunc non ſolum de iure, & ex forma
contractus ipſe oblator teneatur, ſed multo
magis ex obligatione in forma Cameræ, & iu-
ramento, Rot. in d.Romana Domus 19. Decemb. 1631.
coram Eminentiſſ. D.Card. Veroſpio iuniore, poſt tract.
31 dec.89.n.50. & 12. † tanquam ſubhaſtantibus, &
32 creditoribus ſit ius quæſitum, d.dec.89.n.12. & †
non ſecus ac creditores, & ij, quorum nomine
facta eſt ſubhaſtatio, recuſare non poſſunt eidē
facere deliberationem, d.dec.89.n.1. in fin. poſt tract.

Vbi † enim quis rem, vel bona poſuit, aut po-
33 ni curauit ſub haſta, & oblator aliquis pretium
obtulit, & Notarius ſcripſit, dicitur inter emē-
tem, & vendentem, ſiue inter ſubhaſtantem, &
oblatorem, ſiue licitatorem orta obligatio, Aſin.
de execut. §.6.cap.2.nu.1.& ſeqq.Valaſc.conſult.30.nu.2.
34 & † ſtatim, quod quis obtulit, contractus, &
emptio perfecta videtur, Iodoc.de ſubhaſt. cap.5.nu.
17.Ferret.de gabell.n.279.Valaſc.d.Conſult.37.nu.2.Aſin.
de execut. d.§.6.cap.31.ſub nu.4. Mangil.de ſubh.q.16.
n.6. vbi de veriori q.80.n.14.q.86.n.20.& q.132.n.2.
35 † veluti per contractum iudicialem, Papon. de
36 arreſt. libro 18. tit.6. arr.2. in appendice † à quo, ſeu
37 qua non licet diſcedere, Iodoc. ibidem. Et † ei,
qui ſolus obtulit, vel in concurſu plus obtu-
lit, dicitur ius quæſitum, adeò vt huiuſmodi
iure ſine illius conſenſu priuari poſtea non
poſſit. Bart.in l.licitatio, in princ. nu.4. & ibi Cuman.
num.3. ff.de public. & vectig. idem Bart. in l.ſi tempora
numero 3.& ſeqq. C.de fid. inſtr. & iur. haſt. Fiſcal. lib.
10. Luc. Pet. in tract. lib.8. capite 2.nu.36. Aſin. de exe-
cut. §.6. cap 31. ſub nu.4. & 13. Tuſc. in verb. offerens,
concl.81.n.2. & in verb. ſubbaſtat.concl.715.n.9. Caball.
conſ.129.n.1. Mangil.de ſubh.q.83.n.1. & 2. & q.86.n.
17. Rot.recent. dec.376. n.1. par.4. Buratt. dec.124.n.31.
38 &, † quemadmodum in eo non admittitur
pœnitentia, & reuocatio oblationis in præiu-
dicium iuris quæſiti, Buratt.dec.891.nu.4. vbi nu.3.
in fi. quod verba, Declarauit, nolle amplius offerre,
neque alias vti eius prima oblatione, ſicque tactis iura-
uit &c. non important reuocationem oblatio-
39 nis, quia emptio eſt perfecta: ita † non poteſt
ab eodem res empta auferri, Tuſc. in verb.offerre,
40 concl.80.n.16.† obligatioq; contracta dicitur hinc
inde, quamvis reuocabilis interuentu, vel ad-
uentu noui, & maioris oblatoris in tempore,
Aſin.de execut. §.4. cap.86. n.3.4.5.& 12.& §.6.cap.10.
n.13.14.15.& 19.Tepat.var.ſent. tit.417.cap.15. Mangil.de
ſubbaſt.q.16.n.7.q.80.n.9.& q.83.n.6.

Nam, † quando aliquis huiuſmodi vendi-
41 tionem, ſeu locationem publicari, & banniri
procurat, & res declaratur mediantibus banni-
mentis venalis, quamvis perſona, cum qua ve-
rit celebrandus contractus futurus, ſit tam illi,
quam legi incerta, l.ex hoc iure ff.de iuſt.& iur.Corn.
42 conſ.29.ſub n.3.lib.4. † nihilominus cum certa, hoc
eſt cum eo, qui obtulerit, non cum incerta per-
ſona contrahere videtur, Fab.de Mont.de empt.&
vend.q.5.in rubr.ſubb.mater.ſub n.90. Iodoc.de ſubh.cap.
5.n.14. Aſin.de execut.§.6.cap.2.n.2. Valaſc.conſult.37.n.
2. Mangil.de ſubbaſt. q.68.n.2. & † promiſſio pretij 43
illius vigore ſubſecuta habet vim obligationis
de emendo, ſeu conducendo, Rot.recent.dec.55.n.2.
& 3.in fi.par.3. † Ideoque tunc ex parte quoque 44
promittentis contractus perfectus dicitur, Fab.
de Mont.& Iodoc. vbi ſup. Rot.recent.d.deciſ.55.nu.3. in
fin.par.1. † perinde ac ſi vnus dixiſſet, volo ven- 45
dere, vel locare, & alter reſpondiſſet, volo eme-
re, ſeu conducere, iuxta theoricam Bart. in d.l.li-
citatio n.4.ff.de publ.& vectig.& in l.ſi tempora, nu.3.
vbi etiam Io.de Plat.n.2. C.de fid.inſtr. & iur.haſt.Fiſc.
lib.10.Fabian.de Mont.& Iodoc. loco cit. Aſin. d.§.6.c.2.
n.2. Mangil.de ſubh.q.68.n.1. Rot.recent. d.dec.55.nu.2.
p.1. † Elapſoque offerendi termino ita contra- 46
ctus perfectus dicitur, vt nullus deinde alius
admitti poſſit, Mangil.d.q.68.n.15. & 16. vbi † nec 47
etiam ratione ſuæ hypothecæ, cum eam vel
amiſiſſe, vel remiſiſſe videatur.

Diciturque † inter eos obligatio nata, etiamſi 48
perſonas incertas concernere videatur, Aſin.d.c.
2.n.14.Gluſ.de bon.ad cred.ponen. n.180.verſ.cogitur au-
tem Rot.in Romana Domus 19.Decembris 1631. coram
Eminentiſſ.D.Card.Veroſpio iuniore, poſt tract.dec.89.nu.
2. † Nec enim incertitudo talis perſonæ, quæ 49
ſtatim facta promiſſione pretium certificat, vi-
tiat; provt in ſimili † non vitiatur donatio pe- 50
cuniæ, ſeu aliorum, quæ ad populum proji-
ciuntur, cùm cēſeatur dominus velle fieri eius,
qui prius occupauerit, lege qua ratione §.fi. de acq.
rer.domin. Fab.de Mont.de empt. & vendit.q.5. in rubr.
ſubbaſt.mater, nu.90.in fi. Iodoc.de ſubh.c.5.nu.14.Mang.
eod.tract.q.68.n.2.Valaſc.conſult.37.n.2.Rot.in d. Roma-
na Domus 19.Decemb. 1631. coram Eminent. D.Card.
Veroſpio iuniore, poſt tract.dec.89.n.3. provt idem eſt
in re habita pro derelicta, † quæ pariter dona- 51
ta videtur capienti, d.dec.89.n.4.poſt tract.

Tenetque † obligatio inter vendentem, & 52
ementem non obſtante medio temporis inter-
uallo inter interrogationem, & reſponſionem
contra l.1.ff.de verb.obl. quæ requirit temporum
continuationem, Fab.de Mont.de empt.& vend.q.5.
in rubr.ſubb.mater.ſub n.90. Iodoc.de ſubh.c.5.n.13. Ber-
tach.de gabell.p.2.n.22. vbi quod hoc eſt mirabile,
Corn.conſ.19.ſub n.3.poſt prim.lib.4. vbi, † etiā quod 53
offeratur, antequam veniat tempus appoſitum
in ſubhaſtatione, ſi offeratur ad vocem Præco-
nis Valaſc.d.conſul.37.n.3.Mang.de ſubh.q.68.n.4.5.Rot.
recent.dec.55.n.2.p.1.† non ſecus ac ille, qui incipit 54
tenere hoſpitium, qui videtur ſe obligare ad
hoſpitandum omnes eos, qui poſtea etiam per
plures dies venient, l.1.ff.de furt.aduerſ.naut. Val.d.
conſult.37.n.3. Et eſt ratio, † quia ignoratur em- 55
ptor, d.dec.55.n.2. † Nec dicitur in ſubhaſtatione 56
factū ex interuallo, quod fit infra ſubhaſtationū
tēpora Bertach.de gabell.par.2.n.22.Valaſc.loc.cit.

Nec † requiritur perſonæ præſentia, quæ a- 57
liàs regulariter eſt neceſſaria, d. lege 1.ff.de verb.
oblig.Fab.de Mont.de empt.& vend.q.5. rubr. ſubb. ma-
ter, n.90.in fin. Bertach.de gabell.par.1. num.22. Valaſc.
conſult.37.num.3. Aſin. de execut. §.6. cap.24. num.1.
Mangil.de ſubhaſt.quaſt.19.nu.1. (etſi † mos ſit ple- 58
runque, vt, qui offerunt, ſint præſentes, Aſin. de
execut.d.§.6.cap.1.nu.25.) cum † in his, quæ ad in- 59
certos pertinent, perſonæ præſentia non ſit ne-
ceſſaria,

Digitized by Google

60 ceſſaria, *Aſin. d. cap. 1. nu. 22.* Sed venditor, † cuius
præſentia videtur requiri, vt illi acquiratur ex
oblatione emptoris obligatio, *Mangil. de ſubhaſt.*
61 *q. 16. nu. 9.* (cum, † vt contractus ſit validus, non
ſufficiat duorum conſenſus, niſi etiam ſit ſi-
multaneus, & eodem tempore concurrat, *Man-*
62 *gil. ibid.*) † in ſubhaſtatione præſumitur ſemper
adeſſe, *Scacc. de ſent. & re iudic. gl. 14. q. 29. ſub nu. 87.*
Adeo vt, quamuis † ſubhaſtatio, & licitatio in-
63 ter abſentes fiat, obligatio tamen contrahatur,
& ſequitur venditio, *Aſin. de execut. n. 6. cap. 1. n. 22.*
64 † nec requiratur ementis præſentia, ſed quod
eat ad Notarium, ſeu Præconem, vel illum, de
quo dicitur præconio, & ad locum, qui in edi-
cto expreſſus eſt, ad promittendum, *Fab. de Mon.*
de empt. & vend. q. 5. rub. ſubhaſt. mat. n. 91. Iodoc. de ſub-
haſt. c. 5. nu. 4. Bertach. de gabel. par. 2. n. 22. Aſin. de exe-
65 *cut. §. 6. cap. 24. n. 1. Mangil. de ſubh. q. 16. n. 1.* & † va-
leat contractus cum incerta perſona contra *l.*
in ementis ff. de contr. empt. Bertach. d. n. 22. vbi, quod
66 hoc pariter eſt mirabile, & † ita obligatur pro-
ponens ad videndum, *Iodoc. d. cap. 5. n. 4.*

Corneus tamen conſ. 29. num. 1. verſ. ad quorum mo-
67 *tiuum lib. 4.* ait, † valere contractum celebratum
inter abſentes per viam licitationis, quando
ſumus in Republica, & ſimilibus vniuerſitati-
bus, quæ contrahunt generaliter, & vniuerſa-
liter ſine expreſſione certæ perſonæ, videlicet
in vendendo, vel locando plus offerenti, ſed
in priuato, & in ſubhaſtatione, quæ per eum
voluntarie fit de re propria, ait, requiri par-
tium præſentiam, adeo vt promiſſio, ſeu obla-
tio parte abſente non inducat obligationem.

Prout ſecundum *Aſin. de execut. §. 6. cap. 24. nu. 1.*
quem refert, & ſequitur *Mangil. de ſubhaſt. qu. 16.*
68 *n. 4. & ſeqq.* † præſentia non requiritur in ſub-
haſtatione, quæ fit longo tempore, puta per
tres, vel quatuor menſes, & in qua oblationes
deſcribi ſolent per Notarium ſecus in ſubha-
ſtatione, quæ eſt frequentior, & fit quotidie,
videlicet candela accenſa, vel breui temporis
ſpatio alternis oblationibus vna poſt aliam,
quia tunc, vt emptor ſit præſens, neceſſe eſt,
vel aliquis pro eo, qui plus, prout illis videbi-
tur, licitet, & offerat, donec vel candela extin-
guatur, vel tempus ad licitandum conſtitu-
tum expiret.

69 Multoque † magis in venditionibus, quæ
ſub haſta fiunt, contractus perfectus dicitur
etiam emptoris fauore poſt illi factam delibe-
rationem, *Donat. Ant. de Marin. quotid. reſolut. c. 46.*
70 *nu. 5. Mangil. de ſubhaſt. q. 86. num. 17.* † nec alteri, qui
plus offerat, tradi poteſt res illa, niſi intra tem-
pus licitationis veniat, *Donat. Ant. de Marin. ibid.*
71 † Idque locum habet etiam in creditore ſub-
haſtare faciente, nam, ſi ille offerat, & ſequatur
pronuncia Iudicis, quod res ei adiudicetur
tanquam plus offerenti, debet ille omnino rem
habere, *Tuſc. in verb. offerens, concl. 81. nu. 2. Mangil. d.*
72 *q. 86. nu. 18. & 20.* Ita vt † non poſſit deinde idem
creditor, mutata opinione, quia forte bona
minoris pretij eſſe credat, contra fideiuſſorem
agere, præſertim ſi ſententia de ei vendendo
tanquam plus offerenti tranſitum fecerit in
iudicatum, *Aſin. de execut. §. 4. cap. 69. nu. 1. & ſeqq.*
Mangil. de ſubhaſt. q. 60. n. 5. & ſeqq.
73 Sique † licitator, ſeu, qui maius pretium
obtulit, ipſum pretium præ manibus non ha-
beat, aut ſoluere differat, vt puta, quia forſan
colluſerit cum debitore, & data opera fru-
ſtrandi gratia creditoris obtulerit ſe haſtæ, &
non ſit ſoluendo, *Gluſian. de dat. in ſolut. c. 17. n. 261.*
verſ. non dicitur, (cum † licitando emerit à Iudi- 74
ce ad haſtam vendente, *Gluſian. d. cap. 17. nu. 257.*
& ideo agatur de pretio rei emptæ exigendo,
Gluſian. ibid.) eſt ad ſoluendum interpellandus, 75
Gluſian. de bon. ad crid. ponend. num. 178. † & cogitur, 76
quia offerendo contraxit, & ex contractu obli-
gatus remanſit, *Gluſian. ibid. nu. 180. verſ. cogitur au-* 77
tem, compellique poteſt captis pignoribus,
multaque indicta, *Gluſ. ibid. nu. 181.* atque etiam
per perſonæ carcerationem, *Rebuff. de præcon. li-*
cit. & ſubhaſt. art. 1. gl. 1. n. 13. Tepat. var. ſent. tit. 417. c. 19.
Gluſian. de dat. in ſolut. cap. 17. n. 257. & de bon. ad crid.
ponen. c. 1. n. 182. Giurb. dec. 53. nu. 1. in fin. & † ex Fran- 78
ciæ praxi licitator rerum immobilium incar-
ceratione cogi poteſt, vt apud acta pecuniam
deponat, ſi id à Iudice decernatur, quamuis
ſimpliciter ſit licitatus, nec ſe ſubmiſerit, *Pa-*
pon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arr. 15. † Et, emptore mor- 79
tuo ante inſtrumentum confectum, cogi po-
teſt ad precium ſoluendum illius hæres, *Do-*
nat. Ant. de Marin. quotid. reſolut. c. 46. n. 6. &, † ſi ſint 80
plures hæredes, videtur eorum vnuſquiſque
cogi poſſe etiam ad ſolidum, tanquam obli-
gatio ſit ad factum, vt ſentit *Gluſian. d. tract. de*
bon. ad crid. ponen. n. 184. quamuis *ibidem n. 179.* an-
nuat, eſſe opiniones hinc inde. Et † ex hac 81
etiam ratione non videtur offerens cogi poſſe
ad illud factum præciſe, ſed tantum ad inter-
eſſe, quo ſoluto offerens liberetur, ſecundum
eundem *Gluſian. d. num. 179.* † Mediolani tamen, 82
cum à licitatore fiat depoſitum illud loco pœ-
næ temeritatis amittit, & tunc demum poteſt
licitator ad pretium cogi, cum factum ſit in-
ſtrumentum venditionis, traditaque poſſeſſio,
& bona ad cridas libere tranſiuerint, *Gluſian. de*
dat. in ſolut. cap. 17. n. 258.

Et, quia † licitans ſimpliciter ſuo proprio, 83
& priuato nomine licitari cenſetur; licet ani-
mo alterius nomine licitetur, & faciendo lici-
tationem dicat, eam pro ſe, vel amico ſuo ele-
cto, vel eligendo facere, quamuis acceptata
adiudicatione ex decreto ſub prædicta decla-
ratione rem adiudicatam retineat, vel eam in
alterum transferat, perpetuo tenebitur, & in-
carceratione ſuæ perſonæ cogetur ad præſtan-
dum pretium, neque audietur dicens, ſe eam
in alterum tranſtuliſſe; & idem, ſi ante adiu-
dicationem, videns pretium conſignandum
eſſe, aſſeueret, eam ſe feciſſe pro altero, quem
nominet, & à quo mandatum ſe habere dicat,
nam ſemper ſuo proprio nomine tenebitur eo
quod ſimpliciter licitatus fuerit, *Papon. de arr.*
lib. 18. tit. 6. arr. 13. Tepat. var. ſent. tit. 417. c. 21. prout † 84
ſubhaſtatio in perſonam alicuius probatur ex
illius inſtrumento, *Rot. in Anconitana Prædij 13. Fe-*
bruarij 1637. coram Pirouano, poſt tract. dec. 97. n. 4.

Neque † poteſt oblator recuſare pretij ſolu- 85
tionem ſub prætextu nullitatis ſubhaſtatio-
nis, & multo minus is, qui in amicum ab em-
ptore electus fuit, nam potuit, & debuit ante
omnia inquirere, an rite, & ſolemniter ſubha-
ſtatio facta eſſet, *Anton. Fab. in ſuo C. lib. 8. tit. 16.*

K 4

86 *deſin. 22. & ibi nu. 2. in alleg.* † ac dicitur conueniri ex proprio facto, & contractu, cum ea lege acceſſerit ad publicam venditionem, quam ſciuit vel ſcire debuit non niſi præſenti pecunia
87 fieri debere, *Fab. loc. cit. n. 2. in alleg.* † Eoque magis oblator non poteſt objicere non fuiſſe ſeruata requiſita ad ſubhaſtationem, & deliberationem neceſſaria, quando creditores vlteriori obligatione non expectata acquieuerunt, & ipſe tanquam dominus rei poſſeſſionem accepit, & retinuit, *Mangill. de ſubhaſt. q. 124. n. 7.*
88 Nec † etiam ad differendam ſolutionem locum haberet appellatio, cum verſemur in executiuis, *Gluſian. de dat. in ſolut. cap. 17. n. 259.*
89 Quod, † ſi oblator adhuc differat tradere, recipi debet ſecundus, ſeu inferior oblator, & pro pretio à ſe oblato, ſi velit, alioquin alius, & iſte primus, ſeu major oblator condemnabitur parti ad reliquum pretium, niſi illi repentina ſucceſſerit iuſta cauſa, per quam excuſationem mereatur, *Rebuff. de præcon. luit. & ſubh. art. 5. gl. 1. n. 13.*
90 Sed † tamen, vbi majores oblatores nolint ſuam obligationem effectuare, & non poſſint, vel non ſoleant cogi, non debet propterea bonus Iudex ex abrupto rem deliberare vltimo oblatori, qui parum obtulit habito reſpectu aliarum oblationum, ſed debet eam prius æſtimare facere, conſideratione habita qualitatis & redituum illius, & pretio ſtabilito, illam
91 adiudicare creditori, † vel ſubhaſtationem in aliud tempus magis opportunum differre, *Rot. in Romana Nullitatis ſubhaſtationis Vineæ 6. Februarij 1604. coram Litta penes Marcheſ. de comm. par. 1. fol. 1245. nu. 5.* ſeu in ea aliquantulum ſuperſedere,
92 *Rot. poſt Nigr. de ſubhaſt. deciſ. 6. n. 20.* † vbi ſuſpicari poſſit de fraude ſecus è contra, *d. dec. 6. n. 20. Anto-*
93 *nell. conſ. 27. n. 1.* † vt melior ſuccedat conditio in vtilitatem debitoris, & creditorum, *Antonel. ibid.*
94 Ad effectum † verò deliberandi pignora penultimo offerenti citatur ipſe vltimus, & maior oblator, qui ea recipere, & oblatum pretium perſoluere differt, ad exburſandum pretium oblatum & pignora recipiendum, alias videndum illa mandari deliberari penultimo offerenti, mandatumque deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari, & in illius contumaciam decretum interponitur, Niſi ad primam diem cum intimatione, *Sal. Tiber.*
95 *in pract. lib. 1. cap. 43. n. 8.* vbi quod † eſt tutius, neceſſarium, & vtile inſimul citare etiam debitorem, de cuius intereſſe agitur.
96 Debet † enim maior oblator legitimè requiri ad effectum illum excludendi, & alterum includendi, & vt poſſit firmari, quod ille noluerit eius obligationem effectuare, *Rot. in d. Romana Nullitatis ſubhaſtationis Vineæ coram Litta, penes*
97 *Marcheſ. de comm. par. 1. fol. 1245. nu. 3.* Et. † vbi non comparuerit, nec cedulam in termino ſibi per Iudicem aſſignato conſignauerit, habetur pro renunciante, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 321. num. 20.*
98 Quemadmodum † nec valet adiudicatio, quādo adſit legitimus oblator, niſi illo prius citato, & intimato, *Buratt. dec. 124. n. 31.*
99 Intellige primo, † vt oblator remaneat obligatus, & cogi poſſit, ſi forma ſubhaſtationis, & licitationis ſeruata ſit, *Mangil. de ſubhaſt. q. 16. nu. 8. & 16. Rot. in Romana Domus 18. Decembris 1631. coram* *Emin. D. Card. Veroſpio iuniore, poſt tract. dec. 89. nu. 1. & dixi ſupra n. 26.* ſecus ſi non fuerit ſeruata forma ex quo Officiales, & ſubhaſtantes plus offerenti vendere non promiſerint, *Mangil. loc. cit. Rot. in Romana Spolij Domus 11. Aprilis 1614. coram Emin. D. Card. Pamphilio, poſt tract. dec. 30. n. 3.*

Intellige ſecundo, † vt oblator cenſeatur 100
obligatus, & poſſit cogi rebus ſic ſtantibus, *Aſin. de execut. §. 6. cap. 87. n. 1. Tuſc. in verb. offerent. concluſ. 81. n. 3. Mangil. de ſubhaſt. q. 37. n. 26. & q. 86. n. 22.* † 101
& non variato ſtatu rei, *Mangil. d. q. 97. n. 26. & d. q. 86. num. 22. Rot. in d. Romana Spolij Domus 11. Aprilis 1614. coram Emin. D. Card. Pamphilio, poſt tract. dec. 30. num. 8.*

Atque proinde, † ſi deinde, antequam cele- 102
bretur inſtrumentum venditionis, ſeu deliberationis, detegatur partem bonorum, quorum cauſa quis obtulit vendi non poſſe, vel aliquod adſit impedimentum, vt omnia bona non vendantur, ille ſuam oblationem ſeruare non tenetur, ſed eam poteſt omnino reuocare, *Aſin. d. §. 6. c. 87. n. 1. & §. 7. c. 301. n. 1. Mangil. de ſubhaſt. q. 72. n. 1. verſ. & dicitur.* † præſertim ſi vnum tan- 103
tum pro omnibus pretium obtulerit in confuſo, & non ſeparatim pro qualibet re, vel pro quolibet bonorum capite, ex quo veriſimiliter, ſi id ſciuiſſet, vel crediſiſſet, ſe bona omnia ſubhaſtata non habiturum, huiuſmodi oblationem non feciſſet, *Aſin. vbi ſup. Tuſc. in Verb. offerens, concl. 81. n. 3. Coſt. in prax. conuent. par. 1. num. 262. Mangil. d. q. 72. n. 1. verſ. & dicitur, & n. 2.* † Et idem, 104
quando fundi tales eſſent, vt dura eſſet eorum ſeparatio, nec facilè induci poſſet, vt vna ſolum ex rebus venditis redhiberetur, *Mangil. d. q. 72. nu. 4.* † Atque etiam quando emptio ſi in 105
parte tantum ſubſiſteret emptor in communionem incidere niteretur; quia forte res vendita cum alio eſſet communis, *Mangil. d. q. 72. n. 5.*
† Vel ſi ex pluribus rebus vno pretio vendi- 106
tis, illa tradi non poſſet, qua emptor præcipuè motus fuiſſet, vt alias acquireret, ſeu emeret, *Mangil. ead. q. 72. in fin.*

Hincque etiam † idem procederet, ſi repe- 107
riretur aliter ſe rem habere, quam in edicto comprehenderetur, nam poſſet tunc oblatio reuocari, *Rot. in Rom. Spolij Domus 11. Aprilis 1614. coram Emin. D. Card. Pamphilio, poſt tract. dec. 30. n. 7. & 10.* vbi de bonis ad tertiam generationem magis ſtrictam, † Ac idem, ſi poſt factam oblatio- 108
nem detegatur in re aliquod onus reale, vt puta aliqua hypotheca, nam poteſt tunc oblator, antequam decretum proferatur, eius oblationi renunciare, vt in terminis creditoris, qui licitauerit, tradit *Aſin. de execut. §. 4. cap. 76. n. 1. & §. 7. cap. 300. nu. 1.* † Vel poteſt amicus aliquis ipſius 109
creditoris, vel alterius oblatoris aliquam maiorem quantitatem pecuniæ pro illis bonis promittere cum proteſtatione, quod ſi aliqua onera denegantur, pretium oblatum habeatur pro non oblato, & ſibi nulla ex parte obeſſe poſſit. & ita paſſim obſeruant, qui ſibi prouidere contendunt, vt tradit *Aſin. d. cap. 76. in fin. & d. cap. 300. n. 1.*

Intellige tertio, † niſi oblator fuerit ab emē- 110
do liberatus, quia creditoribus aliunde fuerit ſatisfactū, *Rot. in Romana Domus 19. Decemb. 1631. corā Emin. D. Card. Veroſpio iuniore, poſt tract. dec. 89. n. 8.*

Quod

Digitized by Google

111 Quod † tamen procedit reſpectu creditorũ, quibus ſolutum fuit, nam aliis huiuſmodi ſolutiones nõ præiudicant, nec impediunt, quin illi cogere poſſint oblatorem ſuam promiſſio-
112 nem implere, *d. dec. 89. n. 8. & 12. poſt tract.* † Nec ex ſolutione vni facta induci poteſt liberatio ab
113 obligatione reſpectu aliorum, *ead. dec. 89. nu. 9.* † Nec in obligatione quantitatis tolli poteſt obligatio, niſi quoad ſummam, & quantitatem
114 ſolutam, *d. dec. 89. n. 10. poſt tract.* † & fortius, ſi ſoluerit idem oblator nomine debitoris, nam non debet eſſe in poteſtate licitatoris, ſoluendo nomine debitoris, ſe eximere à ſua obligatione in præiudicium creditorum, quibus ius quæſi-
115 tum fuit, *dict. dec. 89. n. 12.* † Sicuti nec alienis ſolutionibus præiudicari poteſt ipſi licitatori, ſi id velint creditores, *eadem deciſ. 89. nu. 10. in fin. poſt*
116 *tract.* Adeo vt, † etiam quod ſolutiones à licitatore factæ acceptatæ fuerint nomine debitoris, non inde liceat arguere, vt iuri ſuo, & obligationi, quam habebat ipſe licitator emendi, creditores recipientes renunciare voluerint, cum ſemper ex pecunia debitoris, quæ redigitur ex pretio rei ſubhaſtatæ, ſolutio facta, cen-
117 ſeatur, *Rot. dict. dec. 89. n. 11. in fin. poſt tract.* † etiamſi in ſolutione licitator ceſſionem reportaſſet, cũ vti facta debitori poſſit ſolum habere vim quietationis, & liberationis, *d. dec. 89. in fin.*

118 Intellige quarto, † vt non poſſit oblatori fieri deliberatio contra formam ſuæ oblationis, ita vt, ſi in ſubhaſtatione iuris exigendi in eius oblatione amplectatur etiam fructus iam decurſos, & non exactos, non poſſit ſibi fieri ſubhaſtatio, & deliberatio illis non comprehenſis, *Buratt. dec. 786. ſub nu. 4.* quia non iungitur conſenſus Iudicis, de cuius mandato fit ſubha-
119 ſtatio, & deliberatio, & ipſius offerẽtis, † prout ad perfectionem emptionis, & venditionis cõ-
120 jungi debent, *Buratt. d. dec. 786. n. 5.* † quod procedit, ſiue diuerſitas ſit in qualitate rei, ſiue in ſumma, & quantitate, *Buratt. dec. 706. n. 6.* vbi de communi.

121 Intellige quinto, † vt, ſi facta oblatione deliberatio in craſtinum differatur, vel in aliud tempus, & interim grandine, vel alia vi maiori fructus pereant, ſeu damnum inſolitum eueniat in re deliberanda, non teneatur oblator ſimpliciter ſtare licitationi, & conditioni à ſe oblatæ, ſed facta ſibi detractione, & remiſſione valoris fructuum deperditorum, & damni illati arbitrio boni viri, *Papon. d. arreſt. lib. 13. tit. 9. de vectigal. arreſt. 21. Tuſc. in verb. ſubhaſt. concl. 713. n. 10. & concl. 715. n. 18. Mangil. de ſubhaſt. q. 38. n. 23. q. 68. nu. 24. & q. 70. n. 14.*

122 Intellige ſexto, vt † qui obtulit in licitatione rei Fiſcalis, vel Reipublicæ, pœnitere poſſit, ſi ita expediat Fiſco, vel Reipublicæ, ſecus ſi non expediat, *Bertach. de gabell. par. 2. nu. 21. Ferrett. eod. tract. nu. 279. Iodoc. de ſubhaſt. cap. 5. n. 18. Rot. recent. dec. 113. num. 13. par. 7. quæ eſt etiam poſt Mangil. de ſubhaſt. dec. 106. n. 7. verſ. licet dicatur.*

123 Intellige ſeptimo, vt, † quando ex obligatione non reſultet aliquã vtilitas offerenti, nõ ſit ita veriſimile, quod voluerit ſe obligare, vt inuitus compelli poſſit, quia tunc eſt potius
124 perdere, & ſuum iactare, † quod non præſumi-
125 tur, *Corn. conſ. 29. nu. 4. verſ. quandoque, lib. 4.* Prout † renunciare poſſe videtur oblator, vbi eſſet pauper, & ad offerendum inductus, & deceptus fuiſſet à creditore, ſeu illius procuratore, *Rot. poſt Nigr. de ſubhaſt. dec. 28. n. 15.*

Intellige octauo, vt † ex conſuetudine Franciæ, pendente termino licitandi, vel fideiuſſores dandi, poſſit vltimus licitator, cui res addicta fuit ab emptione ſe retrahere, & liberare, ſi id in tempore ſignificet, & alius venerit licitator, alias ſecus, *Papon. de arreſt. lib. 13. tit. 9. de vectigal. arreſt. 2.* 126

Intellige nono, † vt minor, qui obtulit, & 127 cui bona deliberata fuerunt, obligatus minimè remaneat, nec compelli poſſit ad recipiendum, nec ad pretium oblatum ſoluendum, cum non habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio, vt confutatis contrariis firmat *Pic. ad Statut. Vrb. lib. 1. cap. 5. gl. 7. n. 314. & ſeq.*

Intellige decimo, vt † procurator licitans 128 pro ſuo principali, qui ſoluendo non ſit, vel ſuppoſitus, & fraudulentus, teneatur tantummodo mandatorem ſuum reperire, eius cognitionem repræſentare, & probare eum non incognitum, & quod neque dolus, neque fraus ipſius procuratoris ſubſit, qui propterea benè attendere debet, ne liciteтur, nec mandatum eius, quem non nouit, ſuſcipiat, verum, vtrum ſoluendo ſit, vel decoctus, vel cuius conditionis, id procuratoris mandato, & officio non continetur, *Pap. de arreſt. lib. 18. tit. 6. de ſubh. arreſt. 13. in fin.* † niſi adſit Conſtitutio, quod procurator 129 non liciteтur pro perſona, cuius prius non nouerit facultatem, & pecuniam numeratam non habeat, ſub pœna de ea ſuo proprio nomine ſoluenda, *Add. ad Papon. d. arreſt. 13.*

Intellige vndecimo, vt licitans gabellas pro 130 perſona nominanda, facta nominatione, liberetur, *Hodiern. ad dec. 226. Surd. n. 2.*

E conuerſo vero † intellige, vt poſſit & Iu- 131 dex iuſta de cauſa licitationem, & oblationem non ſequi, *leg. licitatio. ff. de publ. & vectig. leg. ſi pignori, ff. fam. erciſc. Aſin. de execut. §. 4. cap. 70. nu. 3. Mang. de ſubhaſt. q. 71. n. 5. q. 83. n. 4. q. 158. n. 3. in fin.*

† Oblatori namque dicitur ius quæſitum 132 non ſimpliciter, ſed reuocabiliter, ſeu conditionaliter, quatenus ſcilicet ad venditionem procedatur, *Aſin. dict. cap. 70. nu. 3. Mangil. de ſubhaſt. d. q. 71. n. 5. verſic. quia reſpondetur.*

Nam, ſicut, † ſi poſt illam oblationem debi- 133 tor creditori ſatisfaciat, vel in caſu recuſationis ſummam debitam deponat, impeditur venditio, ipſaque oblatio, ac alia omnia reſoluuntur, *Aſin. dict. §. 4. cap. 70. n. 3. §. 6. cap. 31. n. 13. 14. Mangil. dict. q. 71. n. 5. verſ. quia reſpondetur, q. 132. n. 9. & diximus ſupra Inſp. 17.* ita † eodem modo ſenten- 134 tiam mutare in arbitrio, & voluntate Iudicis eſſe videtur, & quod ipſe Iudex poſſit eligere, an bona in ſolutum det creditori, vel vendat, *Aſin. d. §. 4. cap. 70. nu. 3. in fin. & nu. 4.* † Nec ius ali- 135 quod oblatori acquiſitum dicitur, nec perfecta venditio reſpectu debitoris, ſed reſpectu creditoris tantum, *Aſin. dict. §. 6. cap. 31. num. 13. 14. Mangil. de ſubhaſt. q. 132. num. 9.* cum † non dicatur 136 perfecta ſubhaſtatio, niſi ſecuta ſit deliberatio, † obligaturque offerens volente declarare eo, 137 qui vendit, *Tuſc. in verb. ſubhaſt. concl. 713. n. 10. Mangil. de ſubhaſt. q. 68. n. 24.*

Vnde, † non ſolum non eſt adeo ius quæſi- 138 tum oblatori, vt creditor non poſſit inſtantiæ

Digitized by Google

139 renunciare, *Aſin. de execut d. §.4. cap.69. ſub n.* ſed immo poteſt creditor ad inſtantiam debitoris, ſeu curatoris illius hæreditatis jacentis, vel hæredis ſub ſpe auctionis pretij, ſtante concurſu, oblationibus renunciare, & deuenire ad extraiudicialem, ſeu aliam venditionem bannis præmiſſis, publicíſque ſubhaſtationibus, *Aſin. eod. §.4 c.70. num.2. & ſeq.* vbi de veriori, &
140 æquiori, † quidquid contra ſentiat *Mangil. de ſubhaſt. q.83. per tot.*

141 Bona † enim de iure communi oblatori vendi non poſſunt, niſi iuſto oblato pretio, *l.3. §. Diui, ff de iur. Fiſc. leg. ſi minori, Cod. eod. leg.2. C. ſi propt. publ. penſitat. leg.2. & leg. ſi quos, C. de fid. inſtr. l.1. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. vbi gloſ. in verb. vili pretio. leg. quicunque, vbi Io. de Platea Cod. de fid. inſtr. & iur. haſtat. Fiſcal. lib.10. gloſ. in leg. fin. ff. ſi aduerſ. Fiſcal. & in §. pen. Inſtr. de vſucap. Rebuff. de præcon. licit. & ſubhaſt. art.4. gloſ.1. n.31. Nicol. Feſtaſ. de colle. l. par.3. n.13. Iodoc. de ſubhaſt. cap.1. n.24. & cap.3. nu.9.10 & 17.*
142 vbi, quod † publicus Exactor debet vendere res ſubditorum iuſto pretio, *Peregr. de iur. Fiſc. lib.6. tit.4. n.8. Aſin. de execut. §.4. cap.48. nu.4. Scacc. de iudic. lib.1. cap.96. n.28. Mangil. de ſubh. q.59. n.6. Afflict. dec. 358. ſub n.5. in quarta ratione. Seraph. de priuil. iuram.*
143 *priuileg.45. n.3. Aſin. dict. cap.70. n.5.* † alias ſi pignus venditum eſſet minus iuſto pretio, hoc eſt duplo minus, cenſeretur venditio facta mala fide re ipſa, & ob gratiam, & fauorem emptoris,
144 *Seraph. loc citato* † atque eſſet venditio vel nulla, *Seraph. dict. n.3.* vel reſcindenda, & retractanda, *Seraph. dict. n.3. & ſeq. Iodoc. de ſubh. dict. cap.3. n.18.* &
145 † poſſeſſionibus viliori pretio diſtractis plus exactor ex gratia, quam debitor ex pretio cõſequeretur, *leg. ſi quos. Cod. de reſcind vend. Gratian. diſcept. for. c.7. n.2. Fenzon. ad Statut. Vrb. cap 194. nu.40. Mangil. de ſubh. q.24. n.3. Rot. in Romana Nullitatis ſubhaſtationis Vineæ 5. Februarij 1604. coram Litta, penes*
146 *Marcheſ. de commiſſ. par.1. fol.1245. nu.5.* & † ſub nomine, prætextuve publicæ ſubhaſtationis via fraudibus relinqueretur, *dict. leg. ſi quos, & Gratian. loco citato. Fenzon. ad Statut. Vrb. cap.194. n.54. Rota in dict. Romana Nullitatis ſubhaſtationis Vineæ dict.*
147 *nu.5.* † nec ſubhaſtatio debet eſſe gratioſa, *Gluſian. de dat. in ſolut. cap.15. n.226.*

148 Quare † ſubhaſtata bona plus offerenti addicuntur, ſi pretij iniuſtitia non ſit magna in damnum debitoris, *Ant. Sol. ad decret. Sabaud. lib.3. tit.59. de form. ac ord. obſeru. in pign. ſubhaſt. & deliberat. bon. ſtabil. gl.2. nu 4.*

149 Adeo vt, † ſi etiam Statutum diſponat, rem ſubhaſtatam debere dari, & deliberari plus offerenti, debeat intelligi ſecundum ius commune, quando ſcilicet inter id, quod offertur, & verum pretium non eſt exceſſus in magna quantitate, alias præſumeretur dolus, & mala fides ipſo iure, & ſic non deberet valere, *Ceſ. Don. inter conſ. diuerſ conſ.85. n.38. & 39. lib.1. folio mihi 204. Seraph. de priuil. iuram. priuil.45. n.3.*

150 Vt etiam, † ſi res fuerit per peritos æſtimata, puta mille, & à licitatore oblata fuerint quingenta, non debet res huic oblatori dari, etiam quod in præconio facta fuerit declaratio de tradendo plus offerenti, *Luc. Pet. in prax. lib.8.*
151 *cap.2. n.45.* quia † idem eſt, emptorem, ſeu oblatorem non reperiri, vel minus legitimum, & condignum, ſeu iuſtum pretium per eum non offerri, *Pet. dict. cap.2. nu.45. & 49. Tepat. var. ſent. tit. 419. c. cap.2. Saluſt. Tiber. in pract. lib.1. cap.44. n.4. Paſcal. de patr. poteſt. par.2. cap.10. nu.95 Fenzon. ad Statut. Vrb. cap.164. n.58. Mangil. de ſubhaſt. q.112. n.8. Antonell. conſ. 27. n.4. in fin. Afflict dec.358. n.6. Baratt. dec.96. n.3. Rota in Romana Executionis de Rubeis 21 Aprilis 1605. coram Ortenbergo, poſt tract. dec.19. n.11.* Ita vt † licitator offerens callide minus iuſto pretio nõ impediat adiudicationẽ creditori, *Burſ. conſ.99 n.17.* 152

Proinde † oblatori quæſitum ius non dicitur, niſi iuſtum pretium obtulerit, *Aſin. de execut. §.4. cap.70. n.6. Mang. de ſubhaſt. q.71. n.6. & q.83. n.5.* † 153
& durauerit creditoris voluntas, *Aſin. ibid.* † Nec 154
ſufficit, creditoris voluntatem ab initio interueniſſe, ſed eandem perſeuerare oportet vſque ad tempus ſatisfactionis, *Aſin. dict. §.4. cap.70. n.6.* 155
vbi limitat, † niſi practica vigeat in contrarium, quidquid contra ſentiat *Mangil. de ſubhaſt. d. q.71. in fin.* † Poteſt enim creditor impedire, vt 156
venditio non fiat, & iam cœptam ſuſpendere, *Duran. deciſ.446. n.77.* 157

Quemadmodum † nec oblatio poſt ſtatutum tempus oblatori prodeſt, nec ex ea ius aliquod illi quæſitum dici poteſt, *Aſin. de execut. §. 6. cap.10. n.1. cap.31. n.21.22.* † nec obligat ſubhaſtãtem ad vendendum, *Mangil de ſubhaſt q.68. nu 9. Rot. recent. dec.55. ſub n.2.3. part.1.* † eoque minus ſi nec acceptauerit alias oblationes in termino factas, & edicta pendente termino alterauerit, *dict. deciſ.55. n.3.* 158 159 160

Idemque † dicendum eſt de oblatione, quæ non ſit facta in vim, & executionem edictorum, nec ſecundum formam in eis datam, faciunt tradita per *Rot. d. dec.55. n.2. par.1. recent.* 161

SVMMARIA.

1 *Res licitata remanet penes eum, qui fuit acceptatus.*
2 *Licitatoribus pluribus exiſtentibus Iudex decernit, bona vendenda ei, qui meliorem conditionem attulerit.*
3 *Pignora bona, & vectigalia ſubhaſtata dari debent plus, & vltimo offerenti, qui liberè maiorem ſummam, & meliorem conditionem in tempore obtulerit, & ille eſt aliis præferendus. Ampl. vt n.4.5 6.54. & ſeqq. n.71. & ſeqq. Decl. vt n.14. 15.17.18.95. & ſeqq.*
7 *Subhaſtatio fit, vt plus offerens conſequatur.*
8 *Ius in ſubhaſtatione quæritur illi, qui plus obtulit, nullo alio plus offerente.*
9 *Gratificationi in ſubhaſtatione non eſt locus. Lim. vt n.34. Sublim vt n.36.37.*
10 *Deliberatio facienda eſt maiori, non minori oblatori alias nulla eſt, n.11. Ampl. vt n.12.13.*
16 *Calor vnius, vel alterius plus iuſto pretio licitantis non attenditur, ſed iuſta, & communis æſtimatio.*
19 *Termino ad licitandum elapſo, perfecta cenſetur gabellatio, contractus, & licitatio quoad vltimum, & meliorem licitatorem, ſeu facientem meliorem conditionem, & res ei liberata, vel liberanda eſt, & pœnitentia non eſt locus, n.20. Ampl. vt n.54. & ſeqq. n.71 & ſeqq.*
21 *Ius quæſitum dicitur vltimo, & maiori oblatori, & quid ſi minimum tantum plus obtulerit. nu. 22. 42.48.77.78.*
23 *Quod ab eo ſine eius facto auferri non poteſt, num. 24.*
25 *Licitator vltimus admiſſus, & acceptatus in obli-*

Digitized by Google

obligatione ſucceſſiſſe dicitur, & in eum contra-ctus tranſlatio facta, & num.26. Ampl. vt nu.32. & 33.

27 *Et ex hoc priores, & minores licitatores excluſi, & liberati cenſentur, tanquam ex nouatione perſonæ, atque contractus, & n.30.*

28 *Verba, qui mille obtulerit, habebit vnum ſolidum pro libra, important, quod plus offerenti dabitur, & quare, & n.29.*

31 *Præualet, quod nouiſſimè factum eſt.*

35 *Eccleſia autrix, & cultrix eſt iuſtitiæ, & non patitur contra eam aliquid fieri in ſe, vel in alterum, & nu.42.*

36 *Pretium oblatum à ſciente rei conditionem in dubio præſumitur iuſtum, & non exceſſiuum.*

38 *Adminiſtrator publicus, vel Eccleſia, aut minoris tenetur ex neceſſitate officij plus in tempore offerenti dare, alias dicitur in dolo, & num.39. Ampl. vt n.40.*

41 *Priuatus poteſt meliorem conditionem rejicere, & primam acceptare.*

42 *Oblatori vltimo, & maiori non præiudicat inſtrumentum poſtea factum cum alio ſub prætextu maioris oblationis, vbi Ampl. & ratio.*

43 *Oblatores elapſo termino, intra quem aliquis obtulit ad plus, ſeu meliorem conditionem offerendum non admittuntur, & num.101. Ampliat. vt num.47. 48.54. & ſeqq. & 71. & ſeqq. Decl. vt num.93.*

44 *Ampl. neque etiam poſt terminum ad reluendum elapſum.*

45 *Ampl. etiam quod oblatio ſit alicuius momenti, vel aſcendat ad duplicatum, & n.46.*

49 *Æquitas nulla, nec fauor concurrit, vt alius maior oblator poſt terminum admitti debeat.*

50 *Subhaſtationis retractatio, reiteratio, vel prorogatio, aut nouus terminus, vel ſecundum bannimentum, poſtquam aliquis iam obtulit, non conceditur ad effectum, vt alius ſuperueniens offerre poſſit. Ampl. vt nu.54. & ſeqq. & 71. & ſeqq. Lim. vt n.96. & ſeqq.*

51 *Terminus ſubhaſtationis intelligitur peremptorius. Ampl. vt n.52.*

53 *Termini, qui aſſignantur in ſubhaſtatione rerum Vniuerſitatis ſunt extraiudiciales.*

59 *Addictione alicui facta bona fide, alius quantumvis plus offerens non auditur. Ampl. vt nu.61.62. & 63.*

60 *Alias nullus eſſet licitationum finis, & addictio eſſet inanis, eluſoria, & nullius auctoritatis.*

64 *Addictio in ſubhaſtationibus fit ſemel tantum.*

68 *Qui, durante termino, poſt oblationem alicuius, & ante illi factam deliberationem non licitarunt, præſumuntur noluiſſe plus offerre, & eis eſt imputandum, ſi ante addictionem non licitarunt, & num.70.*

69 *Licitandi voluntas præſumitur ex permiſſione lapſus termini.*

77 *Licitatori poſtremo fit iniuria, ſi alteri res deliberetur, & locus datur appellationi.*

78 *Æquum non eſt, vt, qui obtulit, fraudetur.*

79 *Haſtæ publicæ, & Fiſcalis magna eſt auctoritas.*

80 *Licitationis vis magna eſt, quæ ſit facta bona fide, & formiter.*

81 *Nec illa, eiuſque fides, & auctoritas publicorum Officialium debet facile conuelli, aut emptorem, & alium decipere.*

82 *Licitationes nouæ non ſunt admittendæ poſt factam deliberationem, ne, dum commodum quæritur, conductores, & emptores mutentur, vel tanquam non tuti, non reperiantur, ſeu difficulter, etiam ſi bona fide diſtractio fiat, & nu.83.84.85.86. & 87. Lim. vt n.95.*

88 *Dominia rerum non debent eſſe in incerto.*

89 *Venditiones publicas retractari, eſt iniquum, & exemplo pernicioſum.*

90 *Edicta, & proclamata, in ſubhaſtatione eſſent fruſtratoria, ſi, ſeruatis præſertim requiſitis ſolemnitatibus, paſſim retractarentur.*

91 *Homines ad publicas emptiones ſunt inuitandi.*

92 *Licitationem nouam, ſeu vt bona iterum ſub haſta ponantur, vel, vt nouus oblator admittatur, quis petere non poteſt, niſi illi competat in integrum reſtitutio, vt quia minor, Eccleſia, Reſpublica, vel alia perſona priuilegiata, & id ex reſtitutione impetret.*

94 *Conſuetudo admittens poſt elapſum terminum nouum oblatorem augentem tertiam, vel maiorem partem eſt ſeruanda.*

98 *Subhaſtationis requiſita, quibus non concurrentibus venditio poteſt retractari, & n.99.*

100 *Licitatio noua poteſt ex cauſa admitti.*

101 *Licitatore non reperto in termino aſſignato poteſt nouus terminus dari, ſeu ſecundum præconium emitti. Limit. vt n.102.*

103 *Re alicui pendente termino deliberata, poteſt etiam alius durante termino offerre, & ei res delibe-randa eſt, & quare. Declar. & ſubdecl. vt n.109. & ſeqq.*

104 *Subhaſtationibus factis admittitur etiam alia oblatio.*

105 *Tempore durante, quolibet illius momento recipitur quis ad plus offerendum. Ampl. vt num.106. & 107.*

108 *Oblationis reiteratio quamuis per viam licitationis prohibeatur, permittitur tamen per in diem addictionem.*

111 *Rei Fiſcalis venditio ſemper facta cenſetur ſub pacto addictionis in diem, ſecus in re Ciuitatis, niſi illa talem legem habeat, & nu.112.*

113 *Deliberatione facta de pignore cum termino, puta, Niſi infra menſem, poteſt, illo durante, alius plus offerre, & rem habere. Ampl. vt num.115. & ſeqq.*

114 *Oblatores omnes in ſubhaſtatione pignorum admittuntur etiam poſt decretum, dummodo non ſigillatum.*

116 *Oblatio maior, vbi agitur de intereſſe creditorum, admittitur etiam contractu perfecto, candela extincta, ſeu termino elapſo, præſertim ex ſtylo A.C. & quare, & num.117.118.119.120. & 121.*

118 *Debitorum iura non offenduntur, ſi poſt terminum re integra recipiantur maiores oblationes, ſed eorum, & creditorum conditio melior efficitur.*

122 *Oblatio maior, elapſo termino, quandoque admittitur etiam in bonis pupillorum, & reiteratur ſubhaſtatio in eorum beneficium ex oblatorum concurſu.*

123 *Licitatio reaſſumitur ad minoris fauorem ſuperueniente maiore oblatore, licet neque deceptio, neque circumuentio interuenerit, nec*

Google

ſolemnitas vlla omiſſa ſit.

124 *Candela accenſa oblatione facta per aliquem, ſi alter deinde, ea adhuc accenſa, offerre inceperit, & ea extincta deſierit, res debetur oblatori primo, licet ſecundus plus obtulerit, cum primo ius quæſitum ſit, & n.129.130. & 131.*

125 *Decl. procedere, ſi fuerit declaratum, quod dabitur plus offerenti candela accenſa, & n.126.127. 128. & 132.*

129 *Oblatio facienda candela accenſa debet incipere, & deſinere antequam illa extinguatur, vt contractum, & obligationem inducat, & numero 132.*

132 *Contractus abſolutus non dicitur, donec contrahentes loquuntur.*

133 *Contractus, & obligationes, dum ſunt in fieri, nihil ſunt, nec attendi debent niſi inſpecta concluſione, & in oblatione ex vltimo illius verbo, & num.135.*

134 *Actus in vltimo inſtanti, & vltimis verbis perficitur.*

136 *Contractus, qui per ſubhaſtationem celebrantur, vim habent contractuum in ſcriptis, nec obligant niſi obligatione ſcripta.*

137 *Bannum ſuper oblationibus ab haſtam intelligitur de validis, & ad obligandum efficacibus.*

138 *Oblatio vt ſit valida, & ad obligandum efficax, debet integra intra terminum proferri, & ſcribi.*

139 *Oblatori imputandum eſt, ſi ſe anguſto tempore coarctauerit.*

140 *Oblator maior eſt, qui licitando plus obtulit.*

141 *Et qui obtulit maius precium certum, & clarum.*

142 *Et qui præſtitit, ſeu præſtare paratus eſt idoneos fideiuſſores, vbi illi præſtandi ſint.*

143 *Licitator, vt maior dicatur, tenetur maiorem oblationem facere, & domini conditionem æquè bonam vti primus.*

144 *Nec dicitur offerre meliorem conditionem plus offerendo, niſi præſtet fideiuſſores præſtandos, ſeu ad præſtandum ſit idoneus, & n.145.*

146 *Obtuliſſe non videtur, qui cætera ſeruanda non ſeruauit, nec contractum perfecit, nec fideiuſſores idoneos dedit.*

147 *Plus obtuliſſe non videtur, cui modicum plus obtulit, & cum conditione, quod creditor caueat.*

148 *Oblatio de præſtando ſcuta tot vltra quaſcunque ſummas à quibuſcunque oblatoribus legitime oblatas, an teneat, & nu.ſeqq.*

156 *Oblator inferior, & non maior eſt, qui in ſubhaſtatione iuris exigendi offerat aliquid plus, ſed comprehenſis fructibus decurſis, & inexactis in aliorum oblationibus non comprehenſis.*

157 *Conditio melior oblationis ex quibus conſideretur.*

158 *Oblatio maior, & melioris conditionis, quæ dicatur, & n.159. & 160.*

161 *Plus vt quis dicatur obtuliſſe tam ad effectum prælationis, quam ad effectum liberandi primum, ſeu penultimum oblatorem, requiritur idoneitas facultatum, maior promiſſio, vtilitas, & conueniendi facultas, & facilitas.*

162 *Verba incautus ſunt intelligenda cum effectu.*

163 *Dominus bonorum, quæ ſubhaſtantur, non debet vltra damnum ſubhaſtationis, in qua res viliori pretio venduntur, grauiori plaga plecti.*

164 *Idoneus non dicitur, qui conueniri non poteſt.*

165 *Conditio melior, quæ dicatur, reſidet in Iudicis arbitrio.*

166 *Oblator prior ſeu penultimus vel ab initio in obligationem non incidit.*

167 *Vel non efficaciter, ſeu non perfectè, ſed ſuſpenſiue, cum obligatio pendeat ab eo, quod deinde plus offerri poſſit ab alio, & ei fieri deliberatio, & cum eo venditio perfici, & num.168.169.& 170.*

171 *Vel obligatur reuocabiliter.*

172 *Sed durante tempore licitandi, per maiorem etiam oblationem non liberatur.*

173 *Immo in obligationem redit, & tenetur, etiam quod alius plus obtulerit in caſibus, de quibus hic: Ampl. vt num.174. & 175. Decl. vt num.215.& ſeqq.*

176 *Edicta ex hodierno ſtylo continent, quod res dabitur plus offerenti candela accenſa, & quod obligatus remanebit, & liberatus non cenſebitur primus oblator.*

177 *Qui non habet, vnde ſoluat, dicitur habere vel ſimilis eſt habenti exceptionem peremptoriam.*

178 *Oblator primus tunc ſolum liberatur, cum vltimus, ſeu poſt eum veniens plus offerens eſt idoneus, & ſoluendo, & per venditores admittitur, & nu.188.*

179 *Fiſcus, Reſpublica, vel Communitas dare cogitur plus offerenti, ſi ei expediat, ſecus è contra & numero 183.*

180 *Officialis, & venditor, vendere, & dare cogitur regulariter plus offerenti, ſi hoc in edicto dixerit. Lim. vt n.181. & 182.183.*

184 *Conditio ſemper ineſſe dicitur, vt primus offerens liberetur ſi ſecundus plus offerens ſecurum fecerit Fiſcum, vel Commune, ſeu alium venditorem, & n.205.*

185 *Fiſcus non acceptat niſi oblatores ſufficientes, & ſoluendo.*

186 *Licitatio illa accipienda eſt, quæ eſt Fiſco vtilior.*

187 *Subhaſtantes poſſunt maiorem oblationem non acceptare.*

189 *Licitator primus non liberatur ſola vltimi licitatoris oblatione, ſed illi ſecuta adiudicatione, & num.190.*

191 *Nemo ex licitatoribus liberatus cenſetur, niſi poſt decreti interpoſitionem & actu per venditionem perfecto, & conſumato.*

192 *Periculum rei, quæ ad haſtam venditur, quando remaneat penes venditorem.*

193 *Eligi in ſubhaſtationibus debet magis idoneus, & ad ſolutionem paratus, & n.194. & 202.*

195 *Ampl. etiam ſi minus offerat, & nu.196. vbi Lim. & redditur ratio.*

197 *Idoneus non dicitur ad licitandum, qui veriſimiliter ſoluere non poteſt, vel conueniri, nec ei res ſubhaſtata concedi debet.*

198 *Iudex tenetur ſi vltimo licitatori non ſoluendo rem addicat. Decl. vt n.199.*

200 *Officialis, ſeu ſubhaſtantis male contrahentis eſt periculum, non primi oblatoris non acceptati, vel poſt acceptationem reiecti.*

Digitized by Google

201 *Officialis debet eſſe cautus in oblatorem acceptando, & recipiendo.*
203 *Eligere in ſubhaſtationibus poteſt magis idoneum non ſolum Fiſcus, & Reſpublica, ſed etiam priuatus.*
204 *Licitator penultimus tam de iure communi, quam Fiſci vti potior eſt obligatus, & vti ex poſteriori, & vltima oblatione conueniri poteſt.*
206 *Oblatio nuda ſecundi, & maioris oblatoris abſque fideiuſſione poſt adiudicationem factam primo per contractum perfectum, & omni debita ſolennitate roboratum cum idoneis fideiuſſoribus illi derogare non debet, & quare.*
207 *Res vendita remanere debet penes eum, qui fuit acceptatus, & admiſſus pro idoneo, non probato, quod alius plus obtulerit.*
208 *Vltimum dicitur, quod nihil validum ſubſequitur.*
209 *Licitatione vltima pro inſufficienti habita, penultimus oblator eſt cogendus, vbi ampl.*
210 *Licitatio introducta eſt in Fiſci fauorem, & ideo in ea accipiendum eſt, quod eſt Fiſco vtilius.*
211 *Fraudibus non eſt aperienda via.*
212 *Abſurdum eſſet, vt qui male, vel nimium obtuliſſet, vel, vt morem gereret debitori, poſſet ſe liberare alium non idoneum ſupponendo.*
213 *Reſpublica non cenſetur ſuis ſubhaſtatoribus mandaſſe, vt poſſint idoneum licitatorem dimittere, & non idoneum acceptare.*
214 *Maxime ſi id in fraudem Fiſci redundet.*
215 *Licitator primus obligatus remanet non obſtante oblatione ſecundi, ſi edictum dicat, quod dabitur plus offerenti, alias non obligatur neque primus, neque ſecundus.*
216 *Tenetur pro ſumma oblata non ad nouam auctionem tanquam ei ſit ius quæſitum ex fruſtratione ſecundi, quod ab eo auferri non debet, & numero 217.*
218 *Non poteſt aſtringi, ſi cum eo actum fuiſſet, vt poſſet ab emptione recedere altero licitante, vel meliore conditione ſuperueniente, cum tunc alia oblatione ſecuta ſtatim prima diſſoluatur, quamuis ſecunda non admittatur. Ampl. vt numero 220.*
219 *Oblator poteſt in modo licitandi ſibi præcauere.*
221 *Licitator primus non intelligitur liberatus, quando locans, dominus, ſeu ſubhaſtans ſtatim ſecundum repellit, vel vectigal proponitur, vt poſt tempus, & examen licitationum dominus poſſit eligere.*
222 *Secus ſi ſtatim non repellat, ſed admittat.*
223 *Iuſtum non videtur, vt dominus, vel locans poſſit non admittere primum licitatorem ob ſecundum plus offerentem, & deinde, ſecundo aufugiente, vel non reperto idoneo, primum obligare.*
224 *Contrahentis vtriuſque æquale ius eſſe debet.*
225 *Licitator primus non intelligitur liberatus, donec ſecundo non fuerit res adiudicata, & venditio perfecta, & num. 226. & 228.*
227 *Liberatus intelligitur, etiam quod res fuerit addicta poſteriori minus idoneo. Ampl. vt numero 229. 230. & 234. & ſeqq. Declar. vt numero 232. & ſeqq.*
228 *Venditio perfecta, venditore inuito, non reſcinditur.*
231 *Idoneus ſatis dicitur, qui eſt vti talis admiſſus, & num. 235. Decl. vt num. 238. & ſeqq.*
232 *Emptores, quos admittat, videre debet dominus, & ſubhaſtans.*
233 *Contractu tranſlato in ſecundum, ſeu vltimum oblatorem primus vel non eſt obligatus, vel in obligationem non reincidit.*
240 *Subhaſtans licet poſteriorem licitationem approbare dicatur, poteſt tamen etiam adhuc acceptare primam.*
241 *Approbatio poſterioris licitationis non ſufficit pro liberatione primi, niſi ſit plena, & quando talis dicatur, & num. 242. & 243.*
244 *Oblator primus cogi non poteſt, ſi legitimam rationem, vel excuſationem alleget, & probet, vbi exemplum.*
245 *Licitatio noua fieri poteſt, ſi vltimus licitator ſit temerarius, vel non idoneus, & primus legitimam habeat excuſationem, &, ſi futura oblatio non ſufficiat pro ſatisfaciendis omnibus creditoribus, pro reſiduo tenetur antecedens oblator, facta ſibi interpellatione, & numero 246.*
248 *Licitator vltimus, & maior à debitore ſuppoſitus non ad emendum, ſed ad impediendam adiudicationem prius alteri factam poteſt à Iudice repelli tanquam nimis animoſus.*
249 *Debitores ſolent poſt pignorum deliberationem fraudulenter mittere licitatores ad impediendum, & maiorem dilationem conſequendam.*
250 *Pœna ſtellionatus punitur offerens fraudulenter plus iuſto pretio, non vt emat, ſed vti ſuppoſitus ad impediendum, vel ad inducendum alium ad carius emendum.*
251 *Nec non ſubhaſtans ſcienter affirmans plus ſibi dari, vel offerri ab alio, quam re vera detur, vel offeratur, vel alium ad id faciendum ſupponens, & num. 252.*
253 *Ampliat. vt ſubhaſtans teneatur etiam ad reſtitutionem falſi pretij actione conditionis indebiti, &, ſi non fuerit facta ſolutio, non poſſit emptor aſtringi.*
254 *Declar. vt, ſi aſſertio fuerit per errorem, non incurratur crimen, ſed intret ſola falſi pretij repetitio, ſeu detractio. Extende, vt numero 255.*
256 *Venditio retractatur, & ad nouam licitationem deuenitur, quando quis ſe abſtinuit plus offerre, quia ei fuit denunciata maior oblatio, quam re vera eſſet, & numero 257. & 259.*
258 *Dolus doloſo prodeſſe non debet.*
260 *Supponentes perſonas, quæ offerant pretia exceſſiua, vel non iuſta in fraudem tertij carent commodo actus, & puniuntur.*
261 *Præſumptio doli, & colluſionis quando colligatur ex perſona offerentis.*
262 *Pluribus ſucceſſiue idem pretium offerentibus primus eſt præferendus, & numer. 264. & quid, ſi per ſchedulas, nu. 263.*
265 *Sed, ſi omnes concurrant eodem temporis momento, & ſint æque idonei, ſit inter eos diuiſio, vel gratificationi locus eſt, & numero 266. Niſi concurrant conductores antiqui, quia illi præferuntur, numero 267. Vel agatur cum Camera Apoſtolica, ſeu Patauina,*

Digitized by Google

quia tunc denuo res ſubhaſtatur, nu. 268.

269 *Oblatoribus duobus in extinctione candelæ offerentibus, locus datur nouæ ſubhaſtationi, vel gratificationi.*

270 *Æqualem oblationem quod quis non fecerit, arguitur, ex quo ipſe ſtatim plus offerat.*

271 *Candela extincta in multitudine oblationum, & non atteſtante Notario, ad illas recipiendas deputato, quod aliquis plus obtulerit, factum dicitur remanſiſſe in ſuſpenſo.*

272 *Oblator primus à ſecundo maiore excluſus poteſt iterum offerre, & ſecundum ſuperare, ſi ſit in termino, alias ſecus, & nu. 276.*

273 *Licitatio ſecunda eiuſdem perſonæ cum augumento pretij, dicitur noua, & ſic offerens habere rem ex nouo contractu, & venire vt alius, & pro noua obligatione, & numero 274.*

275 *Licitatio poteſt pluries fieri.*

277 *Licitator, qui primo magnam ſummam cum ſtipulatione, & fideiuſſoribus ſolenniter promiſit, & deinde minimum ſuperaddit, non eſt à prima oblatione liberatus, ſed illam confirmat, Licet fideiuſſores in eo pluri addito non teneantur, & numero 278.*

279 *Nouatio inducta non dicitur, nec fideiuſſores prioris oblationis liberati ex ſecunda oblatione, niſi partes expreſſe dicant, præſertim abſque nouis fideiuſſoribus, & numero 280.*

281 *Promiſſum quod eſt in ſubhaſtatione, repetitum cenſetur in inſtrumento, quod poſtea ſequitur, venditionis.*

De maiori, & Inferiori, ſeu Primo, & Secundo Licitatore, & cui res ſit deliberanda ſeu debeatur. An termino elapſo, admittatur nouus oblator, & terminus. De oblatore à debitore ſuppoſito, & fraudulenti. De pluribus ſimul offerentibus. Et de oblatione ab eodem reiterata, & aucta.

INSP. XXXV.

1 Finitis licitationibus, † ſi non appareat alius
licitator, nec qui inſtet, res licitata remanet
penes eum, qui fuit acceptatus, *Aſin. de execut. §.
6. cap. 12. numero 2. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 24. num.*
2 *19. & quæſt. 37. numero 8.* Sed, † ſi plures ſint licitatores, Iudex interloqui debet, bona vendenda eſſe N. qui meliorem conditionem attulit, *Gluſian. de dat. in ſolut. cap 17. nu. 263.*

3 Pignora † enim, & bona, atque vectigalia in ſubhaſtatione, pluribus exiſtentibus oblatoribus, deliberari, & dari debent plus offerenti, & vltimo licitatori, qui libere majorem ſummam, & meliorem conditionem in tempore obtulerit, & ille eſt aliis, elapſo termino, præferendus, *leg. licitatio. ff. de public. & vectig. auth. hoc jus porrectum. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. leg. penes, vbi D.D. Cod. de vectig. & comm. leg. 1. & leg. ſi tempora. Cod. de fid. inſtr. & iur. haſt. Fiſcal. lib. 10. iuncta leg. loca. Cod. de loc. prædior. ciuil. lib. 11. Rebuff. de præcon. licitat. & ſubhaſtat. art. 7. gloſſ. 1. numero ſeptimo & 18. Bertach. in verb. ſubhaſtatio. & de gabell. par. 2. numero 20. Iodoc. de tut. & curat. mun. cap. 5. numero 77. & de ſubhaſt. cap. 1. numero 9. cap. 3. numero 11. 26. & 28. cap. 4. ſub numero 25. & cap. 5. numero 11. Pract. Papien. in form. execut. ſent. diffin. in gloſſ. ſapiens, numero 20. verſ. amplius quæritur, & numero 23. Baldun. de pignor. cap. 18. colum. 7. Mauſon. de cauſ. execut. li. 1. ampl. 30. numero vndecimo & 13.* vbi, quod ita in praxi ſeruatur, *Caroc. de oblat. par. 2. quæſt. 6. numero 1. Nebriſſ. in vocab. vtriuſque iur. in verb. licitatio. & in verb. ſubhaſtari. Euerard. argum. legal. in loc. ab vſitat. numero ſeptimo. Anton. Sol. ad decret. Saband. libro tertio tit. 39. de form. & ord. obſer. in pignor. ſubhaſt. & delib. bon. ſtab. gloſ. 2. numero 1. Aſin. de execut. §. 4. cap. 70. numero 1. cap. 71. numero 1. & §. 6. cap. 1. numero 25. & cap. 12. numero 1. in fi. Tuſc. in verb. ſubhaſtatio. concl. 715. numero primo, Io. Franc. de Pont. conſil. 1. ſub numero 129. & conſ. 13. numero 46. Tepat. var. ſent. tit. 417. cap. 12. Panitr. in pract. par. 3. verſ. captis pignoribus, vbi Add. in verb. detur plus offerenti, folio 311. Gluſian. de dat. in ſolut. cap. 28. numero 317. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 311. numero 19. Coſt. in prax. conuent. par. 1. numero 160. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 21. numero 15. quæſt. 24. numero 16. quæſt. 34. num. 13. quæſt. 7. numero 5. quæſt. 58. in fi. quæſt. 59. numero 6. qu. 68. ſub numero 20. quæſt. 69. num. 3. qu. 83. in princ. qu. 112. numero 7. qu. 127. numero 19. qu. 144. numero 2. q. 158. num. 1. & ibi Rot. deciſ. 21. num. 1. & deciſ. 106. numero 7. Viu. deciſ. 259. numero 4. lib. 2. Antat. dec. 67. num. 1.* vbi,
† eo magis ſi excedat alium in idoneitate, *Ma- 4
ſtrill. deciſ. 84. numero 1. par. 1. Rot. recent. deciſ. 391. num. 1. par. 3. & deciſ. 376. numero 1. par. 4. & in Romana nullitatis Subhaſtationis Vineæ 6. Februarij 1604. coram Litta, penes Marcheſ. de comm. par. 1. folio 1245. numero 3.* vbi † quod Iudex cogitur facere venditionem plus offerenti, *Buratt deciſ. 703. numero 6. deciſ. 735. n. 1. & deciſ. 891. numero 1.* vbi de notoria practica in tribunali A. C. *Rot. in Romana Vineæ 21. Maij 1586. coram Card. Blanchetto, poſt tract. deciſ. 3. numero 8.* & quoad bona, & introitus Cameræ Apoſtolicæ extat *Conſtitutio Pij IV. inter eius impreſſas in bullar. conſtit. 13.*

Quod † procedit etiam in creditore ſubha- 5
ſtante, qui licitando plus obtulerit, *Tuſc. in verb.
offerens, concl. 81. num. 2. Mangil. de ſubhaſt. q. 37. num. 15.*
Ita vt † in concurſu creditoris, & extranei præ- 6
ferendus ſit, qui plus obtulerit, *Mangil. d. tract. qu.
20. numero 7.*

Fit † namq; ſubhaſtatio, vt plus offerens con- 7
ſequatur, *Gaball. ad Conſtit. Ægid. li. 5. cap. 6. in verb.
ſubhaſtat. numero tertio.* Et, † quando nullus alius 8
in ſubhaſtatione offert maius pretium, jus quæ-
ritur illi qui plus obtulit, *Mangil. de ſubhaſt. q. 86. nu.
20.* † Neque eſt gratificationi locus, *Rebuff. de præ- 9
con. licitat. & ſubhaſt. art. 7. gloſ. 1. num. 18. Papon. de arr.
li. 13. tit. 19. de vectig. arr. 2. Mangil. de ſubh. qu. 144. nu. 1.*
† Nec deuenire poteſt ad ſubhaſtationem, & 10
deliberationem pro minori pretio, & oblatione,
Rot. poſt Mangil. de ſubh. dec. 106. n. 6. in fin.

Alias, † ſi deliberatio fiat non majori, ſed mi- 11
nori oblatori, & pro minori pretio, ea nulla eſt,
*dict. auth. hoc jus porrectum, Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 7. ſub numero 3. Rot. in dict. Rom. Nullitatis Subhaſtationis Vineæ 4. Februarij 1604. coram Litta, penes Marcheſ. de comm. par. 1. folio 1245. numero tertio & poſt Mangil. de ſubhaſtat. deciſ. 106. nu. 6. in fi. quæ eſt etiam inter recent. deciſ. 113. numero 1. par. 7. Buratt. deciſ. 703. numero 6. dec. 735. numero 1. &
deciſ. 891. nu. 6.* vbi, † eo magis ſi ſubhaſtatio facta 12
inferiori

Digitized by Google

inferiori oblatori fit etiam contra formam decreti, & præcepti iam generaliter facti ad fauorem maioris oblatoris, *& Rot. in Peruſina Spolij 18. Iunij 1642. coram R. P. D. Royas, poſt tract. dec. 106. numero*
13 *9.* † Præſertim ſi ſubhaſtans ſit Adminiſtrator publicus, ſeu agatur de iuribus Fiſcalibus, vel Reipublicæ, Eccleſiæ, vel minoris, qui de neceſſitate tenetur rem deliberare meliorem conditionem offerenti, *Tuſc. in verb. ſubhaſtatio. dicta concluſione 715. n. 5. Franc. Marc deciſione 257. n. 5. p. r. 2.*
14 Quæ † procedunt, ſi tamen iuſtè proceſſum fuerit, *Iodoc. de ſubhaſt. capite 3. n. 5.* & ritè, & rectè, & iſtius maioris oblatoris oblatio fuerit per Officiales, ſeu Notarium, vel Præconem acceptata, *Tuſc. in d. verb. ſubhaſtatio. concl. 715. numero 1. & 2. Rebuff. de præcon. licit. & ſubhaſtat. articulo 7. gloſſa 1. num. 21. Aſin. de execut. §. 6. capite 12. numero 1. in fin. Mangil.*
15 *de ſubhaſtat. q. 24. numero 16. & q. 37. ſub nu. 5.* & † niſi maiorem oblationem fecerit calore iracundiæ,
16 *Bertach. de gabella parte 2. num. 20.* † cum calor vnius, vel alterius plus iuſto precio licitantis non attendatur, nec conferat ad iuſtam, & communem æſtimationem, quæ debet attendi, *Valaſc. con-*
17 *ſult. 43. numero 11. Mangil. de ſubb. q. 38. num. 10.* † ac dummodo maior oblator præſtet idoneum fideiuſſorem, vbi præſtari debeat, vt in locatione
18 gabellarum, *Bertach. vbi ſupra* † & aſſicuratio ſit pro pretio oblato, non pro pretio æſtimato, quod ſit minus, *Tepat. var. ſent. titulo 417. capite 3. Capyc. deciſione 51. numero 13.*
19 Vnde † elapſo termino ad licitandum aſſignato, ſeu extincta candela, quoad illum vltimum, & maiorem licitatorem, ſeu facientem meliorem conditionem cenſetur perfecta gabellatio, ſeu contractus, & licitatio, ac res ei liberata, vel liberanda eſt, atque locus non datur pœnitentiæ, *Bart. in lege licitatio in princ. num. 4. & 5. ff. de public. & vectig. vbi etiam Cuman numer. 3. idem Bart. in l. ſi tempora num. 3. & ſeqq. C. de fid. inſtr. & iur. haſt. Fiſcal. libro 10. Alex. conſ. 114. ſub n. 2. libro 6. Caball. conſ. 129. numero 1. & 11. Aſin. de execut. §. 6. capite 32. num. 12. Marcell. de Maur. alleg. 51. in principio. Gratian. diſcept. for. capite 321. numero 19. Mangil. de ſubhaſt. q. 20. num. 15. & 16. & quæſt. 28. numero 8. Ricc. in collect. deciſ. collect. 1276. Boer. deciſ. 248. numero 2. Franc. Marc. quæſt.*
20 *85. parte 1. Maſtrill. deciſ. 84. numero 3. parte 1.* Et, † ſi in edicto contineatur, quod bona vendantur plus offerenti vltra ſummam in ipſo edicto taxatam, eo ipſo, quod apparet de maiori oblatore, cum eo dicitur contractus venditionis perfectus,
21 *Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 23. numero 2.* † Eſtque vltimo, & maiori oblatori ius quæſitum, *Luc. de Penn. in lege congruit. C. de locat. prædior. ciuil. libro 11.*
22 *Luc. Pet. in praxi libro 8. capite 2. numere 38.* vbi, † quid ſi minimum pretium plus obtulerit, *Aſin. de execut. §. 4. capite 70. numero 1. & cap. 86. num. 3. 4. 5. & 12. & §. 6. capite 10. numero 13. & 19. Aldobrand. conſ. 116. numero 11. libro 2. Tuſc. in verb. offerens concl. 81. numero 2. Nouar. ad l. ſi tempora, nu. 4. C. de fid. inſtr. & iur. haſt. Fiſcal. libro 10. Mangil. de ſubhaſt. q. 28. numero 9. Ricc. d. collect. 1726. Capyc. deciſ. 36. numero 5.*
23 *Maſtrill. d. deciſ. 84 numero 4. & 5.* † quod ab eo ſine eius conſenſu auferri non poteſt, *lege id, quod noſtrum, ff. de reg. iur. Fab. de Mont. de empt. & vend. quæſt. 5 in rubr. ſubhaſt. mater. numero 87.* † ac eſt ſe-
24 cutus, *Ricc. dict. collect. 1726. Maſtrill. d. deciſione 84. numero 2.*

Adeò vt, † cùm appareat, vltimum licitato- 25
rem fuiſſe admiſſum, & acceptatum, ipſe in obligatione ſucceſſerit, *Aſin. de executione §. 6. capite 12. numero 6. Mangil. de ſubhaſtat. q. 24. num. 1. verſ. vnde, cùm appareat, & q. 86. numero 2.* † & in eum contra- 26
ctus translatio facta, *Aſin. de execut. §. 6. capite 12. numero 7. Mangil. d. quæſt. 24. numero 23.* † atque a- 27
lij priores, & minores oblatores, & promiſſores cenſeantur excluſi, & liberati reſpectiuè, *Tuſc. in verb. ſubhaſtatio. concl. 715. numero 1. 2. & 7.* vbi, quod vbicunque ſit licitatio cum verbis, Quod dabitur plus offerenti, vel quod plus offerens lucrabitur vnum ſolidum pro libra, quod eſt idem, tunc per vltimam oblationem acceptatam ſemper liberatur prima *Rebuff. de præcon. licit. & ſubhaſt. articulo 7. gloſſa 1. num. 21. Anton. Sol. ad decret. Sabaud. libro 3. tit. 29. de form. ac ord. obſeru. in pignor. ſubhaſtat. & deliber. bon. ſtabil. gloſſa 4. num. 4. Luc. Pet. in pract. libro 8. capite 2. numere 59. & 43. Add. ad pract. Pancirol. parte 3. verſ. captis pignoribus in verb. dentur plus offerenti fol. 311. Gratian. diſcept. forenſ. capite 321. numero 19. Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 24. numero 21. verſ. vnde cùm appareat, & numero 22. & 23.* vbi,
quod † verba in proclamate, ſeu edicto poſita, 28
Quod, qui mille ſubhaſtabit, vel obtulerit, habebit vnum ſolidum pro libra, important, quod
plus offerenti dabitur, quia, † ex quo datur præ- 29
mium, & onus collatum videtur, *quæſt. 37. numero 5.*
& quæſt. 86. numero 2. † ex nouatione perſonæ, 30
atque contractus, *Aſin. de execut. §. 6. capite 12.* 31
numero 4. † Cùm præualeat, quod nouiſſimè 32
factum eſt, *Strac. de mercat. titulo de decoctor. parte 5.*
numero 8. Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 24. numero 20. † 33
Et fortius ſi res fuerit etiam ſecundo oblatori adiudicata, *Anton. Sol. loco citato* ſeu conſignatus incantus, *Aſin. de execut. dict. §. 6. cap. 12. numero 6. Mangil. de ſubhaſtat. d. q. 24. numero 21. verſ. vnde cùm appareat, & q. 37. numero 12.* † Maximè in rebus 34
minorum, vel Reipublicæ, *Tepat. var. ſent. tit. 417.*
cap. 12. Sed † in ſubhaſtatione rei Eccleſiæ poteſt, 35
vel etiam debet ipſa Eccleſia gratificare ei, qui iuſtum dat precium, omiſſo alio plus offerente, quia illa plus iuſto precio vendere non debet, *Bertach. de gabella parte 2. num. 20. in fin. & in repertor. in verb. ſubhaſtatio. Ferrett. eodem tract. de gabella num. 278 Iodoc. de ſubhaſtat. capite 5. numero 22. & ſeqq. Rebuff. de præcon. licit. & ſubhaſtat. articulo 7. gloſſa 1. num. 19. Tepat. var. ſent. titulo 417. capite 12. Mangil. de ſubh. q. 68. numero 21. quæſt. 144. numero 3. & q. 200. numero 24.*
Boer. deciſ. 248. numero 2. poſt med. † Cum Eccleſia ſit 36
autrix, & cultrix iuſtitiæ, & non patiatur contra iuſtitiam aliquid fieri in ſe, vel in alterum, *capite*
1. §. 1. de alien. feud. in vſib. feud. Quamvis, cum † 37
in dubio pretium oblatum à ſciente rei conditionem, præſumatur iuſtum, & non exceſſiuum, † malè faceret Adminiſtrator Eccleſiæ, ſi non daret in dubio plus offerenti, *Rebuff. vbi ſupr. numero 20. Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 100. numero 4.*

Nam † Adminiſtrator publicus, vel Eccleſiæ, 38
aut minoris ex neceſſitate officij tenetur rem plus offerenti dare, nec poteſt, offerentem meliorem conditionem rejicere, ſed immo illum inuitus acceptare cogitur, ſi tempora ſubhaſtationum à lege, ſtatuto, vel conſuetudine admiſſa largiantur, *lege ſi tempora Cod. de fid. inſtr. & iur. haſt. Fiſcal. libro 10. Ang. conſil. 525. numero 5. Aſin. de*

execut.§.6.capite.3.numero 5.Boer.deciſione. 248.num.
39 *2. poſt med. Mangil. de ſubhaſtat. q. 86. numero 11.*&
† qui talem meliorem conditionem non acce-
ptat, dicitur in dolo, *l. ſi quos, iuncta gl. in verb. æſti-*
metur, C. de reſcind vend. Ang. & Aſin. vbi proximè,
40 *Mangil. d. q 86. 12.* Et † idem dicitur in ſubhaſta-
tione redituum Regis & Principis, *Mangil. de ſub-*
41 *haſt. q. 133. numero 18.* † Priuatus vero poteſt melio-
rem conditionem rejicere, & primam accepta-
re, *Angel. d. conſ. 323. numero 2. Mangil. d. q. 133.*
numero 18.

42 Nec † vltimo, & maiori oblatori præiudicat
inſtrumentum etiam poſtea factum cum alio ſub
prætextu maioris oblati pretij, quia poſt ius il-
li quæſitum nihil attentati poteſt, etiam quod
agatur cum Eccleſia, quæ nec poteſt à contractu
perfecto directè recedere, ſed magis, quam aliæ
perſonæ, videtur, ad eius obſeruantiam aſtricta,
cùm debeat, vt diximus, eſſe cultrix iuſtitiæ, *Rot.*
recent. deciſione. 376. numero 7. parte 4.

43 Neque etiam † vbi præfixum eſt tempus fa-
ciendæ oblationis à lege, Statuto, vel conſuetu-
dine, aut edicto, & aliquis in termino obtulit,
admitti, ſeu audiri debent venientes poſtea, &
extra tempus, ſeu candela iam extincta, ad plus
offerendum, ſeu meliorem conditionem facien-
dam, *l. licitatio. in princ. vbi Bart. numero 5. ff. de pu-*
blic. & vectig. gloſſa Bart. & Io. de Plat. in l. ſi tempo-
ra C. de fid inſtr. & iur. haſt. Fiſcal. libro 10. Tepat. var.
ſent. tit. 41. capite 8. Aſin. de execut. §. 6. cap. 1. numero. 23.
& cap. 32. numero. 12. Caball. conſ. 129. numero 11. Marcell.
de Maur. alleg. 51. numero 4. Aldobrand. conſil. 16. numero
1. & 9. libro. 2. Tuſcul. in verb. offerens, concluſ. 81. numero
2. & in verb. ſubhaſtat. concl. 715. numero 2. Mangil. de
ſubhaſtat. q. 68. numero 15. quæſt. 86. numero 1. & q. 127.
numero 20. Ricc. in collect. deciſſ. collect. 67. & collect. 1726.
Boer. deciſ. 204. ſub numero 3. Franc. Marc. deciſ. 257.
numero 1. parte. 2. Magon. deciſ. Florent. 132. numero 1.
44 provt † nec etiam alij oblatores recipi poſſunt
elapſo termino dato ad reluendum, *Rot. in Ro-*
mana Spolij Domus. 19 Ianuarij 1616. coram Emi-
nentiſſ. Dom. Card. Pamphilio, poſt tract. deciſ. 32.
45 *in fin.* † etiam quod eorum oblatio eſſet alicuius
momenti, *Aſin. de execut. §. 4. capite 86. numero 12.*
& §. 6. cap. 10. numero. 38. & 40. Mangil. de ſubhaſt. q. 28.
46 *num. 9. Maſtrill. d. deciſ. 84. numero 3.* † quia immo poſt
ſubhaſtationem non admittitur licitator, etiam
ſi offerat duplicatum pretium, *Mangil. de ſubhaſt. q.*
47 *24. numero 27.* Vnde, † quando fit licitatio cum
verbis, Quod deliberabitur plus offerenti, ſeu,
Quod plus offerens lucrabitur vnum ſolidum
pro libra, & eſt appoſitus aliquis terminus, &
ille eſt elapſus, ſtatutum tempus vlteriorem li-
citationem non patitur, & ei, qui plus obtulit, ſi
ab Officiali acceptatus ſit, id, quod ſub haſta po-
ſitum eſt, concedi debet, *Mangil. de ſubhaſtat. q.*
48 *46. numero 13. & 14.*

Neque attendenda eſt vtilitas ſubhaſtantium
ex maiori oblatione reſultante, & quod eorum
intentioni ſit conformis, hoc eſt, vt plus acci-
piant, quia, poſtquam propoſitæ legi de dando
ei, qui plus offerret, candela accenſa, ſeu termi-
no durante, ſe aſtrinxerunt, non poſſunt ab ea re-
cedere, ſignanter poſtquam alter ſua præceden-
ti oblatione jus quæſiuit, etiam ſi poſt terminum
offerentem reperiant, *Aſin. de execut. §. 4. capite. 86.*
49 *numero 25. & §. 6. capite. 10. numero 40.* † cum id
nulla æquitate, vel fauore tueatur, *Aſin. ibi-*
dem.

Nec † eſt pariter retractanda, ſeu reiteranda, 50
aut prorogranda licitatio, vel ſubhaſtatio, aut
nouus terminus concedendus, ſeu ſecundum
bannimentum faciendum, vbi in prima ſubha-
ſtatione, ſeu termino, vel bannimento iam ali-
quis obtulit, ad effectum vt alius licitator ſuper-
ueniens poſſit offerre, *Aldodrand. dicto conſilio 116*
numero 11. libro. 2. Caball. d. conſ. 129. n. 11. Anton. Boid.
in rubr. C. vectig. nou. inſt. non poſſ. numero 56. Nouar.
in d. l. ſi tempora, numero 4. C. de fid. inſtr. & iur. haſt.
Fiſcal. libro. 10. Jodoc. de ſubhaſt. capite. 5. nu. 2. Bertach.
de gabell. parte 2. numero 23. Fab. de Mont. de empt. &
vend. quæſt. 5. in rubr ſubhaſtat. mater. numero 87. Te-
pat. var. ſent. titulo 41. capite. 8. Aſin. de execut. §. 6. c. 1.
numero 23. Mangil. de ſubhaſt. q. 11. numero 1. 2. & 7. q.
16. numero 13. & 15. q. 24. num. 15. quæſt. 28. numero 1. &
10. quæſt. 35. numero 1. & quæſt. 68. num. 10. & 16. Ricc.
d. collect. 1726. Maſtrill. d deciſ. 84. numero 2. & 5. Rot.
recent. deciſ. 55. numero 3. parte 1. Buratt. deciſ. 703. num.
5. † Intelligitur enim terminus ſubhaſtationis 51
peremptorius, *Aldobrand. d. conſ. 116. numero 10. &*
ſeqq. † ſiue ſit terminus iudicialis, ſiue extraiu- 52
dicialis, *Bertach. de gabell. parte 2. num. 23. Mangil.*
de ſubhaſt. quæſt. 11. ſub numero 1. † provt extraiudi- 53
ciales ſunt termini, qui aſſignantur in ſubhaſta-
tione rerum Vniuerſitatum, *Bart. in d. l. ſi tempo-*
ra, numero 6. Codice de inſtr. & iur. haſt Fiſcal. libro
10. Alexand. Rauden. conſilio 50. numero 336. il primo
libro. 1.

Prædictaque † locum habent, etiam quod non 54
ſit ſecutum ſecundum decretum, *Papon. de arreſt.*
libro 18. titulo 6. arreſt. 14. † & fortius, ſi, ſubhaſtatio- 55
nibus factis, ſubſecuta eſſet etiam deliberatio,
Rebuff. de præcon. licit. & ſubhaſtat. articulo 5. gloſſa 1. n.
12 & 33. Tepat. var. ſent. titulo 417. capite 7. Anton. Sol.
ad decret. Sabaud. libro 3. titulo 39. de form. ac ord. ob-
ſeru. in pignor. ſubhaſtat. & deliber. bon. ſtabil. gloſſa
4. numero 1. Peregr. de iur. Fiſc. libro. 6. tit. 4. num. 5. verſ.
in partibus autem. Mart. conſilio 25. num. 2. Mangil. de
ſubhaſtat. quæſt. 86. ſub numero 18. Magon. deciſ. Flor.
132. numero 2. † ſeu adjudicatio, quia adiudicatio 56
per decretum † adeò eſt firma, vt nullus poſt 57
decretum recipi poſſit, *Mangil. de ſubhaſtat. quæſt.*
24. numero 28. atque † etiam ſi ipſi creditori, qui 58
plus licitaſſet, facta eſſet deliberatio, *Tuſcus in*
verb. offerre, concl. 8. numero 6. Mangil. de ſubh. q. 86. ſub
num. 18. & eſt regulare, vt † poſt addictionem 59
alicui factam bona fide, non audiatur alius
quantumvis plus offerens, *lege quæcunque, C. de fid.*
inſtr. & iur. haſt. Fiſcal. libro 10. lege 1. C. de vend. rer.
Ciuit. libro 11. Griuell. deciſione 44. n. 1.

† Aliàs, ſi poſt addictionem vltimo licitatori 60
factam alius adhuc plus offerens admitteretur,
nullus vnquam eſſet licitationum finis, eſſetque
huiuſmodi addictio inanis, ac omnino eluſoria,
nulliuſque penè auctoritatis, contra *lege ſi hypo-*
thecas, C. de remiſſ. pignor. Griuell. d. dec. 44. n. 1. † Quod 61
procedit, etiam ſi ante rei traditionem, & pretij
numerationem, vel intra ſex, aut ſeptem dies, aut
aliud breue tempus poſt addictionem alius ad-
dat ſummam aliquam auctioni poſtremæ, cum
nec tunc is admittatur, ſed paſſim expellatur,
Griuell. dicta deciſione. 44. n. 3.

Et † adhuc fortius, ſi deliberatio eſſet perfecta, 62
reſque emptori tradita, *Mauric. de reſtit. in integr.*

cap.

Digitized by Google

63 *capi. 375.in princ.* † & ab eodem aſſecuta poſſeſ-
64 ſio, *Mangil.de ſubhaſt.quæſt.21.nu.3.* † fit námque
addictio in ſubhaſtationibus ſemel tantùm,
65 *Ruc.in collect.deciſſ. collect.67.* † Nec perfecta ſub-
haſtatio eſt reuocanda,licèt alius plus offerat,
lege 2.C.de vend.rer.Ciuit.li.vndecimo. Alex.Rauden.
66 *conſilio 50.n.363 il ſecundo li.1.* † Nec eſt quis reſti-
tuendus,& danda ſecunda ſubhaſtatio,ſi com-
pareat alius plus offerens, quando contractus
67 eſt conſumatus,*Ferret.de gabella num. 281.* † Cùm
tempora non patiantur,*Mart.conſilio 95.nu.2.*Et,
68 vbi poſt oblationem alicujus alij,durante ter-
mino, & ante deliberationem illi factam non
licitarunt, præſumuntur noluiſſe plus offerre,
69 *Alex.Rauden.d.conſ.50.num.365.il primo libro,*quia †
ex permiſſione lapſus termini pręſumitur no-
luntas,*leg.ſi eo tempore, C.de remiſſ. pign. lege ſi tem-
pora,C.de fide inſtr.& jure haſt.Fiſcal lib.10 Alex.Rau-*
70 *den.dicto conſ.50. nu.1366. il primo libro.* † Cúmque
vnicuiq; liberum eſſet,rem licitare,antequam
addiceretur,imputandum eſt ei, qui vult plus
offerre, quod hanc auctionem non fecerit ante
addictionem, *Griuell. dictâ dec.44.n.2.*

71 Prout † prædicta procedunt,etiam quòd a-
gatur de re communis,vel minoris,ſeu de eo-
rum fauore,*Tuſc.in verbo ſubhaſtatio. concl.715.nu.11.
Mangil.de ſubhaſt.quæſt.28.nu.7. Maſtrill.dec.84.nu.2.
parte 2.Griuell.d.dec.44.ſub nu.4.* vbi tamen teſta-
72 tur † de contrario vſu in Senatu Dolano, &
73 Grationapolitano,& † eo maximè, quando fit
ſubhaſtatio extrajudicialiter per Magiſtratũ,
74 *Tuſcul.d.concluſ.715.num.19.* † Nec locatio perfecta
rerum Vniuerſitatis factâ ſubhaſtatione præ-
cedente reſcindi poteſt pretextu augumenta-
tæ,& additæ per alium offerentem penſionis,
Nicol.Loſæus de iure vniuerſ.parte 3. capite 7.numero 7.
75 † & alienatio , ac venditio rei publicæ factâ
ſubhaſtatione, & alijs ſolemnitatibus præce-
dentibus ſubſiſtit, emptórque rem emptam
perpetuò poſſidere debet,nec ab eo poteſt auel-
li, licèt alius offerat meliorem conditionem,
*lege Imperator.& lege Lucius. ff.ad Municipal. lege 1.
Cod.de fund.rei priuat. lege 4. Cod.de diuerſ.præd.vr-
ban.libro vndecimo.Nicol.Loſæus vbi ſuprà capite 5.nu-
mero 23.*

76 † Etiam quod res tradita non ſit,dum lęſio
non concurrit, cùm nec eſſet contrarium po-
ſtulaturus, ſi res minoris pretij effecta fuiſſet,
*Mangil.de ſubh.q.28.nu.14. Donat.Ant. de Marin.quo-
tid.reſolut.c.46.n.1.& ſeqq.*

77 Sique † Iudex, ſeu ſubhaſtans contrarium
faciat, infert injuriam illi poſtremo licitatori,
cui ius acquiſitum fuit,& appellari poterit,*Pa-*
78 *pon.de arreſt. libro 18.titulo 6.arr.14.* † Nec videtur
æquum,vt,qui obtulerint jure ſibi quæſito ex
licitationibus fraudentur, *Gratian.diſcept.forenſ.
capite 524. n.55.*

79 Haſtæ † enim publicæ, & Fiſcalis magna
80 eſt auctoritas,*Fontanell.deciſione 222. numero 18.&
19.*(magnáque ſemper eſt vis licitationis factę
tamen bonâ fide,& formiter,*Coſt.de rat.rat.quæſt.*
81 *167.in princ.*)nec illa eiúſque fides,& auctoritas
publicorum Officialium debet facile conuelli,
aut emptorem, ſeu aliquem alium decipere,
*lege ſi hypothecas.Codice de remiſſ.pignor. Fab.de Mont.
de empt.& vend.quæſt.5.in rubr.ſubhaſt.mater. numero
86.Menoch.conſil.1121. ſub numero 3. Mart.conſilio 95.
numero primo.Iodoc.de ſubhaſt.capite 5.numero 38. Pe-
regr.de iure Fiſc.libro 6. cap.4.de vend.& empt.Fiſcal.
numero 17.in fine,& num.16.Valaſc.conſult.37. numero
primo,Anton.Fab.in Codic.libro 8. tit.19.def.6. num.2.in
allegat. Fontanell.de pact nupt.clauſ.5. gloſſa 8.parte 7.
n.40.46.& 49.tomo 2.& dec.65.nu.primo,& dec.222.
num.18.Mangil.de ſubhaſt.quæſt.15.numer.5.quæſt. 22.in
fine quæſt.28.num. 7.in fine quæſt.34.num.16.quæſt.160.
num.2.in fine,& quæſt.179.nu.primo, Antonell.conſilio
81.n.3.Maſtrill.dictâ dec.84.nu.2.parte primâ, Griuell.
dec.44. n.2.* † ne, dum commodum quæritur, 82
conductores,& emptores mutentur, *Mangil.de
ſubhaſt.quæſtione 28.numero 10. Maſtrill.dictâ deciſione*
84. numero 5. † vel nemo velit accidere ad pu- 83
blicas venditiones, *Fontanell. de pact.nupt. dicta
clauſ.5.gl.8.parte 7.numera 49.& deciſione 222. nu.18.*
† ſeu ad pignorum emptionem, nec ſi bonâ fi- 84
de diſtrahantur, *Antonius Faber in C.libro 8.titulo*
16.defin.23. numero primo in alleg. Nam, † ſi non 85
ſubſiſteret ea venditio Iudicis auctoritate fa-
cta,non inueniret Reſpublica,qui cum eâ con-
traheret,*Mangil.de ſubhaſt.quæſt.28.numero 10. Ma-*
ſtrill.dictâ deciſ.84.num.5.parte primâ, † ſeu vix,vel 86
ſaltem difficulter,*86.Mauric.de reſtit.in integr. cap.*
375.numero 4. † quia nec eſſet tutus res emens, 87
† eſſéntque incerta rerum dominia,*Mauric.ibid.* 88
& † publicæ venditiones facilè retractaren- 89
tur,quod eſſet non ſolùm iniquum,ſed exem-
plo etiam pernicioſum,*Eontanella d.gloſſa 8.parte*
7.numero 49. & 50. & † fruſtratoria aliàs fierent 90
edicta, & proclamata in ſubhaſtationis lite, ſi
paſſim retractarentur, vbi maximæ eſſent ſo-
lemnitates, in eâ re introductæ obſeruatæ,
43 Decl. vt reſtitui debeant etiam meliorationes, & expenſæ.

44 Iudex in ſubhaſtatione decretum interponens ſibi non præiudicat in iure retractus.

45 In licitatione rei debitoris inter extraneos in pari cauſa, & oblatione, agnatus, ſeu conſors præfertur aliis extraneis, & fratres præferuntur aliis agnatis, & n.47. & 48. Ampl. vt nu.46.

49 Iure protomiſeos in venditione, ſeu locatione præferuntur primo conſortes, poſtea vicini, & inter vicinos, qui habitat inferiorem partem domus, ſi vendatur, ſeu locetur pars ſuperior, & è contra.

50 Creditor in pari cauſa præfertur extraneo, & quare.

51 Ampl. etiam ſi extraneus ſit debitoris agnatus, vel cognatus.

52 Et quid in Tribunali A. C. in ſubhaſtatione Officiorum.

53 Creditoribus pluribus licitantibus, eorum ſtatur ſententiæ, quæ eſt humanior, & in paritate ſtatur eis, qui ſunt etiam debitoris agnati, ſeu cognati, ipſique præferuntur, & nu.54. & 55. ſecus iſta duplici qualitate non concurrente, vt nu.56.

57 Et, vbi omnia ſint paria, illius creditoris iudicio ſtatur, illeque præfertur, cui maior pecuniæ ſumma debetur, & vbi omnium ſumma eſt æqualis, præualet numerus perſonarum, & nu.58.

59 Agnati, & cognati debitoris in licitatione iuſtum pretium offerentes non præferuntur extraneis offerentibus plus iuſto pretio, ſed è contra, & quare, & num.60. & 64. Contrarium num.63. Decl. vt nu.61.62. & 65.

64 Pretium iuſtum ſemper in dubio præſumitur, quod ab alio reperitur.

66 Fraudibus, & malitiis non eſt aperienda via.

67 Licitatoris animoſi ſuppoſitione facile eſt agnatum licitantem fraudare.

68 Rei communis duas partes, ſeu partem maiorem habens in illius ſubhaſtatione præfertur, non è contra, ſi æquale pretium offerat, & num.70. Lim. vt num.73.

69 Ampl. etiam in adiudicatione. Limit. vt nu.73.

71 Iudex ſuper re communi diuidenda opinionem deferre debet habenti maiorem partem, quo recuſante, optio defertur habenti minorem.

72 Præferri debet, qui plus obtulit, & alium in licitatione vicit.

74 Conſors plus offerens præfertur in venditione, quæ fit per Fiſcum de re cum eo communi.

75 Adiudicatio in iudicio diuiſorio facienda eſt ei, qui prædium habet vicinum.

76 In concurſu creditorum in ſubhaſtatione feudi quomodo procedendum, & quis præferendus.

77 Minoris bonorum licitatio in præiudicium alterius cohæredis, & condomini valere poteſt, ſed condominus admittitur eadem die ad licitandum, id parti denunciando.

78 Prælationis ius habens admittitur, ſi in continenti poſtulet, ſecus ſi ex interuallo, & nu.79. & 80. vbi ratio.

79 Ius quæſitum alicui, ei citra iniuriam auferri non poteſt.

81 Conductores Fiſcales veteres præferuntur nouis, ſi augumenta ab eis propoſita velint ſuſcipere. Limit. vt num.83.

82 Licitator plus offerens non admittitur conductione durante, ſed finita tantum.

De licitatoribus, ſeu Perſonis habentibus ius prælationis in re, quæ ſubhaſtatur.

INSP. XXXVI.

IN ſubhaſtatione † rei emphyteuticæ præfertur Dominus directus, cum, † quemadmodum habet ius prælationis in illius alienatione, *leg. fin. C. de iur. emphyt. Rot. recent. decis. 243. nu. 25. par. 5.* ita † illo vti poſſit etiam in ſubhaſtatione, *Mangil. de ſubh. q. 108. n. 10. Rot. recent. dec. 184. nu. 13. in fin. par. 1.* quæ votum continet Cardinalis Camerarij, *Beltram. ad Greg. XV. dec. 193. n. 13.* 1 2 3

Sique † in emphyteuſi conceſſa duobus fratribus, fuerit inter eos factum pactum, vt in caſu venditionis ſeu tranſlationis partis vnius teneatur alienans, & vendens alterum primo requirere, ſiue illi denunciare, vel intimare, & tradere pro æquali pretio, quod ab extraneo habere poſſet, habet id locum, etiam quod venditio, & alienatio fiat per viam ſubhaſtationis in executionem rei iudicatæ ad creditorum inſtantiam, & poteſt res ſubhaſtata, ſeu adjudicata irrequiſito fratre auocari, ſecundum veriorem, *Mangil. de ſubhaſt. q. 118. n. 6. & ſeqq.* vbi *n. antecedentibus* arguit pro contraria parte. 4

5 In ſubhaſtatione † fundi cenſus præferri de-
bet ipſius cenſus dominus, nam prælatio, ſeu
retractus competens cenſuario ex bulla Pij V. in
venditione fundi cenſus locum habet etiam in
ſubhaſtatione, & diſtractione neceſſaria, Mar-
cheſ. de comm. par. 1. de comm. appell. in cauſ. camer. oblig.
§. 2. ſub num. 78. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 544. num.
39. & cap. 784. num. 11. Mangil. de ſubh. quæſt. 108. nu. 3.
& ſeqq. quæſt. 121. nu. 1. 11. & 12. Thomat. deciſ. 40. nu. 5.
Cenc. de cenſib. qu. 9. num. 25. iuxta nouiſſ. impreſſ. Taur.
& ibi Rot. deciſ. 156. nu. 1. & deciſ. 429. nu. 1. Gregor. XV.
deciſ. 193. nu. 1. vbi Beltram. nu. 13. Duran. deciſ. 52. nu. 3.
6 cum † factum Iudicis reputetur factum partis,
7 Rot. poſt Cenc. de cenſib. d. deciſ. 420. nu. 1. † & venditio
pura, & mera dicatur, cum res danda eſt, vel
datur plus offerenti, Caball. conſ. 163. n. 35. Merend.
8 conſ. 77. nu. 7. Et † inter plures cenſuarios præfer-
tur, qui habet anteriorem cẽſus impoſitionem,
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 978. num. 19. & ſentit Rot.
poſt Cenc. d. deciſ. 429. in fin.

9 Neque † enim ex cenſuarij prælatione fit
deterius ius vendentis, cum eius non intersit,
an res vendita permaneat penes oblatorem,
cui per Iudicem fuit deliberata, vel perueniat
ad dominum cenſus, Mangil. de ſubhaſt. d. q. 108. n. 9.
10 Gregor. XV. d. dec. 193. nu. 7. Quod † ampliatur pro-
cedere, etiam ſi licitauerit ipſe creditor, & res ei
remanſerit vti maiori oblatori, & in exburſa-
tione pretij excomputauerit ſuum creditum,
Rot. poſt Cenc. de cenſib. d. deciſ. 429. ſub nu. 3.

11 Secus † tamen eſt in addictione, & adiudi-
catione pignoris, quæ fit ipſi creditori, nam
tunc cenſuarius non præfertur, vt per Cenc. de
cenſib. d. q. 66. num. 28. & 29. quem refert Beltram. ad
d. deciſ. 193. Greg. numero 13. in fin. Mangil. de ſubhaſt.
12 q. 121. nu. 1. † quamvis ſint, qui contrarium ſen-
tiant, vt per Cenc. d. nu. 29. & Greg. d. deciſ. 198. num. 8.
13 † Multum namque differunt venditio, quæ fit
per Iudicem licitanti, & addictio, ſeu adiudica-
tio, vel in ſolutum datio, quæ à Iudice fit credi-
tori, l. ordo, C. de execut. rei iudic. Gilian. ad Statut.
Peruſ. in verb. adiudicatio. num. 4. Vrſeil. in verb. adiu-
dicatio. concl. 52. numer. 28. Gregor. d. deciſ. 195. numero
14 9. † nec, cum venditur tertio plus offerenti, di-
ci tunc poteſt datio in ſolutum, Merend. conſ. 77.
num. 7.

15 Quod tamen † declaratur, procedere de iu-
re communi, provt ius commune eſt d. Bulla Pij
V. ſecus ſtante Statuto, vel prohibitione loquẽ-
te de venditione, quia tunc prælatio compe-
tens cenſuario locum habet etiam in adiudi-
catione, ſeu in ſolutum datione, quæ fit à Iudi-
ce creditori, ex quo per eam deuenitur ad alie-
nationem, Cenc. d. n. 29. & ibi Rot. d. deciſ. 429. num. 3.
16 Provt etiam † ſecus eſt in ipſa datione in ſolu-
tum ab ipſa parte facta, quia tunc etiam præ-
fertur dominus cenſus, Greg. deciſ. 425. n. 8. & 9.

17 Vicini † etiam, ſeu inquilini, aut affictua-
rij, vel conſortis prælatio ratione iuris cõgrui,
vbi tale ius vigeat, locum habet etiam in ſub-
haſtatione, Mangil. de ſubhaſt. q. 108. num. 23. Ricc. in
18 collect. deciſſ. collect. 67. Magon. deciſ. Floren. 190. † Et
in adiudicatione, quæ fit à Iudice pro execu-
tione rei iudicatæ, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 544.
num. 17. & ſeqq. vbi de veriori, & communiori,
Mangil. de ſubhaſt. d. quæſt. 108. numer. 13. & 15. vbi
etiam de veriori, & magis communi, & qu. 120.
num. 3. 7. 8. & 12. vbi rurſus de communi, & ve-
riori, quidquid contra videatur teneri per allo-
gatos, atque dici in voto Cardinalis Camerarij
inter deciſſ. recent. d. deciſ. 184. nu. 10. par. 1. & per Man-
gil. d. quæſt. 108. num. 14. & d. quæſt. 120. num. 1. & ſeqq.
& ſentiat Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gl. 14. num. 9.
& Bero. conſ. 153. num. 31. vol. 1. Cum † in materia 19
retractus appellatione venditionis veniat etiã
datio in ſolutum neceſſaria facta per Iudicem,
& ſubhaſtatio, Carpan. ad Statut. Mediol. lib. 1. cap.
417. num. 6. & 519. † Quod quidem procedit, ſiue 20
res immobilis debitoris adiudicetur per Iudi-
cem alicui tertio, Gratian. dict. cap. 544. num. 18.
Mangil. d. quæſt. 108. numero 16. & quæſt. 120. in fin. &
Rot. recent. d. deciſ. 184. numero 3. par. 1. † ſiue ipſimet 21
creditori, Merend. d. conſ. 77. per tot. Gratian. d. cap.
544. num. 18. Mangil. d. quæſt. 108. num. 16. & quæſt. 120.
in fin. Quamvis † contrarium in adiudicatio- 22
ne facta creditori teneat, Tiraquel. de retract. li-
gnag. d. §. 1. gloſ. 14. numero 8. Aſin. de execut. §. 7. cap.
249. num. 10. Felician. de cenſib. tom. 2. lib. 1. cap. 3. num.
5. in fin. & Rot. recent. d. deciſ. 184. num. 3. & 10. † Nec 23
ius retractus ex Statuto loquente de aliena-
tione, ſeu etiam de datione in ſolutum locum
habeat in datione in ſolutum neceſſaria, & iu-
diciali, nec in caſu ſubhaſtationis rerum pi-
gnoratarum, ſeu hypothecatarum, ſecundum
Aſin. de execut. §. 4. cap. 3. num. 1. in fin. & §. 7. cap.
249. num. 3. in fin. & ſeqq. & num. 11. & 12. & cap.
296. num. 1. & ſeqq. † etiam quod Statutum, ſeu 24
communis vſus loquendi loci hanc iudicia-
lem aſſignationem, dationem in ſolutum ap-
pellaret, Aſin. d. cap. 299. num. 2. † ſeu Statutum de 25
quolibet in ſolutum accipiente loqueretur,
Aſin. d. cap. 249. num. 4. & ſeqq. † Intelligendo ta- 26
men, vbi Conſtitutio, Statutum, vel conſuetu-
do concedat ſimpliciter retractum in re vendi-
ta, vel alienata, ſeu in ſolutum data abſque
adiectione aliorum verborum indicantium
voluntatem, ſeu ſpontaneam venditionem, a-
lienationem, ſeu dationem, vt tangitur in d.
deciſ. 184. n. 11. par. 1. recent.

Vnde † contrarium procedit inſpecta Conſti- 27
tutione Greg. XIII. de iure congruo in Vrbe, vel
alia ſimili, quæ loquatur, provt loquitur dicta
Conſtitutio in ſolo fundo, vel domo, quæ ven-
datur à domino volente ſua ſponte vendere,
per quæ, vel ſimilia verba excluditur vendi-
tio, quæ fit per ſubhaſtationem mediante iudi-
cis decreto ad inſtantiam creditoris, † quæ non 28
poteſt dici fieri à domino ſua ſponte, Gratian.
d. cap. 544. nu. 21. & ſeqq. Mangil. de ſubhaſt. quæſt.
121. num. 2. & ſeqq. & q. 209. num. 25. Rot. recent. d. deciſ.
184. num. 7. & ſeqq. par. 1. † Et ita paſſim obſerua- 29
tur in Camera Apoſtolica, Gratian. d. cap. 544. nu.
30. Mangil. d. quæſt. 121. nu. 6. † neque ab huiuſmodi 30
obſeruatione eſt recedendum, Gratian. loc. cit. n.
31. & ſeqq. & numer. 41. & ſeqq. Mangil. d. quæſt. 121.
num. 7. & ita concordari poſſunt dictæ contra-
riæ opiniones.

Cum † præſertim ſit vicino, & inquilino, ac
affictuario, ſeu conſorti conſultũ in ſubhaſta-
tione rem habere per aliam viam, quam retra-
ctus, videlicet per viam licitationis, probabili-
ter magis etiam vtilem creditori, Rot. recent. d. de-
ciſ. 184. n. 10. in fin. † vnde ei imputandum eſt, cur 31
non licitatus fuerit, Mangil. de ſubhaſt. q. 120. n. 9.

Bene

Digitized by Google

32 Bene tamen verum eſt, quod, † qui habet ius
prælationis, eligendo viam concurrendi cum
aliis, & conſentiendo, ſeu permittendo, ſe ſu-
perari ab alio plus offerente, ſibi præjudicat, &
non poteſt poſtea redire ad ipſum jus præla-
tionis, *Gratian. d. cap. 544. in fin. Rot. recent. deciſ. d.*
33 *dec. 184. n. 14.* & † eo minus poſt decem dies, poſt
quos ſolent omnia quieſcere, ſiue grauamen
fuerit illatum judicialiter, ſiue extrajudiciali-
ter, *Rot. dict. deciſ. 84. num. 14.*

34 Nam † ex oblatione non ſolum probatur
ipſius offerentis ſcientia circà rei alienationem,
& venditionem, *Gratian. d. cap. 544. nu. 55. & d. dec.*
35 *184. nu. 14.* † (quæ tamen inducitur etiam ex ſo-
36 la ſubhaſtatione, ita vt † in ea ſuperflua videa-
tur intimatio, & perquiſitio vicini, & inquili-
ni, ſeu affictuarij, vel conſortis, quia, cum ſub-
haſtatio ſit actus publicus de mandato Iudicis
factus præuiis bannimentis, ex quibus res fit
notoria, & dicuntur omnes citati, non poſſit
prætendere ignorantiam, *Gratian. dict. cap. 544.*
37 *nu. 55. Rot. recent. d. dec. 184 num. 14. par. 1.* † nec certus
38 certificari debeat, *Gratian. d. n. 5.* & † ſibi debeat
imputare, ſi non comparuerit ad offerendum,
& opponendum de jure prælationis, *Gratian.*
39 *loco cit.*) † ſed etiam inducitur declaratio, quod
rem noluerit pro majori pretio, quam obtule-
40 rit, *Rot. dict. dec. 184. n. 11. par. 1.* † ſibique imputan-
dum eſt, quod ſuperari voluerit, etiam ſi id
fuerit cum aliquali veriſimili præjudicio do-
mini rei, *Rot. d. n. 14.*

41 Vbi † vero concurrat dominus cenſus, & a-
lius habens jus prælationis ex Statuto, vel con-
ſuetudine, aliove jure, vt inquilinus, vicinus, &
conſors, & alij huiuſmodi, vincitur ab hoc do-
minus cenſus, qui præferendus eſt ſolummo-
do aliis omnibus extraneis, & indifferentibus
emptoribus, non autem prædictis, *Rot. recent.*
dec. 243. n. 15. par. 5.

42 Stante † Statuto, quod in venditione ne-
ceſſaria ex publica ſubhaſtatione competat a-
gnatis, & vicinis jus retrahendi reſtituto eo-
dem pretio, videtur de æquitate, ſi non de juris
rigore, vt hujuſmodi jus competat etiam hæ-
redibus debitoris cum beneficio legis, & in-
uentarij, qui venditionē paſſi fuerunt, tãquam
venientibus ex propria perſona, ad tradita per
43 *Mangil. de ſubh. q. 119. n. 4. & ſeqq. vbi n. 7.* quod † re-
ſtitui debēt etiam meliorationes, & omnes ex-
penſæ, etiam gabellarum, & inſtrumenti, ſeu
44 contractus. Prout † nec Iudex, qui ſubhaſta-
tioni bonorum venditorum auctoritatem in-
terpoſuit, dicitur ſibi præjudicaſſe in jure retra-
ctus ſibi jure conſanguinitatis competentis, vt
concludit *Mangil. de ſubhaſt. q. 145. n. 9. & ſeqq.*

45 Item † in licitatione rei debitoris inter ex-
traneos in pari cauſa, & oblatione agnatus, ſeu
conſors præfertur aliis extraneis, & fratres
præferuntur aliis agnatis, *Tepat. var. ſent. tit. 417.*
46 *ca. 14. Mangil. de ſubhaſt. q. 61 n. 1.* & † eo magis ſtā-
te Statuto, vel conſuetudine. *Mangil. de ſubh. q. 84.*
47 † præferturque agnatus, ſeu conſors ſi tantum
offerat, & ſoluat, quantum reperitur ab aliis,
48 quia † non eſt quis gratioſè compellendus cō-
trahere, ſed pro eo pretio quod ſine fraude ab
49 aliis inuenitur, *Mang. d. q. 84. per tot.* Et † iure pro-
romiſcos in venditione, ſeu locatione præfe-
runtur primo conſortes, deinde vicini, & inter
vicinos, qui habitat inferiorem partem domus,
ſi venditur, vel locatur pars ſuperior, *Rot. poſt*
Mang. de ſubhaſt. dec. 65. n. 3. & eadem ratione præ-
ferri debet, qui habitat partem ſuperiorem, in
venditione, vel locatione partis inferioris.

At, † ſi concurrat in licitatione creditor, & 50
extraneus, præfertur in pari cauſa creditor, vti
habens in ea re majus intereſſe, *leg. 1. ff. de priuileg.*
cred. Aſin. de execut. §. 4. cap. 69. n. 1. & § . 6. cap. 8. ſub n.
5. Brun. de ceſſ. bon. q. 23. princ. Tepat. var. ſent. tit. 417.
cap. 14. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 978. nu. 15. Mangil. de
ſubhaſt. qu. 60. num. 1. & qu. 64. nu. 11. † Etiam quod 51
extraneus non creditor ſit etiam debitoris a-
gnatus, ſeu cognatus, *d. l. 1. ff. de priu. cred. Aſin. de*
execut. d. cap. 8. ſub n. 5. Brun. de ceſſ. bon. d. quæſt. 23. princ.
licet † in tribunali A. C. in ſubhaſtatione Offi- 52
ciorum aliquando prælatus fuerit ipſe credi-
tor emere volens, aliquando non, *Saluſt. Tiber.*
in pract. lib. 1. cap. 42. ſub nu. 15.

Et † inter plures creditores, qui certent, quis 53
eorum in licitatione ſit præferendus, vt quia
forſan emptor extraneus non reperiatur, ſoli-
tum eſt, vt ſemper eorum creditorum ſenten-
tiæ ſtetur, quæ ſit humanior, *Aſin. d. § . 6. cap. 8. n.*
1. & 2. Mangil. de ſubhaſt. d. q. 64. n. 5. Et, † ſi huma- 54
nior non reperiatur, ſed omnes ſint pares, &
æquales, ſtatur eorum creditorum judicio, qui
ſint etiam debitoris agnati, vel cognati, *Aſin. d.*
cap. 8. n. 3. Mangil. d. q. 64. n 6.

Et ſic † inter creditores licitantes, ſi adſit 55
debitoris agnatus, ſeu cognatus, vel neceſſaria
perſona, ipſe in licitatione præfertur, oblatio-
nis paritate data, *leg. 1. ff. de priuil. credit. leg. Impe-*
rator, ff de pact. Brun. de ceſſ. bon. qu. 23. princ. Aſin. de
execut. § . 6. cap. 6. num. 1. Add. ad pract. Pancirol. par. 3.
verſ. ſecundus modus, in verb. ipſe emit. folio 314. Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 978. num. 13. & ſeqq. Ant. Fab. in ſuo
Cod. lib. 8. tit. 15. defin. 32. & ibi nu. 1. in allegat. Mangil.
de ſubhaſt. qu. 64. num. 9. & 10. † Secus vero, ſi non 56
concurrat iſta duplex qualitas agnationis, ſeu
cognationis, & crediti, *Gratian. d. cap. 978. num. 14.*
Mangil. d. qu. 64. nu. 10. Et † vbi omnia ſint paria, 57
& æqualia creditoris agnati, ſeu cognati judi-
cio ſtatur, cui major pecuniæ ſumma debetur,
Mangil. d. qu. 64. n. 6. & 9. Prout, † ſi non ſit aliquis 58
agnatus, ſeu cognatus, qui velit emere, ſed ad-
ſint ſolummodo creditores, præfertur & tunc
creditor majoris ſummæ, *Gratian. diſcept. for. 978.*
n. 13. & 14. Mangil. d. qu. 60. n. 10. in fin. eiuſque ſtatur
judicio, *leg. maiorem, ff. de pact. leg. fin. C. de ceſſ. bon.*
Aſin. de execut. § . 6 cap. 4. nu 8. niſi creditores hinc
inde ſint æquales in ſumma, quia tunc nume-
rus præualet perſonarum, *d. leg. maiorem, ff. de pact.*
Rebuff. de precon. licitat. & ſubh. art. 7. gl. 1 n. 17. Mangil.
de ſubhaſt. q. 58. n. 12. & qu. 188. n. 2.

Sique † extranei vellent rem pro majori 59
pretio, quam valeret, agnatus vero, ſeu cogna-
tus pro ſolo pretio, quod valeret, extranei a-
gnato ſeu cognato præferrentur: non è contra,
quia † non eſt quis gratioſè contrahere cōpel- 60
lendus, ſed pro pretio quãti plurimi reperitur,
† dummodo ſine fraude, & colluſione fieret, & 61
æqualibus pactis, vt in terminis Statuti præfe-
rentis agnatos ſeu cognatos, *Brun. de ceſſ. bon. dict.*
q. 23. princ. Aſin. dict. § 6. cap. 5. nu. 9. & cap. 8. num. 1. ac
† per conſequens agnatis, & cognatis prælatio 62

Digitized by Google

dabitur, quatenus extranei plus non offerant
omni fraude, & colluſione ſublata, & iſta di-
ſtinctio communiter ſeruatur, *Gratian.d.cap.978.*
63 *n.15.Mangil.de ſubhaſt.q.64.n.11. & q.66.in fin.* † Ita
vt non videatur ſequenda opinio *Adden. ad
pract. Panirol. par.3. verſ. ſecundus modus in verb. ipſe
emat. fol.314. & allegat. per Mangil. de ſubhaſt. q.66.
nu.7.& ſeqq.* dum dicunt, præferendum eſſe co-
gnatum iuſtum pretium offerentem alteri cre-
ditori, qui plus offerat, tum quia in contrarium
eſt communis opinio, vt eſt dictum, tum quia
64 † ſemper in dubio iuſtum pretium præſumi-
tur, quod ab alio reperitur, *Mangil. de ſubhaſt.d.
q.66.n.3.& 4.*

65 Et † in omnem caſum eorum dictum non
procedit, niſi conſtito de fraude, & colluſione,
ac exceſſiuitate obligationis ipſius plus offe-
66 rentis, cum † fraudibus & malitiis non ſit ape-
67 rienda vis, *Mangil.d.q.66.n.8.* & † facile ſit, agna-
tum, ſeu cognatum fraudare, animoſum lici-
tatorem, ſeu licitationem ſupponendo, *Mangil.
ead.quaeſt.66.n.8.*

68 Cum † ſubhaſtatur res inter plures commu-
nis, vt puta, quæ commodam diuiſionem non
recipiat, vt molendinum, habens duas partes,
ſeu partem maiorem, præfertur habenti vnam,
ſeu minorem, ſi æquale pretium offerat, *l.ſanci-
mus, §.ſin autem vbi gl. & Bald. C.de donat. l.2. C.
quand.& quib. quart.pars deb. lib.10. l.2. C.de metall.
lib.11. Rebuff.de precon. licitat. & ſubhaſtat. art.7. gl.1.
num.7. Iodoc. de ſubhaſt. cap.4. numer.15. Mangil. eod.
tract. q.58. num.11. q.65. num.1. & 2. & quaeſt.189.nu.1.*
69 † provt eidem adiudicatur, *l.ad officium. §.1. C.
comm.diuid. Bapt. Martian. inter conſſ. diuer. conſ.50.*
70 *num.18. lib.1.fol.115.* quia † illa maior, ſeu præ-
cipua pars aliquid operari debet, *Iodoc. loc. cit.*
71 Vnde † & Iudex ſuper re communi diuiden-
da optionem deferre debet habenti maiorem
partem, quam ſi non acceperit, tranſit optio ad
72 habentem minorem, *Iodoc. ibid. numer.16.* † Sed
in non æquali pretio ſemper obtinere debet,
qui plus offert, & qui in licitatione vicerit,
Mangil.d.q.58.nu.13.

73 Sed, † ſi, factis licitationibus, rem obtinue-
rit habens minorem partem, & ſuperueniat
habens duas, ſeu maiorem partem, non eſt hic
amplius audiendus, nec ſub prætextu ignorã-
tiæ ſubhaſtationis, quando bona data fuerint
in ſolutum præuiis proclamationibus, vt qui-
cunque ius prætenderet, compareret infra cer-
tum tempus ex forma Statuti, provt eſt Flo-
rentiæ, *Mang.de ſubb.d.q.65.n.8.& ſeqq.* vbi vide.

74 Provt, † ſi Fiſcus vendat rem communem
cum alio, eſt ipſe conſors præferendus, ſi tan-
tum offerat, quantum alius, *Pereg.de iur. Fiſc. lib.
6.tit.4. de vend.& empt.Fiſcal.nu.23.*

75 Adiudicatio † quoque in Iudicio diuiſorio
ei potius facienda eſt, qui prædium vicinum
rei adiudicandæ habet, *Crauett.conſ.882.num.5.&
conſil.949.n.5. verſ.& quod capit.& verſ.vicinum.*

Quando etiam plures creditores in feudo
debitoris concurrant, in quibus commoda di-
uiſio fieri non poteſt propter multa inconue-
nientia quæ circa iuriſdictionis vſum eueni-
76 rent, † remedium communiter approbatum
eſt, vt Iudex aſſignet vni feudum pro concur-
renti quantitate eius crediti cum onere ſol-
uendi æſtimationem maioris valoris alteri cre-
ditori in pecunia, vel in annuis introitibus, &
aſſignatio corporis facienda eſt creditori in ma-
iori ſumma, vel eſt inter eos locus licitationi,
Paſcal.de patr.poteſt.par.2.cap.10.n.100.& 101.

Minoris † autem bonorum licitatio facta in 77
præiudicium alterius cohæredis, & condomi-
ni valere poteſt, ſed præfatus condominus ea-
dem die ad licitandum admittitur, denuncian-
do id alteri parti, *Papon.de arreſt. lib.18. tit.6. arr.2.
in append.*

Qui † itaque habet ius prælationis admitti- 78
tur, ſi incontinenti poſtulet, ſe præferri, ſecus
ſi ex interuallo, *Ant. Fab. in ſuo Cod. lib.8. tit.16. de-
fin.32.* Nam, † ſi admitteretur ex interuallo, vi- 79
deretur auferri emptori ius ei quæſitum, quod
citra iniuriam fieri non poteſt, *Fab.d. defin.32. nu.
2. in allegat.* Et † nemo eſſet, qui vellet accede- 80
re ad pignorum emptionem, nec ſi bona fide
diſtraherentur, *l.à Diuo Pio, §.ſed etſi emptor, ff.de
re iudic. Fab.loc.cit.*

Demum † veteres conductores Fiſcales præ- 81
feruntur nouis conductoribus, ſeu licitatori-
bus, ſi augumenta ab eis propoſita ſuſcipere ve-
lint, *l.congruit.& l.fin.C.de locat.præd.ciuil.lib.11.Pereg.
de iur.Fiſc.lib.6.tit.5.n.5. Alſer.conſ.51.n.4.& ſeqq.* licet
† non admittatur licitator plus offerens con- 82
ductione durante, ſed finita tantum, *Peregr.ibid.
vbi num.6.* quod tamen † in illo Dominio vete- 83
res conductores non anteponuntur nouis lici-
tatoribus, ſed in publica licitatione vectigalia
ipſi plus offerenti conceduntur, vt refert *Man-
gil. de ſubh. quaeſt.107.n.6.*

SVMMARIA.

1 *Pecuniæ præſentia, & numeratione in ſubhaſtatione, & deliberatione rei debitoris, & pignorum non interueniente, deliberatio, illiuſque decretum nullum eſt, & reuocandum, & n.11.*

2 *Pecuniæ interuentus, & numeratio requiritur etiam in ſubhaſtatione rei minoris extraiudiciali, ita vt ſubhaſtatio, & bannum ſint conditionalia, quatenus ſcilicet pretium ſoluatur, & num.3.*

4 *Et in ſubhaſtatione rei Eccleſiæ.*

5 *Et in ſubhaſtatione gabellarum.*

6 *Et in ſubhaſtatione, quæ fit à quolibet alio Executore, Procuratore, & Adminiſtratore.*

7 *Et in ea, quæ fit à Procuratore Fiſci, niſi aliter habuerit in mandatis.*

8 *Venditio ſub haſta habita fide de pretio valet ad obligationem emptoris, & vt ſibi non competat exceptio compenſationis, ſed non ad effectum tranſlationis dominij.*

9 *Emptor ſub haſta non poteſt cogi ad ſolutionem pretij, niſi poſſeſſio vacua ſibi tradatur.*

10 *Pecuniæ præſentia eſt in ſubhaſtatione, & deliberatione de forma, & num.15.*

12 *Ampl. vt non ſufficiat confeſſio de recepto, niſi numeratio aliunde probetur, vel agatur contra confitentem, & eius hæredem.*

13 *Illiuſque interuentus probari debet ab emptore, non autem negatiua ab impugnante, & quare, & numero 14.*

16 *Deliberatio facta pretio effectualiter non ſoluto, habetur*

habetur pro non facta; etiam ſi oblator poſſeſſionem rei ſit aſſecutus.

17 Oblator ante pretij ſolutionem non poteſt re vti.

18 Pretio in ſubhaſtatione, & deliberatione non recepto, poteſt Iudex iterum vendere, & rem venditam reuocare, & numero 19.

20 Pecunia debet eſſe præſens in totum, nec ſufficit, ſi in parte tantùm.

21 Iudex exequens habet poteſtatem limitatam conuertendi pretium rei, quæ ſubhaſtatur, in cauſam iudicati, quæ non impletur, ſi habeatur de eo fides, ſed ſi recipiatur.

22 Illius tota poteſtas, & officium deſinit poſt addictionem.

23 Et, ſi res vendiderit pretio non ſoluto, ceſſat illius officium in eo exigendo.

24 Res minus vendi videtur, ſi fides habeatur de pretio, quàm ſi numeretur.

25 Vendere quandoque expedit potius minus præſenti pecunia, quàm plus ſolutione dilata.

26 Solutio pretij poſt deliberationem non ſuffragatur.

27 Nec depoſitum factum poſt multos dies, & eo minus poſt multos annos, & numero 28.

29 Depoſitum ſatis eſt, vbi in loco talis adſit conſuetudo, vel Statutum, vt in Francia, & n.30.

31 Depoſitum non liberum, ſed conditionale non ſufficit.

32 Deliberatio, eiuſque decretum nullum eſt, ſi loco pretij accollentur debita etiam contenta in publicis documentis. Limit. vt numero 56. & ſeqq. Sublimit. vt numero 60. & ſeqq.

33 Accollatio non liberat debitorem, ſeu cenſus impoſitorem.

34 Iudex conſentiens, vt habeatur fides de pretio in deliberatione, de dolo tenetur, & quare.

35 Liberatio debitoris non ſequitur ex ſubhaſtatione, niſi appareat, pretium fuiſſe creditori ſolutum, vel eius legitimo procuratori, ſeu adminiſtratori, & nu.36. vbi exemplum.

37 Pecuniam in deliberatione non interueniſſe, quomodo probatur.

38 Pecunia in actu deliberationis non eſt neceſſaria, ſi talis vigeat in loco conſuetudo, vel ſtylus.

39 Conſuetudo, vel ſtylus deliberandi pignora non præſenti pecunia valet, & eius eſt maxima vis, & numero 30.

41 Peruſij in ſubhaſtatione bonorum ſtabilium oblater creditori alternatiuè promittit, vel pretium oblatum ſoluere, vel ei bona retrouendere, vel etiam fit deliberatio cum pecunia numerata, & numero 43.

42 Fructus recompenſatiui an poſſint ab initio ad certam ſummam taxari.

44 Conſuetudo, vel ſtylus deliberandi non præſenti pecunia, vti in facto conſiſtens, & contra ius, eſt concludenter probandus, & in ſpecie.

45 Nec attenditur, vbi probatur obſeruantia difformis.

46 Vſus Populi ſi ſit varius, inhærendum eſt diſpoſitioni iuris communis.

47 Pecunia in actu deliberationis non requiritur, ſi ita conſentiat creditor, vel illius ſpecialis procurator, & num.48. Ampl. vt n.30. & ponitur ratio, num. 50. Decl. vt nu.90. & ſeqq.

51 Pecuniæ verbum in ſubhaſtatione, & deliberatione non intelligitur ſtrictè pro pecunia, quæ ad numerum datur, ſed pro ſatisfactione.

52 Et eſt latiſſimum comprehendens omnem modum per quem debitor præſentaneè à creditore liberetur.

53 Solutionis loco in materia ſubhaſtationis eſt, quidquid datur de contrahentium conſenſu. Ampl. vt nu.50. Decl. vt nu.55.

56 Accollatio particularis debiti ſatis eſt in deliberatione ex creditorum conſenſu, & nu.59.

57 Et pro ſolutione deſeruit.

58 Ampl. etiam quod debitum accollatum, puta cenſus, detegatur extinctum, dum accollans ſit paratus ſoluere in pecunia.

60 Decl. vt non ſufficiat ſola promiſſio de accollando, & quare, & nu.61.62. & 63.

62 Promiſſio de accollando non eſt accollatio.

64 Conſenſus præſtitus dicitur per creditorem deliberationi factæ non præſenti pecunia, & debitor liberatus, ſi idem creditor acceptauerit oblatores in debitores.

65 Finis ad quem dirigitur ſubhaſtatio, eſt, vt debitor liberetur.

66 Debitor ſubhaſtatione, & deliberatione liberatus cenſetur, quamuis creditor fidem habeat de pretio.

67 Creditor fidem habet de pretio, conſentiendo poſſeſſioni emptoris, pretio non ſoluto, ſed ſecus ſi putet, ſe illud ſtatim recepturum, & nu.70.

68 Debitor quando ex ſubhaſtatione dicatur liberatus per viam delegationis, & numero 69.

69 Delegatio quando dicatur interuenire.

71 Debitoris liberatio non ſequitur ex venditione facta per creditorem creditoris iure de pignore ſibi conſignato, niſi creditor pretium ſine culpa propria recipiat, vel de eo fidem habeat, & num.72.

72 Creditor in venditione pignoris poteſt habere fidem de pretio, & ex ea ſequitur debitoris liberatio: Ampl. vt num.73.74. & 75. vbi limit. & declar. remiſſiuè.

76 Creditor vendens pignus, debitoris loco ſuccedit, & tanquam illius procurator vendere cenſetur, & num.77.

78 Pecuniæ interuentus, & nullitas ob illius defectum in ſubhaſtatione, & deliberatione continet fauorem creditoris, cui ſolui debet.

79 Bona debitoris venduntur ad vtilitatem creditoris, vt ſuum conſequi poſſit, & num.80.

81 Creditor poteſt fauori ſuo, & ſolemnitati interuentus pecuniæ in ſubhaſtatione renunciare, ſibique præiudicare, & nu.82. & 83.

84 Illi permiſſum eſt ſub haſta pignora vendere, & pecunia præſente, & habita de ea fide, ſeu non contradicere, & numero 85. Ampl. vt numero 86.

87 Promiſſio de ſoluendo pretium pretij loco ſubrogatur.

88 Minoris fauore tenet ſubhaſtatio facta non præſenti pecunia, etiam ſi conſenſerit curator, vel negotiorum geſtor, de quorum facultate non conſtet, & num.89.

89 Minoris fauore poteſt iudicium claudicare.

90 Creditor conſentiens ſubhaſtationi habita fide de pretio ſibi ſoli præiudicat, non aliis creditoribus, & numero 91. & 92.

93 Fides de pretio quando non poſſit habere creditor abſque conſenſu etiam debitoris.

Digitized by Google

94 *Creditoris conſenſus in deliberatione rei non præſenti pecunia debet interuenire in ipſo actu deliberationis, non ſufficit poſt, ne. tempore, quo impugnatur ſubhaſtatio, & numero 95. & quare, numero 96. Limit. vt num. 97. & 98.*

99 *Creditor habet actionem ad pretium, de quo habita fuit fides in ſubhaſtatione, ad effectum agendi ordinariè, ſi ipſe, & non Executor vendiderit, ſecus ſi Executor, & numero* 100.

101 *Si faſſus fuerit pretium recepiſſe, quod re vera fuerit reportatum, vt ſæpe in ſubhaſtationibus accidit, datur illi actio contra emptorem pro eius ſolutione, nec liberatur, ſi velit ſoluere intereſſe.*

102 *Vel datur actio ad vendicandam rem venditam.*

103 *Subhaſtatio, & incantus fieri ſemper ſolet ad inſtantiam creditoris.*

104 *Et ad alicuius inſtantiam eam fuiſſe factam probatur ex breue illius nomine obtento.*

105 *Pretium ex ſubhaſtatione repertum cenſetur datum creditori, vel ſtat per eum, quin recipiat, & debitor liberatus cenſetur etiam de ſolutione non conſtito, & numero* 106. & 107.

107 *Pecuniæ interuentus eſt in deliberatione neceſſarius, ſi ea fiat tertio licitanti, ſecus ſi creditori, & quare. Decl. vt numero* 110.

110 *Pretium ſubhaſtationis in creditore licitante eſt ipſum debitum.*

111 *Ampl. etiam in adiudicatione.*

112 *Emptor ſub haſta, ſi immineat euictio in limine contractus, poteſt pretium retinere, donec ei idoneè caueatur ſuper reſtitutione.*

An in ſubhaſtatione, & deliberatione pecuniæ interuentus ſit neceſſarius.

INSP. XXXVII.

1 VEnditio, † & liberatio, quæ fit ab Executore, ſeu Iudice exequente de re debitoris, ſeu de pignoribus, & bonis in executionem rei iudicatæ, vel tenutam captis, ſubhaſtationibus præcedentibus, fieri debet præſenti pecunia, quæ manualiter in eo actu ſoluatur creditori, nec de pretio fides haberi poteſt, vel eius ſolutio differri, aut impediri, aliàs venditio, & deliberatio, illiuſque decretum nullá ſunt, & reuocari poſſunt, *lege à Diuo Pio, §. ſed ſi emptor. vbi Aret. num. 4. ff. de re iudic. Baldun. de pignoribus; capite 18. col. 7. Rebuff. de præcon. licitat. & ſubhaſtat. articulo 5. gloſſa 1. numero 18. Bertach. in verbo ſubhaſtatio, Iodoc. de ſubhaſt. capite 5. nu. 3. Aſin. de execut. § 4. capite 136. nu. 8. & § 6. capite 27. numero* 1. vbi de magis communi, *& capite 31. nu. 47. Tepat. var. ſentent. titulo 417. cap. 19. & titulo 419. c. 9. Papon. de arreſt. libro 18. titulo 6. arr. 15. in fin. Carpan. ad Statut. Mediolan. libro 1. capite 248. numero 10. Anton. Fab. in Cod. Fabr. libro 8. t. 16. defin. 32. numero 3. in alleg. Gratian. diſcep. forenſ. cap. 7. ſub numero 4. & 6. & capite 321. nu. 4. Nouar. ad l. ſi tempora, numero 20. C. de fid. inſtr. & iur. haſt. Fiſcal. libro 10. Mangil. de euict. quæſt. 45. num. 18. & q. 192. num. 45.* vbi de communi, *& de ſubhaſt. quæſt. 13. numero 1. & ſeqq. quæſt. 61. nu. 7. quæſt. 115. numero 1. quæſtione 117. numero 3. q. 180. numero 3. & quæſt. 185. in princ. Gilian. ad Statut. Peruſ. in verbo ſubhaſtationis num. 10. Antonell. conſ. 80. numero 5. Monac. deciſ. Bonon. 63. numero 27. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 358. numero Giurb. deciſ. 53. numero 1. & ſeqq. & in fin.* vbi reſpondet contrariis, *Rot. diuerſ. deciſ. 63. numero 1. & deciſ. 105. numero 3. parte 4. & in Imolen. ſeu Fauentina Bonorum 25. Iunij 1593. & 16. Maij 1594. coram Litta, penes Marcheſ. de comm. parte 1. folio 1250. num. 1. & in principio reſpectiuè quæ ſunt etiam regiſtratæ in d. parte 4. diuerſ. deciſio. 3. & 4. & prima eſt etiam apud Saluſt. Tiber. in pract. libro 3. poſt capite 17. & in Aſculana Prædij coram Card. Sacrato, penes eundem Marcheſ. de comm. parte 3. folio 46. numero 1. & eſt etiam poſt Mangil. de ſubhaſt. deciſione 12. n. 1. Rot. recent. deciſ. 464. numero 1. & 4. parte 2. deciſ. 507. nu. 3. parte 3. & deciſ. 219. nu. 1. parte 5. Gregor. XV. deciſione 23. num. 1. & ſeqq. vbi Beltram. litera A. quæ eſt etiam in d. 4. parte diuerſ. deciſio. 50. la 2. & idem Gregor. deciſ. 319. numero 4. Rot. poſt noſtrum tract. mand. de manuten. deciſione 323. num. 11. quæ eſt etiam parte 5. recent. deciſione 411. numero 12. Duran. deciſ. 267. nu. 10. & 11. Buratt. deciſione 614. in princ. Rot. in Placentina Nullitatis Subhaſtationis 5. Decembris 1631. & 18. Februarij 1633. coram Eminentiſſ. Dom. Card. Vbaldo, poſt Anton. de Nigr. de ſubhaſtat. folio 253. & 254. numero 5. & 2. reſpectiuè, & penes eundem Nigr. deciſ. 2. numero 6. deciſ. 28. numero 15. verſ. & quamuis, deciſ. 45. numero 1. & 2. in Firmana ſeu Maceraten. Dotis 27. Martij 1620. coram Pirouano, poſt tract. deciſione 50. numero 3. in Peruſina prætenſi Spolij 15. Octobris 1626. coram Card. Veroſpio ſeniore, poſt tract. deciſion. 69. numero 23. in Romana Domus 9. Decembris 1630. coram Eminentiſſimo D. Cardin. Veroſpio iuniore, poſt tract. deciſion. 89. numero 6. & in Imolen. Bonorum 11. Aprilis 1633 coram Pirouano, poſt tractatum. deciſion. 97. numero* 1.

Quod † locum habet etiam in venditione, 2
& ſubhaſtatione, quæ extraiudicialiter fiat de
re minoris, *Peregr. de iure Fiſc. libro 6. titulo 4. nu. 9.
in fin. Aldobrand. conſ. 83. numero 47. lib. 1.* vbi num. 51.
quod † licitatio, & bannum ſunt conditiona- 3
lia, caſu, quo ſolutum ſit pretium. † Vel etiam 4
de re Eccleſiæ, *Peregr. loc. cit.* Atque † idem eſt in 5
ſubhaſtatione Gabellarum, in qua nec poteſt
haberi fides de pretio, ſed debet Fiſco ſtatim
ſolui, nec momento debet emptor, ſeu conductor
expectari ad ſoluendum, *Bertach. de gabell.
parte 3. num. 16.*

Provt † idem eſt in quolibet alio Executo- 6
re, Procuratore, & Adminiſtratore, *Mangil. de
ſubhaſtation. quæſtione 115. numero 1. & ſeqq. & quæſt.
117. in fin.* & † in Procuratore Fiſci, niſi aliter 7
habuerit in mandatis, tradit *Peregr. de iur. Fiſc.
libro 6. titulo 4. numero 9.* vbi ex communi, quod
tamen † venditio habita fide de pretio valet 8
ad obligationem emptoris, & vt non poſſit opponere
exceptionem compenſationis, ſed non
quoad tranſlationem dominij, & quod † non 9
poteſt cogi ad ſolutionem pretij, niſi poſſeſſio
vacua ſibi tradatur, *Gluſia de dat. in ſol. cap. 18. n. 278.*

Eſt † enim præſentia pecuniæ in ſubhaſta- 10
tione, & deliberatione de forma, *Nouar. ad d. legem ſi tempora, numero 20. C. de fid. inſtrum. & iur. haſt. Fiſcal. libro 20. Mangil. de ſubh. q. 13. num. 4. Rot. in Romana Domus 19. Decembris 1631. coram Eminentiſſimo Domin. Cardin. Veroſpio iuniore, poſt tract. deciſ. 80. numero 6. & in Imolen. Bonorum 11. Aprilis 1633. coram Pirouano, poſt tract. deciſione 98. numero 2.*

Adeò

Digitized by Google

11 Adeo vt † eius omiſſio ipſo iure ſubhaſtationem, deliberationem, & decretum vitiet, Nouar. & Mangil. vbi ſupr. Giurb. dec.53.n.1. Gregor.XV. dec.23.num.2. & Rot. in d. Imolen. Bonorum 11. Aprilis
12 1613. coram Pirouano, poſt tract.dec.98.n.2. † nec ſufficiat confeſſio de recepto, niſi pretium aliunde numeratum probetur, & niſi agatur contra confitentem, & eius hæredem, Mangil. de
13 euict.q.192.n.46. & de ſubhaſt.q.115.n.4. illiuſque interuentus probari debeat ab emptore, non autem negatiua ab impugnante ſubhaſtationem, cum ipſe habeat ſuam intentionem fundatam in eius anteriori poſſeſſione, & domi-
14 nio, atque ideo, † qui dicit, tale dominium, ſiue poſſeſſionem deliberatione mediante acquiſiuiſſe, debet docere de qualitatibus requi-
15 ſitis ad illius validitatem. † quarum præcipua eſt interuentus pecuniæ, Rot. in d. Aſculana Prædij cor. in Cardin. Sacrato penes Marcheſ. de comm. par.3. fol.45.n.1. & 2. & poſt Mangil. de ſubhaſt. deciſ.12.n.1. & ſeqq.

16 Et, † ſi deliberatio facta fuerit, pretio effectualiter non ſoluto, habetur, ac ſi facta non fuerit, Saluſt. Tiber. in pract. lib.1.cap.43. ſub nu.15. Rot. poſt Nigr. de ſubhaſt. deciſ.28. nu.15. etiam ſi oblator poſſeſſionem rei deliberatæ aſſecutus fuerit,
17 Saluſt. Tiber. ibidem † nec poteſt oblator ante ſolutionem re vti, Tepat. var. ſent. tit.417. c.19. Giurb.
18 dec.53.n.1. in fin. Et † poteſt etiam Iudex iterum vendere, cum pretium non recipitur, l. à Diuo Pio. §. ſed ſi emptor, ff. de re iudic. Aſin. de execut. §.4. cap.136.n.9. & §.6. cap.31. ſub nu.47. Mangil. de ſubhaſt.
19 q.13 ſub nu.1. & quæſt.135. nu.5. & † rem venditam reuocare, Tepat. var. ſentent. tit.419. cap.6. Mangil. de
20 ſubhaſt. d. quæſt.12. num.1. † Debetque pecunia eſſe præſens in totum, nec ſufficit in parte tantum, Gratian. diſcept. forenſ. cap.321. nu.4. Mangil. de ſubhaſt. q.14. n.1.

21 Datur † equidem Iudici Executori, ſeu exequenti certa poteſtas in cauſam limitata, ſcilicet, vt rei ſubhaſtatæ pretium conuertatur in cauſam iudicati, quæ non impletur, ſi habeatur fides de pretio, ſed ſolum, ſi recipiatur, Gratian. diſcept. for. cap.325. nu.4. Mangil. de ſubhaſt. d.
22 quæſt.13. nu.6. & quæſt.117. nu.3. & 5. Et † poſt additionem deſinit tota eius poteſtas, & offi-
23 cium, Balduin. de pignor. cap.18. col.7. Ita vt, † ſi per eum res ſit vendita pretio non ſoluto, ceſſet illius officium in eo exigendo, dict. l. à Diuo Pio, §. ſed ſi emptor. ff. de re iudic. Tepat. var. ſentent. d. tit.419.
24 cap.6. Et † videtur res minus vendi, fide habita de pretio, quam ſi ſit pecunia præſens, Gra-
25 tian. dict. cap.325. num.11. ac † expedit, quandoque vendere potius minus offerenti præſenti pecunia, quam plus offerenti, ſed ſolutione longius dilata, ſeu diſtracta, Aſin. de execut. §.6. cap.
26 4. nu.2. Et † nihil agit emptor ex poſt ſoluendo pretium Rot. poſt Mangil. de ſubhaſt. deciſ.12. n.4.
27 Ac adeo † neque ſufficit depoſitum pretij factum poſt multos dies, Gratian. d. cap.325. num.17. Mangil. de euict. quæſt.45. nu.21. & de ſubhaſt. quæſt.13.
28 n.15. & quæſt.185. n.1. Gregor. XV. deciſ.28. nu.3. & † eo minus poſt multos annos, Rot. diuerſ.63. num.2.
29 par.4. Quamuis † depoſitum ſatis ſit, vbi in loco talis adſit conſuetudo, vel Statutum, cum tunc non dicatur haberi fides de pretio, Giurb.
30 deciſ.35. nu.4. vt † ſeruatur in Francia, vbi pecunia apud acta deponitur, niſi partes de alio depoſitario conueniant, vt dicit Papon. de arreſt. lib.18. tit.6. col.4.

Prout † non ſuffragatur depoſitum non li- 31
berum, ſed conditionale, Rot. recent. dec.122. n.20. par.6.

Et † nulla eſſet deliberatio, eiuſque decre- 32
tum, etiam ſi pro oblato pretio fuiſſent à licitatore accollata debita, quæ alteri per debitorem eſſent ſoluenda, quamuis publicis documentis verificarentur, Mangil. de ſubhaſt. quæſt.13. nu.6. & quæſt.168. nu.1. Giurb. d. deciſ.53. num.3. cum † 33
accollatio non liberet debitorem, ſeu cenſus impoſitorem, Mangil. de quæſt.164. n.1. & 4. Rot. in Romana Domus 19. Decembris 1624. coram Remboldo, poſt tract. dec.64. n.12.

Sique † Iudex conſentiat, quod habeatur 34
fides de pretio, datur contra ipſum actio de dolo, tanquam malè verſatus fuerit in diſtrahendis pignoribus, Gratian. d. cap.326. nu.12. Mangil. de ſubhaſt. quæſt.13. nu.7. & quæſt.115. num.9. † Nec 35
debitor liberatur, vbi non appareat, pretium redactum ex ſubhaſtatione fuiſſe creditori ſolutum, Seraph. deciſ.133. nu.3. vel † eius legitimo 36
procuratori, vel adminiſtratori, vt in patre reſpectu eorum, in quibus habet vſumfructum tradit Antonell. conſ.81. n.8. & ſeqq.

Diceretur que † conſtare de non interuentu 37
pecuniæ, quando debitor cauiſſet, ne creditor poſſet pecunias recipere, niſi hypothecaſſet ſuper ſuis bonis, & de huiuſmodi hypotheca non appareret, Rot. poſt Mangil. de ſubhaſt. deciſ.12. num.4. in fin.

Limitatur primo, † vt non ſit neceſſaria pe- 38
cunia in actu deliberationis, ſi vigeat in loco conſuetudo, ſeu ſtylus, quod pignora diſtrahantur, habita fide de pretio, ſeu quod emptoris promiſſio habeatur pro pecunia numerata, Gratian. diſcept. forenſ. cap.7. num.5. Nouar. ad l. ſi tempora, num.22. Cod. de fid. inſtrum. & iur. haſt. Fiſcal. lib.10. Mangil. de ſubhaſt. d. quæſt.13. n.6. in fin. & n.19. Gilian. ad Statut. Peruſin. in verb. ſubhaſt. ſub num.10. Vrſill. in verb. adiudicatio concluſ.52. num.62. Giurb. d. deciſ.53. num.12. Beltram. ad d. deciſ.23. Greg. num.7. † 39
qui ſtylus, ſeu conſuetudo, valet, Mareſcot. var. reſolut. lib.2. cap.134. num.1. & † eius eſt maxima 40
vis, Nouar. vbi ſup. & † viget Peruſij, vbi in ven- 41
ditione, quæ ſit bonorum ſtabilium per ſubhaſtationem oblator creditori alternatiuè promittit, vel pretium oblatum ſoluere vel bona retrouendere, vt habetur per Mareſcott. loc. cit. & Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ.39. num.3. & Gilian. ad Statut. Peruſin verb. ſubhaſtat. verſ. quod in hac Ciuitate, & in adnot. nu.10. In quo dubium contingit, an, facta promiſſione de retrouenden-
do, & retrouenditione ſecuta debitori cum 42
onere ſoluendi creditum creditori intra certum tempus, & interim ſoluere fructus recompenſatiuos ad certam taxatam rationem ſit huiuſmodi taxatio licita, & pro affirmatiua tenet Mareſcott. dict. num.1. & ſeqq. & pro negatiua Rot. poſt 2. vol. conſ. Farinac. deciſ.7. num.2. deciſ.211. num.5. deciſ.325. num.1. deciſ.331. numer.1. & deciſ.362. numer.3. in Ianuen. Pecuniaria 7. Iunij 1611. coram Cardin. Lancellotto, & in ead. 1. Martij 1613. coram Franciſco Vbaldo, penes Marcheſ. de commiſſ. part.1. fol.898. & ſeqq. tenendum videtur, vt

Digitized by Google

valeat taxatio ab initio, ſi ſit proportionabilis
ad redituin, & veriſimilis, *Cagnol. in l. c. r. b. ſ.*
numero 57. Cod. de act. empt. Dec. in c cum venerabilis,
numero 65. verſ. putarem tamen de except. Cacialup.
in l. cunctos populos numero 82. Cod. de ſumm. Trini-
tat. & fid. cathol. Pariſ. conſ. 60. numero 33. & 34. li-
bro 1. Surd. deciſ. 189. numero 16. Caſ. de Graſ. deciſ. 1.
& 2. de vſur. Rot. diuerſ. deciſ. 240. ſub numero 7. par.
1. & poſt Paciſi. de ſalu. deciſ. 159. in fin. & poſt 2. vol.
conſſ. Farinac. diuerſ. deciſ. 331. numero 15 & ſequentibus
43 *in recent. dec. 13. numero 13. & 14. par. 5.* Sed † hodie
etiam Peruſij vt plurimum deliberatio, ſeu po-
tius inſtrumentum judiciario nomine fit pecu-
nia numerata.

44 Iſta † vero conſuetudo, ſeu ſtylus vti in fa-
cto conſiſtens non præſumitur, ſed eſt conclu-
denter probandus, & quidem in ſpecie tan-
quam contra ius, alias non ſuffragatur, *Gratian.*
dict. cap. 7. numero 5. Nouar. ad dict. l. ſi tempora nume-
ro 22. Cod. de fide inſtrum. & iur. haſt. Fiſcal. libro de-
cimo Mangill. de ſubhaſtatio. quæſt. 13. numero 16. & 19.
Gilian. ad Statut. Peruſin. in d. verb. ſubhaſtatio, ſub
numero decimo, Vrſell. in dict. verb. adjudicatio nume-
ro 61. Giurb. d. deciſ. 53. ſub numero 12. Rot. in d. Imolen.
ſeu Fauentina Bonorum 25. Iunij 1593. & 16. Maij 1594.
coram Litta, penes Marcheſ. de comm. par. 1. fol. 1250.
numero 1. & numero 2. & ſequentibus reſpectiue qua-
rum prima eſt etiam apud Saluſt. Tiber. in pract. lib. 3.
poſt cap. 17. numero 1. & vtraque inter diuerſ. deciſ. 3. &
4. & poſt Nig. de ſubhaſtatio, deciſ. 43. & 46. Beltram.
ad deciſ. 23. Greg. num. 7.

45 Et † non attenditur, vbi probetur obſeruan-
tia difformis *Rot. in d. Imolen. ſeu Fauentina Bonorum*
46 *16. Maij 1604. numero ſecundo*, Nam, † vbi vſus
Populi varius eſt, inhærendum eſt diſpoſitio-
ni juris communis, *Rot. in eadem Imolen. numero*
ſecundo & 3.

47 Limitatur ſecundo, † vt non requiratur in-
teruentus pecuniæ, quando creditor, ſeu cre-
ditores, ad quorum inſtantiam fit ſubhaſtatio,
& deliberatio, conſentiant, vt ea fiat non præ-
ſenti pecunia, ſeu cum dilatione ſoluendi, vel
vt habeatur fides de pretio, *Gratian. diſceptat. fo-*
renſ. cap. 3. numero ſexto, cap. 321. numero quinto, &
cap. 326. numero quinto, & 14. Vrſell. in verb. adiudi-
catio, concl. 52. numero 60. Mangil. de euict. quæſt. 45.
numero 19. & de ſubhaſtat. quæſt. 13. numero 17. 20. &
25. quæſt. 14. numero 2. quæſt. 117. numero 6. quæſt. 180.
numero 3. & de Rot. deciſ. 12. numero 4. Nouar. ad l.
ſi tempora, numero 21. C. de fide, inſtrum. & iur. haſt.
Fiſcal. libro 10. Gilian. ad Statut. Peruſ. in verb. ſubha-
ſtatio, ſub numero 10. Anton. 7. conſil. 80. numero 6. &
48 *7.* vbi, † etiam quod conſentiat procurator
cum ſpeciali mandato, *Giurb. deciſ. 53. numero 7.*
& 8. Rot. poſt Pacific. de ſalu. deciſ. 116. numero 6. &
in Aſculana Prædij coram Cardinali Sacrato, Marcheſ.
de comm. par. 3. fol. 46. numero tertio Rot. recent. deciſ.
464. numero 1. & 3. par. 2 & deciſ. 232. numero quar-
to deciſ. 284. numero 2. & deciſ. 307. numero tertio par.
3. & deciſ. 411. numero 13. par. 5. Greg. XV. deciſ. 330.
numero quarto, & Beltram. ad deciſ. eiuſdem 23. nu-
mero 5. Duran. deciſ. 257. numero 12. Rot. in Placenti-
na Nullitatis Subhaſtationis 5. Decembris 1631. & 10.
Februarij 1631. coram Eminentiſſimo Dom. Cardinali
Vbaldo, poſt Nigr. de ſubhaſtatio. fol. 254. numero 6. &
2. reſpectiue & in Camerinen. Fructuum, & Expenſa-
rum 14. Iunij 1604. coram Penia poſt tract. deciſ. 16.
numero quarto, in Maceraten. Spolij 13. Februarij 1612
coram Manzanedo, poſt tract. deciſ. 25. numero 2. vbi,
† eo magis ſi creditum pretium excedat, *in* 49
Peruſina prætenſi Spolij 15. Octobris 1626. coram Car-
dinali Veroſpio in ſeniore, poſt tract. deciſ. 69. numero vi-
geſimo quarto, in Imolen. Bonorum 15. Aprilis 1633.
coram Pirouano, poſt tract. deciſ. 98. numero 4. † Cum 50
ſatisfactum tunc dicatur, etiam ſi fides de pre-
tio habita ſit, *Giuſian. de dat. in ſolut. cap. 17. nu-*
mero 262.

Nec † pecuniæ verbum in ſubhaſtatione, & 51
deliberatione intelligitur ſtricte pro pecunia,
quæ ad numerum datur, ſed pro ſatisfactione,
Gratian. diſcept. for. cap. 326. numero 14. Mangill. de euict.
quæſt. 45. numero 20. & de ſubhaſtatio, quæſt. 13. numero
21. quæſt. 14. num. 10. in fin. quæſt. 61. numero 11. & 12.
& quæſt. 115. numero 5. Gregor. XV. deciſ. 28. numero 1.
& † eſt huiuſmodi verbum latiſſimum, ita vt 52
comprehendat omnem modum, per quem il-
le, cuius bona ſubhaſtantur, præſentaneè libe-
retur à ſuo creditore, *Rot. recent. deciſ. 232. numero*
4. par. 3. & † pro ſolutione in hac materia ha- 53
bendum ſit, quidquid datur de conſenſu con-
trahentium, *Gratian. diſcept. for. cap. 321. nu. 7. & ſeqq.*
Mangil. de ſubhaſtatio. quæſt. 14. numero 4. & ſeqq. † 54
etiam ſtante iuramento, *Mangil. d. numero 4.* † 55
dummodo tamen ſatisfactio interueniat certe,
& non ambigua, vel generica, *Mangil. de ſubhaſt.*
quæſt. 13. num. 22.

Quare † loco ſolutionis pecuniæ eſt, ac ſuf- 56
ficit, ſtante creditorum conſenſu, accollatio ſo-
cietatum officiorum, ſeu cenſus, vel aliorum
debitorum cum onere illa extinguendi, & fru-
ctus ſoluendi, *Gratian. diſcept. for. cap. 321. numero 6.*
Mangil. de ſubhaſtatio. quæſt. 14. numero 3. & quæſt.
168. numero 4. † & ea deſeruit pro ſolutione in 57
ſubhaſtatione, *Rot. in Romana Domus 19. Decembris*
1624. coram Rembaldo, poſt tract. deciſ. 64. num. 12. vbi
num. 13. † etiam quod cenſus, qui credebatur 58
viuus, detegatur extinctus, dum accollans ſit
paratus ſoluere in pecunia, atque † ſatis eſt, 59
quod verum debitum conuertatur in pretij ſo-
lutionem, *Mangil. de ſubhaſtatio. d. quæſt. 14. num. 7.*
& ſequentibus. Quamvis † non ſufficiat, nec di- 60
catur interueniſſe ſatisfactio per ſolam promiſ-
ſionem de accollando talem cenſum, aut quid
ſimile, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 326. numero 15. Man-*
gil. de euict. quæſt. 45. nu. 21. & de ſubhaſt. quæſt. 13. nu-
mero 12. & 22. quæſt. 61. numero 12. & quæſt. 115. numero
ſeptimo Gregor. XV. deciſ. 28. numero ſecundo, & † eo 61
minus per promiſſionem de accollando cen-
ſus, vel debita in genere, *Gratian. d. cap. 326. num.*
16. Mangil. de ſubhaſtatio. dict. quæſt. 13. numero 13. &
22. Gregor. d. deciſ. 28. numero ſecundo cum † promiſ- 62
ſio de accollando non ſit accollatio, *Gratian.*
dict. cap. 326. numero 15. Gregor. d. deciſ. 28. numero 2.
vbi Beltram. numero 4. & ſeqq. ponit plura ſimilia,
& † poſſint oriri multæ controuerſiæ ſuper 63
huiuſmodi accollationibus, ita vt debitor pro-
pterea non remaneat liberatus à moleſtiis, &
ſic longius res poſſit protrahi contra *l. à Diuo*
Pio, §. ſed ſi emptor. ff. de re iudic. & tradit Gratian.
dict. cap. 326. numero 16. Mangil. de ſubhaſt. d. quæſt. 13.
num. 14.

Conſenſus † autẽ diceretur præſertim præ- 64
ſtitus per creditorẽ, ſi idem tam ante ſubhaſta-
tionem, quã in ipſo actu, & decreto Iudicis ſu-

per

per deliberatione,& adiudicatione ſuum præ-
ſtitiſſet conſenſum, acceptando oblatores in
debitores pretio ab eis oblato, ita vt debitor
verè conſecutus fuerit ſuam liberationem reſ-
pectiuè ad pretij quantitatem, *Rot. in Imolen. Bo-
norum 11. Aprilis 1633. coram Pirouano, poſt tract. dec.*
65 *89. ſub num.4.* † qui eſt finis, ad quem dirigitur
ſubhaſtatio, *Rot. dict. deciſ.98. nu.3. poſt tract.*

66 Quamuis † enim creditor habeat fidem de
pretio cenſetur nihilominus debitor, ſubhaſta-
tione,& deliberatione ſuorum bonorum ſecu-
67 ta, liberatus, *Rot. recent. dec.284. nu.2. part.3.* & † fi-
des de pretio à creditore habita videtur eo ip-
ſo, quod conſentit, vt rei ſubhaſtatæ poſſeſſio
tradatur emptori abſque pretij exburſatione,
68 *d. deciſ.284. n.2.* † hinc namque videtur reſulta-
re debitoris liberatio ſaltem per viam delega-
tionis, quæ fit miniſterio legis, & Iudicis. cum
Iudex, qui ſupplet factum partis, videatur lo-
co debitoris delegare emptorem rei ſubhaſta-
tæ, & emptor emptione mediante videatur ſe
obligare creditori, ad cuius inſtantiam ſit ſub-
haſtatio, atque creditor, dum permittit tradi
poſſeſſionem ſine numeratione, videatur acce-
69 ptare emptorem in ſuum debitorem, † quibus
tribus concurrentibus perficitur delegatio, &
liberatus remanet prior debitor, *Rot. dict. deciſ.*
70 *284. nu 2. par. 3 recent.* Sed tamen † non cenſetur
creditor habuiſſe fidem de pretio, quando pu-
tauit, ſe illud ſtatim recepturum, *Neguſ. de pign.
par.6. memb.1. n.38. in fin.*

71 Sic etiam, quamuis † venditio à creditore
creditoris iure facta de pignore ſibi per debi-
torem conſignato, ipſum debitorem non libe-
ret, niſi creditor pretium ſine culpa propria
receperit, *leg. quæſitum, in princ. vbi Bart. ff. de di-
72 ſtract. pign. Bertach. in verb. pignus alienatur.* † poteſt
tamen creditor, (& debitor liberatur) habere
fidem de pretio, & de eo facere dilationem,
*leg. eleganter, §. ſi vendiderit, vbi Bart. & alij Doct. ff.
de pignor. act. Aſin. de execut. §.4. cap.136. nu.8. & §.6.
cap.31. num.47. Tepat. var. ſent. tit.417. cap.10. Neguſ. de
73 pignor par.6. memb.1. num.37.* & † eo maximè, ſi
aliter vendere non poſſit, vel talis ſit conſue-
74 tudo, *Neguſ. d. loc. num.37. in fin.* & † non ſolum vſ-
que ad quantitatem ſibi debitam, ſed etiam
ab inde ſupra, ſi pignus pluris vendatur, *Neguſ.
75 ibidem Mangil. de ſubhaſtat. quæſt.62. num.2.* & † te-
netur huiuſmodi venditionem ratam habere,
Neguſ. & Mangil. loco citato nec cogitur creditor
illud plus, quo venditum fuerit pignus vltra
debitum, ſoluere debitori, ſed ſolum tenetur
actionem cedere, periculo tamen ipſius credi-
toris, *Neguſ. loco citato* vbi dat quinque limita-
tiones, *Mangil. d. quæſt.63. num.3. vbi numeris ſequen-
tibus* dat pariter quinque limitationes cum
76 declaratione, cum † tunc creditor debitoris
loco ſuccedat, *Aſin. de execut. dict. §.4. cap.136.
77 num.8. & §.6. cap.31. num.47.* & † cenſetur ven-
dere tanquam debitoris procurator, *Mangil.
dict. q.62. n.1.*

78 Interuentus † enim pecuniæ, & quod ſit
nulli ſubhaſtatio, & deliberatio facta, ea non
præſente, eſt introductum fauore creditoris,
cui pecunia ſoluenda eſt, *Nouar. ad leg. ſi tempo-
ra. num. 21. Cod. de fid. inſtrum. & iur. haſt. Fiſcal.
lib.10. Mangil. de ſubhaſt. quæſt.13. nu.20. Giurb. deciſ.53.
num.8. Gregor. XV. deciſ.430. num.4. Rot. in Imolen.
Bonorum 11. Aprilis 1633. coram Pirouano, poſt tract.
deciſ.98. num.3.* † cum ad ipſius vtilitatem ven- 79
dantur debitoris bona; *Giurb. loc. cit.* † vt ſcili- 80
cet poſſit conſequi, quod ſuum eſt, *dict. deciſ.98.
num.3. poſt tract.* & † per conſequens poteſt cre- 81
ditor huiuſmodi fauori ſuo renunciare, *Nouar.
vbi ſup.* † & hanc ſolemnitatem remittere, *Rot.* 82
poſt noſtrum tract. mand. de manuten. deciſ.323. num.12.
& † ſibi præiudicare, *Mangil. de ſubhaſtat. quæſt.* 83
117. num.5. Vnde † permiſſum eſt illi vendere, 84
quomodocunque velit, ſcilicet vel præſente
pecunia, vel habita fide de pretio, *Mangil. dict.
quæſt.61. num.5. & quæſt.62. nu 1.* † ſeu non contra- 85
dicere, *Mangil. præfata quæſt.61. num.6.* Adeo, vt † 86
poſſit etiam partem pretij recipere, & pro reſi-
duo fidem oblatoris, & emptoris ſequi, *Man-
gil. de ſubhaſt. quæſt.14. nu 2. Rot. recent. deciſ.465. nu.1.
par.3.* cum † promiſſio ſubrogetur loco pretij, 87
Rot. deciſ.465. n.4.

Amplia, † vt reſpectu minoris, & in illius 88
fauorem teneat ſubhaſtatio facta non præſen-
ti pecunia, etiam quod conſenſerit curator, &
alius negotiorum geſtor, etiam quod non con-
ſtet de eorum facultatibus, quia ad minorum 89
fauorem iudicium poteſt claudicare, & ſub-
haſtatio tenet, etiam ſi facta ſit à perſonis non
legitimis, *Cardin. Veroſpo ſenior in voto in Peruſi na
prætenſi Spolij 15. Octobris 1626. poſt tract. deciſ.69. nu. n.
25. & 26.*

Intellige † autem primo, vt dicta ſecunda 90
limitatio procedat, ſi, qui habuit fidem de pre-
tio, erat creditor, ſecus ſi non ille, ſed alius cre-
ditor erat, *Rot. recent. deciſ.507. num.2. par.3.* & † in 91
præiudicium creditorum conſentientium tan-
tum, & quoad eorum proprium intereſſe, &
ſummam eis debitam, ſecus quoad intereſſe,
& præiudicium aliorum, cum † non poſſit 92
conſenſus vnius, ſeu aliquorum non conſen-
tientibus præiudicare, *Rot. recent. deciſ.464. num.3.
part. 2. & poſt noſtrum tract. mand. de manuten. de-
ciſ.323. num. 13. quæ eſt etiam part.5. recent. deciſ.411.
num.13.*

Intellige ſecundo, vt † quando pretium ſu- 93
peret debitum, ſeu facta ſit deliberatio pretio
diſtributo, puta per ſalmas, videlicet, pro ſcu-
tis tot pro qualibet ſalma, cum hoc, quod re-
ſiduum pretij, ſatisfacto creditori, ſoluatur de-
bitori, non poſſit haberi fides de pretio ſine de-
bitoris etiam conſenſu, quia, cum agatur de
eius intereſſe, eadem ratio militat in eo, quæ
in creditore, *Durand. dec.257. n.14.*

Intellige tertio, ſi † tamen creditoris con- 94
ſenſus interueniat in ipſo actu deliberationis,
ſecus ſi poſt, *Nouar. ad leg. ſi tempora. num.21. Cod.
de fid. inſtrum. & iur. haſt. Fiſcal. lib.10. Antonell. conſ.80.
num.7. Vrſell. in verb. adiudicatio. concl.52. num.61. Man-
gil. de ſubhaſtat. quæſt.13. num.18. vbi Rot. deciſ.12. nu.4.
& Rot. in Aſculana Prædij coram Cardin. Sacrato, pe-
nes Marcheſ. de commun. par.3. fol.46. nu.3. Beltram.
ad deciſ.23. Gregor. XV. num.6. Rot. poſt noſtrum tract.
mand. de manuten. dict. deciſ.323. num.14. quæ eſt etiam
in recent. deciſ.411. num.14. par.5. Duran. d. deciſ.257.
num.13. Rot. in Placentina Nullitatis ſubbaſtationis 5.
Decembris 1631. & 18. Februarij 1633 coram Eminen-
tiſſimo Dom. Cardinali Vbaldo, poſt Nicr. de ſubhaſtat.
fol.254. num.9. & 2. reſpectiuè.* † Nec ſufficit con- 95

Digitized by Google

ſenſus creditoris tempore , quo impugnatur
ſubhaſtatio , *Rot. in d. Aſculana Prædj, num.3.* Et
96 eſt ratio, quia † requiritur conſenſus talis, per
quem tunc in ipſo actu deliberationis debitor,
liberetur à ſuo creditore, *Vrſell. in dict. verb. adiudicatio. num.61. Mangil. de ſubhaſtatio. quæſt.13. num.18. & quæſt.180. ſub num. 4. Antonell. d. conſil. 80. num.8. Rot. in d. Aſculana Prædij, num.3. Beltram. ad dict. deciſ. 23. Gregor. num. 6. Rot. recent. d. deciſ. 232. num. 5. par.3. Duran. dict. deciſ.257. num. 13. Rot. in d. Placentina Nullitatis ſubhaſtationis 5. Decembris 1631. coram Eminentiſ. D. Cardinali Vbaldo, poſt Nigr. de ſubhaſtat.*
97 *fol.254. num.7.* Sed tamen † liberatio debitoris
re ipſa inducta diceretur, dum deinde nec debitor
, nec illius hæredes paſſi eſſent aliquas
moleſtias, & creditor ex cauſa talis crediti poſſediſſet
bona ſub haſta, & vellet hodie conſen-
98 tire liberationi, cum † conſenſus vbi requiritur
ratione præiudicij, ſatis ſit, vt quandocunque
interueniat, vt ſentit *Card. Veroſp. ſenior in ſuo voto in Peruſina prætenſi Spolij 15. Octobris 1626. poſt tract. dec.69. n.27.*

99 Habetque † creditor actionem ad pretium,
de quo habita fuit fides in ſubhaſtatione , ad
effectum agendi via ordinaria, quando ipſe, &
non Executor vendidit, ſecundum magis tutam
opinionem , *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.326. num.3. 8. & 9. Mangil. de euict. quæſt 45. num. 16. & de ſubhaſtat. quæſt. 13. num. 24. quæſt. 91. num. 6. & quæſt.*
100 *117. num. 1. & 2.* † ſecus vero , vbi ſic vendidit
Executor, *Mangil. de ſubhaſt. dict. quæſt.13. num.24.*
101 *& quæſt.117. num.1. & 2.* Et, † vbi creditor faſſus
eſt, habuiſſe pretium rei ſubhaſtatæ, quod verè
apud ipſum non remanſit, vt quia fuerit reportatum
mercatori , à quo mutuo oblator
habuerit, (provt regulariter in ſubhaſtatione
ſolet ſimilis ſimulata confeſſio de recepto , &
ſola demonſtratio pecuniarum interuenire,
non autem vera illarum numeratio, *Mangil. de ſubhaſtat. dict. quæſt.13. in fin. & quæſt.1. nu.10. Seraph. deciſ.12. num.2.*) datur actio aduerſus emptorem
vt illud pretium ſoluat , & illius dominium
transferat, nec liberatur, ſi velit ſoluere intereſſe;
Gratian. diſcept. forenſ. dict. cap 326. nu 1. Mangil. de euict. quæſt. 45. num. 13. & de ſubhaſtat. dict. quæſt. 13. num. 25. & quæſt. 61. num.1. & ſequentibus
102 vbi, quod idem procedit in procuratore, † vel
etiam datur actio ad vendicandam rem venditam
, *Gratian. d. cap.326. num.2. Mangil. de euict. dict. quæſt.45. nu.15. & ſubhaſt. q.61. n.4.*

Præterea , vbi ipſe creditor inſteterit pro
103 ſubhaſtatione , (vt † ad ipſius inſtantiam ſubhaſtatio,
& incantus ſemper fieri ſolet, *Mandell.*
104 *conſil.118. num.4. lib.1.* & † ad alicuius inſtantiam
eam fuiſſe factam probatur ex Breue illius nomine
obtento , *Rot. poſt noſtrum tract. de manuten.*
105 *deciſ.324. num.5.*) ea † ſequuta, quia repertus fuerit
emptor, pretium cenſetur datum creditori,
vel ſtat per eum, quin illud recipiat, & debitor
liberatus intelligitur, etiam quod non appareat,
pretium inde redactum fuiſſe creditori
ſolutum, *Mandell. dict. conſil.118. num.4. lib.1. Seraph.*
106 *deciſ.1333. num.3.* & † creditor , qui inſtetit pro
ſubhaſtatione rei debitoris, ſibi ipſi imputare
debet, ſi non exegerit, *Mangil. de ſubhaſt. quæſt.61.*
107 *num.14. Seraph. loco citato num.4.* † nec pertinet ad
debitorem aliud inueſtigare, *Mandell. vbi ſup.*

Limitatur tertio, vt † præſentia pecuniæ ſit 108
neceſſaria, ſi deliberatio fiat tertio licitanti, ſecus
ſi ipſi creditori, quia præſenti pecunia diſtractio
facta dicitur, & eſt valida, ſi ille cum
ſuo creditore oblatum pretium compenſet,
Giurb. dict. deciſ.53. num.6. cum, † quando creditor 109
ad ſubhaſtationem accedit, ſubhaſtationis pretium
aliud non ſit, quam ipſum debitum *Anton. Fab. in ſuo Cod. lib.8. tit.16. de diſtract. pign. defin.7.*
num.1. † nec licitator, qui eſt creditor, tenetur 110
pecuniam, quam in præconiis obtulit, ſoluere
integram , ſed poteſt retinere ſibi debitam,
& compenſare, & reliquam tradere, *Relutſ. de præcon. licitat. & ſubbaſtat. art.5. gloſ.1. nu.19. Panirol. in pract. par.3. verſ. ſecundus modus, vbi Add. in verb. ipſe emat. fol.314. Mangil. de ſubhaſt. quæſt.75. nu.2. & ſequentibus* † Idemque dicendum eſt, ſi res credi- 111
tori adiudicetur , ſeu in ſolutum detur , tam
quod in adiudicatione compenſat creditor,
nedum oblator, & depoſitum, ſed etiam ſolutum
dicitur , *Giurb. dict. deciſ.53. num. 10. verſ. quod enim in adiudicatione :* quidquid contra videatur
ſentire *Vrſell. in verb. adiudicatio. concluſ.52. num.60.*

Limitatur quarto, vt, † ſi immineat pericu- 112
lum euictionis in limine contractus, poſſit emptor
retinere pretium, & recuſare ſolutionem,
donec ei caueatur de illud reſtituendo, *Maur. de fideiuſſ. part.1. princ.2. ſect. cap.18. num.11. Rot. diuerſ. deciſ. 281. num. 1. & ſeqq. & num. 35. & per tot. par.1.*

SVMMARIA.

1 *Immiſſus ex ſaluiano non poteſt ad ſubhaſtationem, ante adiudicationem deuenire, & n.3.*

2 *Dicitur immiſſus, & regulariter eſt in maiori quantitate bonorum, quam ſit eius creditum, vt ei ex fructibus integrè ſatisfiat, & ſortem excomputet, & debitor tædio affectus debitum ſoluat, non ad effectum diſtractionis, aut adiudicationis, & num.4.7. & 8. Ampliat. vt numer.6. Lim. vt num.6.*

9 *Immiſſio ex ſaluiano non continet adiudicationem.*

10 *Petitio, vt ad vlteriorem executionem ſententia in ſaluiano deueniatur, eſt ſuperflua.*

11 *Subhaſtatio , deliberatio , & adiudicatio conuenit actioni perſonali, non reali. Decl. vt nu.12.*

13 *Saluiani natura repugnat, & iuris diſpoſitio, vt res in eo iudicio adnotata poſſit vendi.*

14 *Saluianum paſſus , etiam ſi ſit debitor , non poteſt cogi ad ſoluendum, ita vt alias diſtrahi poſſit pignus.*

15 *Creditor pignus poſſidens , non poteſt ſecundum ius commune illud ad haſtam vendere, & quare, & num.16.*

17 *Immiſſus ex ſaluiano acquirit ſolam detentionem, ſeu poſſeſſionem, & temporalem, firmo remanente dominio penes debitorem, ſeu habentem ab eo cauſam, & num.18.*

19 *Rem hypothecatam dominus alienare poteſt, & quare.*

20 *Res per anteriorem creditorem auocata à poſteriore non poteſt ad anterioris inſtantiam ſubhaſtari præfixo termino poſteriori ad illam liberandam,*

Digitized by Google

vendum, ſed tantum retineri, donec ex fructibus ſatisfactio ſequatur, & nu.21.

22 *Dominio rei ſuæ ſine facto proprio priuari non debet debitor, ſeu tertius, à quo res per creditorem fuit auocata.*

23 *Sententia in ſaluiano eſt exceſſiua, & iniuſta, ſi immittat, donec ex fructibus, vel ex ſubhaſtatione immiſſo fuerit ſatisfactum, Limit. vt num.24.25. & 26.*

25 *Precatium ex formulario Bononiæ, quid contineat.*

27 *Principis licentia requiritur pro ſubhaſtatione bonorum ex ſaluiano auocatorum, & commiſſio obtenta in Signatura gratiæ, & de illius tenore, cauſis, & reſcripto, & nu. ſeqq. alias ſpolij actio competeret, & n.35.*

34 *Hypothecæ vires, & iura diſcuti debent in ſubhaſtatione bonorum auocatorum ex ſaluiano, quod in ſaluiano fieri non potuit.*

36 *Bona capta per ſaluianum poſſunt abſque Principis reſcripto ſubhaſtari, ſi id permittat Statutum vel ſtylus, vt in Prouincia Marchiæ, in qua tamen hodie contrarium ſeruatur, & nu.41.*

37 *Conſuetudo, & obſeruantia ſubhaſtandi bona capta per ſaluianum ſine Principis reſcripto eſt valida. Contrarium n.38.*

39 *Et an probetur per fidem Aduocatorum, & Curialium, & quomodo probari debeat, & n.40.*

42 *Bona ex ſaluiano auocata ſubhaſtari poſſunt abſque alia Principis licentia, ſi in ſeruatione terminorum ſubhaſtationis pars non opponit.*

43 *Et etiam quando deinde actum fuiſſet petitorio, & immiſſus, docto de validitate crediti, victor remanſiſſet.*

44 *Bona adepta per actionem hypothecariam ſubhaſtare, licitum eſt, & n.47. & 53.*

45 *Hypothecaria conſequitur quis poſſeſſionem retinendam, donec fuerit ſibi ſatiſfactum.*

46 *In ea dantur bona retinenda loco pignoris, non ſic in ſaluiano.*

48 *Ea importat facultatem diſtrahendi bona hypothecata penes hypothecantem, & eius hæredem exiſtentia, ſed, ſi ſint penes tertium, debent prius diſcuti principalis debitor, & eius fideiuſſores, & num.49.*

50 *Eſt petitorium.*

51 *In ea probandum eſt etiam dominium, faciendæque ſunt plenæ probationes, & plena diſcuſſio crediti, eiuſque validitatis, quod in ſaluiano remittitur ad petitorium, & n.52. & 53.*

54 *Saluiano, & hypothecaria ſimul intentata, & ſubſecuta ſententia in ſola forma ſaluiani, adhuc ſubhaſtatio nulla eſſet, ſi ſequeretur, licentia à Principe non obtenta.*

55 *Liquidatio fructuum perceptorum fieri debet antequam bona per ſaluianum, ſeu hypothecariam capta ſubhaſtentur, & quare.*

An, & quando bona capta per Saluianum poſſint ſubhaſtari, & quid in Hypothecaria.

INSP. XXXVIII.

1 CReditor † immiſſus ex ſaluiano non poteſt ad ſubhaſtationem, aut adiudicatio-
nem deuenire cum † ſit immiſſus in poſſeſſio- 2
nem, & regulariter maioris quantitatis bono-
rum ad effectum, vt ex fructibus illi integrè
ſatisfiat. *Paul. Marcheſ. de ſalu. par.3. cap.15. ſub nu.
3. Scappucc. eod. tract. lib.3. quæſt.11. nu.4. & ibi Add.
iuxta nouiſſ. impreſſ. Peruſ. Paciſ. eodem tract. Inſp.4.
cap.5. num.141. & ſequentibus* vbi de veriori. *Mar-
cheſ. de comm. par.1. de comm. appell. in ſalu. §.2. nu.8.
Mangil. de ſubhaſtat. quæſt.126. nu.2. & ſeqq. & quæſt.
181. num.1.* vbi de veriori, & receptiori. *Gratian.
deciſ.208. num.9. Seraph. deciſ.1100. num.2. Rot. diuerſ.
deciſ.43. num.3. par.1. & inter recent. deciſ.161. num.14.
par.6. Duran. deciſ.109. num.1. Rot. penes Fenzon. ad
Statut. Vrb. deciſ.39. in fin. & poſt noſtrum tract. mand.
de manuten. deciſ.296. num.1. & in Bononien. Saluia-
ni. 11. Ianuarij 1627. coram Cardinali Virili, & in
Imolen. Bonorum 11. Aprilis 1633. coram Pirouano poſt
tract. deciſ. 98. num. 6. & ſequentibus* vbi, quod † 3
non poteſt ex eiſdem actis fieri tranſitus de
pignore ad ſolennem ſubhaſtationem, & de
veriori, † & cum illis ſortem principalem ex- 4
computet. *Seraph. deciſ.723. num.15.* & quidem † 5
etiam quod bona, ſuper quibus facta fuit im-
miſſio, non excedant valorem crediti, *Rot. re-
cent. deciſ.749. in fin. par.3.* († quidquid aliud ſit 6
in pignore conuentionali dato pro tanta ſum-
ma, *Rot. dict. deciſ.749. in fin. Buratt. dict. deciſ.160.
num.16.*) &, † vt debitor tædio affectus ſoluat 7
id, ad quod eſt obligatus, *Seraph. dict. deciſ.723.
num.* † non autem ad effectum eorum diſtra- 8
ctionis, ſeu adiudicationis, *Duran. dict. deciſ.109.
numer. 1. Rot. in Romana Executionis ſententiarum 17.
Aprilis 1592. coram Orano, poſt tract. deciſ.5. numer. 9.*
Prout † nec ipſa immiſſio adiudicationem 9
continet, *Seraph. d. deciſ.723. num.14.* & † fruſtrato- 10
ria eſſet petitio, vt ad vlteriorem executionem
ſententiæ deueniretur, *Rot. poſt Pacific. de ſalu.
deciſ.2. n.1.*

Conuenit † enim ſubhaſtatio, deliberatio, & 11
adiudicatio actioni perſonali, non autem a-
ctioni reali, *Sacc. de iudic. lib.11. cap.97. ſub nu.25.* † 12
ſaltem plerunque, *Aſin. de execut. §.4. cap.30. nu.1.*
† atque repugnat natura ſaluiani, & iuris di- 13
ſpoſitio, vt res ſic auocata poſſit vendi, *Rot. re-
cent. dec.161. nu.13. & 14. par.6. & in Ariminen. Spolij 26.
Iunij 1630. coram Motmanno, poſt tract. dec.83. num.7.* † 14
Nec paſſus Saluianum, etiam quod ipſe debi-
tor ſit, cogi poteſt ad ſoluendum, adeo vt alias
deueniri poſſit ad diſtractionem pignoris, *Rot.
poſt Nigr. de ſubhaſt. dec.37. n.2. & n.12.*

Nec † creditor poſſidens pignus, iure com- 15
muni inſpecto, poteſt illud vendere, *Carpan. ad
Statut. Mediolan. cap.163. nu.45.* quia † ex ſubhaſta- 16
tione, & deliberatione auocatur dominium,
Mangil. de ſubhaſt. q.126. nu.3. & tamen † immiſſus 17
ex ſaluiano acquiſiuit ſolam detentationem,
Seraph. deciſ.723. num.14. ſeu poſſeſſionem, *Rot. in
Imolen. Bonorum 11. Aprilis 1633. coram Pirouano, poſt
tract. deciſ.80. num.7.* & quidem temporalem, *Rot.
apud Pacific. de ſalu. d. deciſ.2. num.8.* † firmo rema- 18
nente dominio penes debitorem, ſeu eum, in
quem pignus, ſeu rem hypothecatam aliena-
uit, & ipſum dominium tranſtulit, † prout 19
potuit, cum in contractu pignora debitor non
promiſerit non alienare, vel non vendere,
*Mangil. de ſubhaſtat. quæſt.126. num. 4. & ſequentibus
Rot. recent. deciſ.759. par.2.* Ac proinde † res abdi- 20

Digitized by Google

cata per anteriorem creditorem hypotheca-
rium à poſteriori,qui à debitore eandem eme-
rit,non poteſt ad inſtantiam eiuſdem anterio-
ris creditoris ſubhaſtari præfixo termino po-
21 ſteriori ad rem euictam liberandam, quia †
auocatio facta per anteriorem non poteſt ope-
rari niſi retentionem ad tempus,donec de fru-
ctibus, in ſortem imputandis,ſibi ſatisfiat,non
autem facultas diſtrahendi, *Rot. recent.d.dec.659.
per tot.par.2.*

22 Neque † debet debitor, ſeu tertius, à quo
fuit facta auocatio,ſine facto ſuo rei ſuæ domi-
23 nio priuari, *Mangil.de ſubhaſtat.quæſt.126.nu.10.* †
Exceſſumque,& iniuſtitiam continere dicere-
tur ſententia in ſaluiano,quæ daret immiſſio-
nem,donec ex fructibus, vel ex ſubhaſtatione
immiſſo fuiſſet ſatisfactum, *Rot. poſt Fenzon. ad
Statut.Vrb. deciſ.39. in fi. & in Bononien. Saluiani* 11.
24 *Ianuarij 1627.coram Card.Virili.* † Niſi actum fuiſ-
25 ſet ex pacto precarij,† quod ex formulario Bo-
noniæ continet facultatem bona pro iuſto
pretio retinendi, vel etiam ſubhaſtandi,vt per
*Rot. in d.Bononien. Saluiani 13. Nouembris 1628.coram
Card.Virili,poſt tract. dec.63.in princ. & nu.5. & 6. &*
26 *per tot.* † & ſic concipi ſolent in d.Ciuitate ſen-
tentiæ.vt *in Bononien.Prædij 5.Decembris 1636.coram
R.P.D.Ghiſlerio,poſt tract.dec.102.ante n.1.*

27 Vnde † ad ſubhaſtationem bonorum, in
quibus facta fuit immiſſio per ſaluianum,ſem-
per requiritur Principis licentia, *Vrſell. in verb.
adiudicatio. concluſ.52.ſub num.43. Rot recent.deciſ.161.
num.15.par.6. & in Ariminen. Bonorum 5. Martij 1623.
& 23. Februarij 1628.coram Coccino,poſt tract.deciſ.70.
num.1. & deciſ.71. num.1. & in Ariminen. Spolij 26.
Aprilis, & 26. Iunij 1630.coram Motmanno,poſt tract.*
28 *deciſ.82.nu.12. & deciſ.83.num.7.* † & commiſſio ſu-
per hoc obtenta in ſignatura gratiæ, *Paul.
March.de ſalu. part.3.cap.16.num.2. & ſeqq. Marcheſ.
de commun. par.1. de comm. appell. in ſalu.§.2.num.8.
Mangill.de ſubhaſtat.quæſt.161.nu.9. & quæſt.200.nu.3.
Seraph.deciſ.1100.num.2. Rot. poſt noſtrum tract.maud.
de manuten.deciſ.296.num.1. & poſt Nigr.de ſubhaſtat.*
29 *deciſ.9.num.8.* † præuia precum porrectione, &
petitione, vt reſcribatur Iudici, qui præfixo
competenti termino debitori, ſeu ſaluianum
paſſo ad reluendum pignus, &, illo elapſo, &
non ſoluta pecunia, ſeu pignore non redem-
pto, ad ſubhaſtationem deueniat,& plus offe-
30 renti liberet, *Mangil.de ſubhaſtat.quæſt.126.nu.14.* †
deducta cauſa, quod ex tenuitate fructuum
non poſſit immiſſo de credito ſatisfieri per
multos annos, *Paul.Marcheſ.de ſaluiano dict par.3.
cap.15.num.6.in fin. Marcheſ.de comm.par.1.de comm.
appell.in ſalu.§.2.num.8.Vrſell.in d.verb.adiudicatio.
num.43. Mangil.de ſubhaſtat. dict.quæſt.161.num.9. &
quæſt.200.nu.3.Rot.in Fanen.Saluiani 10.Ianuarij 1622.*
31 *coram Vbaldo ſeniore,poſt tract.deciſ.56.in princ.* † vel,
quod fructus debitæ quantitatis ſint maioris
valoris, vel ſolum æquiualeant valori rei ob-
32 tentæ in ſaluiano, *Vrſell. & Mangil. loco citato* †
vel, quod immiſſus ſit pauper, vel minor, aut
miſerabilis perſona, ſeu puella maritanda,
*Paul.Marcheſ.de ſalu.par.3.dict. cap.15. ſub num.4. Pa-
ſic. eodem tract.Inſp.4.cap.1.nu.144.* aut ſenex. Et
33 † in commiſſione ſolet à Signatura Sanctiſſi-
mi reſcribi,quod vocatis vocandis,& conſtito
prius legitimè, quod ſententia ſuper immiſ-
ſione in poſſeſſionem huiuſmodi lata in rem
tranſierit iudicatam, & præfixo aduerſariis
aliquo breui, & peremptorio termino ad de-
ducendum quidquid volunt, & poſſunt tam
in petitorio, quam in poſſeſſorio, nec non ad
reluendum prædium, ſeu poſſeſſionem, vel
rem huiuſmodi, dictoque termino elapſo, ac
nihil, quod releuet, docto, & reluitione non
facta, ſeruatis ſeruandis ad ſubhaſtationem
dictorum bonorum, & ſucceſſiue ad illorum
deliberationem ad inſtantiam exponentis au-
ctoritate noſtra procedas,vt eidem exponenti
de ſuo credito ſatisfieri poſſit, vt legitur in
Breuibus, quæ quotidie expediuntur, & ſen-
tit *Paul.Marcheſ.de ſalu.d.par.3.cap.15.nu.4. & Rot.in
Fanen.Saluiani 10.Iunij 1622.coram Vbaldo ſeniore,poſt
tract.deciſ.56.nu.1.* Et † debet tunc de iuribus, & 34
viribus hypothecæ diſcuti, quod in iudicio
ſaluiani fieri non potuit, *Paul. March. loc. cit.* † 35
Prædicta vero licentia à Principe non obten-
ta, ſpolium intraret,ſi ſubhaſtatio ſequeretur,
*Rot. in d. Ariminen. Spolij 26. Aprilis 1630. coram Mot-
manno,poſt tract.dec.82.n.1. & 2.*

Poſſet † tamen ad ſubhaſtationem deueni- 36
ri, ſine Principis reſcripto: Primo, ſi in loco
Statutum vigeat, ſeu ſtylus, vt in Prouincia
Marchiæ, vbi ex vi Conſtitutionis, vel ex ob-
ſeruantia bona capta per ſaluianum ſubhaſta-
ri poſſunt, ſecundum *Paul. Marcheſ. de ſalu. dict.
par.3.cap.15.ſub n.3.Scapucc.eod.tract.lib.3. q.11. num.2.
Mar.Ant.var.reſol.lib.2.reſol.30.n.19.Mangil.de ſubhaſt.
q.126.n.16.& 17.Gratian.dec.208.n.10.&* 11.& in Re-
gno Neapolitano *Gait.de cred.par.4.quæſit.7.n.79.
& ſeq.relat.per Add.ad Scapucc.de ſalu d.li.3. quæſt.11.
iuxta nouiſſ. impreſſ. Peruſ.* † cum huiuſmodi ob- 37
ſeruantia, & conſuetudo ſit valida, *Gratian.
dict.deciſ.208.num.11.Rot.diuerſ.deciſ.43.circa fin.par.1.
& poſt Nigr.de ſubhaſt.dict.deciſ.37.n.11.*

Sed † contra hunc ſtylum tenet *Scapucc. loco* 38
citato vbi nu.11. aſſerit, quod vti contra ius non
poteſt induci à Iudicibus deputatis ad ius
reddendum, & quod † non probatur per fi- 39
dem Aduocatorum, & Curialium, ſed debet
probari legitima conſuetudo, *& nu.12.* † quod 40
per tot,& tales actus,vt deuenerit ad notitiam
Populi,vel maioris partis,ita vt conſtare poſſit
de tacito conſenſu,per quem derogatum ſit ju-
ri communi, & ita declarat procedere *dict. dec.
208. Gratian.* Vnde † hodie etiam in Prouincia 41
Marchiæ,(in qua nos per ſexennium Locum-
tenentis generalis Curiæ munere functi fui-
mus,& nunc illius Rotæ Auditoris fungimur)
huiuſmodi fieri ſolent ſubhaſtationes præuia
obtentione, & expeditione Breuis Apoſtolici.

Secundo † valida videtur ſubhaſtatio abſq; 42
Principis licentia,ſi in ſeruatione terminorum
ipſius ſubhaſtationis pars non oppoſuerit,
Mang.de ſubh.dict.q.126.n.18.Gratian.d.dec. 208.n.12.

Tertio locus eſſet ſubhaſtationi, ſi, auo- 43
cata poſſeſſione in ſaluiano, creditor ſtatim
egiſſet petitorio, &, docto de validitate credi-
ti, in eo victor remanſiſſet, *Rot.poſt Nigr. de ſub-
haſt dec 37.n.10.*

In bonis † autem adeptis per actionem hy- 44
pothecariam non eſt dubium, quod procedi-
tur ad ſubhaſtationem, *Couar.var reſol.lib.3.cap 18.
num.4. verſ. nihilominus. Eugen. conſ.65. num.86.lib.1.*

Ant.

Digitized by Google

Ant. Sol, ad decret. Sabaud.lib.3.tit.39. de form. ac ord. obſeru. in pignor.ſubhaſt. & deliber. bon.ſtabil. gloſ.3. numero 44. Paul. Marcheſ. de ſalu. dict. cap.15. numero 1. Scapucc.eod. tract. lib. 3. quæſt. 11. numer. 5. Pacific. ſimili etiam tract. Inſp.4.cap.1.numer.143. Gait.de cred. cap. 4. quæſit. numer. 798. Mang. de ſubhaſt.quæſt.126. numer.17.& quæſt.181. numero quarto Grat. dict. deciſ. 208. numero 9. Rot.diuerſ.deciſ.43.numer.3.par.1. & in recent.deciſ.161. numer.16. & 17.& poſt Nigr. de ſubh. deciſ.9.in princ.& deciſ.37.numer.3. & ſeqq.& in Ariminen. Bonorum 5. Martij 1627. coram Coccino poſt tract.deciſ.70.numer.5. iuncto numer.1. in Imolen.Spolij 31. Martij 1628.coram Cardin.Virili, poſt tract.deciſ.77. numer.1.& ſeqq.& in Imolen.Bonorum 11. Aprilis 1633. coram Pirouano,poſt tract. deciſ. 98. numer. 9. & ſeqq.

45 Cum, quamvis † etiam in actione hypothecaria conſequatur quis poſſeſſionem retinendam,
46 donec ſibi fuerit ſatisfactum,† in ea tamen bona dentur retinenda loco pignoris, non ſic in ſaluiano, *Rot.poſt Nigr.de ſubb.dict.deciſ.37.n.5.& 6.*
47 & ideo non mirum,† ſi in ea poſſit deueniri ad ſubhaſtationem, *Rot.dict.deciſ.37.numer.5.poſt Nigr.*
48 *de ſubb.* & † hypothecaria importet facultatem diſtrahendi bona hypothecata penes hypothecantem, vel illius hæredem exiſtentia, *Rot. in Fulginaten. Alimentorum 26. Ianuarij 1632.coram Coc-*
49 *cino,poſt tract.deciſ.90.numer.12.* licet, † ſi ſint penes tertium, ad effectum deueniendi contra ipſum ad ſubhaſtationem, debeant prius diſcuti principalis debitor, & eius fideiuſſores, ſi id in tempore opponatur, *Rot.poſt Nigr. de ſubb.deciſ.9.num.*
50 *3.& ſeqq.* Cumque † hypothecaria ſit petitorum. *Mangil. de ſubhaſt. dict. quæſt. 181. numero quarto Rot. recent.deciſ.161.numer.16.par.6.& poſt Nigr.de ſubhaſt.*
51 *deciſ.9.numer.2. & deciſ.37.numer.4.* & † ideo in ea probetur etiam dominium, *Rot. poſt Nigr. de ſubhaſt.dict.deciſ. 9. numer. 2. & in dict. Ariminen. Spolij 31. Martij 1628.coram Card. Virili, poſt tract. deciſ. 77. numer. 11. & in Arimin. Spolij 26. Iunij 1636. coram*
52 *Motmanno, poſt tract.deciſ.83.num.4.* † & requirantur plenæ probationes, *Rot. poſt Nigr. de ſubb.dict.*
53 *deciſ. 9. num. 12.* † & fiat plena diſcuſſio crediti, & illius validitatis, illudque canonizetur, & in conſequens non ſit mirandum, ſi creditori detur facultas ſubhaſtandi quæ ratio ceſſat in ſaluiano, quia diſcuſſio crediti remittitur ad petitorem, *Scapucc.dict.quæſt.11.numer.5. Rot. poſt Nigr.de ſubhaſtat.dict.deciſ.37.numer.11.& in Imolen.Bonorum 11. Aprilis 1633. coram Pirouano,poſt tract.deciſ.98.numero 11.*

54 Sed, † vbi ſimul, & ſemel intentatum eſſet ſaluianum, & hypothecaria, & obtenta ſententia in forma ſaluiani, adhuc ſubhaſtatio nulla eſſet, licentia à Principe non impetrata, *Rot.in d. Ariminen. Spolij 26. Iunij 1630. coram Motmanno, poſt tract.dec.83.per tot.*

55 Aduertendum tamen eſt circa prædicta, quod † antequam ad ſubhaſtationem procedatur, expectari debet, & fieri liquidatio fructuum perceptorum, qui creditum diminuerunt, ad effectum, vt reſiduum crediti liquidum appareat, & ſubhaſtatio fiat pro credito certo, *Rot. in dict. Fanen. Saluiani 10. Ianuarij 1622. coram Vbaldo ſeniore,poſt tract.deciſ.56.numer.11. & 12. & in Ariminen. Spolij 17. Martij 1628.coram Merlino,poſt tract.dec.74. num.8.*

SVMMARIA.

1 Iudex pretium pignoris capti in actione perſonali tenetur in eandem cauſam conuertere.

2 Et facit illud tradere creditori pro menſura debiti,& num.3.

4 Pretium redactum, & receptum ex pignore non poteſt conuerti, nec compenſari, niſi in cauſam, ex qua capium,& venditum fuit.

5 Et in pluribus cauſis electio eſt creditoris, non debitoris,& quare,& num.6.& 11.vbi ampl.ſeu illatio. Declar.vt n.8.9.& 10.

7 Electio eſt debitoris ſoluentis in quam cauſam ſoluat.

12 Pignus vendi poteſt & propter debitum, & propter alias acceſſiones.

13 Creditor ſatisfieri debet tam de ſorte, quam de intereſſe,& litis expenſis.

14 Ampl.etiam in intereſſe ſubhaſtatione pendente.

15 Pignoris pretium prius in vſuris, poſtea in ſortem imputatur.

16 Illud ſemper, vel vt plurimum pluris æſtimatur, quam debitum.

17 Illius diſtractionem facit creditor, vt ſolum conſequatur,quod ſibi debetur.

18 Et quod ex pretio ſupereſt, ſolutis creditori debito ac expenſis, reſtitui debet debitori, vel ad eius commodum,eo recuſante,deponi,& numero 19.Ampl. vt nu.20.23.& 27.vel deponi debet ad luitionem aliorum creditorum, vt num.22.vel pro expenſis liquidandis,vt num.28.Lim.vt nu.24.& 25.

21 Depoſitum reſidui pretij pignoris præſumitur ex curſu longi temporis ad ſpolium excludendum.

26 Licitator compenſare poteſt,quod ſibi debetur,nec tenetur deponere,actuſque ſubſtinetur alia nullitate non exiſtente.

29 Adiudicatio nulla eſt,quæ facta ſit etiam pro expenſis,à quibus fuerit appellatum.

30 Pretium quod ſupererit in ſubhaſtatione, non eſt præſumendum,ſed probandum ab allegante.

31 Bonorum hæreditariorum in ſubhaſtatione non præſumitur pretij aliquid reſidui ſuperfuiſſe, quod ad hæredem beneficiatum deuenerit, niſi probetur.

32 Spolio agens ob nullitatem ſubhaſtationis probare debet, quid ſuperfuerit, deductis expenſis, etiam de illarum liquidatione non conſtito.

33 Retentio competit etiam pro expenſis non liquidis ad effectum ſaltem excludendi ſpolium.

De Pretio, & retractu pignoris, & in quo vertendum.

INSP. XXXIX.

IVdex † pretium redactum ex pignoribus 1
captis in actione perſonali tenetur in cauſam iudicati conuertere, *Rot.recent.dec.259.num.1. p.5. & in Firmana, ſeu Maceraten. Dotis 27. Martij 1620.coram Pirouano poſt tract.deciſ.50.num.3.* & ideo 2
† facit illud tradere creditori, *Pract. Papien. in form.execut.ſent.diffinit.in gloſ.ſapiens, ſub numer. 20. verſ. amplius quæritur*; *& ſub numero 23. Mangil.*

Digitized by Google

3 de ſubbaſt.qu.21.num.15. † vſque tamen ad menſu-
ram debiti, Mang.de ſubb.qu.1.num.8.

4 Nec † redactum, & receptum ex pignore
poteſt conuerti, ſeu compenſari in aliam cau-
ſam, quam in eam, ex qua pignus captum, &
venditum fuit, Grat.diſcept.for.cap.224.nu.25.

5 Vnde † debitor non habet facultatem eli-
gendi in quam cauſam ſolutio pretij pignoris
conuerti debeat, ſed habet creditor, Ant.Lanar.
6 conſ.24.n.7.Grat.d.cap.224.n.50. cum † in hoc iura
magis creditori faueant propter moram, &
culpam debitoris, ob cuius factum pecunia re-
digitur ex pignore, Grat.d.cap.224.n.56. Rot.in Ro-
mana Fideiuſſionis 21. Maij 1604 coram Card.Lancel-
lotto, penes Marcheſ.de commiſſ.par.1.fol.770.nu.5.& in
7 recent.dec.74.numer.3.par.3. licet † alias ſit in arbi-
trio debitoris, vbi idem ſoluit, declarare, in
quam cauſam ſoluit, l.1. & l.creditor.ff.de ſolut.l.1.
C.eod. Rot. in d. Romana Fideiuſſionis, penes Marcheſ.
8 vbi ſup.& in recent.dec.74.num.3.par.3. † Dummo-
do tamen electio per creditorem non fiat, vt
cedat in aliud debitum, quam illud, pro quo
pignus eſt obligatum, Gratian.d.cap.224. num.56.
9 † nec in aliam cauſam, etiam duriorem, Rot.re-
cent.d.dec.74.nu.3.par.3. † nec in pignore obligato
10 eodem tempore duobus, Grat.dict.cap.224.numer.
11 56. Vnde † poteſt eligere in naturale debitum,
pro quo ex conuentione pignus ſit obligatum,
gloſ. pen. in l.1. Cod.de ſolut. Tepat. var. ſent. tit. 417.
cap.9.

12 Et, quia † pignus vendi poteſt tam propter
debitum, quam propter alias acceſſiones, leg. ſi
13 neceſſarias, §.fin ff.de pignor.act. † & ſatisfieri debet
creditori tam de ſorte, quam de intereſſe, & ex-
penſis litis, Gluſian. de dat.in ſolut.cap.16.num.263.
14 † debeturque eidem intereſſe pendente etiam
ſubhaſtatione, vt refutatis contrariis, concludit
Mang.de ſubb.queſt.199.numer.12.& ſeqq. & vide ad
15 hoc etiam Cyriac.contr.374.lib.2. † pignoris pre-
tium prius in vſuris, deinde in ſortem compu-
tatur, l.cum & ſortis, ff. de pign.act. Tepat.var.ſen.tit.
417.cap.3.

16 Cumque † pignus ſemper, ſeu ſaltem vt
plurimum pluris æſtimetur, quam debitum,
17 Iodoc.ſubbaſt.cap.3.num.45. & † illius diſtractio à
creditore fiat ad effectum duntaxat, conſequen-
di id, quod ſibi debetur, Rot.poſt Nigr.dec.48.nu.1.
18 † quidquid ex illius pretio vltra debitum, &
expenſas, ac id, quod creditori ſoluitur, atque
debetur, ſupereſt reſtitui debet debitori, Iodoc.de
ſubb.d.cap.3.n.39.& 45. Aſin.de execut.§.7.cap.300.nu.
1.Saluſt. Tiber.in pract. lib.1.poſt capit.58.numero 8.ſub
verſ. iam diximus. Carpan. ad Statut.Mediol.lib.1.cap.
166.numer.31.& 32.& cap.248. numer. 15. Mangil. de
ſubhaſtat.quaſt.58. num.7. Monac.dec.Bonon.56.numer.
22.Giurb.deciſ.161.numer.octauo Rot.poſt Zacch.de ſo-
ciet. offic. deciſ. 60. numero decimo quarto & in recent.
19 deciſ.545.numer.6.par.22. † ſeu ad debitoris com-
modum, ſi ille recipere recuſet, deponi, alias
ſubhaſtatio, & ſecundum decretum deſuper
factum eſt ipſo iure nullum, Mangil.de ſubb.d.qu.
20 68.nu.7.Giurb.dec.53.num.4. & † fortius, ſtante Sta-
tuto, Gilian.ad Statut. Peruſ.in verb.ſubbaſtatio.nume-
ro ſeptimo & ibi Rot.deciſ.5.numer.1.in fin. & deciſ.6.
numer.1. & 2.Cardin.Veroſpius ſenior in Peruſina pra-
tenſi Spolij 15. Octobris 1626.poſt tract.deciſ.69.num.30.
21 & 31.vbi numer.32.quod † ex curſu longi tempo-
ris depoſitum præſumitur factum ad excluden-
dum ſpolium, † Vel deponi debet ad luitionem 22
aliorum creditorum, l.1.§.fin.verſ.ſin autem ij, Cod.
de bon.auct.Iudic.poſſid. Gamm. deciſ. 40.numer.4. in
fin.

Idemque † procedit eo magis in ipſo credi- 23
tore, qui obtulerit, & rem emat, nam tenetur
pariter ſuperfluum deponere ad commodum
debitoris, Giurb.d.dec.53.nu.9. † niſi ſuperfluum il- 24
lud factæ obligationis à creditore cum alio ſuo
credito fuerit in ſecundo decreto compenſa-
tum, quod valide fieri poteſt, Giurb.d.dec.53.nu.5.
& 10. † vel compenſatum fuerit cum expenſis 25
iam liquidis, & earum concurrenti quantitate,
Giurb. ead. dec. † Poteſtque licitator compenſa- 26
re, & retinere pecuniam ſibi debitam, nec tene-
tur deponere, actuſque ſubſtinetur alia nullita-
te non exiſtente, Maſtrill.d.dec.287.nu.82.par.3. Si-
que † creditor huiuſmodi reſiduum non rece- 27
perit, ſufficit, Carpan.ad Stat. Mediolan. d. lib.1. cap.
166.num.32.& cap.248.num.15.

Veluti quoque † ſi adſint expenſæ, quæ non- 28
dum fuerint liquidatæ, huiuſmodi reſiduum
pretij deponi debet, ſeu poteſt pro expenſis li-
quidandis, Rot.penes Zacch.de ſociet. offic. dict. deciſ.
60.num.12. Sed † diceretur decretum, & adiudi- 29
catio nulla, quæ eſſet facta etiam pro expenſis à
quibus fuiſſet appellatum, Bertaz.conſ.401.ſub nu.
33.lib.2.

At, † quod aliquid ſupererit, non videtur 30
præſumendum, ſed probandum eſſe ab eo, qui
illud allegat, Rot. in Firmana, ſeu Maceraten. Dotis
27. Martij 1620. & 14. Martij 1629. coram Pirovano,
poſt tract.deciſ.50.numer.3. & 4. & dec.51.num.2. vbi,
quod † in ſubhaſtatione bonorum hæreditario- 31
rum non præſumitur aliquid reſidui ſuperfuiſ-
ſe, quod ad manus hæredis cum beneficio in-
uentarij deuenerit, niſi probetur, & Cardin.Ve-
roſpius ſenior in Peruſina pratenſi Spolij 13. Octobris
1626.poſt tract.dec.69.n.13. vbi, quod † agens ſpolio 32
debet probare, quid ſuperfuerit deductis ex-
penſis, etiam quod non conſtet de illarum li-
quidatione, & quod † pro expenſis etiam non 33
liquidis retentio competit, ad effectum ſaltem,
vt induci non poſſit ſpolium.

SVMMARIA.

1 *Creditorum plurium in concurſu debet Iudex proui-
dere, vt pecunia ex bonis debitoris retracta, vel
retrahenda deponatur in loco tuto, & poſtea ad
graduationem procedere.*

2 *Conditiones apponi poſſunt, & ſæpe apponuntur in
venditionibus, quæ ſub haſta fiunt circa pretij
diſtributionem, & creditorum cautelas.*

3 *Cautio de reſtituendo prioribus, & potioribus credi-
toribus, & de contribuendo cum æqualibus quan-
do locum habeat, vel non. & n.4.5.8.9.11.& ſeqq.
& quod ab illius decreto non detur appellatio, d.
num.11.*

6 *Creditor in venditione pignoris debet præſtare ſe
creditorem, & potiorem, & nu.7.*

10 *Cautio de reſtituendo prioribus, & potioribus vide-
tur creditoribus oneroſa, ſed magis oneroſum eſt,
vt emens inſcius & bona fide, auctoritate publi-
ca decipiatur.*

15 Circui-

Digitized by Google

15 *Circuitus ſunt euitandi.*

19 *Adiudicatio, & immiſſio data in vim rei iudicatæ non facta obligatione de reſtituendo prioribus, & potioribus, vt mandat ſententia, eſt notorie iniuſta.*

20 *Clauſula, ad omne mandatum Domini, non eſt neceſſaria ad effectum agendi executiue, ſed ſolet apponi ad maiorem cautelam, & pro faciliori executione.*

21 *Obligatio facta penes acta Curiæ de reſtituendo prioribus, & potioribus habet executionem paratam.*

22 *Cautio de reſtituendo prioribus, & potioribus operatur, vt pecunia præſumatur ſemper extare, & poſſit vendicari, ac ſi non eſſet ſoluta. Decl. vt n.23.*

24 *Poſſunt ex ea anteriores, & potiores pecuniam auocare, & contra poſteriores agere, vt reſtituant.*

25 *Et per eam prouidetur tam creditoribus abſentibus, & non citatis, quam ipſi emptori, ne auctoritate publica decipiatur.*

26 *Creditor anterior agens contra poſteriorem, ex cautione de reſtituendo quid probare debeat.*

27 *Cautio de reſtituendo operatur, vt nec debitor ſit liberatus, nec creditum extinctum.*

28 *Creditor poſterior, qui ab anteriore coactus fuit ex præſtita cautione reſtituere, poteſt ſimile mandatum contra alium poſteriorem obtinere, docto de anterioritate, & abſque actorum tranſportatione, & numero 29. & quare, num.30.*

31 *Emptor ad haſtam poteſt vti cautione data de reſtituendo anterioribus, & potioribus, dum moleſtatur ſuper bonis, & abſque ceſſione, & num.30.*

De pretio deponendo, & Cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus.

INSP. XL.

1 IN concurſu plurium creditorum † debet Iudex prouidere, vt pecunia ex bonis debitoris ſubhaſtatis retrahenda, vel retracta deponatur in loco tuto, & poſtea procedere ad eorum graduationem ſecundum eorumdem prioritatem, & potioritatem, *Pegu. dec. 199. in fin. & ſentit Rot. in Peruſina Pecuniaria 6. Iunij 1625. coram Coccino, poſt tract. dec. 60. in princ.*

2 Poſſuntque † in hac venditione, quæ fit per ſubhaſtationem, apponi conditiones, & vt plurimum apponuntur circa pretij diſtributionem, & cautelas creditorum, & aliæ, *Gregor. deciſ. 193. numero 12.*

3 Vnde † bona, ac ſolita practica eſt pro maiori caurela, vt fiat conſignatio ipſius pretij, & pecuniæ cum idonea cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus creditoribus, & de contribuendo cum æqualibus ad omne mandatum Domini, ſiue agatur cum decocto, ſiue non, & ſiue conſtet, adeſſe alios creditores, & ſiue omnes concurrant, ſiue non, & ſiue concurrat eorum maior pars, ſiue minor, atque etiam quod diſtractio facta fuerit ad inſtantiam vnius tantum, & poſtea alij ſuperuenerint, ad tradita *per Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 6. par. 7. numero 33. & ſeqq. tom. poſter. & deciſ. 222. numero 23. Saluſt. Tiber. in pract. lib. 3. cap. 16. numer. 4. & 6. Aſin. de execut.*
§. 7. cap. 300. numero primo March. de comm. par. 1.
de comm. appellat. ab obligatione camer. §. 1. numero
169. & ſequentibus. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 950. nu-
mero 16. vbi de ſententia graduatoria, & aſſigna-
tione bonorum debitoris cum tali cautione.
Cenc. de cenſib. quæſt. 111. numero 29. in fin. iuxta nouiſſ.
impreſſ. Taurin. Maſtrill. deciſ. 126. numero 21. & ſeqq.
Seraph. deciſ. 1233. in princ. Rot. poſt Zacch. deciſ. 1231. in
princ. Rot. poſt Zacch. de oblig. camer. deciſ. 86 in princ. &
in recent. deciſ. 1. numero 6. par. 3. & deciſ. 390 numero 1.
par. 4. vbi, quod *iuxta deciſionem Vinc. de Franc. 200.*
numero 4. & 5. quæ practicatur in Curia debito-
ris bona ad inſtantiam creditorum ſubhaſtari
poſſunt ad effectum conſignandi pretium iiſ-
dem creditoribus cum cautione de reſtituendo
prioribus, & potioribus, *& apud Pacific. de ſalui.*
deciſ. 219. num. 2. vbi, quod † iſta cautio debet præ- 4
ſtari in actione tributaria, & in aliis quibuſcun-
que caſibus, ad quos ſe remittit, & quod in aliis
caſibus regulariter ſatisfieri debet creditori-
bus primo venientibus, nulla præſtita cautio-
ne: & idem tradit *Duran. deciſ. 421. numero 20. &*
eſt ex. in leg. procuratoris, §. fin. ff. de tribut. ad quem ſe
remittit *Gratian. ad Statut. Peruſ. in verb. diſcuſſio. nu-*
mero quarto & diſponit Paul. V. in reformat. tribun. Vrb.
in rubr. de iudic. ciuilib. verſ. cauſæ diſcuſſionis, in fin.
† vel etiam in euentum, in quem recipiens non 5
eſſet creditor, *Rot. penes Zacch. de oblig. camer. d. dec.*
88. in princ.

Cum † creditor in hac venditione debeat 6
præſtare ſe creditorem, *D. Thomat. deciſ. 81. numero*
& † quidem potiorem, *Ann. alleg. 68. Ricc. in collect.* 7
67. Ita vt, † dum vult pretium, opus ſit, vt pro- 8
mittat, ſe verum, anteriorem, ac potiorem cre-
ditorem, ſi pignus non poſſideat, & ex lege, vel
pacto faciat illud vendere ſub haſta: ſed † ſe- 9
cus eſt, quando pignus poſſidet, & ſecundus
creditor illi offert, quia tunc tenetur ſolum ce-
dere iura talia, qualia, *Gratian. deciſ. 215. in addit.*
nu. 5. & ſeq. Et quamvis † huiuſmodi cautionem 10
præſtare videatur creditoribus oneroſum; ma-
gis tamen oneroſum eſt, quod emens inſcius, &
bona fide auctoritate publica deceptus ma-
neat, *Fontanell. dec. 222. in fin.*

Atque proinde † decretum Iudicis, quo pro- 11
cedi mandetur ad vlteriorem executionem, &
ſubhaſtationem data per inſtantē dicta cautio-
ne, dicitur iuſtum, *Rot. poſt Pic. ad Statut. Vrb. dec. 12.*
n. 2. & non admittit appellationem, *Vrſell. in verb.*
appellatio. concl. 128. n. 861. & ſeq. † Niſi ſit, qui omni- 12
bus præferatur, quia ille cautionem præſtare non
tenetur, *Rot. poſt Fenz. ad Stat. Vrb. dec. 70. in fin.* † Vel 13
niſi concurrat, alius anterior, quia tunc obſtat
regula, † dolo facis petere, quod ſtatim es reſti- 14
tuturus, & quod † circuitus ſunt euitandi, *Rot. poſt* 15
Nigr. de ſubh. dec. 29. in fin. Vel † niſi agatur inter 16
duos, qui ſint pares in diligentia, vt quia ambo
habeant mādata relaxata, & ſuper iiſdem bonis
executionem fecerint, & alter petitor infringat
competitorem, *Rot. penes Pic. d. dec. 12. nu. 3.* & † eo 17
minus, quando eorū alter non modo ius pigno-
ris, ſed etiā dominiū prætendit, quia tunc ſubla-
tis bonis illi non proſpicitur per cautionem de
reſtituēdo, *d. dec. 12. n. 3. & 4. apud Pic.* Quare † Sta- 18
tuto, ſeu decreto diſponēte, quod omnes, qui de-
fuerit creditores, nō aliter ſui crediti ſatisfactio-
nē recipiāt, niſi præconis voci, ſeu ſubhaſtationi

bona ſubiiciantur, & prius fideiuſſerit de reſti-
tuendo habentibus potiora, & meliora iura, &
conferendo habentibus æqualia , huiuſmodi
diſpoſitio locum non habent in iis bonis, quæ
tertius declarari obtinuiſſet, ſua eſſe, & vendi
non potuiſſe, *Mang. de ſubh. qu. 138. nu. 4. & ſeq. Surd.*
19 *dec. 122. per tot.* Prout † etiam adiudicatio, & im-
miſſio data in vim rei iudicatæ, non facta obli-
gatione de reſtituendo prioribus , & potiori-
bus iuxta formam ſententiæ, eſſet notorie iniu-
ſta, *Rot. recent. 181. num. 3. par. 2.*

20 Non † tamen dicta clauſula, Ad omne man-
datum Domini , eſt neceſſaria ad effectum
agendi executiue , ſed ſolet apponi ad maio-
rem cautelam pro faciliori ſolum executione,
*Seraph. dec. 1396. nu. 2. quæ eſt etiam poſt Mang. de ſubh.
dec. 67. ſub nu. 1. Vrſell. in verb. appellatio. concl. 128. num.*
21 *836.* † Daturque via executiua pro huiuſmodi
promiſſione, deficiente etiam in obligatione
cameræli, ſi ſit facta penes acta Curiæ, *Zacch. ad
Galleſ. de oblig. camer. qu. 37. num. 10. in addit.*

22 Per quam cautionem † pecunia etiam con-
ſumpta, & confuſa, præſumitur ſemper extare,
& poteſt ab anterioribus, & poſterioribus ven-
dicari, ac ſi ſoluta non fuiſſet, *Fontan. de pact. nupt.
clauſ. 5. gloſ. 8. par. 7. num. 35. & 36. tom. poſter. Marcheſ.
de comm. par. 1. de comm. appell. ab oblig. Camer. §. 1 nu.
177. Grat. diſcept. for. cap. 701. num. 1. Gait. de cred. cap. 4.
quæſit. 2. numero 1317. Scapucc. de ſalu. lib. 2. qu. 13. nu. 3.
& ibi Add. iuxta modern. impreſſ. Peruſ. Pacific. ord. eod.
tract. inſp. 3. cap. 2. numero 242. & ibi Rot. dec. 133. nu. 11.
& dec. 134. numer. 1. & 2. Vinc. de Franc. deciſ. 75. nu. 9. &
deciſ. 200. numer. 4. par. 1. Ioſ. Ludouic. dec. Peruſ. 45. num.*
23 *20. Maſtrill. dec. 126. nu. 16. & ſeqq. vbi n. 24.* † ſecus ſi
pecuniæ ſolutæ eſſent debitori, & data per ip-
ſum eſſet ſimilis cautio, niſi illis creditoribus, ad
quorum inſtantiam fuiſſent facta ſequeſtra. *Rot.
recent. deciſ. 48. ſub nu. 5. par. 4. & penes Cenc. de cenſib.*
24 *dec. 384. nu. 5. & 6. iuxta nouiſſ. impreſſ. Taurin.* † & po-
tiores ex huiuſmodi obligatione pecuniam
auocare, & contra poſteriores agere, vt reſti-
tuant, *Fontanell. dec. 223. numer. 4. poſt Mangil. de ſubh.
dec. 66. nu. 11.* vbi de obligatione in forma Came-
25 ræ. † Atque per eam prouidetur non ſolum
creditoribus abſentibus, vel non citatis , ſed
etiam ipſi emptori bonorum, ne auctoritate Iu-
dicis, & ſic ſub fide publica decipiatur, *Fontanell.
d. clauſ. 5. gloſ. 8. par. 7. num. 40. 46. & 49.*

Proinde, eueniente caſu relaxationis manda-
26 ti pro reſtitutione contra vnum, † ad quod re-
quiritur , vt doceatur de dicta obligatione de
reſtituendo , & de anterioritate, & prioritate
crediti, *Rot. poſt Cenc. de cenſib. dec. 416. in princ. & nu.*
27 *1. iuxta nouiſſ. impreſſ. Taurin.* † cum prædicta cau-
tio operetur, vt nec debitor ſit liberatus , nec
28 creditum extinctum, *Cocc. dec. 356. n. 4.* † poteſt &
ille ſimile mandatum obtinere contra alium,
29 qui ſit poſterior, *Seraph. deciſ. 1476.* † & quidem
abſque eo, quod acta tranſportet, ſed ſolummo-
do docto de prioritate, & potioritate, mandati
relaxatione, ac de inſtrumentis obligationum,
Seraph. d. dec. 1396. num. 1. quæ eſt etiam poſt Mangil. de
30 *ſubh. dec. 67. n. 1.* quoniam † tunc, ſecuta reſtitutio-
ne pecuniarum, reuiuiſcit creditoris creditum,
quia res non dicitur ſoluta, dum ſoluta non du-
rat, *Salgſt. Tiber. in pract. dict. lib. 3. cap. 16. num. 5.*
31 Prout † poteſt etiam emptor, quoties pulſa-
tur ad inſtantiam anteriorum creditorum , &
habens intereſſe petere contra poſteriores , &
eorum fideiuſſores , quod ex pecunia per eos
recepta ſoluant anterioribus, à quibus moleſta-
tur, & quidem eadem via executiua , quamvis
in obligatione, & promiſſione dictorum credi-
torum, & ſuorum fideiuſſorum d. emptor non
ſit nominatus, & verba ad eum non dirigantur
cum conſtet de illius intereſſe, & ſic largo mo-
do poſſit dici creditor, *Fontanell. de pact. nupt. dict.
clauſ. 5. gl. 8. par. 7. num. 46. tom. poſter. Pacific. de ſalu. d.
inſp. 3. cap. 2. n. 408. & 409. Marcheſ. de comm. par. 1. de
comm. appell. ab obligat. camer. §. 1. num. 170. & ſeq. Gra-
tian. diſcept. forenſ. cap. 37. nu. 41. 42. 44. & ſeqq. Zacch.
ad Galleſ. de oblig. camer. qu. 37. numer. 53. vbi Rot. dec.
86. Mangil. de ſubh. qu. 104. num. 5. & ſeqq. & qu. 179. n.
11. & 12. Seraph. dict. deciſ. 1233. ſub num. 1. & ſeqq. Rot.
poſt Cenc. de cenſibus deciſ. 490. numer. 17. iuxta nouiſſ.
impreſſ. Taurin.* ita vt † nec requiratur illi ceſſio, 32
*Mangil. dict. quæſt. 179. numero 12. Fontanell. loco citato
numero 47.*

SVMMARIA.

1 Expenſæ ſubhaſtationis , & licitationis cauſa factæ ſunt prius ex pretio pignoris deducendæ, & quæ & in quibus fiant, ſeu conſiſtant, & n. 3. & ſeqq. & numero 14. & 15.

2 Expenſæ in lite , vel in re neceſſario factæ prælationem ſemper habent.

4 Gabella ſoluenda ex Statuto pro pretio rei ſubhaſtatæ an ſoluenda ſit pro rata, quam capiunt expenſæ & num. 5. & 6.

10 Expenſæ factæ aduerſus opponentes an ab ipſis , vel aliis repetantur, & nu. ſeqq.

16 Creditores hypothecarij poſt detractionem expenſarum ſubhaſtationis cæteris præferuntur, & inter eos locum habet regula, qui prior in tempore, & numero 17. Ampl. vt num. 18. & 25.

19 Expenſæ in lite factæ gaudent priuilegio anterioritatis, & hypothecæ, quod habet ſors tanquam illi acceſſoriæ, & idem cenſendum eſt de illis, quod de ſorte quoad condemnationem ; & executionem, & numero 20. & 21.

22 Debitor non poteſt euitare, quin eius damno cedant ſumptus litis motæ inter creditores pro iure , & ordine pignoris, ipſo etiam ignorante.

23 Pretium ex pignore redactum prius cedit in antiquius debitum, & deinde in poſterius, ſi quid remaneat, & numero 24.

25 Cauſa ſemper attenditur , per quam ad pignus deuentum fuit.

26 Hypothecam habens ſpecialem , & qui eſt creditor potior in re ſubhaſtata præfertur priori generalem habenti.

27 Hypothecis pluribus ſpecialibus, ſeu generalibus exiſtentibus, & ſub eadem data, ſi pro omnibus pecunia non ſufficiat, fit diuiſio pro rata.

28 Depoſita poſt crediteres hypothecarios ſatisfiunt.

29 Creditoribus chyrographariis , & librariis , aliiſque hypothecam non habentibus , ſed tantum perſonalem actionem , vel etiam hypothecam , ſed in chirographo non habente requiſita leg. ſcripturas , ſatisfit vltimo loco , inter eos temporis prioritate non attenta ; & quomodo fiat di-

Digitized by Google

ſiat diſtributio & nu.30. & 31. ſed occupantis eſt melior conditio. vt nu.32.

33 *Officiorum Romanæ Curiæ pretium redactum ex ſubhaſtatione quomodo inter creditores ſit diſtribuendum.*

34 *Feudi, vel emphyteuſis ſub haſta venditi pretium cui debeatur, & quis in eo præferendus, & nu.35. 36. & 37.*

37 *Exigi, vel recipi an aliquid poſſit pro licentia feudum ſubhaſtandi.*

38 *Statuto diſponente, quod in ſubhaſtatione prius ſatisfiat ei, qui prius ſententiam obtinuerit, & fideiuſſerit, etiamſi ſit in credito tempore poſterior, an ſit audiendus prior, qui ſententiam poſteriorem habeat, & quid in Fiſco.*

39 *Defuncti bonorum diſtractio per viam ſubhaſtationis dicitur fieri in ipſius contumeliam, & iniuriam, ſi hæredem apparentem non habeat, vel habeat cum beneficio legis & inuentarij.*

40 *Expenſæ funeris, & Medicorum, ac medicamentorum vltimæ infirmitatis in diſtractione bonorum defuncti primo collocantur loco.*

41 *Ampl.1. vt actio funeraria præferatur etiam creditoribus hypothecariis.*

42 *Ampl.2. in omnibus ſumptibus factis in præambulam mortis ægritudinem, & ad mercedem ſeruorum, qui infirmo famularunt, & ad expenſas tam pro corporis funere & funeris honeſtate, quam pro animæ ſuffragio. & nu.43. & 44.*

45 *Ampl. etiam in ſalario Procuratoris, ſed Sollicitatoris, qui hæreditatem à moleſtiis defendit. & num. 46. & 47.*

48 *Expenſæ omnes neceſſariæ factæ pro hæreditate præferuntur aliis creditoribus hypothecariis.*

49 *Perſonæ miſerabiles præferuntur aliis creditoribus anterioribus vſque ad ſummam ſcutorum quinquaginta.*

50 *Creditores collocandi ordo & materia vbi tractetur.*

De Creditorum ordine, & prælatione.

INSP. XLI.

1 DE pretio † pignoris ſubhaſtati prius expenſæ ſubhaſtationis, & licitationis cauſa factæ ſunt deducendæ, *l. cum apud veteres, C. de bon. auct. Iudic. poſſid. Papon. de arreſt. lib.18. tit.6. arr.29. col. 5. in fin. Aſin. de execut. §.7. cap.300. numer.1. Mangil. de*
2 *ſubha. quæſt.155. num.1.* † Semperque præcedit ſumptus, qui neceſſario factus eſt ſiue in litem, ſiue in rem ipſam, *l. quod priuilegium, ff. depoſ. l. quod proprio, §. litis impendia ff. de procurat. Ant. Fab. in Codic. lib.8. tit.17. debit. vend. pign. imped. non poſſ. defin.1. nu.3. in allegation.*

3 Fiunt † enim expenſæ in ſubhaſtationibus, pignoribus, captione, venditione, & ſubhaſtatione, ac interpoſitione, & traditione decreti, *Papon. de arreſt. lib.18. tit.6. arr.24. & arr.29. col.6.*

4 Hinc itaque eſt, quod, † ſi pro venditione in vim Statuti ſolui debeat gabella ad rationem tot pro quolibet ſcuto deducitur, quod impenditur in ſubhaſtationibus faciendis, & ſolum exigitur gabella reſpectu eius, quod remanet apud creditorem, *Mangil. de ſubhaſt. d. qu.155. nu.2.*
5 † maxime ſi Statutum dicat, quod ſoluatur gabella pro pretio, quod creditor recipiat, *Mangil. ibid. num.3.* † Quod tamen declaratur procede- 6
re, ſi Statutum ſimpliciter diſponat, quod gabella ſoluatur pro pretio rei, ſecus ſi pro pretio, quo quis vendat, *Mangil. loc. cit. nu.4.*

Hinc etiam eſt, quod † expenſæ, quæ fiunt 7
pro ſubhaſtationibus, ſunt in primis detrahendæ per eum, qui eas fecit, ſi res redhibeatur, ſeu ille à creditore anteriore excludatur, *Aſin. de execut. §.4. cap.76. n.1. Grat. diſcept. for. c.343. nu.1. & 2.* Et
† in ſubhaſtandis, vel appretiandis bonis ven- 8
dendis ad incantum ad plurium creditorum inſtantiam in graduatione ante omnia ex pretio eorumdem bonorum detrahuntur expenſæ, quæ currunt in illorum expeditione; *Borell. in*
ſumm. deciſ. tit.39. nu.381. tom.2. Et, † qui proſequutus 9
eſt auctiones, in primis debet auctionum expenſas recuperare, & poſtea ad contributionem cum aliis venire, *l. fi. verſ. quid enim. C de bon. auctor. Iudic. poſſid. Ioan. Fab. in l. ſi eo tempore, Cod. de remiſſ. pign. Rebuff. de præcon. licitat. & ſubh. art. quarto, gloſ.1. num.7. Papon. de arr. lib.19. tit.6. arr.12. in append.*

Animaduertendum tamen eſt, Primo, quod 10
† ſoli ſumptus ſubhaſtationum, & proclamationum facti ex pretio rei diſtractæ, & prima pecunia confecta, & proueniente ex venditione, & adiudicatione peti poſſunt, & capiuntur, non autem ſumptus facti aduerſus eos, qui auctioni interceſſerunt, ſeu ſe oppoſuerunt, & diruendarum oppoſitionum gratia, & inter opponentes, *Papon. de arr. lib.18. tit.6. arr.12. in appen.* vbi, dummodo neque dolus, neque fraus ſit, *Tepat. var. ſent. tit. 417. cap.8.*

Nam, † opponentes bona cauſa nituntur, ſi- 11
bi imputet actor, qui temerarie contradixit, ſi vero mala, is expenſas ab opponentibus conſe-
quitur, *Papon. d. arr.24.* † Quamvis ſecus quoad 12
expenſas factas bona fide, *Papon. ibid.* † Eſtque 13
nihilominus etiam Iudici arbitrarium, vtrum expenſæ factæ ad contradicendum oppoſitionibus, & in ſententiis; & ſic in ſportulis ſubhaſtationum ex pretio rei ſubhaſtatæ, vel aliunde ſolui debeant, qui temeritatem, vel neceſſitatem cognoſcere poteſt, *Papon. d. arr.38.*

Secundo animaduertendum eſt, quod † ij 14
tantum ſumptus ſubhaſtationum ex pretio debentur, qui ſunt legitime facti, *Papon. de arr. lib.*
18. tit.6. arr.12. in append. Atque ideo, † ſi creditor 15
ſubhaſtationem, alioſque proceſſus inſtituerit, qui nulli reperiantur, ei ſumptus in illorum proſecutione facti non ſunt refundendi, *Add. ad Papon. d. arr.12. in append.*

Præfatis autem ſubhaſtationum expenſis ex
pretio detractis; † generaliter præferuntur in 16
eo, quod remanet, creditores hypothecarij,
† inter quos locum habet regula; qui prior in 17
tempore, potior in iure, *Rebuff. de præcon. licit. & ſubhaſt. art.4. gl.1. nu.4. Papon. de arreſt. lib.18. tit.6. arr. 29. col. in fin. & ſeqq. Saluſt. Tiber. in prax. lib.3. cap.16. num.3. Gargear. conſ.10. nu.2. & ſeqq. Mangil. de ſubha. quæſt.129. num.3. quæſt.140. numer.1. Ambroſin. deciſ. Pe-*
ruſ. ſecundo ſub num.13.15.17.19. & 30 in fin. † Etiam 18
quod ſint creditores chirographarij in concurſu cum inſtrumentis, dum habeant hypothecam cum anno, die, & ſubſcriptione partium, & trium teſtium fide dignorum, ac eorum, vel etiam duorum recognitione, & depoſitione

Digitized by Google

ſuper veritate, *Mangil.de ſubh.q.123.num.9.& 10.*
19 Præſtandique ſunt ſingulis † ex pretio pi-
gnoris, ſeruato temporis priuilegio, quod ſors
habet, etiam ſumptus in litem neceſſario facti
inter plures creditores pro iure pignoris tuen-
do, *Ant.Fab.in ſuo Codic.lib.8.tit.16.defin.15.& defin.30.*
20 *& tit.17.defin.2.* † Et habent expenſæ factæ in
ſubhaſtatione pignorum priuilegium hypothe-
cæ, ſicut habet creditum ſortis principalis, *Caſ-*
ſan. de glor. mund. in 12.par.conſil.99.verſ.18. extende
21 cum † expenſæ, licet poſtea factæ, ſint acceſſo-
riæ, & dependentes à lite ſuper negotio princi-
pali, & de illis quantum ad condemnationem,
& executionem idem cenſendum ſit, quod de
ſorte principali, *Seraph. deciſ. 891. numer. 4. & 5.* &
22 † non poſſit debitor recuſare quominus damno
eius cedant ſumptus litis motæ inter credito-
res pro iure, & ordine pignoris, etiam ignoran-
te ipſo debitore, *Ant.Fab.dict.lib.8.tit.decimo ſeptimo*
defin.2.
23 Et ſic † pretium ex pignore redactum prius
cedit in antiquius debitum, &, ſi quid reſtat, in
poſterius, *leg.pupilli.96.§. cum ead. ff. de ſolut. Tepat.*
24 *var.ſent.tit.417.c.3.* ita vt † poſterior creditor ni-
hil ſit conſecuturus, ſi nihil reſidui reperiatur,
Papon.loc.ſup.cit.
25 Quæ † procedunt, ſiue agat de retractu pi-
gnoris prætorij, ſiue de retractu pignoris iudi-
cialis, cum ſemper attendatur cauſa, per quam
ad pignus deuentum fuit, *Ambroſ.d.dec.Peruſ.2.n.*
17.circa fin.
26 Sed, † ſi poſterior creditor habeat ſpecialem
hypothecam, ſeu ſit creditor potior in re ſub-
haſtata, is præfertur priori in tempore genera-
lem habenti, *Papon. vbi ſup.Grat.diſcept.for.cap.730.*
nu.18.Rot.recent.dec.681.n.9.par.1. Caualer.dec.429.nu.
4.Baratt.dec.689.ſub num.3.
27 Sique † vtraque hypotheca ſit ſpecialis, ſeu
vtraque generalis, & ſub eadem data, & non
adſit pro vnoquoque credito pecunia, ea, quæ
extat, cedit in vtrumque debitum pro rata, *dict.*
l.pupill.96.§. cum eodem.ff.de ſolut.Papon.de arreſt.d.
lib.18.tit.6.arr.29.col.2.in fin.& ſeqq.Tepat.var.ſent.tit.
417.cap.3.
28 Deinde † ſatisfiunt depoſita, *Saluſt. Tiber. in*
29 *pract.d.lib.3.cap.16.n.6.* & † poſtmodum creditores
chirographarij, & librarij, aliique hypothecam
non habentes, ſed ſolam perſonalem actionem,
vel etiam hypothecam habentes in aliquo chi-
rographo non continente requiſita *l. ſcripturas,*
30 *C.qui pot.in pign.hab.* † inter quos non attenditur
prioritas temporis, ſed, ſi pecunia reſidua omni-
bus non ſufficiat, ad æqualitatem, & contribu-
tionem ratione tributaria deuenitur, & ad ſoli-
dos, & libram fit ſolutio, *Saluſt.Tiber.loc.cit.Papon.*
de arreſt.d.lib.18.tit.6.arr.29.col.2.in fin. & ſeqq. Man-
gil. de ſubhaſtat.qu.123.num.2.& ſeqq.Ambr.dict.deciſ.
31 *Peruſ.2.nu.19.& 30.in fin.* † atque concurrunt pro
rata crediti Geometrice, non ſecundum quan-
titatem Arithmeticam, vt tradit *Gluſian.de dat.in*
ſolut.cap.18.nu.271.& ſeqq. vbi id exemplo decla-
32 rat, † Inter quos etiam creditores habentes ſo-
lam perſonalem actionem occupantis eſt me-
lior conditio, *Gluſian.d.cap.18.nu.274.*
33 Creditores, † autem, qui mediante licentia
Summi Pontificis ad ſubhaſtationem Officio-
rum Romanæ Curiæ procedunt, cæteris aliis
creditoribus, quamvis anterioribus, in eorum
pretio præferuntur, *Mangil.de ſubh.qu.160.n.5.& 6.*
Provt † in pretio redacto ex feudo ſub haſta 34
vendito præferuntur illi creditores, qui habent
aſſenſum Domini, *Mangil.de ſubhaſtat.qu.150.n.5.&*
ſeqq.Vinc.de Franc.dec.75.n.5.& 7. Sed † in portione 35
tangente alicui creditori, qui etiam ſit ære alie-
no grauatus, præferuntur in concurſu illius cre-
ditores, qui ſint anteriores, nulla habita aſſenſus
ratione, quia pecunia huic creditori ſoluenda
non dicitur amplius feudalis, ſed burſalis, &
propria eiuſdem, *Mangil.& Vinc.de Franc ibid.* Vbi
tamen omnes creditores à Domino licentiam
obtinuerint, † ſunt illi creditores in bonis feu- 36
dalibus, ſeu emphyteuticis, eorumque ſubhaſta-
tione, & adiudicatione preferendi, qui ſunt prio-
res in tempore reſpectu licentiæ, non qui ſunt
priores reſpectu hypothecæ, & obligationis,
cum contractus à licentia vires accipiant, *Man-*
gil.de ſubh.q.140.n.3.& ſeq.& q.142.n.6.& ſeqq. † Pro 37
qua licentia ſeu conſenſu an poſſit exigi pecu-
nia, tradunt *D.D. in l. Curiales, C. de præd.decurion.*
lib.10.vt refert Gluſian.de dat.in ſolut.cap.4.nu.81.
Quod † ſi adſit Statutum, vt in ſubhaſtatio- 38
nibus prius ſatisfiat ei, qui prius particularem
obtinuerit ſententiam, & fideiuſſionem dede-
rit, ſi expedierit, non habita ratione, an ſit re-
ſpectu ſui crediti tempore poſterior, vel prior,
qui ſero ſui crediti declarationem obtinuit, ſit
audiendus, & quid ſi fuerit Fiſcus, arguit hinc
inde *Mang.de ſubh.qu.137.*quem videas. In diſtri-
butione vero pecuniæ redactæ ex diſtractione
bonorum defuncti, qui hæredem apparentem
non habet, vel habet cum beneficio legis, & in-
uentarij & † cuius bonorum diſtractio ſub ha- 39
ſta, & voce Præconis dicitur in ipſius contume-
liam, & iniuriam fieri, *§.1.Inſti.quib.ex cauſ.manu-*
mitt.non lic.vbi Oinotom n.8.& 9.Rot.poſt Cenc.de cen-
ſib.dec.558.ſub nu.3.iuxta nouiſſ.impr.Taurin. † collo- 40
cantur primo loco ſumptus funerum, & obſe-
quia Medicorum, ac Pharmacopeorum phar-
maca, ſeu medicamenta vltimæ infirmitatis, *l.in*
reſtituenda C.de petit. hæred. Pap. de arr.lib.8.tit.5.arr.
45.& tit.6.arr.44. † præferturque actio funeraria 41
creditoribus etiam hypothecariis, *Rot.poſt Fenzon.*
ad Statut.Vrb.dec.70.verſ.tales namque. † Quod priui- 42
legium extenditur ad omnes, & quoſcunq; ſum-
ptus factos in præambulam mortis ægritudi-
nem, *Mantic.de tacit.lib.11.tit.23.nu.26.Franc.de Petr.*
conſ.49.n.3.in fin. † & ad mercedem ſeruorum, qui 43
infirmo famulati ſunt, † & ad expenſas tam pro 44
corporis funere, & funeris honeſtate, quam pro
animæ ſuffragio, *Franc.de Petr.d.conſ.49.nu.4.*
Procurator † etiam, & Sollicitator, qui hæ- 45
reditatem defendit à moleſtiis, & proſecutio-
nib.temeratiorum litigantium, habet in bonis
hæreditariis tacitam hypothecam pro eius ſa-
lario, ſeu mercede, † atque præfertur non ſolum 46
creditoribus habentibus ſiue tacitam, ſiue ex-
preſſam hypothecam, † cum tales impenſæ 47
ſumptibus funeris æquipolleant, & pari paſſu
cum eis ambulent, *Rot.dict.dec.70.verſ.tales namque*
impenſæ.penes Fenzon.ad Statut.Vrb. & eſt generale,
† vt impenſæ neceſſariæ factæ pro hæreditate 48
ſint præferendæ etiam creditoribus hypotheca-
riis anterioribus, *d.deciſ.70. penes Fenzon.verſ. dici-*
turque talis impenſa.

Miſera-

Digitized by Google

49 Miſerabiles † etiam perſonæ præferri debent aliis anterioribus creditoribus pro ſumma ſcutorum quinquaginta, & quidem etiam ſi ſint creditrices in maiori ſumma, *vt poſt Pium V. diſpoſuit Paul. V. in reformat. tribunal. Vrb. in rubr. de Iudic. de cauſ. ciuil. verſ. & quia.*

50 Alia † circa materiam, & ordinem collocandi creditores habes præcipue *in ff. & Cod. qui pot. in pign. hab. in ff. de priuil. credit. & in Cod. pœn. Fiſcal. cred. præfer. & per Dyn. in reg. qui prior. de regul. iur. in 6. Neguſ. de pignor. par. 5. memb. 2. Felician. de cenſibus lib. 3. cap. 5. Saluſt. Tiber. in pract. d. libro 3. cap. 16. numero 2. & ſeqq. Mantic. de tacit. libro 11. tit. 22. & ſeqq. Pacific. de ſalu. inſp. 3. cap. 2. numer. 405. & ſequentibus & cap. 3. Gait. de credit. cap. 4. quæſit. 2. Scacc. de commerc. §. 2. gloſ. 5. Ricc. in collect. deciſ. collect. 9. 198. 244. 473. & 483.* & in terminis ſubhaſtationis *tradit Papon. de arreſt. dict. libro 18. tit. 6. arr. 29. col. 2. in fin. & ſeqq. Ambroſ. dict. deciſ. Peruſin. & videas etiam ſupra Inſp. 19.*

SVMMARIA.

1 Pignus adiudicari poteſt per Iudicem, vel in ſolutum dari creditori, quotieſcunque illius emptor, vel pretium iuſtum non inueniatur & creditor licitare nolit, nu. 2. 14. & ſeqq.

3 Adiudicatio, & in ſolutum datio vim habet ſolutionis.

4 Seu ſolutio cenſetur.

5 Sed eſt ſolutio ficta, tanquam fiat non in pecunia, ſed in bonis, & reguletur non à credito in libello deducto, nec ab actione intentata, ſed è quodam pretio imaginario, num. 6. 7.

8 Et per eam debitor liberatur ipſo iure, vt ſi directo ſoluiſſet, & quare, num. 9.

10 Fit auctoritate Principis per Iudicem ſua ordinaria facultate vti legis miniſtrum.

11 Eam non poteſt ipſe creditor ſibi ipſi facere, ſed poſt immiſſionem ex primo decreto, & terminum ad reluendum, vt illi de credito ſatisfiat, & res, eiuſque poſſeſſio acquiratur, eam facere debet Iudex, num. 12. 13.

14 Datio in ſolutum, vel adiudicatio, quomodo petenda, num. 15.

16 Adiudicatio pignoris creditori fit tantummodo in ſubſidium, & omni fraudis ſuſpicione ceſſante.

17 Adiudicatione prohibita per Statutum, Conſtitutum, vel pactum, aut alias, ſi debitor impediat, ne pignoris emptor reperiatur, poteſt dominium à Principe impetrari.

18 Adiudicare idem eſt, quod applicare.

19 Seu addicere.

20 Vel iudicio peracto, rem controuerſam actori adijcere.

21 Et rei dominium, alicui iudicio ſuo attribuere.

22 Adiudicare pignus, addicere, & in ſolutum dare, quomodo diſtent.

23 Adiudicare importat tranſlationem dominij, ſeu poſſeſſionis, vel, quod res ſit loco pignoris, vel in cuſtodiam ſecundum ſubiectam materiam.

24 Verbum Adiudicationis proprie pertinet ad iudicia diuiſoria.

25 Verba, Aſſignauit, & Adiudicauit, in diuiſione intelliguntur ad effectum ſeparandi partem à parte.

26 Adiudicatio in diuiſione fit etiam vni ſoli, quando res commode diuidi non poteſt.

27 Adiudicatio propriè locum habet in iis, quæ habent cauſam mixtam, hoc eſt, in communibus iudiciis.

28 Adiudicare aliquando exponitur pro iudicare ad ſe ſpectare.

29 Adiudicatio fit à Iudice iudicialiter, & datio in ſolutum à parte parti extraiudicialiter.

30 Datio in ſolutum, & adiudicatio ſunt duæ ſpecies alienationis.

31 Pignus vbi datur à Iudice creditori in cauſam iudicati, vix in iure reperitur, id appellari datio in ſolutum.

32 Datio in ſolutum appellari ſolet, & proprie, quando debitor ſponte dat creditori aliquam rem pro debito.

33 Adiudicatio, & res, & pignus addici dicitur creditori, cum ei iudicialiter res debitoris aſſignatur pro debito, nec quidquam plus creditor offert, & num. 34. & 35.

36 Nec eſt proprie datio in ſolutum, nec alienatio, & num. 37.

38 Nec comprehenditur ſub Statuto loquente de in ſolutum datione.

39 Adiudicatio, & datio in ſolutum differunt inter ſe, & quare.

40 Nec eundem titulum, & nomen habent.

41 Iudicis etiam adiudicatio, & addictio dicitur à Doctoribus datio in ſolutum.

42 Adiudicatio eſt Iudicis datio, ſeu in ſolutum datio.

43 Datio in ſolutum facta per Iudicem eſt adiudicatio.

44 Adiudicatur pignus creditori, dum ei datur in ſolutum.

45 Datio etiam in ſolutum fit interueniente iudicio.

46 Datio in ſolutum, & adiudicatio aliquando confunduntur, & vna accipitur pro alia.

47 Adiudicatio bonorum, & in ſolutum datum à Iudice creditori, differunt inter ſe.

48 Datio in ſolutum eſt duplex, extraiudicialis, & iudicialis.

49 Iudicialis ſpecies eſt executionis realis.

50 Tam facta à parte, quam à Iudice, obligationem extinguit, & fideiuſſores liberat.

51 Non differt, an ſit facta per Iudicem, vel per debitorem, quia factum Iudicis factum partis reputatur.

52 Alia eſt voluntaria, alia coacta, ſeu neceſſaria.

53 Tranſlatio à Iudice facta, ſeu datio in ſolutum, vel miſſio, quæ fit in executionem ſententiæ, dicitur neceſſaria.

De Adiudicatione, ſeu in ſolutum datione.

INSP. XLII.

V Bi, † pignoris emptor aut non inuenitur, 1 aut non offert iuſtum pretium, nec ipſe creditor vult licitare, poteſt ei pignus, & res obligata per Iudicem adiudicari, ſeu in ſolutum dari, *l. à Diuo Pio, §. ſi pignora, ff. de re iudic. l. fin. Cod. ſi in cauſ. iudic. pign. capt. ſit. Neguſ. de pign. part. 6.*

memb.1. ſub numero 10. Baldun. eodem tract.cap.18.col. 7. Aſin. de execut. numero ſexto cap.1. in princ. & §.7. cap.300. numer. 1. Galleſ.de oblig.camer.queſt.37.nu.30. iuxta nouiſſ. impreſſ. cum Zanch.Luc.Pet.in pract.lib.8. cap.2.numer.32.& 45. Saluſt. Tiber.in pract. lib. 1.poſt cap.38.numer.8. ſub verſ. iam diximus. Paſcal. de patr. poteſtat.par.2.cap.10.numero 92.in fin.& ſeqq.& num. 121.Ant. Sol. ad decret. Sabaud.lib. 3. tit. 19. de form.ac ord. obſeruand. in pignor. ſubhaſtation. & delib. bonor. ſtabil. gloſſ. 3. numero ſecundo Caball. conſ. 163. numero 33. Gluſian.de dat.in ſolut.cap.4.numero 78.Franc. Ant. de liquid. inſtrument.numero 74. Ant. Fab.in ſuo Cod. libro octauo titul.16.defin.6. & 24. Antonell. conſil. 27. numero quarto Gilian.ad Statut.Peruſ.in verb.adiudicatio.numero 1.Fenzon.ad Statut. Vrb. cap. 194. numer. 18.& 53. Mangil. de ſubhaſt. queſt. 1.numero vndecimo,
2 vbi quod † Iudex poteſt omnia alia facere vſque ad finalem ſolutionem,& ſatisfactionem creditorum & queſt.20.num.1.& ſeqq.vbi de veriori, & æquiori, & ab omnibus approbata, & de conſuetudine,& queſt.21.nu.9.queſt.58.num.2.qu.59.n.6. qu.64.num.10.& qu 154.nu.12. Maſtril.dec.247. la 2. num.44.& 45.par.3.Rot.recent.dec.391.num.1.par.3. & in Bellaiana Diſcuſſionis 5. Iulij 1603.coram Sermiento, penes Marcheſ.de comm par.3.fol.257.& poſt Pacific.de ſalu.deciſ.2.num.1.

3 Cum † adiudicatio,& in ſolutum datio vim
4 habeat ſolutionis, Seraph.deciſ.1333.num.2. ſeu ſolutio cenſeatur, Coſt.de retract.cap.8.caſ.27.nu.2. Et
5 quamvis † ſit ſolutio ficta, Aſin.de execut.§.7.c.280.
6 numer.3. quia † non fit in pecunia,ſed in bonis,
7 Caualer.deciſ.235.num.3.& † reguletur non à credito in libello deducto,nec ab actione intentata,ſed à quodam pretio imaginario, Aſin.de execut.§.4.cap.4.num.22.verſ. non obſtat etiam poſt med.
8 Attamen † per eam debitor liberatur ipſo iure,
9 ſicut ſi directo ſoluiſſet, cum † fingatur bona adiudicata,ſeu in ſolutum data,prius vendita ei, cui data ſunt,& ab ipſo pecunia nomine pretij breui manu recepta, & deinde eidem loco ſolutionis, & pro ſatisfactione debiti reddita, Aſin.loc.cit.Coſt.d.cap.8.caſ.27.nu.2.& 3.

10 Fitque † adiudicatio auctoritate Principis, hoc eſt per Iudicem ordinarium cauſæ facientem id tanquam legis miniſter auctoritate ordinaria ſibi à Principe conceſſa, non autem quod noua auctoritas in hoc requiratur, Neguſ. de pignor.par.6.memb.1.ſub num.10. Paſcal. de patr.po-
11 teſt.par.2.cap.10.nu.92.in fin.licet † non poſſit ipſe creditor eam ſibi ipſi facere,. l.non ſubſiſtit.§. de officio.ff. de arbitr.l.vnic.C. ne quis in ſua cauſ.Iud.ſit. Hugon.Donell.de pignor.cap.11.circa princ. Aſin. de execut.§.4.c.38.num.1.

12 Ita vt † vltra immiſſionem ex primo decreto & terminum ad reluendum, vt creditori de ſuo credito ſatisfiat, & res illi acquiratur, dicaturque illius poſſeſſor, requiratur Iudicis adiudicatio. Ambroſ.dec.Peruſin.2 num,31.in fin.32.& 34.
13 † eaque à Iudice fieri debeat, Rot.recent.deciſ.411. num.6.in fin.par.5.

14 Debetque † datio in ſolutum, vel adiudicatio peti à creditore hoc modo,videlicet,vt bona debitoris vendantur,emptore reperto,eo autem non reperto,ſibi in ſolutum dentur, Aſin.de exe-
15 cut.§.5.cap.56.nu.1.† nec admittitur ſimplex petitio,vt bona debitoris ſibi in ſolutum dentur,niſi
16 in caſu,quo emptor non reperiatur,cum † creditor ad hoc in ſubſidium tantummodo admittatur, Aſin.dict.§.5.cap.56.num.2. & omni fraudis ſuſpicione ceſſante, Gluſian de dat.in ſolut.capite 4. numer.78.

Sed, † vbi Statutum, Conſtitutio, vel pa- 17
ctum, ſeu aliud obſtaret, quominus creditor poſſet obtinere adiudicationem, & debitor procuraret, vt emptor bonorum captorum, & pignoratorum non inueniretur,poſſet ipſe creditor dominium à Principe impetrare, Carpen. ad Statut.Mediola.c.160.in fin.lib.1.

Eſt † autem adiudicare idem, quod applica- 18
re, Nebriſſ.in vocabul.vtriuſque iur.in verb.adiudicare,
† ſeu addicere, Neguſ. de pignor.par.3.membr.2.ſub 19
numero 36.Baldun.eodem tract. cap.18. colum. 7. & 8. Tiraquel. de retract.lignag.§.1.gloſſ.14. numero octauo, Aſin. de execut.§.4. cap.1. numero 5. Tepat.var.ſent.tit. 419.cap.1.Anton.Fab.in ſuo Cod.libr. 18. tit. 16. defin. 6.
& 24.† vel,iudicio peracto, rem controuerſam 20
actori adiicere, leg.1.§. quibus ff. de effract. Aſin. de execut. §.7.cap. 299. numero primo, Fenzon. ad Statut.
Vrb. cap. 194. numero decimo quarto, † & rei domi- 21
nium alicui iudicio ſuo attribuere, leg.liberto.§. Lucius,ff.de ann. legat. Pandulph. Prat. in lexic. iur. in verb.adiudicatio.FenZon.ad Statut.Vrb.cap.194.numero
decimo quarto, vbi num.15.remiſſiue, † quomodo di- 22
ſtent Adiudicare pignus, addicere, & in ſolu-
tum date, & numer.16.† quod importat tranſla- 23
tionem dominij, ſeu poſſeſſionis, vel, quod res ſit loco pignoris, ſeu in cuſtodiam ſecundum ſubiectam materiam.

Pertinetque † proprie adiudicationis ver- 24
bum ad iudicia diuiſoria,leg.ad officium,vbi omnes, Cod.comm.diuid. Aſin. de execut.dict.§.4.cap.1.num.5.
Decian.conſ.11.nu.36.lib.4. Vnde † verba, Aſſigna- 25
uit,& adiudicauit, intelliguntur in diuiſione ad effectum ſeparandi partem à parte, Mangil. de
ſubhaſtat. queſt.166.num.5.verſ. item promiſſa † fitque 26
etiam vni ſoli adiudicatio,quando res commode diuidi non poteſt, in conſequentiam neceſſariæ diuiſionis Merend. controuerſ. libr. 3. cap. 49.
verſ.mihi videtur,& verſ.hoc ita ſuppoſito. Et † in his 27
proprie locum habet adiudicatio, quæ habent cauſam mixtam, id eſt,in communibus iudiciis, l.ſi quis fundum §.officio,ff.comm.diuid.l.ſed & ſi res, in princip.ff.de public. Nebriſſ.in vocabul.vtriuſque iur.
in verb.adiudicare. Et aliquando † exponitur ad- 28
iudicare, id eſt iudicare ad ſe ſpectare, Nebriſſ. ibidem.

Et quamvis † adiudicatio fiat à Iudice,atque 29
iudicialiter,datio vero in ſolutum à parte parti extraiudicialiter, Aſin de execut.§.4.cap.1.in princip.
† ſintque datio in ſolutum, & adiudicatio duæ 30
ſpecies alienationis, Aſin.ibidem Atque ideo,
† quando Iudex dat creditori pignus in cauſam 31
iudicati,vix in iure reperiatur, id appellari da-
tio in ſolutum,ſed † ſic appellari ſoleat,quando 32
ipſe debitor ſponte dat creditori aliquam rem pro debito, Tiraquel.de retract.lignag.§.1.gloſ.14.nu. 8.Iaſ.Ludon.deciſ.Peruſ.60.numero quinto in fin.& hæc dicatur vere, & proprie datio in ſolutum, l. eleganter,in princ.vbi not.ff.de pignor.act.leg.pretij,Cod.de reſcind.vend.leg.eum,à quo, Cod. de ſolut. Aſin. de execut.§.4.cap.1.numero 2.& §.7.cap.248. numero 3. Rimin. ſen. conſ. 352. numero 32. lib.2.Anton. Sol. ad decret.Saband.libro tertio,tit.39. de form.ac ord.obſeru.in pignor.ſubhaſt.& deliber. bonor.ſtab. gloſſ.3.numer.12.

Vrſill.

Digitized by Google

Vrſell. in verb. Adiudicatio. concluſ. 2. numero 52. at,
33 † quando creditori iudicialiter res debitoris aſ-
ſignatur, dicatur tunc adiudicatio, & res, & pi-
gnus ei addici, *leg. à Diuo Pio, §. ſi pignora cum duo-
bus §§. ſeqq. ff. de re iudic. leg. fin. Cod. ſi in cauſ. iudic.
Aſin. de execut. dict. §. 4. cap. 4. numero 3. Rim. ſen. d. conſ.
352. numero 32. lib. 2. Ioan. Ant. Cannet. in extrauag. vo-*
34 *lentes folio 193. nu. 1.* † ſcilicet cum addicitur pro
ipſo debito, nec quidquam amplius offert cre-
ditor, *Ant. Fab. in ſuo C. lib. 8. tit. 16. de diſtract. pignor.*
35 *deſin. 6 n. 3.* & ſic † adiudicatio, quæ fit à Iudice,
dicatur addictio pignoris, *Baldun. de pignor. cap.
18. col. 7. in fin. Luc. Pet. in pract. lib. 8. cap. 2. numer. 58.
Anton. Sol. ad decret. Saband. lib. 3. tit 39. de form. ac ord.
obſeru. in pignor. ſubhaſtatione & deliber. bonor. ſtab.*
36 *gloſſa tertia num. 12.* † nec ſit proprie datio in ſo-
lutum, *Luc. Pet. loco citato, Vrſell. in verb. Adiudicatio.*
37 *num. 2.* † nec proprie dicatur alienatio, *Borgnin.*
38 *deciſ. 6. nu. 27. par. 3.* Ac proinde † adiudicatio non
comprehendatur ſub Statuto de datione in ſo-
39 lutum loquente, *Luc. Pet. vbi ſup. num. 55.* Et † diffe-
rant inter ſe, quia datio operatur veritatem, &
40 adiudicatio fictionem, *Borg. d. dec. 6. numer. 33. verſ.
quantum vero par. 3.* & eundem titulum, & nomen
non habeant, *Aſin. de execut. §. 4. c. 1. num. 4.*

41 Attamen † etiam huiuſmodi Iudicis adiudi-
catio, ſeu addictio dicitur à Doctoribus datio
42 in ſolutum, cum † adiudicatio ſit Iudicis datio,
Add. ad dec. 120. Vinc. de Franc. numero 8. ſeu in ſolu-
tum datio, *Corn. conſ. 73. num. 8. lib. 2. Gilian. ad Statut.
Peruſ. in verb. adiudicatio numero 2. Monac. deciſ. Lu-
cenſ. 37. numer. 4. Vrſell. in verb. Adiudicatio. conclu. 52.*
43 *num. 2.* & † datio in ſolutum facta per Iudicem
44 ſit adiudicatio, *Mart. 36. numero 26.* † adiudicatur
enim pignus creditori, dum ei in ſolutum da-
tur, *Pancir. in pract. par. 3. verſ. tertio modo, folio 315.*
45 † & in ſolutum etiam datio fit interueniente
iudicio. *BertaZZol. conſ. 401. num. 24. lib. 2.*

46 Adeo vt † datio in ſolutum, & adiudicatio
aliquando confundantur, & adiudicatio pro
datione in ſolutum, & è contra datio in ſolu-
tum pro adiudicatione accipiatur. *Aſin. de execut.*
47 *dict. §. 4. cap. 1. in princip.* licet & † ipſa adiudicatio
bonorum, & in ſolutum datum à Iudice credi-
tori inter ſe differant, *Borgn. dict. deciſ. 6. num. 35. &
36. par. 3.*

48 Vnde † datio in ſolutum eſt duplex, extraiu-
dicialis ſcilicet, quæ extraiudicialiter fit à de-
bitore creditori, & iudicialis, quæ fit à Iudice in
iudicio, *Aſin. de execut. §. 7. cap. 249. in princ. cap. 251.
in princ. & cap. 296. numero 2. in fin. Ioan. Ant. Cannet.
in extrauag. volentes, folio 191. num. 13. Coſt. de port. rat.
quæſt. 153. numero 1. Gilian. ad Statut. Peruſ. in verb. ad-*
49 *iudicatio.* & hæc iudicialis ſpecies eſt executio-
nis, *Aſin. de execut. §. 4. cap. 1. in princ. & cap. 15. etiam
in princ. & §. 7. cap. 148. numero 1.* ſcilicet realis, *Corn.
conſ. 73. num. 7. in fin. & nu. 8. lib. 2. Monac. d. dec. Lucen.*
50 *37. numer. 5.* & † tam facta à parte, quam à Iudice
obligationem extinguit, & fideiuſſores liberat,
51 *Pacific. de ſalu. Inſp. 3. cap. 2.* † nec differt, an ſit fa-
cta per Iudicem, vel per debitorem, cum factum
Iudicis factum partis reputetur, *Mart. vot. 36. nu-
mero 19.*

52 Seu † datio in ſolutum alia eſt voluntaria,
alia coacta, *Tepat. variar. ſent. tit. 416. c. 8. Ioſ. Ludouic.
deciſ. Peruſ. 60. numero 11.* Vel alia eſt voluntaria,
alia neceſſaria, *Aſin. de execut. d. §. 7. c. 249. in princ.
cap. 251. n. 1. & c. 296. n. 2. in fin. Coſt. d. retrotract. c. 8. caſ.
27. num. 3. Nouar. de dat. in ſolut. ſect. 1. qu. 1. n. 2. & ſeqq.
Gluſian. de bon. ad cred. ponen. cap. 1. num. 19. verſ. ſolutio
dubij.* † Tranſlatio enim facta à Iudice, ſeu datio 53
inſolutum, vel miſſio, quæ fit in executione ſen-
tentiæ, dicitur neceſſaria, *Gratian. diſcept. forenſ.
cap. 37. num. 11.*

Sed, quia neceſſitas, & coactio reſpicere po-
teſt tam debitorem, quam creditorem, circa hoc
verſabuntur duæ ſequentes proximæ Inſpe-
ctiones.

S V M M A R I A.

1 *Bona debitoris, & pignora beneficio legis adiudican-
tur, & in ſolutum dantur creditoribus volenti-
bus, non inuitis, & numer. 19. & 20. Lim. vt num.
38. & ſeqq.*

2 *Soluitur in adiudicatione aliud pro alio, creditore vo-
lente.*

3 *Creditor non eſt cogendus accipere vnam rem pro
alia.*

4 *Adiudicationis remedium conceſſum eſt creditori in
debitoris odium, & ad euitandam illius callidi-
tatem curantis, ne bonorum emptor reperiatur, &
num. 5. & 6.*

7 *Debitor, & eius hæres quando admittantur, vel non,
ad ſoluendum in bonis, & aliud pro alio, & nu.
8. 9. & 11.*

10 *Creditor nolens à debitore bona in ſolutum accipe-
re, electionem habet, ſub haſta plus offerenti ven-
dendi, & pretium recipiendi.*

11 *Creditor non cogitur pignus in ſolutum accipere,
Ampl. vt num. 14. 15. & 16.*

13 *Nemo inuitus emere compellitur.*

17 *Datio in ſolutum & acceptio procedit ex neceſſitate
conſequendi creditum cauſatiua, non præciſa,
quia, ſi creditor non acceptet, ſeu nolit bona inſo-
lutum, ſibi non ſatisfiet, & num. 8.*

21 *Adiudicatio pignoris dicitur neceſſaria, quia, empto-
re, & iuſto pretio non reperto, creditor inuitus in
ſubſidium cogitur aliud pro alio, & rem pro pe-
cunia capere contra iuris regulas, ſed emptio vo-
luntaria, & num. 22. & 23.*

24 *Aſſignatio pignoris facta creditori per Iudicem de
illius conſenſu etiam tacito habet vim ceſſionis, &
dationis in ſolutum, & ex ea ſequitur liberatio
debitoris.*

25 *Creditor non poteſt cogi ad emendum bona debito-
ris nulla præuia licitatione, ſed ea poteſt, ſi velit,
iuſta æſtimatione recipere pro concurrente crediti
quantitate, & habet in iis electionem, & numero
vigeſimo ſexto.*

27 *Nec valet Iudex ei, illa, inuito eo, adijcere vltra iu-
ſtam æſtimationem, etiam quod, factis ſubhaſtatio-
nibus, emptor repertus non fuerit ex magis ver.
& communi, ſed tantum iuſto pretio à peritis æ-
ſtimando, & num. 28.*

29 *Exceſſu magno exiſtente inter pretium iuſtum &
illud, pro quo facta eſt ſubhaſtatio, cogitur cre-
ditor in ſolutum recipere iuſto pretio peritorum,
vel ad licitandum admittitur vti quilibet extra-
neus.*

30 *Iudex curare debet, vt adiudicatio creditori fiat iu-
ſto pretio, non ſecus ac ſi ille eſſet extraneus, &
non creditor.*

Digitized by Google

31 *Pretium iuſtum dicitur, quod eſt iuxta communem æſtimationem.*

32 *Nec pro illius iuſtitia habenda eſt ratio pretij per ſubhaſtationem reperti, ſed rei qualitatis, & redituum.*

33 *Bonis viliori pretio deliberatis, quam fuiſſent antea æſtimata, tenet deliberatio, nec cogitur creditor ad illa in ſolutum recipienda.*

34 *Subhaſtationibus pluries factis ad inſtantiam plurium creditorum, & emptore, ſeu iuſto pretio non reperto, debet Iudex, inſtante præſertim magno creditorum numero, æſtimatione mediante illis bona iuxta graduationis ordinem adiudicare aliquibus etiam aliis inuitis.*

35 *Creditoribus poſterioribus petentibus, ad venditionem impediendam, bona adiudicari, & anterioribus contradicentibus, obtinere debet pars maior reſpectu crediti, non quæ ſit maior reſpectu numeri perſonarum, & procedit hoc inter creditores non habentes hypothecas, numero vigeſimo ſexto.*

37 *Creditor præſertim poſterior quando cogatur capere pignora in ſolutum pro toto debito, etiam ſi minus valeant.*

39 *Creditor, cum potuerit ſubhaſtationibus offerre, ſibi debet imputare, ſi poſtea cogatur in ſolutum accipere, & duriorem viam pati, ac pignus pro toto debito capere, licet minus valeat, & nu. 40.*

41 *Adiudicatio fieri debet creditori pro iuſto pretio ſecundum æquorem.*

42 *Eam fieri poſſe per Iudicem, inuito etiam creditore, vbi emptor non reperitur, nemo negat.*

43 *Res vna pro alia inuito creditore ſolui poteſt per debitorem in caſu neceſſitatis, & in ſubſidium, hoc eſt ſi emptor non inueniatur pro iuſto pretio, & ad effugiendam carcerationem.*

44 *Bona mobilia, emptore non reperto, non tenetur creditor in ſolutum accipere, ſed recurrere poteſt ad ſtabilia, eaque ſubhaſtare.*

45 *Pactum, quod pignora creditori adiudicari non poſſint, ſed vendi debeant ad diſcurſum plus offerenti, validum eſt vti inductum fauore priuati, non publici.*

Creditor an poßit cogi, pignus in ſolutum accipere, vel hoc ſit potius eius facultate.

INSP. XLIII.

1 BOna † debitoris, & pignora capta ex beneficio legis adiudicantur, & traduntur in
ſolutum creditoribus volentibus, non autem
inuitis, *Rouit. conſ. 18. num. 7. & 8. Mangil. de ſubhaſt. q.*
2 *20. n. 4.* cum † tunc ſoluatur, & ſolui poſſit aliud
pro alio, volente creditore, *leg. 2. §. 1. vbi DD. ff. ſi
cert. pet. Corn. conſ. 73. n. 8. lib. 2. Gilian. ad Statut. Peruſ.
in verb. adiudicatio. num. 2. Monac. dec. Lucen. 37. nu. 4.*
3 *Rot. recent. dec. 326. num. 3. par. 4.* † nec alias creditor
ſit cogendus accipere vnam rem pro alia, *Rot.
recent. dec. 98. numer. 3. par. 5. & in Romana Executionis
de Raynerris 21. Aprilis 1608. coram Ortembergo, poſt
tract. dec. 19. num. 6.*
4 Eſt † enim hoc remedium adiudicationis bonorum conceſſum creditori in odium ipſius debitoris, *Anton. Sol. ad decret. Sabaud. lib. 3. titul. 36. de
form. ac ord. obſeru. in pignor. ſubhaſtation. ac deliber.
bonorum ſtabil. gloſ. 5. numer. 3. Monac. dec. Lucenſ. 37. ſub
numer. 26.* † & ad euitandam eiuſdem callidita- 5
tem, qui efficit, ſeu efficere poteſt, ne ſuorum
bonorum emptor reperiatur, *Rouit. d. conſ. 8. nu. 8.
Mangil. dict. qu. 20. num. 1.* † vel, vt bona plus iuſto 6
pretio æſtimentur, vt licitantes deterreat, ne offerant, vel emant, *Mangil. ibid.*

Provt † debitor, & eius hæres cum beneficio 7
legis, & inuentarij, quando, licitatis, & ſubhaſtatis eius bonis, ſeu factis diligentiis non fuit
repertus iuſtus emptor, habet quidem ius offerendi bona creditoribus in limitationem regulæ, quod aliud pro alio inuito creditore ſolui
non debet, iuxta *auth. hoc niſi. Cod. de ſolut. Manſon.
de cauſ. execut. lib. 1. limit. 3. num. 9. Ancharan. qu. 56. nu.
11. Honded. conſ. 18. numero 25. & ſeqq. & num. 55. lib. 1.
Marcheſ. de comment. par. 3. de comm. ſup. dilat. morat.
numero 104. folia 282. Nouar. ad leg. ſi tempora. numero
decimo octauo, Cod. de fid. inſtrument. vt iur. haſt. Fiſcal.
lib. 10. Rot. poſt Nigr. de ſubhaſtat. deciſ. 12. numero 2.* &
in terminis vxoris creditricis pro reſtitutione
ſuarum dotium *Fuſar. de fideicomm. quaſt. 532. num.
43. & 44.* † concurrentibus tamen *dict. auth. hoc* 8
niſi, requiſitis, & quatenus ei ſit locus, ſeu hæreditas non ſit ſoluendo, & non reperiatur emptor rerum inuentarij abſque promiſſione hæredis de euictione, alias ſecus, *ad Greg. XV. deciſ.
352. numero 1. & ſeqq & ibi Add. numer. 10. & Rot. poſt
Cenc. de cenſib. deciſ. 422. numero 6. iuxta nouiſſ. impreſſ. Taur. Dur. deciſ. 1. numero 17. & ſeqq.* & alias deciſiones affert *Gil. ad Stat. Peruſ. in verb. ſubhaſtatio.
num. 4.* & de requiſitis *Nou de dat. in ſolut. ſect. 2. qu.
1. & ſeqq. & videas Rot. in Romana Executionis de
Raynerius 21. Aprilis 1608. coram Ortembergo, poſt
tract. deciſ. 19. numero 7. & ſeqq.* † & dummodo *dict.* 9
auth. hoc niſi, non fuerit renunciatum, provt renunciari poteſt, *Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 90. num. 3.
& ſeqq.* Sed, † ſi creditor nolit ea bona in ſolu- 10
tum recipere, electionem habet, ea ſub haſta
plus offerenti vendendi, & pretium oblatum,
vt moris eſt, recipiendi, *Manſon. de cauſ. execut. dict.
lib. 1. limit. 3. num. 21.* Et, † ſi hæreditas ſit opulenta, 11
& ſoluendo, non admittitur hæres, etiam cum
beneficio legis, & inuentarij ad offerendum
bona in ſolutum, *Rot. apud Nigr. de ſubhaſt. dec. 12.
numero 3.*

Creditor † itaque non cogitur, pignus in ſo- 12
lutum accipere, cum † nemo inuitus emere 13
compellatur, *leg. nec emere, C. de iur. delib. Cagnol. in
leg. 2. num. 164. C de reſcind. vend.* † nec per viam Si- 14
gnaturæ, vt per *Marcheſ. de comm par. 3. de comm. ſuper dilat. morat. num. 103. & ſeqq.* & † fortius ſtante 15
obligatione camerali, vel iurata, vel, ſi creditor
ſit pupillus, vidua, vel alia miſerabilis perſona,
vel priuilegiata, *Marcheſ. ibid.* † nec etiam ſi debi- 16
tor offerret pro minori pretio, *Marcheſ. loco citato.*

Vnde † in ſolutum datio, & acceptio proce- 17
dit ex neceſſitate cõſequendi creditum, *Cagnol.
in d. leg. 2. n. 164. C. de reſcind. vendit.* & in his terminis intelligendus eſt *Buratt. dec. 96. num. 16. ex gl. in
auth. hoc ius porrectum, in verb. decima. C. de Sacr. Eccl.*
† Eſtque hæc neceſſitas cauſatiua, non autem 18
præciſa, quia, ſi non acceptet, ſeu nolit in ſolutum bona, ſibi non ſatisfiet; *dict. auth. hoc niſi. C. de
ſolut. Hond. d. conſ. 18. num. 56. Ant. Sol. ad decret. Sabaud.*

lib. 3.

Digitized by Google

lib. 3. tit. 39. de form. ac ord. obſeru. in pignorat. ſubh. ac
20 deliberat. bon. ſtabil. gl. 3. numer. 30. Et † ſic eſt hoc in
creditoris arbitrio, Mangill. de ſubbaſt. quaeſt. 20. nu.
4. ita vt, † ſi voluerit, mos ei gerendus ſit, Cagnol.
in d. l. 2. nu. 164. C. de reſcind. vendit.
21 Et conſequenter † hæc adiudicatio, licet di-
catur neceſſaria, Ant. Sol. vbi ſup. gl. 5. numer. 3. quia,
22 † nullo reperto emptore, qui offerat iuſtum
pretium, creditor inuitus cogitur in ſubſidium
aliud pro alio, remque pro pecunia capere
contra iuris communis diſpoſitionem, atque
regulas, Marcabrun. ab Anguill. conſ. tertio numer. 47.
Anchar. qu. 56. num. 11. lib. 3. Luc. Pet. in pract. lib. 8. cap. 2.
nu. 52. Aſin. de execut. §. 7. c. 256. ſub num. 3. Ant. Sol. ad
decret. Sabaud. dict. lib. 3. tit. 39. de form. ac ord. obſeru. in
pignor. ſubh. ac deliberat. bon. ſtabil. gloſ. tertia ſub num.
29. verſ. lucratur creditor. Scacc. de iudic. lib. 1. c. 97. num.
29. verſ. pro contraria n. 10. Nouar. ad l. ſi tempora. n. 18.
C. de fid. inſtr. & iur. haſt. Fiſcal. lib. 10. & de dat. in ſolut.
23 ſect. 1. quaſt. 2. num. 4. & 5. † eſt tamen emptio vo-
luntaria, Io. Caluin. in lexic. iuridic. in verb. adiudica-
tio neceſſaria, & Aſin. de execut. §. 4. cap. 1. numer. 12. &
24 † tanquam aſſignatio facta per Iudicem cum
conſenſu creditoris, etiam tacito, habet vim
ceſſionis, & dationis in ſolutum, & ex ea reſul-
tat liberatio debitoris, Rouit. conſ. 75. numero vige-
ſimo nono.
25 Nec † poteſt creditor cogi ad emendum bo-
na debitoris, nulla præcedente licitatione, ſed
poteſt, ea, ſi ſibi viſum fuerit, iuſta æſtimatione
recipere, Add. ad Pract. Pancirol. par. tertia verſ. ſecun-
dus modus, in verb. ipſe emat fol. 14. pro concurrenti
quantitate crediti. Scacc. de iudic. lib. 5. cap. 9. numero
26 trigeſimo tertio verſ. alterum & † habet electio-
nem, quę bona velit accipere, Paſcal. de patr. poteſt.
par. 2. cap. 10. num. 121.
27 Volente † autem creditore pignus in ſolu-
tum accipere, non valet ei Iudex illud, inuito
eo, adiicere vltra iuſtam æſtimationem, etiam
quod, factis publicis ſubhaſtationibus, emptor
repertus non fuerit ſecundum magis veram, &
communem opinionem, Neguſ. de pign. par. tertia
memb. 2. ſub num. 36. Mangill. de ſubhaſt. quaeſt. 20. nu. 5.
28 & qu. 21. num. 17. 18. † Sed tenetur tantum credi-
tor, quando non reperitur oblator, vel iuſtum
pretium per ſubhaſtationem, rem in ſolutum
accipere iuſto pretio à peritis æſtimando, Anch.
quaeſt. 56. numer. 11. lib. 3. Marcabr. ab Anguill. conſ. 3. nu.
47. Saluſt. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 44. numero 5. Mangil.
29 de ſubhaſtation. queſt. 19. num. 7. vbi, quod, † quando
eſt magnus exceſſus inter pretium iuſtum, &
illud, pro quo facta eſt ſubhaſtatio, creditor co-
gitur recipere in ſolutum iuſto pretio perito-
rum, vel ad licitandum admittitur tanquam
quilibet licitator extraneus, & quaeſt. 26. nu-
mero 2. & quaeſt. 58. numer. 2. Scacc. de iudic. lib. 1. cap.
9. numero 33. verſ. alterum. Rot. in Belleiana Diſcuſſionis
5. Iulij 1603. coram Sarmiento, penes Marcheſ. de comm.
30 par. 2. fol. 257. &, † vt iuſto pretio res, & bona ad-
iudicentur, & in ſolutum dentur, procurare
debet Iudex, non ſecus, ac ſi alius extraneus,
hoc eſt, non creditor eſſet, Aſin. de execut. §. 4. cap.
75. num. 1.
31 Iuſtum † vero pretium dicitur illud, quod eſt
iuxta communem æſtimationem, Rot. in Bonon.
Subhaſtationis 5. Iulij 1563. coram Sarmiento, poſt tractat.
32 deciſ. 1. in fin. † Nec eſt habenda ratio ſubhaſta-
tionis, ſeu pretij per ſubhaſtationem reperti,
ſed rei qualitatis, & redituum, Anchar. d. quaeſt. 56.
num. 1. lib. 3. Et, † quando facta æſtimatione ante 33
ſubhaſtationem, & licitationem, fuiſſent bona
deliberata viliori pretio, quam fuiſſent æſtima-
ta, teneret deliberatio, nec eſſet creditor com-
pellendus ad illa recipiendum in ſolutum, Man-
gill. de ſubhaſt. queſt. 19. num. 1.
At, † vbi inſtantibus pluribus creditoribus 34
bona fuerint pluries ſubhaſtata, & nullus fuerit
repertus emptor, ſeu, qui obtulerit iuſtum pre-
tium, Iudex tanquam legis miniſter, inſtante
præſertim magno creditorum numero pro eo-
rum intereſſe, & appretio mediante, adiudicare
debet creditoribus iuxta graduationis ordi-
nem, etiam inuitis, & contradicentibus aliqui-
bus aliis creditoribus, Paſcal. de patr. poteſt. par. 2.
c. 10. nu. 92. in fin. 93. & ſeqq. & n. 121. Mangil. de ſubha-
ſtat. qu. 160. n. 13. Rot. in Bononien. Subhaſtationis 5. Iulij
1563. coram Sarmiento, poſt tract. deciſ. 1. num. 1. Sed, † ſi 35
poſteriores creditores ad impediendam vendi-
tionem bonorum debitoris peterent, bona ad-
iudicari, & in ſolutum dari, & anteriores con-
tradicerent, obtineret illa pars, quæ eſſet maior
reſpectu maioris crediti, non quæ eſſet maior
pro numero perſonarum, Rot. in Romana Execu-
tionis de Rayneriis 21. Aprilis 1608. coram Ortembergo,
poſt tract. deciſ. 19. numero 3. 4. & † inſuper haberet 36
hoc locum inter creditores non habentes hy-
pothecas, Rot. d. deciſ. 19. numer. 5. † Neceſſeque ha- 37
bet tunc creditor, præſertim poſterior, capere
in ſolutum pignora pro toto debito etiam ſi mi-
nus valeant, Paſcal. de patr. poteſt. d. par. 2. cap. 10. nu.
93. Ex quo ſequitur, vt † eo caſu creditor inui- 38
tus, & contradicens cogatur, Paſcal. ibid. † qui, 39
dum potuit tanquam creditor ſubhaſtationibus
offerre, & non fecit, ſibi debet imputare, ſi po-
ſtea cogatur in ſolutum accipere, & duriorem
viam pati, Paſcal. d. nu. 93. 94. Mangil. de ſubhaſta. qu.
19. in fin. & † pignus pro toto debito capere, licet 40
minus valeat, Mangil. ibid. Et, quamvis aliqui æ-
quiorem viam ſequuti dicant, † adiudicatio- 41
nem fieri debere pro iuſto pretio. Paſcal. ibid. nu.
95. & teneat Rot. in dict. Bononienſ. Subhaſtationis 5. Iu-
lij 1563. coram Sarmiento, poſt tractat. deciſ. 5. nu. 1. † ne- 42
mo tamen negat, adiudicationem per iudicem
fieri poſſe, quando emptor non reperitur, inui-
to creditore, Paſcal. d. num. 95. & in terminis auth.
hoc niſi Cod. de ſolut. tradit. Mangil. de ſubhaſt. quaeſt.
59. nu. 1. & ſeqq. cum † vna res pro alia inuito cre- 43
ditore per debitorem ſolui poſſit in caſu ne-
ceſſitatis, quando non reperitur emptor, qui of-
ferat iuſtum pretium, Rot. in d. Bononien. Subhaſta-
tionis, poſt tract. deciſ. 1. nu. 2. & tenetur creditor bo-
na recipere in ſolutum, quando debitor debi-
tum ſoluere non poteſt, & in ſubſidium, ac ad
effectum effugiendi carcerationem, Rot. recent.
dec. 98. num. 89. par. 5.
Bona † tamen mobilia, emptore non reper- 44
to, creditor ſibi adiudicare non tenetur, ſed re-
currere poteſt ab ſtabilia, illaque ſubhaſtare,
Vrſill. ad Affl. dec. 358. num. 3. & monet Scacc. de iud. lib.
1. c. 97. in fin. remittens ſe ad dicenda lib. 3.
Pactum † etiam, quod pignora non adiudi- 45
centur, nec in ſolutum dentur parti, ſed ad diſ-
curſum vendatur vltimo emptori plus offeren-
ti, validum eſt, etiam quod Statutum, ſeu Ritus

Digitized by Google

aliter diſponat, tanquam id ſit inductum fauore priuati, non publici, *Maſtrill.dec.247.la 2.num.5.& ſeqq.par.2.*

46 Et † verſa vice, vbi promiſſa eſſet certa quantitas certa die aduenientc ſoluenda cum pacto, quod, ſi conuento tempore non ſolueretur, ex nunc pro vt ex tunc in ſolutum datum intelligeretur quoddam prædium ſecundum æſtimationem, quæ fieret ab expertis hinc inde eligendis, non poſſet creditor in caſu non ſolutionis agere ad quantitatem, ſed tenetur prædium in ſolutum accipere, vt per *Theſaur. dec.147.& Surd.dec.113.* vbi de communi.

SVMMARIA.

1 Adiudicatio etiam à Iudice in ſolutum facta creditori, & venditio, & ſubhaſtatio dicitur voluntaria partis, & num.15.17.& 18.

2 Vel ipſius factum voluntarium directe ad rem creditori acquirendam ordinatum.

3 Et voluntaria alienatio.

4 Non neceſſaria, vti orta ex illius obligatione.

5 Idem eſt, quod vendat, ſeu det in ſolutum debitor, vel, quod actum faciat, ex quo ſequatur venditio, vel adiudicatio.

6 Datio omnis in ſolutum, origine inſpecta, & debiti occaſione, dicitur voluntaria, & ſic tam facta à debitore, quam à Iudice, & numero 7.8.10. & 7.

9 Voluntarium dicitur, quidquid ſequitur ex voluntaria obligatione, & num.15.

11 Dationem in ſolutum iudiciariam qui recipit, cauſam ab ipſo debitore habere cenſetur, & immediatam.

12 Adiudicatio, & dominij tranſlatio à Iudice facta in ſubhaſtatione, ab ipſo debitore facta exiſtimatur.

13 Factum Iudicis rem parti adiudicantis, qui ficte debitoris perſonam repræſentat, dicitur factum debitoris, qui prius non coacte, ſed ſponte debitum contraxit, quaſi id faciat ex præcedente illius contractu, & num.14.

16 Voluntas à Iudice coacta voluntas eſt.

19 Debitor non dicitur inuitus pati ſubhaſtationem, & adiudicationem, quia poteſt, & debet pactum ſeruare.

20 Datio in ſolutum, quæ fit via iudicij, interueniente bonorum æſtimatione, & ob pecuniam creditori debitam ex contractu voluntario, alienationis, & venditionis voluntariæ ſpecies videtur, & n.21.

22 Adiudicatio quamvis attenta origine, voluntaria videatur, non tamen talis dici poteſt, ſed ſecundum quid.

23 Voluntarium non dicitur, quod fit ex legis, vel Iudicis præcepto.

24 Actus voluntarius dici non poteſt factus ab eo, qui cogi poterat.

25 Paria ſunt, aliquid fieri coacte, vel timore coactionis.

26 Alienationes, quæ fiunt per Iudicem de bonis debitorum per viam ſubhaſtationis, & adiudicationis pro ſolutione æris alieni dicuntur coacte fieri, & ex neceſſitate, & cauſa neceſſaria, quæ ortum habuit ab obligatione, non ex cauſa voluntaria.

27 Datio in ſolutum tunc tantum dicitur neceſſaria, cum debitor cogitur in iudicio.

28 Voluntaria debitoris alienatio non dicitur per ſubhaſtationem ex eo, quod obtulerit licitatores, & quare, & num.29.

30 Adiudicatio, & ſubhaſtatio quatenus dicatur voluntaria, eſt cauſatiue, non præciſe, & numero 31.

32 Contrahere ab initio eſt voluntatis, ſed ex poſt facto perſiſtere eſt neceſſitatis.

33 Adiudicatio, ſeu datio in ſolutum, quæ fit à Iudice creditori, longe differt à venditione, vel datione in ſolutum neceſſaria, quæ ſponte fit à debitore, & in pluribus, & numero 34. & 37. Contrarium num.64.

35 Aliud eſt ius dationis in ſolutum extraiudicialis, aliud eius, quæ fit à Iudice.

36 Datio in ſolutum iudicialis fit à perſona publica, extraiudicialis à priuata.

37 Extraiudicialis, & voluntaria fit à domino, ſed quæ à Iudice, non fit à domino, nec de eius conſenſu, ſed eo inuito.

38 Iudex ex iuris fictione domini perſonam referre dicitur.

39 Dans in ſolutum extraiudicialiter in caſu euictionis tenetur ad pretij reſtitutionem, & quodlibet aliud intereſſe, ſecus ſi iudicialiter.

40 Datio in ſolutum à parte facta potentior eſt, quam quæ à Iudice.

41 Datio in ſolutum voluntarie, & extraiudicialiter facta ſimilis eſt venditioni, in omnibus illius vicem ſuſtinet, vel immo venditio dicitur, &, quod in hac dicitur, in illa locum habet, & num. 42. 43.& 44.

45 Secus eſt in datione in ſolutum neceſſaria, & iudiciali, cum ea non ſit, nec dicatur venditio, & num. 46.& ab ea differat, vt numero 76.Dec. vt numero 78.

47 Datio in ſolutum à Iudice facta de ſpecie pro quantitate, vicem venditionis obtinet, ſed ſi data ſit ſpecies pro ſpecie, habet ſe ad inſtar permutationis, & numero 48.

49 Datio in ſolutum iudicialis venditionis naturam ſortitur.

50 Seu illi eſt ſimilis, & æquiparatur, & numero 51.

52 Et habet illius vim, ac eiſdem terminis, ac regulis metitur.

53 Et in ea ſeruanda ſunt, ac interuenire debent ea omnia, quæ ſeruanda ſunt, & requiruntur in venditione.

54 Eaque requirit rem, pretium, & certum per ſe, vel relationem, & conſenſum, vt requirit venditio.

55 Contrahitur in ſubhaſtatione, & vltima pignorum addictione quædam emptio, & venditio, cum bona ſuccedant loco pecuniarum, & creditum loco pretij, & num.56.

57 Factum Iudicis habetur pro facto partis, & numero 81.

58 Datio in ſolutum iudicialis large loquendo dicitur venditio, & mera, & num.59.

60 Et eſt venditione firmior, & magis caret ſuſpicione.

61 Creditor bona debitoris in ſolutum accipiens emere præſumitur eo pretio, quo ſibi adiudicatur.

62 Et poteſt iuribus debitoris vti, & ſe defendere, ſicuti

Digitized by Google

re,ſicuti emptor ex perſonâ venditoris, à quo in ipſum omne ius tranſit,& n.63.

64 *Idem iudicandum eſt de adjudicatione facta creditori per Iudicem,quod de inſolutum datio voluntaria facta à debitore.*

65 *Datio in ſolutum iudicialis, & extrajudicialis habent eandem vim.*

66 *Datione in ſolutum neceſſaria per Iudicem inuito debitore facta,magis creditori fauetur,quam voluntaria.*

67 *Datio in ſolutum iudicialis non eſt vera emptio, & venditio, nec illius appellatione venit, & numero 68.*

69 *Colono,& inquilino an teneatur ſtare, qui ſuccedit ſubbaſtatione,& adiudicatione,ſecundóque decreto mediante, & n. ſeq.*

70 *Emptor ſuo libito colonum expellere poteſt.*

71 *Datio in ſolutum iudicialis communiter dicitur neceſſaria,& n.76.*

73 *Iudex non præſumitur voluiſſe præjudicare juribus conductoris, & tertij, ſed illius jura reſeruaſſe.*

74 *Fiſcus ex ſpeciali priuilegio non tenetur ſtare colono.*

75 *Emens à Fiſco ſtare tenetur conductoribus Fiſcalibus, ne alioquin Fiſcus colono ad intereſſe teneatur.*

77 *Venditio,quæ fit à parte eſt voluntaria.*

79 *Statutum loquens de venditione comprehendit etiam dationem in ſolutum voluntariam,& extrajudicialem.*

80 *An comprehendat dationem in ſolutum neceſſariam, & judicialem, & n.82. 83.*

84 *Statuto mandante,vt de emptione,& venditione ſoluatur gabella,an ea ſolui debeat de adjudicatione, & de addictione facta perſonæ à creditore ſuppoſitæ, & de illius ceſſione ad fauorem creditoris,& n 85.86.87.& 88.*

89 *Statuto diſponente, vt de contractu ſolui debeat gabella,an ea ſoluenda ſit ex adjudicatione, & nu. 90.& 92.*

91 *In judicio quaſi contrahitur.*

93 *Statutum loquens de vendendo, vel vendente rem duobus, non habet locum in datione in ſolutum neceſſaria,vel adjudicatione.*

94 *Statutum loquens de ſubbaſtatione, vel datione in ſolutum neceſſaria, vel iudiciaria, non habet locum in voluntaria datione,& ſolutione debitoris.*

95 *Appellatione dationis in ſolutum iudiciaria non venit datio in ſolutum extrajudicialis, niſi fit per Principis reſcriptum,& nu.96.*

97 *Appellatione dationis in ſolutum voluntariæ non venit neceſſaria, & quæ fit à Iudice niſi exprimatur.*

98 *Statutum de vna ad aliam in ſolutum dationem non extenditur.*

99 *Nec ſimpliciter loquens de datione in ſolutum intelligitur de neceſſaria,ſed de voluntaria tantùm.*

100 *Nec loquens de datione in ſolutum locum habet in ſubbaſtatione.*

101 *Datio in ſolutum fit creditoribus, & ſubbaſtatio etiam extraneo.*

102 *Statuto prohibente iudicialem dationem in ſolutum in perſonam forenſis, poteſt tamen idem creditum conſequi per viam ſubhaſtationis, & venditionis faciendæ capacibus, & ita præſticatur.*

103 *Sed,ſi ex Statuto forenſis datio in ſolutum forenſi licita ſit, & Statutum alienantis mandet idem ius ſeruari forenſi quod ſeruatur in loco forenſis ciui loci alienantis,eſt ſine dubio tunc licita etiam datio in ſolutum.*

104 *Statutum loquens de datione in ſolutum, quæ fit per Ius dicentem, comprehendit etiam neceſſariam,& factam per ſubhaſtationem inuito debitore.*

105 *Statutum Anconæ dans facultatem debitori redimendi bona infra ſex menſes, procedit tam in adjudicatione, quàm deliberatione ex obſeruantia.*

106 *Statutum, vt immobilia, ſeu bona alienari non poſſint in non ſubditos, exteros, aduenas, vel forenſes locum habet in alienatione voluntaria, non in neceſſaria, & adjudicatione. Contrarium numero 107.*

108 *Alienatione per teſtatorem prohibita,non intelligitur prohibita alienatio pignoris iudicialis, vel prætorij,& neceſſaria.*

109 *Diſtinctio communis, quod datio in ſolutum facta in iudicio dicatur neceſſaria, & facta à debitore extra iudicium, dicatur voluntaria, procedit etiam in debito ab initio non voluntario,ſed neceſſario,vt quia originem traxerit non à debitore,ſed putà à diſpoſitione legis,vel teſtatoris, vbi exempla.*

110 *Statutum, vel conſuetudo permittens Vaſallo venditionem Feudi pro debito neceſſario intelligitur de neceſſitate, quæ à mera voluntate à principio originem non habeat per allegantem probanda.*

Adiudicatio, ſeu ſubhaſtatio an reſpectu debitoris dicatur voluntaria,vel coacta; & neceſſaria. Et de differentijs inter in ſolutum dationem iudicialem,& extraiudicialem. Et an inferri poſſit à venditione,ſeu alienatione,ad in ſolutum dationem,& è contra; & an ab in ſolutum datione extraiudiciali ad iudicialem, & è contra. Et de varijs Statutis.

INSP. XLIV.

ADjudicatio † in ſolutum facta etiam à 1
Iudice creditori, quia debitor non ſol-
uerit,ſeu venditio, & ſubhaſtatio dicitur vo-
luntaria partis, *Bero.conſ.46.nu.27.vol.1. Mangil.de*
ſub.q.81.n.3. q.108.n.12. qu.120.n.3.& q.200.n.23.Caua-
ler.dec.319.n.4. † ſeu ipſius debitoris factum vo- 2
luntarium directè ordinatum ad rem credito-
ri acquirendam, *Bero.d.conſ.46.nu.27.vol.1.Gilian.*
ad Statut.Peruſ.in verb.adiudicatio.n.3. † atq; volun- 3
taria alienatio, *Mangil.de euict.q.146.n.2.Caualer.d.*
dec.319.nu.4. † non autem neceſſaria, tanquam 4
orta ex obligatione facta per debitorē, *Nouar.*
de dat.in ſolut.ſect.1. q.3.nu.6. quia † idem eſt,quod 5
ipſemet vendat,ſeu det in ſolutum, vel,quod
actum faciat, ex quo ſequatur venditio, vel
adjudicatio, *Mangil.de ſubh.q.71.n.4.*

Cùm † datio omnis in ſolutū,inſpecta ori- 6

gine & occaſione debiti voluntaria dicatur,
Carpan. ad Statut. Mediol. libro primo, capite 417. nu-
7 mero 520. Et ſic † non ſolùm illa alienatio, quam
facit debitor, datio in ſolutum voluntaria di-
citur, Aſin. de execut. §. 4. capite primo, numero 6. & §.
7. capite 248. numer. 3. & 14. verſ. hanc declarationem,
8 † ex quo à voluntate originem habet, Aſin. d. §.
9 4. capite primo, num. 6. & ideò † conſequens eſt,
vt, quidquid inde ſequitur, voluntarium dica-
10 tur, Aſin. dicto capite primo, numero 6. † ſed etiam
adjudicatio, & alienatio, ſeu venditio facta ex
ſecundo decreto videtur voluntaria, ex quo
debitum ab initio fuit voluntarium, Burſat. conſ.
84. numero 32. libro primo, Scapuc. de ſucceſſ. ſingul. li-
mit. 8. numero 6. Aſin. de execut. d. §. 4. capite primo, nu-
mero 7. 9. & 10. & d. §. 7. capite 248. nu. 4. & 6. Gratia-
nus diſcept. for. capite 544. numero 17. Mangil. de ſubha.
d. quaeſt. 200. numero 25. verſ. & prima facit. Rot. recent.
11 deciſ. 184. numero 2. parte primâ, &, † qui hanc in ſo-
lutum dationem recipit, cauſam ab ipſo debi-
tore habere exiſtimatur, & quidem immedia-
tam, Aſin. d. §. 4. capite primo, numero 11. & d. §. 7. cap.
248. ſub num. 14. quia, † adjudicatio, & tranſlatio
12 dominij, quæ fit à Iudice in ſubhaſtatione bo-
norum, cenſetur facta ab ipſo debitore, Mareſ-
cott. var. reſolut. libro 2. capite 134. numero 2. Mangi. de
ſubh. quaeſtione 110. numero 6. & quaeſtione 200. numero
25. verſ. & primâ facie, & † factum Iudicis rem
13 parti adjudicantis, qui fictè debitoris perſo-
nam repræſentat, dicitur factum debitoris, qui
priùs non coactè, ſed ſpontè debitum contra-
xit, & bona ſua ære alieno obnoxia eſſe voluit,
lege primâ, C. ſi in cauſ. iudic. lege ſi ob cauſam, C. de e-
uict. Merend. controuer. 77. numero 6. Ant. Fab. in ſuo Co-
dic. libro 8. titulo 16. defin. 27. nu. 4. in alleg. Aſin. d. §. 4.
cap. primo, nu. 2. & d. §. 7. ca. 248. nu. 5. Rimin. iun. conſ.
3. nu. 30. libro primo, Rouit. conſ. 75. nu. 19. Mart. conſ. 95.
nu. 12 Tepat. var. ſent. tit. 419. cap. primo, Aret. in l. à Diuo
Pio, §. ſi poſt nu. 5. & §. ſed ſi emptor, nu. 2. ff. de re iudic.
Scapuccin. de ſucceſſ. ſingul. limit. 8. nu. 7. Mangil. de ſubh.
quae. 120. nu. 3. & quaeſt. 200. num. 25. verſ. & primâ facie.
Vinc. de Franc. deciſ. 200. nu. 4. parte 1. Monac. deciſ. Lucen.
37. numero 3. Fontanell. deciſ. 278. numero 7. Rot. penes
Cenc. de cenſibus, deciſ. 90. nu. 15. & in recent. deciſ. 184. n.
2. parte primâ, & dec. 504. num. 2. parte 3. † quaſi Iu-
14 dex hoc faciat ex præcedenti contractu debi-
toris, & † ſemper attenditur obligationis ori-
15 go, quæ ſi eſt voluntaria, operatur, vt, quod in-
de ſequitur, etiam voluntarium reputetur, &
ſic etiam ipſa adjudicatio, Aſin. de execut. d. §. 4.
cap. primo, nu. 15. & d. §. 7. cap. 248. nu. 9. Gratianus diſ-
cept. forenſ. cap. 544. nu. 17. Mangil. de ſubh. qu. 108. nu. 13.
qua. 110. num. 8. q. 120. numer. 13. & q. 200. num. 25. verſ. &
primâ facie, Fontanell. d. dec. 278. nu. 7. Rot. recent. d. dec.
184. num. 2. parte primâ, cùm † voluntas à Iudice
16 coacta voluntas ſit, Mangi d. q. 200. numero 25. verſ.
& primâ facie. Rot. recent. d. dec. 184. nu. 4. parte primâ.
Ideóq; † talis in ſolutum datio, & venditio,
17 alienatio dicitur voluntaria, non ſecus, ac ſi à
debitore ipſo facta eſſet, Aſin. d. §. 4. capite primo,
numero 7. & 12. & dicto §. 7. capite 248. numero 5. &
14. Mangi. dictâ quaeſtione 200. numero 25. verſ. & pri-
18 mâ facie, † & conſequenter, vt ipſa quoq; in ſo-
lutum datio, ſit voluntaria, dicendun eſt, Aſin.
cap. 248. n. 9.

Nec † debitor inuitus dicitur, cùm poſſit, ac
19 debeat pactum obſeruare, Aſin. d. §. 4. capit. primo,
numer. 10. & d. §. 7. cap. 248. numero vndecimo & 14.
Mangi. de ſubhaſt. quaeſtione 110. num. 8. Vnde † etiam 20
ſi via judicij, & facta æſtimatione, creditor, vt
ſibi ſatisfiat, bona æſtimata in ſolutum acci-
piat, ea ſæpe ſpontanea, & voluntaria aliena-
tio appellatur Aſin. d. §. 4. cap. 1. num. vndecimo, & d.
§. 7. cap. 248. ſub nu. 14. Et, † vbicunq; datio in ſo- 21
lutum fit interueniente bonorum æſtimatio-
ne, & ob pecuniam creditori debitam ex con-
tractu voluntario venditionis voluntariȩ ſpe-
cies videtur, Aſin. dicto §. cap. primo, nu. 12.

Declarantur autem prædicta, † vt, licèt, at- 22
te ıtâ origine, adjudicatio videatur volunta-
ria, non tamen voluntaria dici poſſit, ſed ſecũ-
dum quid; cùm † voluntarium non dicatur, 23
quod fit ex legis, vel Iudicis præcepto, † neq; 24
actus poſſit dici voluntarius, quando fit ab eo
qui poterat compelli, cùm † paria ſint, aliquid 25
fieri coactè, vel timore coactionis, Scapuccin. de
ſucceſſ. ſingul. limit. 8. n. 6. & 7.

Quare † alienationes, quæ fiunt per Iudicẽ 26
de bonis debitorum per viam ſubhaſtationis,
& adjudicationis pro ſoluendo ære alieno, be-
ne dicuntur coactè fieri, Fontanell. dec. 278. nu. 6. &
in hoc ſenſu ex neceſſitate, Fontanell. ibid. & ne-
ceſſariæ, Add. ad Bertazz. conſ. 399. littera A. verſ. &
licèt ex Statuto. Gamm. dec. 178. num. 1. & ex causâ ne-
ceſſariâ, non voluntariâ, quæ tamen ortum ha-
buit ab obligatione, Fontanell. d. dec. 278. num. 7. &
ideò † tunc tantùm datio in ſolutum dicitur 27
neceſſaria, cùm debitor cogitur in judicio, Bur-
ſatt. conſ. 44. n. 31. li. 1. † Nec hujuſmodi alienatio- 28
nes voluntariæ efficiuntur, ex quo debitores
obtulerint licitatores, Gamm. d. dec. 178. n. 1. cùm † 29
inſpiciatur cauſa primæua, & iſtius venditio-
nis origo, hoc eſt, quod ea fit ob æs alienum Iu-
dicis auctoritate, Gamm. loco cit.

Et, † quatenus adjudicatio diceretur volun- 30
taria, eſſet tamen cauſatiua, & non præciſa,
Scapuc. d. tract. de ſucceſſ. ſingul. d. limit. 8. nu. 7. † quod 31
procedit tam in adjudicatione, quàm in ſub-
haſtatione, Scapuc. ibid. † Contrahere enim ab 32
initio eſt voluntatis, ſed ex pòſt facto perſiſtere
eſt neceſſitatis, lege ab emptione, ff. de pact. l. ſicut, C. de
action. & oblig. Aſin. de execut. d. §. 7. cap. 248. num. 13
Scapuc. loco cit.

Proinde † adjudicatio, ſeu in ſolutum datio 33
quæ fit à Iudice creditori, longè differt à ven-
ditione, ſeu datione in ſolutum neceſſaria, quȩ
ſponte fit à debitore, lege cum fidei haeredis, ff. de fi-
deicomm. libert. Herculan. in ſuo reſponſ. num. 419. Aldo-
bran. conſ. 12. n. 44. li. 2. Mart. conſ. 95. n. 12. & † plures 34
ſunt inter eas differentiæ, Aſin. de execut. d. §. 7. ca.
251. Nam † aliud eſt jus dationis in ſolutum ex- 35
trajudicialis, aliud ejus, quæ fit à Iudice, Aſin. 36
ibid. cùm † judicialis fiat à perſonâ publicâ, alia
à priuata, Aſin. eodem loco, & † extrajudicialis, & 37
voluntaria fiat à domino, Aſin. vbi ſupra. alia ve-
rò, quæ fit à Iudice, non fiat à domino, nec ex
illius conſenſu, ſed à non domino, & imò do-
mino inuito, Aſin. ibid. Herculan. in d. ejus reſponſ. nu-
mero 419. & ſeqq. Mart. dict. conſ. 95. numero 12. & in
judicio coacto, Burſatt. conſ. 44. numero 31. libro 1. li-
cèt † ex juris fictione Iudex domini perſonam
referre dicatur, leg. ſi ob cauſam, Cod. de euict. Aſin. 38
vbi ſupr. & † in datione in ſolutum extrajudi-
ciali ille, qui in ſolutum dat, tenetur in 39
caſu

Digitized by Google

caſu euictionis non ſolùm ad pretij reſtitutio-
nem, ſed etiam ad quodlibet aliud intereſſe,
aliter verò eſt in datione in ſolutum iudicial:-
ter facta, lege ſi plus, §.1.ff.de euict. Bart. in lege eleg.an-
ter in fin.princ.ff.de piguor.action. Aſin.dicto §.7.capite
40 351.n.1. Vnde † potentior eſt datio in ſolutum à
parte facta, quàm quæ à Iudice, Cannet.in extra-
uag.volentes, folio 195.7.17.

41 Et, quamuis † datio in ſolutum volunta-
riè, & extrajudicialiter facta ſit ſimilis vendi-
tioni, Borgn, deciſ.1.numero 100.parte 3. Gregor.XV.de-
42 ciſ.o.425. numero 9. vbi Add. littera B. † & in omni-
bus illius vicem ſuſtineat. Decian.conſil.3. nu.128.
vol.1.& conſil.81.numero 15.vol.4. Aldobrand.dict.conſ.
12.numero 43. Burſatt.dicto conſ.44. num. 29.& ſeqq.
libro primo, Cabal.conſ.163.numero 33. Aſin.de execut.
§.4.capite primo, n.7. & §.7.ca.248.n.3. Greg.dec.193.
43 nu.2.& dec.319.nu.6. Buratt.dec.650.n.5. † vel im-
mò dicatur venditio, Rimin.ſen.conſ.560.numero 6.
44 libro 3. &, † quidquid in venditione dicitur,
habeat locum in datione in ſolutum, Greg.dec.
45 425.n.9.vbi Add.littera B. † ſecus tamen eſt in da-
tione in ſolutum neceſſaria, & judicialiter fa-
cta, Decian.vbi ſuprà, Borgnin.d.dec.1.num.101.parte 3.
46 cum † ea non ſit venditio, Petroch.reſponſ.51.n.517.
verſ.nec dicatur, Rot.penes Cen.de cenſibus.dec.429.n.2.
iuxta nouiſſ.impreſſ.Taurin. ſaltem propriè, Rot.re-
cent.deciſione 184.nu.3.p.1.

47 Et, quatenus † etiam datio in ſolutum à Iu-
dice facta de ſpecie pro quantitate vicem ven-
ditionis obtineat, Caball.conſ.94. nume.5. Fenzon.
ad Statut.Vrb.ca.190.n.63. Mangil.de ſubhaſt.quæſt.26.
48 numero 14.& quæſtione 120.numero primo, († quid-
quid ſecus ſit, quando datur ſpecies pro ſpe-
cie, cum tunc ille ſe habeat ad inſtar permuta-
49 tionis, Mangil.d.queſtione 120. nu 2.) † aut vendi-
tionis naturam ſortiatur, lege ſi pupillorum, §. ſi
Prætor, ff.de rebus eor.leg.eius ff.pro empt. lege fin ff.ex
quibus cauſ.in poſſ.eat. Aſin.de execut.§.4. capite 80.nu-
50 mero 2. Mangil.de ſubhaſt.queſt. 99. numero primo, †
ſeu ſit illi ſimilis, Bero conſ.153.num.3.vol.1. Vrſel.in
verb.adiudicatio, concl.52.nu.34. Mangil.de ſubhaſt.qu.
162.nu.12.Greg.dictâ deciſ.425.numero 9. vbi Add.lit-
tera B.Rot.in Bononien. de Pannolinis 2. Maij 1611.&
27.Ianuarij 1617. coram ManZanedo, poſt tract.dec.24.
51 numero primo, & dec.41.num. primo, & † æquipa-
retur, Aſin.de execut. §.4.ca.44.num.22.ver.non ob-
ſtat.etiam poſt med.Add.ad pract, Pancirol.parte 3.ver-
52 ſiculo tertio modo in verb.creditor. habeátque illius
vim, & eiſdem terminis, ac regulis metiatur, l.
eleganter, in princ.ff.de pignor.lege prædium, C.de euict.
Gratianus diſcept.forenſ.ca.545.numero 45. Mangil.de
ſubhaſt.quæſtione 26.nu.15. quæſt.162.num.12.quæſt.166.
nu.3.& quæſt.199.num.3. Vrſell.in d. verb.adjudicatio.
concl.52.n.33.& 34. Burat.dec.724.in princ.& dec.372.
num.2. Rot.recent.dec.725.num. parte 2.& in Roma-
na Syluæ 28.Iunij 1628. coram Eminentiſſimo D.Card.
53 Veroſpio iuniore, poſt tract.dec.78. numero 6. † & ſer-
uanda ſint in illa, ac interuenire debeant ea
omnia, quæ ſeruanda ſunt, & requiruntur in
venditione, Mangil.d.quæſt.199.numero 3.& d.dec.
54 78.numero 7.poſt hunc tract. † eáque requirat rem,
pretium, & quidem certum per ſe, vel relatio-
nem ad aliud, ſi non exprimatur, & conſēſum,
provt requiritur in venditione, Gratianus diſcept.
forenſ.dicto ca.545.nu.46.& 47. Vrſell.in verb.adiudi-
catio.concl.52.num.60.& 63. Burat. d.dec.124.num.2.&
3.& d.dec.372.nu.2. Mangil.de ſubhaſt.d.quæſt.26.nu.
16.& quæſtione 166.numero 4. Rot.recent.d.dec.725.nu-
mero primo, & ſeqq. parte 2. † contrahatúrque in 55
ſubhaſtatione & vltimâ pignorum addictione
quædam emptio, & venditio, Felician.de cenſibus
tomo 2.libro primo, capite 3. numero 2. verſ.pro eâ ergo
cum † bona ſuccedant loco pecuniarum, & 56
creditum loco pretij, Mangil.dictâ quæſtione 26.
nu.17. Buratt.d.dec.124. numero 4. Rot.in d.Bononien.
de Pannolinis 2.Maij 1611.& 27.Ianuarij 1617. coram
Manzanedo, poſt tract.dec.24.numero primo, & deciſ.
41 numero primo & 2. & † factum Iudicis habea- 57
tur pro facto partis vendentis, d.deciſ.24.numero
2.& d.dec.41.numero primo, & ideò † largè loquē- 58
do datio in ſolutum judicialis venditio dica-
tur, Bero.d.conſ.113.n.31.vol.1. Rimin.ſen.conſ.569.nu.6.
li.3. † & mera, Carpan.ad Statut.Mediol.li.1.ca.417.n. 59
519. † atq; firmior ſit, & magis careat ſuſpicio- 60
ne, l.1.C.de præd.curial.libro vndecimo, Aſin.de execut.
§.7.ca.249.numero 6.& ca.296. ſub nu.3. † & credi- 61
tor bona debitoris in ſolutum accipiens emere
præſumatur eo pretio, quo ſibi adjudicatur,
Aſin.loco citato, & † poſſit juribus debitoris vti, & 62
ſe defendere, ſicuti emptor ex perſonâ vendi-
toris, † à quo in ipſum omne jus tranſit, Ca- 63
bal.d.conſ.94.num.4. Idémq; † judicandum ſit de 64
adjudicatione facta creditori per Iudicē, quod
de in ſolutum datione voluntaria facta ab ip-
ſomet debitore, nec poſſit ratio differentiæ
conſtitui inter vnam, & alteram, Rot.d.conſ.75.n.
20. † atq; vim eandem habeat vtraq; datio, An- 65
char.quæſt.42.nu.61. li.3. † immò datione in ſolu- 66
tum neceſſaria per Iudicem inuito debitore fa-
cta magis creditori fateatur, quàm in volunta-
ria adjudicatione, Burſat.conſilio 84.n.31.li.1.

Non † tamen ipſa datio in ſolutum judicia- 67
lis, & adjudicatio eſt vera emptio, & venditio,
ſecundùm receptionem, & in praxi ſeruatam
opinionem, Felician, de cenſibus to.2. li.1.ca.3. nu.5.in
fine † nec illius appellatione venit Carpan. ad 68
Statut.Mediol.li.1.ca.417.n.516.518.& 519.

Ex prædictis infertur, quod, † ſi datio in ſo- 69
lutum judiciaria dicatur alienatio, ſeu vendi-
tio voluntaria, ſic ſuccedens colono ſtare non
teneatur, Aſin.de execut.§.4.ca.1.nu.19.& §.7.ca.350.
n.2. ſtante receptiſſima regula, quod † emptor 70
pro ſuo libito colonum expellere poteſt, leg.ar-
bores §.penſiones ff.de vſufr.lege nihil, §.fin.ff.de leg.1.
Aſin. d.ca.250.n.2.

Sed, † ſi neceſſaria dicatur, provt commu- 71
niter dicitur, ille, cui à Iudice in ſolutum da-
tur, & hujuſmodi ſingularis ſucceſſor, & im-
miſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, vel
aliàs per Iudicis ſententiam, & in illius execu-
tionem, teneatur ſequi locationem auctoris, &
ſtare colono, vel inquilino, leg.ſi filiusfamilias, §.
ſi vir in quinquennium, vbi Bart. ff. ſol.matr. Aſin.de
execut.dicto §.4.ca.1.n.16. 17.& 18.& d.§.7.ca.250. n.1.
& 2. Ant.Sol.ad decret.Sabaud.li.3, titulo 30.de form.ac
ord.obſeru.in pignor.ſubhaſt. & deliber.bon.ſtabil.gl.5.
n. 4.& 5. Gratianus diſcept.for.ca.37.nu.8.& ſeqq.vbi
de communi. Luc.Pet.in pract.li.8.ca.2.num.54. Glu-
ſian.de dat.in ſolut.ca.15.nu.235. niſi in fraudem res 72
locata ſit, Ant. Sol. Luc.Pet. & Gluſian.loco citato, vt,
ſi cōuincatur debitor, ſe locaſſe modico pretio,
imminente jā ſententia, ſeu in ſolutū datione,
Luc.Pet.ibid. Cùm † non ſit veriſimile, Iudicē vo- 73

Digitized by Google

luiſſe præiudicare iuribus conductoris,ſed immò cenſeatur tertij ius ſemper conſeruaſſe,*leg. in venditione,§.1.ff.de bon.auct.Iudic.poſſid. Aſin.dicto §. 4.capite primo,numero 18. Ant.Sol.dict.gl.5.numero 18.*
74 *Gratianus vbi ſup.* † Fiſcus tamen ex ſpeciali priuilegio,non tenetur ſtare colono,*Peregr.de jure Fiſc.libro 6.titulo 4.de vend.& empt.Fiſcal.nu.40.* Sed
75 bene † ſtare tenetur emptor Fiſcalis conductoribus Fiſcalibus, ne alioquin Fiſcus colono ad intereſſe teneatur, *leg.fin. ff.de iure Fiſc. Peregr.vbi ſupra nu.33.& 40.*

76 Retentáq; opinione, quod † datio in ſolutum judiciaria ſit neceſſaria, infertur ſecundo,
77 eam differre à venditione, cùm † venditio ſit voluntaria,*Aſin.dicto §.4.capite primo in fin.& dixi ſupra num.34.* licèt † quoad effectum inter ſe
78 non differant,*Aſin dicto §.4.c.2.n.1.*

79 Atq; proinde † licèt in Statutis de venditionibus loquentibus comprehendatur datio in ſolutum voluntaria,ſeu extrajudicialis,*Aſin. de execut.§.4.ca.3.nu.2 Ioſ.Ludouic.deciſ. Peruſ.60.n.9.*
80 † non tamen comprehenditur datio in ſolutum neceſſaria,*Aſin.de execut.§.7.capit.249.numero vndecimo,*quamuis*Io.Ant.Cannet.in extrauag.volentes.folio 194.& ſeqq.num.2.& ſeqq.*referat opiniones hinc inde,& dicat dictam negatiuam opinionem eſſe veriorem, & communiorem, ſed contrariam ſeruari in practica, quam & ipſe tenet,contrarijs reſpondet,& reddit rationem,
81 quia † factum Iudicis factum partis reputatur.
82 † Quæ opinio negatiua procedit præſertim in Statuto contra jus commune,*Caball.conſ.161.n 4.*
83 † & in Statuto loquente de venditione à volente ſponte facta, in quo non comprehenditur venditio facta ad creditorum inſtantiam per viam ſubhaſtationis, *Mangil.de ſubha.qu.200. nu.25.*vbi rationem reddit,& confutat contra-
84 ria.Et conſequenter, † ſi Statutum mandet, vt de emptione, & venditione ſoluatur gabella, ea non debetur ex adjudicatione, *Felician de cen-*
85 *ſibus tomo 2.libro primo,ca.3.nu.5.in fin.* † cujus con-
86 trarium ſentit *Io.Ant.Cannet. vbi ſup.* dum dicit,
87 de adjudicatione quoq; ſolui decima.† Idémq; eſt in addictione facta perſonæ ſuppoſitæ à creditore, quia nec in eâ vectigal, ſeu gabella
88 debetur, & † praxis id admiſit tam reſpectu addictionis factæ perſonæ à creditore ſuppoſitæ,quàm reſpectu ceſſionis ab eâdem perſonâ factæ creditori, ſecundùm *Felician. loco citato,*
89 *n.6.* Prout † nec gabella ſolui debet in adjudicatione judiciali in vim Statuti diſponentis, vt ea de cõtractu ſolui debeat, *Aſi.de execu.§.7.c.*
90 *252.n.3.*(quamuis † contrarium videatur aſſere-
91 re *§.4.c.8.n.2.*)Et eſt ratio,quia † in judicio qua-
92 ſi contrahitur, & † gabella non eſt ex hujuſmodi Statuto ſoluenda de quaſi contractu, *Aſin.d.n.3.*Quemadmodum † non habet locum
93 in datione in ſolutum neceſſaria,vel adjudicatione à Iudice judicialiter facta Statutum loquens de vendendo,ſeu de vendente rem duobus, *Aſin.dicto §.7.capite 257. ſub numero 3.*

94 Infertur tertiò,quod † Statutum loquens de ſubhaſtatione, vel datione in ſolutum neceſſaria,ſeu judiciaria, non amplectitur voluntariam dationem,& ſolutionem debitoris,nec in eâ locum habet, *Burſatt.conſ.44. numero 29.& 32. vol.1.Carpan.ad Statut.Mediolan.capite 164.num.18.&*
*ca.417.num.21.libro primo.*Immò nec de jure com- 95
muni appellatione dationis in ſolutum judiciariæ venit in ſolutum datio extrajudicialis,
Carpan.d.ca.164.nu.18. † niſi ſit facta per reſcriptũ 96
Principis,*Carpan.ibid.nu.19.*Prout nec verſâ vice 97
appellatione dationis in ſolutum voluntariæ venit neceſſaria, ſeu, quæ fit per Iudicem, niſi exprimatur,*Carp.d.c.417.ſub num.519.* Cùm † Sta- 98
tutum ab vnâ ad aliam in ſolutum dationem extendendum non ſit, *Aſin.de execut.§.7.ca.251.n. 1.in fin.* † Neq; Statutum ſimpliciter loquens 99
de datione in ſolutum intelligitur de neceſſaria,ſed de voluntaria tantùm, *Aſin.de execut.§.4. c.1.n.8.*Quemadmodum † nec Statutum loquẽs 100
de datione in ſolutum locum habet in ſubhaſtatione,*Carp.ad Statut.Mediol.d.c.164.n.17.li.1.* vbi reddit rationem, quia † datio in ſolutum fit 101
creditoribus,ſubhaſtatio vero etiam extraneo.
Vnde, † ſi Statutum prohibeat dare in ſolutũ 102
etiam judicialiter forenſi, eſt nihilominus forenſis admittendus ad conſequenda ſua credita per viam ſubhaſtationis,& venditionem rerum faciendam capacibus, *Add.ad conſ. Bertaz. 399.litera A.verſiculo & licèt ex Statuto li.2.*vbi,quod ita quotidie practicatur, immò, † ſi ex Statuto 103
forenſis licita ſit datio in ſolutum, & Statuto alienationis cautum ſit, vt idem jus ſeruetur forenſi,quod ſeruatur in loco forenſis ciui loci alienatis,eſt ſine dubio tunc licita etiam in ſolutum datio per Iudicem,*Add.ad Bertaz.vbi ſup.*
† Sed Statutum loquens de datione in ſolutũ, 104
quæ fit per Iuſdicentem, comprehendit etiam dationem in ſolutum neceſſariam,& factã per ſubhaſtationem inuito debitore,*Carpan.ad Statut.Mediolan.d.c.417. n.521. & 522.li.1.* † Et Statu- 105
tum Anconæ dans debitori facultatem redimendi intra ſex menſes,quod videtur loqui in caſu,quo bona dentur in ſolutum à Iudice creditori,procedit etiam, quando liberantur tertio licitatori, vt obſeruantia declarauit,ſecundum *Rot. in Anconitana Prædij 29. Nouembris 1632. coram Reuerendiſſ.D.Dunozetto iuniore,poſt tract.dec. 93.per tot.& in eadem 29.Maij 1639.coram Eminentiſſ. D.Card.Verospio iuniore poſt tract.dec.99.etiam per tot.*

Infertur quartò,quod † Statutum,vt res im- 106
mobiles,ſeu bona in non ſubditos,vel exteros, aduenas, vel forenſes alienari non poſſint, locum non habet in alienatione neceſſaria, & ſic in adjudicatione, ſed in voluntaria tantùm, *Aſin.de execut.§.4.cap.4.ſub num.5.6.& 7.ca.249.nu. 3.& 11.& ca.296.num.2.poſt med.* † quidquid con- 107
tra videatur aſſerere *dicto §.4.ca.8.n.1.& vide quæ dixi ſupra Inſp.n.47. & ſeqq.*

Infertur quintò quod, † prohibita per teſta- 108
torem alienatione, non intelligitur prohibita alienatio pignoris iudicialis,vel prætorij,& ſic neceſſaria,vt *dixi ſupra Inſp.18.n.205.& ſeqq.*

Non eſt ſilentio prætermittendum, quod † 109
cõmunis declaratio, & diſtinctio, quod datio in ſolutũ facta in judicio dicatur neceſſaria, & facta à debitore extrajudicialiter dicatur volũtaria,procedit etiam in eo debito, quod ab origine non fuerit voluntarium,ſed neceſſarium, vt quia originem non traxerit à debitore, ſed aliunde,vt putà à diſpoſitione legis, vel teſtatoris mandantis legitimam,ſeu dotem, vel alimenta, & ſimilia deberi, ad tradita per *Aſin. de execut.*

Digitized by Google

execut.§.4.capite primo,numero 15.in fin. & §.7.capite
110 *248.numero 13.& 14.*Sed, † ſi Statutum, vel conſuetudo permittat Vaſallo, vt pro debito neceſſario, feudum vendere poſſit, intelligitur de neceſſitate, quæ non habeat à principio originem à merâ voluntate, quod per allegantem eſt probandum, *Mangil.de ſubhaſt.quæſt.140. numero 12.& 14.*

Spectant etiam ad hanc inſpectionem multa, quæ *habui ſupra Inſp.36. numero primo cum pluribus ſeqq & infra Inſp.40.numero 7.*

SVMMARIA.

1 *Pignora non ſunt ſtatim adiudicanda parti, ſed poni prius debent ad incantum, & ſubhaſtari, numero 2.*

3 *Secundum decretum non interponitur ſine ſubhaſtatione.*

4 *Subhaſtatio eſt de adiudicationis forma.*

5 *Et inuenta ad euitandas fraudes, & n.42.*

6 *Adiudicatio, ſubhaſtatione non præcedente, non valet, præſertim contra pupillum.*

7 *Et illius ſententia, & immiſſio redditur notoriè iniuſta, & nulla, ſi de ſubhaſtatione in actis non conſtet, & nu.8. Ampl.vt num.9*

10 *Sed ea valet factis ſubhaſtationibus.*

11 *Pignora, & bona in executione capta ſubhaſtanda ſunt ad effectum ſciendi valorem.*

12 *Ampl. etiam in pignoribus conuentionalibus.*

13 *Et debent alteri, quàm creditori adjudicari, ſi quis ſit, qui obtulerit, & n.14.*

15 *Adiudicatio creditori non fit, quando alterius adeſt oblatio.*

16 *Sed ſolum in ſubſidium, hoc eſt, ſi, factis ſubhaſtationibus, emptor, vel juſtum pretium non fuerit repertum, vel oblationes non fuerint legitimæ, vel, qui obtulerit non reperiatur, vel non ſit idoneus, & factis, ac relatis diligentiis, & viſo, quanti res vendi potuerit, & n.ſeqq*

25 *Ordo iuris eſt in adiudicatione neceſſarius, nec poteſt præpoſterari, qui eſt, vt bona hypothecata, & pignora capta ſubhaſtentur, &, emptore non inuento pro iuſto pretio, creditori adiudicentur.*

26 *Ampl.id procedere etiam in diuiſionibus.*

27 *Exceptio defectus ſubhaſtationis competit tam debitori, quàm creditoribus.*

28 *Datio in ſolutum etiam rei immobilis iudicialiter facta abſque ſubhaſtatione valida eſt ex æquitate, ſi probetur, pluris tunc nec per viam ſubhaſtationis vendi potuiſſe.*

29 *Subhaſtatio fieri ſolet ad probandam diligentiam, quæ ſufficit quomodocunque probata.*

30 *Nullitas adiudicationis non attenditur ſtante pretij iuſtitia.*

31 *Sententia Iudicis procedentis velut in notorio, ſed illo non probato, tenet, ſi de vero notorio deinde conſtet.*

32 *Subhaſtatio eſt fruſtratoria, quando pretium eſt adeò manifeſtum, vt non poſſit adeſſe aliqua colluſio, quod res debitoris minus vendatur.*

33 *Diligentia ſatis probata dicitur ſuper adiudicatione pro juſto pretio, vbi Iudex adhibuerit cauſæ cognitionem circa bonorum qualitatem, & pretij quantitatem.*

34 *Datio in ſolutum ſine ſubhaſtatione valida eſt, ſi ab allegante probetur, rem eſſe minoris valoris; quam creditum, & nu.35. Contrarium n.36. alias illam paſſus habet intentionem fundatam ſuper ſubhaſtationis defectu, vt nu.40.*

37 *Subhaſtatio inuenta eſt non ſolùm ad fraudem remouendam, ſed etiam, vt debitoris conditio melior reddatur in inueniendo fortè emptorem emacem.*

38 *Adiudicatio iuſta ſine ſubhaſtatione tenet, ſi appellatum non ſit.*

39 *Et facta pro vero debito valet, ſaltèm de æquitate licèt deficiat aliqua ſolemnitas.*

41 *Sententiæ adiudicationis ſunt notoriè nullæ, non conſtito in actis de ſubhaſtatione, nec de bonorum valore.*

42 *Forma inuenta ad aliquem effectum ſufficit, vt impleatur per æquipollens.*

43 *Creditori ſatiſfactum dicitur per adiudicationem; nec debitor conqueri poteſt de injuſtitia pretij vbi probetur, rem tunc plus non valuiſſe.*

44 *Fraude ceſſante ceſſat & diſpoſitio ad illam euitandam facta.*

45 *Subhaſtatio non eſt in adiudicatione neceſſaria, quia ea non eſt ordinis iudiciarij, niſi certis caſibus.*

46 *Adiudicatio abſque ſubhaſtatione nulla eſt contra minorem indefenſum.*

47 *Statuto diſponente, quod, creditore agente, poſſint ei debitoris bona in ſolutum concedi, non dicitur tunc neceſſaria ſubhaſtatio, niſi contra minorem 14.annorum; ſed illud eſt ſtrictè intelligendum, & nu.48.& 49.*

50 *Subhaſtatio fit, quando res eſt venalis pro ſatiſfaciendo creditoribus, ſecus quando debetur ipſa res, vt in muliere agente ad dotis aſſecurationem, quia tunc ſola æſtimatio eſt neceſſaria, & num. 51.*

52 *Et quando ea, & deliberatio, & adiudicatio, & alia ad illarum perfectionem requiſita præſumantur, ad effectum præſertim lucrandi fructus, vel non, & numeris ſequentibus.*

57 *Adiudicari poſſunt bona abſque ſubhaſtatione, ſi ea ſint decocta, & conſentientibus omnibus creditoribus, vel eorum maiori parte, ſi non adſint creditores hypothecarij. Ampl.vt num.58.*

Subbaſtatio an debeat præcedere adiudicationem, ſeu ſit ad illam neceſſario.

INSP. XLV.

BOna † debitorum, quæ capiuntur pro ſubhaſtatione non debent ſtatim adjudi- 1
cari parti, *Iodoc.de ſubhaſt.cap.3.num.9.* ſed † ante- 2
quam creditoribus adjudicentur, ſeu in ſolutum dentur, debent poni ad incantum & ſubhaſtari, *leg.1.& 2.C.de fid.inſtr.& iur.haſt.Fiſcal.lib.10.Iodoc.loco citato Gluſian.de dat.in ſolut.cap.4.nu.77.& 78.& de bon.ac crid.ponen.cap.primo,nu.306.Aſin.de execut.§.4.c.48.n.4.& ca.66.nu.2.& §.6.cap.primo in princ.& ſub nu.15.Ant.Sol.ad decret.Sabaud.lib.3.tit.39.de form.ac ord.obſeru.in pign. ſubh. & delib. bon.ſtabil.gl.3.n.2.Mang.de ſubh.qu.6.nu.4.& 5. qu.20.nu.6.qu.26.n.1.q.112.n.6.& ſeqq.& q.154.n.16.Gilian.ad Statut.Peruſ.in verb.adiudicatio,n.8. Rot.penes Pacific.de ſalu.*

Digitized by Google

deciſ.62.numero primo, & ſub numero 5. Caualer. deciſ.554.numero 5. Rot.recent. deciſ.191. numero primo, parte 3. & in Romana Executionis ſententiarum 17. Aprilis 1592.coram Orano, poſt tract. deciſ.5. numero 4.
3 † nec peruenitur ad ſecundum decretum ſine ſubhaſtatione, Iodoc.de ſubhaſtat.dicto capite 3.num.
4 47. cùm † ſubhaſtatio ſit de adjudicationis
5 formâ, Put. deciſ.252. ſub numero 7. li.2. † & eſt ea inuenta ad euitandum fraudes, Fenzon.ad Statut.Vrb.capite 194.numero 69.& 70. Mangil.de ſubhaſt. quæſt.25.num.15. quæ.27. numero 12.quæ.59.num.10.& q.74.n.7.Seraph. dec.358.n.2.

6 Adeò vt, † ſubhaſtatione non præcedente adjudicatio, & in ſolutum datio non valeat, leg.ordo.Cod.de execut.rei iudic. Tepat.variar.ſentit.titulo 416.capite 10.& titulo 417.capite 15. Coſt.de retrotract.capite 27.numero 13.Aſin.de execut.§.4.capite 90. numero vndecimo. Vrſell.in verb.adjudicatio. concl.52. num.26.Mangil.de ſubhaſtat.q.59.num.5.& q.154.n.16. Put.d.dec. 252.n.1.5.& 6.li.2. Seraph.dec.1005.in princ. Rot.poſt Pacific.de ſalu. deciſ.226. numero primo & in terminis adjudicationis contra pupillum, Aſin.
7 de execut.dicto §.4.capite 48.numero 4.&.† ſi de illâ in actis non conſtet, adjudicationis ſententia.& immiſſio reddatur notoriè injuſta, Seraph. dicta deci.1005.num.3.Rot.recent dec.181.num.3.parte 3.
8 † & nulla, Mangil de ſubhaſtat.qu.195.num.primo.&
9 eo magis, ſi appareat, bona creditum excedere,
10 Mangi de ſubhaſt.qu.195.num.2. & † verſâ vice factis ſubhaſtationibus adjudicatio valeat, Tepat. d.tit.416.c.10.& tit.417.c.16.

11 Debéntque † bona,& pignora in executione capta in cauſâ judicati ſubhaſtari ad effectum ſciendi valorem, Mangil.de ſubhaſtat.quæ.
12 124.n.8.& quæ.160.nu 10. † necnon pignora conuentionalia. vt locus ſit textus in lege fin.Cod.de iur.domin.impetr.Rot.poſt Mangil.de ſubhaſtat deci.16.
13 nu.8.in fin. & alteri, quàm creditori adjudicari, Saluſt.Tiber.in praxi li.primo.cap 44.num.4. Man-
14 gil.de ſubh.q 160.n.10. † ſi quis ſit, qui obtulerit, Bu-
15 rat.dec.96.nu.primo,& dec 124 n.30.ita vt † adjudicatio creditori nullatenus fiat, quando alterius adeſt oblatio, Mangil.de ſubh.d.q.154.n.16. Vrſell.in verb.adjudicatio concl.52.n.26.

16 Adjudicantúrque, † ſeu in ſolutum dantur bona creditoribus in ſubſidium, Aſin.de execut.§.4. capite 44. numero 22. verſ.non obſtat.& §. 7. capite 256.ſub num.4. Saluſt.Tiber. loco proximè citato, Mangil.de ſubh.quæ.26.num.3. quæ.154. num.16.quæſt. 160.num.10.& quæſt.195 num.primo. Vrſell.in verb.adjudicatio.concl.52. n.26. Seraph.dec.984.numero primo,
17 Duran.deciſ.37. num. vndecimo, † illis ſcilicet ſubhaſtatis, & emptore non reperto proclamate medio, lege à Diuo Pio,§.ſi pignora,ff.de re iudic.leg. fin.Cod.ſi in cauſ.iudic.leg.fin.C.de iur.domin.impetr. l. ordo.Cod de execut.rei iudic Aſin dicto §.4 cap.44.nu. 22.verſ.non obſtat.& §.6.cap.32.n.27.Vrſell.loco citato Caball. conſ.163.n.33.Mangil.de ſubh.q.26. nu.primo, q.54.ſub num.7.12.& 16.q.160.n.10.& q.195.n.5. Put.d. dec.252.n.2.li.2. Seraph.d.dec.984.num primo, Rot.re-
18 cent.dec.291.nu.primo,parte 3. & † quando in ſubhaſtatione non inuenitur juſtum pretium, gl. in dicto §.ſi pignora,in verb.non inueniant. Anchar.qu. 56.num.vndecimo,Saluſt.Tiber. dicto li.primo,cap.34.nu.
19 4. ſeu aliquis indignè licitat, Luc.Pet.in pract.
20 li.8.cap.2.nu.45.Mangil de ſubhaſt.d.q.154.n.12. † aut oblationes non ſunt legitimæ, Burat.dec.96.nu.1.

† vel, qui obtulit, non reperitur, Buratt.ibidem, 21
† ſeu eſt minus idoneus. Vrſell.in verb.adiudicatio. 22
concluſ.52.numero 26.Mangil.d.qu 154.nu.16.& † fa- 23
ctis ac relatis diligentijs, Saluſt.Tiber.vbi ſup.num.
5. † & ſic videndum eſt, an,& quanti res vendi 24
poſſit factâ ſubhaſtatione, Mangil.de ſubhaſt.quæ. 19. num.2.

Eſtque † ordo juris in adjudicatione neceſ- 25
ſarius, Vrſell.loco citato,nu.35.vbi quod illius præpoſteratio actum ipſius adjudicationis vitiat, & ordo à jure datus,& paſſim in aulâ judiciariâ receptus eſt, quod, quando facienda eſt adjudicatio rerum hypothecarum, pignora capta ſubhaſtentur, &, non inuento emptore pro juſto pretio, creditori adjudicentur, Marant.de ord.iudic.parte 6.act.vlt.num.19.Vrſell.in verb.adiudicatio.concl.52.n.26.Mangil.de ſubhaſt.quæſt.12.n.8. q.154. num.16.& quæ.160.numero vndecimo. Rot.poſt Pacif.de ſalu.dec.2.num.primo,& 5. Seraph.d.dec.984.nu.primo,
Duran.dec.37.num.vndecimo, † Quod habet locum 26
etiam in diuiſionibus Alciat. conſ.32. nu.4. tomo 3.
Competitque exceptio defectus ſubhaſtatio- 27
nis non ſolùm debitori, ſed etiam alijs creditoribus, Mangil.de ſubh.q.124.n.8.

Verum, quidquid ſit de jure, ex quâdam 28
æquitate valida dicitur datio in ſolutum etiã rei immobilis, quamuis fuerit facta abſq; aliâ ſubhaſtatione, ſi poſſit probari, quod tempore adjudicationis rei in ſolutum datę, pluris non potuiſſet vendi, quàm eo pretio, quo fuerit data in ſolutum, etiam per viam ſubhaſtationis, tanquam tunc eſſet læſio, Gratianus diſcept.for. capite 811.numero 13.Fenzon.ad Stat.Vrb.cap.194.num. 69.Mangi.de ſubhaſt.quæ.74. num.9.quæſt.112. numero 13.& 15.& quæ.154.numero 8.& ibi Rot.dec.16.ſub numero 8.dec.24.num.3. verſ.neque obſtat, Put.deciſ.252.
nu. 8. alias deciſ.246. in correct.li.2. Cùm † ſubha- 29
ſtatio fieri ſoleat ad probandam diligentiam, & ideò quomodocunq; illa probetur, ſufficiat, Mangi.de ſubhaſt.quæſt 25.n.16.& quæſtione 59.num.8.
† nec, ſtante juſtitia pretij, eſt nullitas atten- 30
denda, Rot.in Spoletana Prædij 27. Iunij 1622. coram Card.Caualerio, poſt tract dec.58.n.3.

Nam, † quando Iudex proceſſit velut in 31
notorio, licèt tunc notorij probationes non haberet, ſententia valet irreuocabiliter. ſi verè eſſet notorium,& de eo poſteà appareat, Vrſell.in dicto verb.adiudicatio.num.20 Gratian.us d.c.358. num. 14.Mangil. de ſubhaſt.d.quæſt.113.numero 16.& qu.154.
num. 18. † eſtq; ſubhaſtatio fruſtratoria, quando 32
pretium eſt adeò manifeſtũ, vt non poſſit adeſſe aliqua colluſio, quod res debitoris vilius vendatur, Mangil.de ſubhaſt. quæſt.18.nu.7.& qu.112. numero 14.&, † vbi Iudex adhibuiſſet cauſæ cognitionẽ ſuper qualitate bonorum, & quantitate pretij, & alijs neceſſarijs. ſatis probata diceretur diligentia, Mangil. de ſubhaſt.qu.25.nu.17.

Idemq; † eſſet, ſi res data in ſolutum probaretur eſſe minoris valoris, quàm debitum, Mangil.de ſubhaſt.d.q.112.n.12.& 12.q.124. nu.primo, q.147.n.3.5.& ſeqq. vbi, † quod probari debet ab allegante,& q.154.nu.17. Vrſell.in d.verb.adjudicatio. nu.29.Seraph.dec.25..nu.1.dec.984.n.5.dec.1005.in princ. & n.1.& ſeqq. † quidquid contra videatur ſentire, Gluſian.d dat.in ſolut.c.4.n.77.in fi.ex eo, quia † ſubhaſtatio ſit inuenta non ſolùm ad remouẽdam fraudem, ſed etiam, vt debitoris conditio,

quoad

quoad fieri poteſt, melior reddatur, ſi fortè emptorem nanciſcatur emacem.

38 Provt † idem eſſet, ſi aliàs adjudicatio eſſet
juſta, & appellatum non fuiſſet, vt *int. comm.
opin. tomo 2. titulo 27. n. 26. verſ. immo datio, folio 393.*
39 *A.* Et † eſt generale, quod adjudicatio facta
pro vero credito, ſeu debito ſaltem de æquitate valet, licet deficiat aliqua ſolemnitas, *Bertazol. conſ. ciuil. 16. nu. 17.*

40 Cæterum, † non probato hujuſmodi valore
de tempore adjudicationis, adjudicationem
paſſus habet intentionem fundatam ſuper
nullitate, ex quo ſubhaſtatio non præceſſit, *Se-
41 raph. deciſ. 1005. in princ.* † etiam quod opponatur
de ſententijs, quia eo ipſo, quod non conſtat ex
actis de aliquâ ſubhaſtatione, nec de valore bonorum, redduntur notoriè injuſtæ, *Mangil. de ſubhaſtat. q. 147. n. 8.*

42 Suſtinetúrque † dicto caſu, ſeu caſibus in
ſolutum datio abſque ſubhaſtatione, quia,
cum illa forma, vt dictum eſt, fuerit inuenta ad
effectum euitanti fraudem, & ſic ad certum effectum, ſufficit, quod impleatur per æquipollens, *Fenzon. ad Statut. Vrb. cap. 194. nu. 71. Mangill. de ſubhaſta. q. 124. n. 2. & ſeqq. Put. d. dec. 252. n. 8. & 9. li. 2.*
43 † diciturque tunc ſatisfactum creditori, nec
debitor conqueri poteſt de injuſtitiâ pretij,
44 *Fenzon. vbi ſup. num. 69.* &. † fraude ceſſante, ceſſat
quoque diſpoſitio, *Mangil. de ſubhaſt. quæſtione 59. num. 10.*

45 Vnde dicit *Bald. conſ. 483. incip. quæritur, ſi creditores, numero 2. verſ. modo quæritur, libr. 5. relatus per Tiſc. in verb. ſubha. concl. 715. nu. 8.* quod † in ſecundo decreto, aut adjudicatione non eſt neceſſariâ ſubhaſtatio, quia non eſt ordinis judiciarij, niſi certis caſibus.

46 Eſſet † tamen adjudicatio nihilominus nulla, quando ea eſſet facta contra minorem indefenſum, *Rot. poſt Mangil. de ſubh. dec. 24. n. 4.*

47 Vbi † etiam vigeat Statutum diſponens,
quod, quando agitur per creditorem, poſſint
concedi bona debitoris in ſolutum, non dicitur tunc neceſſaria ſubhaſtatio, *Gratianus deciſ.
48 134. nu. 12.* † niſi agatur contra minorem 14. an-
49 norum, *Gratianus ibid. & in addit. n. 1.* † Quod tamen Statutum eſt ſtrictè intelligendum in ſolo caſu, de quo loquitur *Gratianus d. n. 12.*

50 Provt quoque † ſubhaſtatio fit, quando res
venalis pro ſatisfaciendo creditoribus de pretio redigendo ex ipsâ re, ſecus autem quando
creditor, ſeu quis non cogitur recipere pretium, ſed ei debetur ipſa res, vt in muliere agente ad dotis aſſecurationem tradit *Gratianus diſcept. for. c. 489. nu. 27. & Vinc. de Franc. deciſ. 54. nu. 13.
51 & ſeqq. vbi Nouarr. in addit. in fi.* nam † tunc ſola
æſtimatio neceſſaria eſt, *Gratianus, Vinc. de Franc. & Nouarr. ibid.*

52 Aliquando tamen, provt † ſpatio longiſſimi temporis, ſeu viginti, vel etiam decem annorum poſt relationem brachij ſecularis, vel
immiſſionis ex primo decreto præſumendum
eſſet, ſubhaſtationem etiam, & deliberationem,
ſeu adjudicationem, & alia, quæ ad perfectionem executionis, ſeu ad perfectam adjudicationem deſiderantur, interueniſſe, *Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 26. numero 3. Seraph. deciſ. 242. num. 3. & 4. & deciſ. 984. num. 4. Duran. dec. 37. num. 12.* † præ-
53 ſertim ad effectum faciendi fructus ſuos, *Gillau.
ad Stat. Peruſ. in verb. ſubhaſt. num. 5.* † ſi tamen con- 54
curreret obſeruantia pacifica, ſecus è contra,
ſeu ſtante lite, *Seraph. deciſ. 984. num. 4.* † Ceſſaret 55
autem præſumptio, quando probaretur, quod
res adjudicata tēpore adjudicationis plus credito valebat, *Mangil. de ſubhaſt. q. 195. nu. 2. Duran.
dec. 37. n. 12.* † maximè ſi præceſſiſſet Iudicis æſti- 56
matio, *Duran. ibid. nu. 12.*

Poteſt † etiam deueniri ad adjudicationem 57
omiſsâ ſubhaſtatione, & venditione in bonis
debitoris decocti, conſentientibus omnibus
creditoribus, vel eorum majori parte, ſi non
adſint creditores hypothecarij, *Rot. in Romana
Executionis de Raynerijs 21. Aprilis 1608. coram Ortembergo. poſt tract. deciſ. 19. n. 3. & ſeqq.* & quod, † diſ- 58
cuſſione pendente, poſſit *ex Bulla Pij IV.* fieri
conſignatio bonorum debitoris decocti creditoribus datâ cautione de reſtituendo media
Iudicis auctoritate, tradit *Rot. in Romana Praconij 10. Iunij 1622. coram Coccino, poſt tract. dec. 57. nu. 7.*

SVMMARIA.

1 *Adjudicatio rei captæ in cauſam judicati fit vel pro iuſta, & certa æſtimatione, vel ſimpliciter, & indeterminatè pro debito.*

2 *Pignus dari poteſt in ſolutum creditori & iuſto pretio, & etiam pro quantitate ſui crediti, vbi alius vltra non offerat.*

3 *Adiudicatio non ſubſiſtit, quando fit pro ſumma incerta, vel ſine certo pretio.*

4 *Res quotidie adiudicatur pro iuſta ſeu certa æſtimatione, vt eſt, quando ſententia illam adiudicat pro debita quantitate, & n. 5.*

6 *Æſtimatio rei adiudicatæ ſi debitum ſuperet, ſuperfluum reſtituitur debitori, ſed. ſi ad illud non aſcendat, debitor ſupplet, vel creditori remanet ius illud conſequendi, & n. 7. & 8.*

9 *Conjecturis non eſt locus in claris.*

10 *Re data pro iuſto, & certo pretio, ceſſat præſumptio, quod ea fuerit aſſignata pro toto debito. Ampl. vt n. 11.*

12 *Adiudicatio facta pro certa ſumma non præiudicat alijs creditoribus ſi res ſit minoris valoris.*

13 *Datio in ſolutum ſimpliciter facta pro debito non expreſſa quantitate valet vti facta pro toto debito, & ſic non incerta, & n. 14. Ampl. vt n. 15.*

16 *Et res ſic data in ſolutum cedit pro toto debito, ſiue maioris, ſiue minoris ſit æſtimationis, quaſi pro toto debito æſtimata intelligatur, & ſit hæc præſumptio iuris, & de iure, & nu. 17. & 18. Decl. vt n. 19. 20. 21. 24. & 25.*

18 *Præſumptio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium.*

22 *Creditor inuitus non cogitur acceptare pro toto credito pignus minoris valoris.*

23 *Debitor, qui per dolum dat creditori fundum pluris, quàm valeat æſtimatum, liberationem non conſequitur, niſi, quod deeſt, ſuppleat.*

24 *Pignus conuentionale in ſolutum datum intelligitur acceptum pro eo, quod valet.*

25 *Pignus datum fuiſſe in ſolutum pro toto debito ſiue plus, ſiue minus valeat de conſenſu creditoris, & debitoris, & pretium ex eo redactum quomodo probetur.*

Digitized by Google

26 *Creditor debet diligenter animaduertere, quomodo pignus accipiat.*

27 *Si ſimpliciter in ſolutum pignus acceptet, acceptare intelligitur pro toto debito, nec poteſt illud pro certa quantitate retinere, & reliquum petere, quod remiſiſſe videtur. Ampl. vt numero viceſimo octauo, & 29.*

30 *Adiudicatio ſi fiat pro ſumma tantùm debita, & non pro quantitate valoris rei, nullum ſit damnum alijs creditoribus, ſi res maioris ſit valoris, quia poſſunt offerre.*

De differentia inter Adiudicationem factam ſimpliciter, & factam pro certa ſumma.

INSP. XLVI.

1 DVobus † modis fieri contingit per Iudi-
cem adjudicatio creditori de re captâ in
cauſam judicati, hoc eſt, vel pro juſtâ, ſeu certâ
æſtimatione, vel ſimpliciter, & indeterminatè
pro debito, *Aſin. de execut. §.31. capite 5. numero 4. Carpan. ad Statut. Mediol. libro primo, capite 166. nu-*
2 *mero 17. & 19.* † Poteſt enim dari pignus in ſo-
lutum creditori juſto pretio, & etiam pro
quantitate ſui crediti, vbi alius vltra non offe-
rat, *Carpan. loco citato numero duodecimo & 13. Man-*
3 *gil. de ſubhaſt. quæſt. 154. numero 13.* † quamuis non
ſubſiſtat adjudicatio, quando fiat pro ſummâ
incertâ, vel ſine certo pretio, *Aſin. de execut. §.4. cap. 22. n. 2. & cap. 27. n. 1.*

4 Quando † res datur pro juſtâ, ſeu certâ ęſti-
mationе, vt quotidie videmus fieri, *Tepat. var.*
5 *ſent. titulo 419. capite 2.* (vt † pro juſtâ æſtimatio-
ne, non autem in ſolutum data intelligitur,
quando ſententia rem adjudicat pro debitâ
quantitate, *Mangil. de ſubhaſt. quæſtione 162. numero*
6 *6. Vrſell. in verb. adjudicatio, concl. 52. nu. 7.*) † & æſti-
matio ſuperat debitum, illud plus reſtituitur
debitori, *Aſin. de execut. dicto §.4. ca. 54. ſub num. 2. & cap. 75. num. primo in fi. & §.31. cap. 5. num. 4. Baldun. de*
7 *pignor. cap. 18. col. 7. in fin.* † ſi verò ſit minoris æſti-
mationis, illud quod deeſt debitor ſupplet,
Aſin. dicto §.4. capite 54. numero ſecundo, & dicto §.31.
8 *capite 5. numero 4.* † ſeu creditori adhuc jus ſal-
uum remanet ad illud conſequendum, *Aſin. d. §.4. cap. 75. n. 2. & §.7. cap. 297. n. 2. Tepat. var. ſent. dicto titulo 419. cap. 2. Baldun. de pignor. d. cap. 18. col. 7. in fin. Pract. Papien. in form. execut. ſent. diffin. in gl. ſapiens, ſub numero 20. verſ. amplius quæritur. Ant. Sol. ad decret. Sabaud. li. 3. de form. & ord. proced. in pignor. & ſubha. bon. ſtabil. gl. 1. nu. 22.* vbi de tutiori, & æquiori, & *in tract. de feud. inter comm. opin. tomo 2. tit. 5. nu. 111. fol.*
9 *620.* B. quaſi tunc ſimus in claris, † in quibus
non eſt opus conjecturis, *Aſin. d. §.7. ca. 297. num. 2.*
10 † & ceſſet præſumptio, quod res fuerit pro to-
to debito aſſignata, *Menoch. de præſumpt. li. 2. præ-*
11 *ſumpt. 92. num. 4.* † & eo magis, ſi expreſse illi jus
reſtantis reſeruatum fuerit, *Carpan. ad Statu. Me-*
12 *diolan. d. li. 1. ca. 166. nu. 17.* † Nec adjudicatio facta
pro certâ ſummâ præjudicat alijs creditori-
bus, ſi res ſit minoris valoris, *Seraph. deciſ. 358. n. 3.*

13 Vbi † autem res datur ſimpliciter pro debi-
to abſq; expreſſione quantitatis, vel ſummæ,
quemadmodum datio ſubſiſtit, ex quo vide-
tur facta pro toto debito, & † ſic non eſt in- 14
certa, *Aſin. de execut. d. §.7. cap. 270. numero 8.* & † for- 15
tius, ſi ſit facta à Principe, *Tepat. var. ſent. titulo 416.*
cap. decimo, Aſin. de execut. §.4. cap. 16. num. primo, † ita 16
res adjudicata intelligitur, & in ſolutum cedit
pro toto debito, ſiue maioris, ſiue minoris ſit
æſtimationis, *leg. à Diuo Pio, §. ſi pignora, ff. de re judic. Aſin. de execut. dicto §.4. capite 54. in fin. & §.7. cap. 294. numero 6. capite 247. num. 2. & capite 300. numero primo, & §.31. ca. 5. numero 4. Tepat. var. ſent. titulo 416. ca. 4. & c. 10. & titulo 419. cap. primo, & 2. Franc. Marc. quæſtione 925. parte ſecundâ, Pancirol. in pract. parte 3. verſ. tertio modo, folio 315. Menoc. de præſumpt. li. 2. præſumpt. 92. numero primo, & ſeqq. Anton. Sol. ad decret. Sabaud. li. 3. de form. & ord. proced. in pignor. & ſubhaſt. bon. mobil. gl. primâ, num. 22. Mangil. de ſubhaſt. quæſt.*
primâ ſub num. vndecimo, † quaſi æſtimata res in- 17
telligatur pro toto credito, *Menoc. d. præſumpt. 92.*
numero ſecundo, † & hęc eſt præſumptio juris, & 18
de iure, quæ non admittit probationem in
contrarium, *Menoc. ibid. nu. 15. Mangil. de ſubh. qu. 60. numero 6.*

Quod tamen procedit † Vel in eâ adiudica- 19
tione, quæ fit vi ſententiæ diffinitiuæ, ſecus in
interlocutoria, quia tunc intelliguntur res pro
iuſtâ ęſtimatione aſſignari, & ſecus etiã, quan-
do ſecundum decretum interponitur, *Aſin. de execut. §.7. ca. 294. n. 6.* vbi tamen in hoc ſe refert
ad ea, quæ dixit *Alex. in leg. à Diuo Pio, §. ſi pignora*
n. 2. ff. de re iudic. † Vel locum habet, ſi creditor à 20
principio ſimpliciter petierit adiudicari, vel in
ſolutum dari, cùm tunc conſilium mutare nõ
poſſit, ſecus, ſi petierit adiudicari pro iuſtâ ęſti-
matione, quia intelligitur pro concurrenti
quantitate, *Aſin. de execut. §.4. capite 54. in fin. & §. 31. capite 5. numero 4. Aldobrand. conſ. 142. num. 15. libro*
2. Gluſian. de dat. in ſolut. ca. 28. n. 317. † Vel procedit, 21
ſi ſimpliciter creditor accipiat pro integro de-
bito, & non contradicat, ſecus, ſi contradicat, &
declaret, prout facere debet cautius agẽdo, quia
tunc illi non præiudicatur pro reſiduo, *Pract. Papien. in d. form. execut. ſent. diffin. in gl. ſapiens, nu. 10. verſ. amplius quæritur. Aſin. de execut. d. §. cap. 77. num. primo, & §.7. ca. 300. nu. primo, Neguſ. de pignor. parte 3. memb. 2. n. 36. Tepat. var. ſent. titulo 416. capite 3. Carpan. ad Statut. Mediol. libro primo, ca. 166. nu. 17. Menoc. dict. præſumpt. 92. n. 5.* vbi de veriori, & tutiori opinio-
ne, &, quod ceſſat tunc præſumptio, & quod † 22
eſſet durum, ac iniquum, quod creditor inui-
tus & contradicens cogeretur acceptare pro
toto ſuo credito pignus minoris valoris, *libro 2. Anton. Sol. ad decret. Sabaud. libro 3. de form. & ord. proced. in pignor. & ſubhaſt. bon. mobil. gl. 1. numero 22. & in tract. de feud. inter comm. opin. to. 2. tit. 5. n. 111. fol. 620.*
B. Prout † nec debitor, qui per dolum pluris 23
ęſtimatum fundum dat, conſequitur liberatio-
nem, niſi, quod deeſt, ſuppleat, *Mangil. de ſubha.*
quæſt. 99. numero 8. & 9. Et † ſecus eſt in pignore 24
conuentionali, quia illud intelligitur acceptũ
pro eo, quod valet, *Tepat. var. ſent. tit. 416. ca. 4. Me-*
noc. de præſumpt. 92. nu. 2. li. 2. † & eo magis quan- 25
do conſtat, talem fuiſſe intentionem credito-
ris, & debitoris, *Rot. poſt Nigr. de ſubhaſtat. deciſ. 48. numero 2.* vbi de coniecturis *& deciſione 49. nu. & ſeqq.* vbi, quod id, & pretium redactum proba-
tur plus quam ſemiplene per vnum teſtem

in

Digitized by Google

in facto proprio non habentem intereſſe, & plenè, ſi concurrat cum partis confeſſione, & veriſimilitudine, & eo magis, ſi deferatur juramentum in ſupplementum.

26 Vnde † creditor diligenter, quomodo pignus accipiat, animaduertere debet, *Aſin. de execut. d. §. 4. ca. 77. n. 1.* nam †, pignore ſimpliciter
27 in ſolutum accepto, quod ſibi debebatur, amplius petere non poteſt, nec pro certâ quantitate velle pignus retinere, & reliquum petere, quia, cum hoc pignore contentùs fuerit, non poteſt inde conqueri, quia reliquum quaſi pacto remiſiſſe videtur, *Cagnol. in leg. 2. numero 164. C. de reſcind. vend. Gluſian. de dat. in ſolut. libro ſecundo capite 7. num. 448 Mangil. de ſubhaſt. quæſtione 60. n. 6.* & ſuâ ipsâ voluntate ſibi præjudicaſſe, *Menoc. de præſumpt. 92. numero 2. li. 2. Mangil. de ſubhaſt. quæ.*
28 *9. num. 6.* & † eo magis, quando conſtet, quod eſt illi actualiter, & plenè ſatisfactum, & plenariè per adjudicationem conſultum, *Mangil. d. quæ.*
29 *60. n. 6.* † dicitúrq; res ad eum tranſiuiſſe etiam cum onere ſumptuum ſubhaſtationum, *Tepat. var. ſent. tit. 417. ca. 3.*

30 Nec, † quando adjudicatio fit pro ſummâ tantùm debita, & non pro eâ quantitate, quanti reverà valet, damnum vllum fit cæteris creditoribus, ſi res majoris valoris detegatur, quia poſſunt offerre, *Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 161. n. 10. & qu. 162. n. 1. Vrſell. in verb. adjudicatio. concl. 52. num. 14.*

SVMMARIA.

1 *Pretium ante æſtimationem eſt incertum.*

2 *Pignora ſubhaſtaturus debet prius eorum valorem explorare.*

3 *Pignora, & bona, quæ à creditore, vel iudice venduntur, de iure communi non indigent æſtimatione, ſed ſubhaſtatione, & licitatione præcedente plus offerenti conceduntur.*

4 *Æquum non eſt, vt, licitatoribus extantibus, præcedere debeat æſtimatio. Contrarium n. 5. vbi præſertim quoad bona pupilli.*

6 *Emptor non cogitur emere juxta æſtimationem, ſed prout de pretio conuentum eſt.*

7 *Emptor non reperiretur, ſi venditio facienda eſſet offerenti juxta æſtimationem, & plus vltra.*

8 *Æſtimatio non requiritur, ſi venditio ſub haſta fiat ipſi creditori plus offerenti in aliorum concurſu, ſecus ſi offerat ſolus, & quare, & de remedio ad illam effugiendam, & n. 9. & 10.*

12 *Exactores publici, & Adminiſtratores rerum publicarum, ac aliorum, & Iudex ex conſilio peritorum Aduocatorum, vt res vendendæ, vel locandæ iuſto pretio licitentur, debent illas æſtimare facere per expertos, & peritos, & deinde ſub haſta ponere pro pretio æſtimato, vbi exempla, & quare, & n. 12. & 13.*

14 *Æſtimatione præconium præcedenti magis apparet de vero valore rei, maximè ſi in ſolutum danda ſit creditori, & magis conſultum dicitur debitoris.*

15 *Spoliorum Eccleſiaſticorum effectus æſtimandi ſunt, antequam ſubhaſtentur.*

16 *Æſtimatio præcedere debet in diſtractione facienda in iudicio hypothecario ex forma Ritus Regni.*

17 *Licitatoribus vt plurimum reticetur pretium æſtimatum, quod aliquando eſt etiam rigoroſum, vt appareat, quis pluris ſit licitaturus.*

18 *Oblatione non facta vltra pretium æſtimatum poteſt quis, cautius agendo, curare, vt Notarius id adnotet.*

19 *Nec non poteſt res ſubhaſtata deliberari pro ſumma æſtimata, & pro ea, quæ reperiatur niſi ſit valde inferior, accedente præſertim decreto Iudicis, pro quo præſumitur, & requiſitis ad licitandum creditoribus, & numero vigeſimo & vigeſimo primo vbi ampl.*

22 *Æſtimatio de jure communi requiritur in adiudicatione facienda creditori, nec ſufficit ſola ſubhaſtatio, & eſt hic ordo à iure datus, & paſſim in Aula iudiciaria receptus, alias adjudicatio nulla eſt, & reuocanda, & n. 23. 24. 25. & 31. Decl. vt nu. 98. 99. 107. & ſeqq.*

26 *Adiudicatio vera, & formiter facta dicitur, quando præceſſit appretium.*

27 *Æſtimatione conſulitur debitori, & creditori.*

28 *Ea in adiudicatione non præcedente, poteſt magna fraus committi in debitoris præiudicium.*

29 *Eaq; in adiudicatione requiritur ad euitandas fraudes, ne res magni valoris detur pro modico pretio. Lim. vt n. 30.*

31 *Statuta loquentia de æſtimatione facienda, adjudicationem tantùm reſpiciunt, non venditionem, niſi id etiam exprimant, vt Statutum Vrbis, & numero 32.*

33 *Statuta recipiunt à jure communi interpretationem paſſiuam.*

34 *Iudex non præſumitur, ſe extraiudicialiter informaſſe ſuper æſtimatione rei adjudicatæ. Contrarium, n. 100.*

35 *Iudices ſolent ex abrupto, clauſis oculis, & ſine cauſæ cognitione adjudicare creditoribus bona debitoris etiam magni valoris pro modico pretio.*

36 *Æſtimatio non præſumitur ex temporis interuallo, ſed eſt probanda.*

37 *Et fieri debet per peritos præuia illorum electione, & relatione: de quâ conſtet. Contrarium numero 99.*

38 *Sententia adiudicationis, & illius immiſſio dicitur notoriè iniuſta ſi in actis non conſtet de valore, vel æſtimatione rei.*

39 *Æſtimatione, & peritorum relatione non præcedente, ſciri non poteſt, an ſit locus adiudicationi, ſeu an in totum, vel pro parte res ſit adiudicanda nec creditum certum dicitur, & n. 40.*

41 *Iudex debet adiudicationem facere creditori non vili, ſed iuſto pretio.*

42 *Emptore non reperto pro iuſto pretio, non debent bona viliori pretio vendi, ſed creditori pro iuſto pretio adjudicari, & ſit præuia æſtimatione peritorum, & proborum virorum, & numero 43. vbi Ampl.*

44 *Pretium iuſtum vt agnoſcatur practica clara, vera, & indubitabilis eſt, vt eligantur periti ad illud æſtimandum.*

45 *Illius iuſtitia ad effectum adiudicationis apparere non poteſt, niſi per relationem peritorum.*

46 *Peritis potius, quàm teſtibus quoad rei valorem ſtandum eſt etiam, quod ſuæ depoſitionis rationem reddant.*

47 *Æſtimatores de iure communi eliguntur à par-*

Digitized by Google

tibus cogente Iudice, niſi adſint à Commune deputati, vt Peruſij, & nu. 48.

49 Et debent eſſe plures.

50 AEſtimatio non ſufficit facta à ſolo pretio vnius partis.

51 AEſtimatorem in contumaciam vnius partis eligit Iudex.

52 AEſtimator vnus ſolus ſufficit, ſi in eum partes conſentiant, ſed Iudex eligit ſaltem duos, & num. 35. vbi ampl.

54 AEſtimatio fieri debet ab æſtimatoribus viris probis, & illius loci, vbi ſita ſunt bona ſi extet de hoc Statutum, vt extat in multis locis, & ſi alter illius loci non ſit, adjudicatio non tenet, & numero 55.

56 AEſtimatores loci rei ſitæ multo melius rei qualitates, reditus, ac pretium ſcire præſumuntur.

57 Qualitates omnes à Statuto requiſitæ ſunt ſeruandæ, & probandæ, Lim. & ſubl.m. vt nu. 58.

58 Qualitas probitatis in quolibet à natura præſumitur,

59 Statuti forma in æſtimatione non ſeruata, æſtimatio, & adjudicatio, quæ ab eo vim, & firmitatem accipit, nulla eſt.

60 Statutum dans formam probandi valorem immobilium ſeruandum eſt, alias nulliter agitur.

61 Periti iurare debent, ſe iuſtè, & rectè æſtimationem facturos.

62 Citari an debeat in æſtimatione pars ad intereſſendum tali die, & hora, quatenus velit.

63 AEſtimatio fieri debet habita conſideratione rei qualitatis, & redituum, & veri valoris, ac eius, quod communiter vendi poteſt, & ſolet, non ex particulari affectu, vtilitate, & ſumptu, vbi exempla, & n. 64. 65. & 71.

66 Et ſolet in ea attendi locus, videlicet, publicus, vel mercatum.

67 Pretium iuſtum non eſt conſtituendum ex præterita emptione, ſed ex præſenti æſtimatione.

68 Pretium rei curſu temporis variatur, & poteſt etiam augeri, & n. 69 & 70.

70 Læſio argui non poteſt in ſubhaſtatione vineæ, quæ fuit multis annis anteà plus vendita, ſeu appretiata, & quare.

71 Nec in ſubhaſtatione rei, quæ antea data fuiſſet in dotem pro maiori pretio, & quare.

72 AEſtimatores referre debent apud acta cum juramento ſiue à partibus, ſiue à Iudice fuerint electi, & nu. 73.

74 Citatio an requiratur in relatione æſtimatorum, & n. 75. & 76.

77 AEſtimatores, ſufficit, vt referant de proprio Iudicio, nec requiritur, vt ex certâ ſcientiâ.

78 AEſtimatores duo electi ſi ſint diſcordes, eligitur à partibus tertius Iudice cogente, & poſt moram à Iudice.

79 Tertio æſtimatori ſtatur, ſi ille neutro ex primis duobus accedat.

80 Adjudicatio fieri poteſt iuxta æſtimationem faciendam à tertio perito.

81 Venditio valet facta pro pretio per tertium declarando, & quare, & n. 82.

83 Statuto diſponente, vt ad æſtimandum eligantur duo viri practici, & legales, non poteſt, qui eligit, impugnare perſonas, ſed eorum dictum.

84 AEſtimatores inducti ad infringendam in ſolutum dationem, non debent contrarium efficere.

85 AEſtimatio in caſu adjudicationis eſt neceſſaria tam in debitis publicis, & Fiſcalibus, quàm in priuatis, & cujuſlibet alij non priuilegiati, & quare, & nu. 86. & 87.

87 Debitum Fiſcale eſt plus priuilegiatum, quàm priuatum, & n. 92.

88 Oblatio facta per debitorem de bonis pro ſumma debita non operatur dationem in ſolutum, ſed, quod ea accipi debeant pro juſta æſtimatione.

89 Sententia adiudicans bona pro ſumma debita intelligitur pro iuſta æſtimatione.

90 Sententia ſemper recipit interpretationem, vt dicatur lata, provt de iure ferri debet.

91 Rota ſeruat quod æſtimatio locum tantùm habeat in ſubhaſtatione, & adiudicatione, quæ fit pro exactione publicarum functionum, & pro debito Fiſci, ſecus in ea, quæ fit pro debito priuato, & numero 93.

92 Caſus publicæ exactionis eſt magis priuilegiatus, quam caſus exactionis priuatæ.

94 Iure nullo cauetur, quod æſtimatio ſit de forma, & ſubſtantia adjudicationis, quæ fit creditori iuxta diſpoſitionem l. à Diuo Pio: nec id explicant Iuriſconſulti, niſi per modum conſilij, & cautelæ, & n. 95. & 96. Contrarium n. 97.

101 Iudex, aliquibus extantibus oblationibus, ex eiſdem informatus præſumitur de rei æſtimatione.

102 Oblationes etiam, quod ad iuſtum pretium non aſcendant, poſſunt deſeruire ad iuſtum pretium probabiliter regulandum.

103 Res tanti valet, quanti vendi poteſt.

104 Pretium iuſtum vt plurimum ex ſubhaſtatione colligitur.

105 Subhaſtatio modus eſt probandæ æſtimationis, & valoris.

106 Iudicis arbitrio iudicatur, quod certum ſit pretium in adjudicatione.

107 Diſpoſitio leg. ſi quos, C. de reſcind. vend. ad quem effectum emanauerit, & quando ceſſet illius diſpoſitio.

108 Adiudicatio facta creditori impugnari non poteſt ex eo ſolo, quod de æſtimatione in actis non conſtet, ſed oſtendendo, eam factam eſſe viliori pretio, & ſunt iſta duo inter ſe diuerſa.

109 AEſtimationis defectus attenditur, ſi conſtet de magno exceſſu inter pretium iuſtum, & illud pro quo facta eſt ſubhaſtatio, vel adiudicatio.

110 Adiudicatio, ſeu venditio, quæ probetur facta pro paruo pretio, ex quo valeret in duplo plus, cenſetur facta mala fide in gratiam creditoris, vel emptoris, & nulla eſt, vel reſcindenda.

111 AEſtimatio omitti poteſt etiam in Fiſcalibus, & Cameralibus, & vbi ex literis Sacræ Conſultæ, vel alias data ſit facultas procedendi manu Regia, & provt in Fiſcalibus, & Cameralibus, vel ſola facti veritate inſpecta.

112 Nec ea eſt neceſſaria in re, quæ ſit in continuo deteriorationis, & amiſſionis periculo, cùm tunc alienatio fieri poſſit abſque ſolennitatibus.

113 Statuto ſtante, de æſtimatione facienda in caſu adiudicationis, ea requiritur, alias nulliter agitur, & quare, & de aliquibus Statutis, & numero 114.

114 Statutum Vrbis de æſtimatione facienda in adiudicatione eſt ordinatorium, & ſeruandum ſolùm in foro Capitolino.

115 AEſti-

Digitized by Google

115 *Æſtimatio an requiratur in adjudicatione ex Marchiæ Conſtitutione.*
116 *Æſtimatio vbi in adiudicatione eſt neceſſaria tutius eſt,vt ea fiat ante ſubhaſtationem.*
117 *Æſtimatio alias facta quando ſufficiat, vel non.*

De Æſtimatione, & an ea requiratur in Adiudicatione.

INSP. XLVII.

1 TAmetſi † rei pretium ante ęſtimationem
ſit incertum,*Luc.Pet.in pact.lib.8.capite 2.nu-*
2 *mero 32. Aſin.de execut. §.4. capite 82. in fin.* † de-
beátque ſubhaſtaturus pignora ſummatim
explorare priùs illorum valorem,*Mangi.de ſub-*
3 *haſt.quæſt.21. numero 12.* De jure tamen communi
pignora capta in cauſam judicati, & bona,
quæ à creditore,vel Iudice venduntur,ęſtima-
tione non indigent,ſed ſubhaſtatione, & lici-
tatione præcedente plus offerenti conceduntur,*lege 4.& lege quæ ſpecialiter,vbi not.C.de diſtract.*
pign.lege fin.Cod.de jur.domin.impetr. Aſin.de execut.
d.§.4.c.82.n.2.3.5.& 7.Surd.conſ.256.n.5.in fin.& n.6.
Gratianus diſcept.for.c.7.n.23.c.545.n.11.& c.761.n.4.&
Mangil.de ſubhaſt.q.56.in fi. Vrſell.in verb.adjudicatio.
4 *concl.52.folio 383.in appoſtill.* † Nec eſt æquum, vt,
licitatoribus extantibus, præcedere debeat
æſtimatio,*Mangil.de ſubhaſt. quæ.18.num.6.& qu.19.*
5 *n. n.* † Quidquid in contrarium videatur ſentire *Luc.Petr. d.c.2.n.32.& Stat.de iudic.libro 1.ca.92.*
n.27.& Mangil.de ſubhaſt.q.99.n.4. & quando agatur contra pupillum, *Aſin.de execut.dicto §.4.ca.*
48.num.4.

6 Ratio verò eſt, tum quia † emptor non cogitur emere juxta æſtimationem, ſed provt de
pretio conuentum eſt,*Aſin.d.c.82.n.6.*tum etiam
7 quia,† ſi venditio juxta ęſtimationem,& plus
vltra illam offerenti fieri deberet,qui ſe in emptorem offerret,non reperiretur, *Aſin.eodem capite 82.in fin.*

8 Quæ procedunt,† etiam ſi res ſub haſta vẽdatur ipſi creditori vti plus offerenti, nam nec
tunc requiritur æſtimatio, *Ant.Sol.ad decret.Sabaud.libro 3.titulo 39.de form.ac ord.obſeru.in pignora.*
ſubh.& delib.bon.ſtab.gloſ.3.nu.4. Gratianus dicto ca.7.
numero 24.& capite 706.numero 6. Mangill.de ſubh.d.
quæſt.18.n.6.& q.166.num.7.& Rot.poſt noſtrum tract.
mand.de manuten.dec.109.n.6.& ſeqq.quæ eſt etiam penes Mangill.de ſubh.dec.18.n.5.& 6. Rot.recent.dec.411.
9 *num. 9. parte 5.* † & videtur eſſe de mente *Vrſell.in*
verb. adiudicatio. concl.2.folio 383. in appoſtill. Quod
tamen intelligi debere videtur,quando creditor offerat in aliorum concurſu, ſed quando
offert ſolus, ad fraudes euitandas, & ne plus
creditor conſequatur, non eſt illi res danda
juxta illius oblationem, ſed pro juſto, & vero
pretio, de quo apparere poteſt niſi per expertorum æſtimationem, alias nulliter proceditur,& ſpoliatiuè,vt de veriori *Mangil.de ſubhaſt.*
*quæ.154.n.7.& q.157.n.2.*quamuis contrarium in-
10 diſtinctè videatur ſentire, *Vrſell. vbi ſupra.*† ad
quam effugiendam ſolent creditores ſupponere alios oblatores.
11 Sed † de conſilio peritorum Aduocatorum
eſt, vt ſeruetur in praxi, quod Exactores publici,& adminiſtratores rerum publicarum,&
aliorum,ac Prętor,ad effectum,vt res vendendæ, ſeu locandæ juſto pretio licitentur, quod,
antequam ſub haſta ponantur,faciant eas ęſtimare per peritos, & expertos, ac notitiam habentes, vt purà domos per carpentarios, & fabros lignarios,lanas per pannificos,veſtimenta
per ſartores, vaſa argentea, & aurea per aurifices; oues per laniones, & opiliones, & ſic de
ſingulis,& poſtea ponant in ſubhaſtatione pro
pretio,per æſtimatores declarato, *Caſtr.in lege ſi*
quos,n.2.C.de reſcind.vend.Iodoc de ſubh.c.3.nu.11.Rolan.conſ.32.n.34 li.1.Aſin.de execut.§.4.c.90.n.11.Munnoz.de Eſcub.de ratiocin.adminiſtr.c 16.n.7. FenZon.ad
Statut.Vrb.c.194.n.40.Mangil.de ſubh.qu.59.n.6.q.89.n.
3.& q.112.n.7.& † quod conſultius faciant Iudi- 12
ces, qui probabiliter dubitant de juſto pretio
bonorum mobilium,& ſe mouentium, vt ſtatim in primo termino ad captionem pignorum pręfinito,vnà cum Executore mittant peritos in arte ad æſtimandum, tradit *Gratianus*
diſcept.forenſ.capite 811.numero 18. & Mangill.de ſubh.
q.73.n.6.

Cùm † ex hujuſmodi taxatione omnis ſuſ- 13
picio,& via fraudis pręcludatur,rectéq; iſti adminiſtraſſe,& feciſſe pręſumantur,cùm non ex
ſuo capite, ſed ex peritorum taxatione vendiderint, ſeu locauerint, aliàs facillimè colludi
poſſet cum emptoribus, & conductoribus in
damnum,& detrimentum dominorum,& debitoris,ac creditoris reſpectiuè, & res gratiosè
dari amico pro modico pretio, vt per *Caſtr. Iodoc.Rolan.Aſin.MunnoZ.& Fenzon.vbi ſupr.& Mangil.de ſubh.q.59 n.6.* Et, † vbi æſtimatio præceſſe- 14
rit præconium, magis apparet de vero valore
rei æſtimatæ,maximè vbi ea danda ſit in ſolutum creditori, & ſic conſultum etiam magis
dicitur debitoris indemnitati, *Fenzon.ad Statut.*
Vrb.c.194.n.53.

Iſtámq; † practicam ſeruandam eſſe in ven- 15
ditione, & diſtractione effectuum Spoliorum
Eccleſiaſticorum diſponitur *in inſtructione Subcollectorum Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Generalis Theſaurarij S.D.N.ſub num.5.*

Quódq; † æſtimatio debeat præcedere in 16
diſtractione facienda in judicio hypothecario
ex forma Ritus in illis partibus, dicit *Maſtrill.*
dec.89.n.1.p.1.

At † vt plurimum reticetur licitatoribus 17
verum rei pretium ab æſtimatoribus definitum, & aliquando carius æſtimatur, vt appareat,quis ſit licitaturus,*Gratianus diſcept.for.c.7.n.*
20.in fin.Mangil.de ſubh. q.21.n.12.

Siq; † in ſubhaſtatione nihil vltra æſtima- 18
tionem fuerit oblatum, poteſt cautius agendo
curari. vt Notarius hoc adnotet, vt per *Mun-*
noZ.de ratiocin.adminiſtr.c.16.nu.42. † & res ſubha- 19
ſtata deliberari pro ſummâ æſtimatâ, vel pro
eâ,quę reperiatur,quę tamen non ſit longè inferior ſummę æſtimatę, ne nimis à juſto pretio 20
recedatur: † Præſumeretúrq; ſubhaſtatio facta
cum decreto Iudicis valida, & legitima quamuis ęſtimatores plus æſtimaſſent, quam fuiſſet
res vendita judicialiter, *Tuſc.in verb.ſubhaſtatio.*
concl.714.nu.1.&, quod, † cũ fuerint requiſiti cre- 21
ditores ad licitandum,& renuerint hoc facere,

Digitized by Google

poſſit Iudex, non attentâ peritorum æſtima-
tione, procedere ad ſubhaſtationem pro mino-
ri pretio, quaſi tunc ceſſet fraus, tradit *Rot. poſt*
Nigr. de ſubhaſt. dec. 6. n. 16. 19. & 20. vbi, etiam quod
aliquantulum non ſuperſederit.

22 Subhaſtatione † verò ſequuta, ſi, licitatore
non reperto, ſeu non offerente juſtum pretium
in ſubſidium facienda ſit creditori rei, & pi-
gnoris adjudicatio pro ſummâ debitâ, & vſq;
in concurrentem debiti quantitatem, videtur,
ſecundum jus commune, quod æſtimatio prę-
cedere debeat, alias adjudicatio nulla ſit, *ex leg.*
ſi quos, C. de reſcind. vend. vbi Caſtr. n. 2. idem Caſtr. conſ.
15. vol. 2. Bal. conſil. 122. nu. 4. libro tertio, Marcabr. ab
Anguil. conſ. 3. numero 47. BertaZol. conſ. 401. numero
24. libro 2. Becc. conſ. 95. numero primo. Surd. conſ. 256.
numero primo, vol. 2. Aſin. de execut. §. 4. capite 66. nu-
mero 2. capite 73. in princ. capite 78. numero primo, capite
82. numero primo, 2. 3. & 7. & capite 90. in princ. & nu-
mero vndecimo & 97. capite 300. num. primo, Baldun.
de pignor. ca. 18. col. 7. in fin. Anton. Sol. ad decret. Sabaud.
de form. & ord. proced. in pignor. ſubhaſtat. & deliberat.
bonor. mobil. gloſſa prima, num. 27. & titulo 39. de form.
ac ord. obſeru. in pignorat. ſubhaſt. & deliber. bon. ſtabil.
gl. 3. numero 2. 3. & 5. Saluſt. Tiber. in praxi libro 1. ca.
44. numero 5. & poſt cap. 58. numero 8. ſub verſ. iam di-
ximus. Luc. Pet. in pract. libro 8. capite 2. n. 31. & 32. ... dd.
ad pract. Pancir. parte 3. verſ. ſecundus modus, in verb.
ipſe emat. Franc. Ant. de liquid. inſtrum. nu. 74. Paſcal. de
patr. poteſt. parte 2. capite 10. n. 92. in fin. & ſeqq. Scacc.
de iudic. libro primo, ca. 92. nu. 29. verſ. etenim, & nume-
ro 31. verſ. alterum vero. Coſt. de port. rat. quæſtione 65. &
de retrotract. ca. 27. n. 3. vbi, quod in foro illarum
partium malè practici introduxerunt, datio-
nem in ſolutum fieri abſque præambula ęſti-
matione. *Nouar. ad leg. ſi tempora, nu. 17. Cod. de fid.*
inſtrum. & iur. haſt. Fiſcal. libro 10. Gratianus diſcept. fo-
renſ. ca. 7. numero 23. & 24. ca. 545. nu. 10. & 27. & ca.
706. n. 6. FenZon. ad Statut. Vrb. ca. 194. n. 54. Antonell.
conſ. 27. numero ... Mangil. de ſubhaſtat. quæſtione 18. n.
23 *2. & 3.* vbi de veriori, & *n. 6.* vbi, quod † non ſuf-
ficit ſola ſubhaſtatio, *quæſtione 56. in fin. quæſtione*
153. numero 29. quæſt. 154. n. 7. & ſeqq. & n. 13. quæſt. 139.
n. 14. vbi, quod adjudicatio, vt valeat, facienda
eſt præuia æſtimatione per peritos, & non per
ſolam ſubhaſtationem, *quæſtione 160. n. 12. quæſtio-*
ne 161. n. 4. & ſeqq. & quæſt. 195. n. 3. & ibi Rot. deciſ. 18.
n. 4. & 6. Vrſell. in verb. adjudicatio. concl. 52. nu. 2. vbi
pariter, quod adjudicatio ſit præuiâ æſtima-
tione per peritos, non per ſubhaſtationem, &
nu. 11. & in appoſtill. folio 383. Affl. dec. 358. n. 5. Maſtrill.
deciſ. 49. n. 2. parte primâ, Rot. in Romana Nullitatis
Subhaſtationis Vineæ 5. Februarij 1604. coram Litta, pe-
nes Marcheſ. de comm. parte primâ, folio 1246. nu. 5. &
in Belleiana Diſcuſſionis 5. Iulij 1603. coram Sarmiento,
penes eundem Marcheſ. parte 3. folio 257. Rot. poſt Paci-
fic. de Saluian. deciſ. 2. in princ. & numero primo, vbi,
quod † hic eſt ordo à jure datus, & paſſim in
24 Aula judiciária receptus, *& deciſ. 216. numero pri-*
mo, & apud noſtrum tract. mand. de manuten. deciſ. 109.
n. 8. & 15. & deciſ. 323. n. 6. Duran. deciſ. 37. n. 13. Burat.
deciſ. 96. numero 4. vbi Add. littera A. Rot. recent. deciſ.
333. numero 4. & deciſ. 391. numero primo, parte 3. &
poſt Nigr. de ſubhaſta. dec. 6. n. 17. & 18. & in Romana
Executionis Sententiarum, 17. Aprilis 1592. coram Ora-
no, poſt tract. deciſio. 5. numero 2. & 10. & in Bononien.
Spolij 14. Iunij 1599. coram Cardinali Lancellotto, poſt
tract. deciſ. 10. numero 7. † & executio retractanda. 25
Anton. Sol. dict. gl. 3. numero 2. † Adjudicatióque 26
vera, & formiter facta dicitur, quando præceſ-
ſit appretium, *Vinc. de Franc. deciſ. 120. numero 9. parte*
primâ, cùm † per illud conſulatur debitori, & 27
creditori, *Baldun. de pignor. capite 18. colum. 1. in fin.*
Nam † poſſet, æſtimatione non præcedente, 28
magna fraus committi in præjudicium debi-
toris, *Gratian. diſcept. forenſ. ca. 7. num. 19. Mangill. de*
ſubhaſt. quæſtione 18. num. 9. in fin. Vnde † hoc caſu 29
æſtimatio requiritur ad euitandas fraudes,
quæ in his adjudicationibus accidere poſſunt,
vt quando res magni valoris datur pro modi-
co pretio, *Mangill. dicto numero 9. in fin. & quæſt. 161.*
n. 5. Et in his terminis intelligi debent, qui aſ-
ſerunt, æſtimationem debere præcedere ſub-
haſtationem, vt per *Gratian. diſcept. for. dicto cap. 7.*
numer. 23. & 24. capit. 489. numer. 27. & capit. 545.
num. 10. † Niſi res data in ſolutum eſſet minoris 30
valoris, quàm eſſet debitum, quod probandum
eſſet ab eo, qui vellet, adjudicationem ſuſtine-
re, *Rot. in d. Bononien. Spolij 14. Iunij 1599. coram Card.*
Lancellotto, poſt tract. dec. 10. n. 8.

Ideóq; Statuta loquentia de æſtimatione 31
facienda adjudicationem tantùm, ſeu datio-
nem in ſolutum reſpiciunt, in quâ æſtimatio
neceſſaria eſt, non autem venditionem, *Aſin. de*
execut. §. 4. c. 82. n. 4. & ſeqq. † niſi id etiam expri- 32
mant, prout exprimit Statutum Vrbis, de quo
per *Fenzon. dicto c. 194. n. 25. & ſeqq.* Cùm † Statuta 33
à jure communi interpretationem paſſiuam
recipiant, *Aſin. d. c. 82. n. 7.*

Neque ſufficit præſumptio, quod Iudex ſe 34
extrajudicialiter informauerit ſuper tali æſti-
matione, *Gratianus diſcept. for. d. c. 545. n. 9. Mangil. de*
ſubhaſt. quæſt. 54. nu. 2. † cùm experientia doceat, 35
quod Iudices ex abrupto, & clauſis oculis, ſeu
ſine aliquâ cauſæ cognitione adjudicant cre-
ditoribus bona debitoris etiam magni valoris
pro exiguo pretio, *Maſtrill. dec. 247. la. 2. num. 131*
parte 3. † Neq; etiam æſtimatio pręſumitur ex 36
temporis interuallo, ſed eſt nihilominus pro-
banda, *Put. dec. 252. n. 3. & ſeqq. li. 2.*

Atque † requiritur, vt æſtimatio fiat per 37
peritos, & præuiâ illorum electione, & relatio-
ne, de quâ conſtet, *Luc. Pet in pract. libro octauo, ca-*
pite ſecundo, numero 31. Saluſt. Tiber. in pract. libro pri-
mo, capite 44. numero 5. & poſt cap. 58. nu. 8. ſub verſ. jam
diximus. Anchar. quæſt. 56. numero vndecimo, Bertaz.
conſ. 40. n. 28. libro 2. Franc. Anton. de liquid. inſtrum. nu.
74. Gratianus dicto cap. 545. nu. 9. Mangil. de ſubhaſt. q.
86. nu. 18. & quæſt. 154. n. 12. Affl. dec. 358. nu. 5. Rot. poſt no-
ſtrum tract. mand. de manuten. dec. 323. numero 6. Ita
vt † ſententia adjudicationis, & immiſſio data 38
eo ipſo, quod ex actis non conſtet de valore
rei, vel de æſtimatione, dicatur notoriè inju-
ſta, *Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 154. numero 14. Seraph. de-*
ciſ. 205. numero 3. Rot. recent. deciſ. 181. numero 3. parte 3.
† Nec, ſi æſtimatio, & peritorum relatio non 39
præcedat, ſciri poteſt, an ſit locus adjudicatio-
ni, *Gratianus dicto cap. 545. n. 10.* † ſeu an in totum, 40
vel pro parte vſque ad concurrentem quanti-
tatem debiti res adjudicanda ſit, *Aſin. de execut.*
dicto §. 4. ca. 80. n... nec creditum certum dicitur
non conſtito de æſtimatione rei per peritos,
Buratt. dec. 372. n. 5.

Debétq; † Iudex creditori adjudicationem 41
facere

Digitized by Google

facere non vili, ſed iuſto pretio, Ant. Sol. ad decret. Sabaud. lib. 3. tit. 39. de form. ac ord. obſeru. in pignor. ſubhaſt. & delib. bon. ſtab. gl. 3. numero 2. Carpan. ad Statut. Mediol. lib. 1. cap. 248. numero 12. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 56. in fin. qu. 86. numero 18. q. 99. numero 7. q. 154. numero 7. & q. 161. numero 6. Vrſell. in verb. adiudicatio. concl. 52. fol. 383. in appoſtill. Rot. poſt noſtrum tract. mand. de manuten. deciſ. 323. numero 6. Adeo vt,
42 † ſi non reperiatur emptor, qui emat pro iuſto pretio, bona non vendantur pretio viliori, ſed debeat creditor ea ſibi adiudicare facere, ſeu Iudex illa eidem adiudicare iuſto pretio, Roland.
consil. 32. numero 33. lib. 1. Affl. deciſ. 358. numero 5. Rot.
43 recent. dec. 411. numero 7. par. 5. & † per conſequens iuxta peritorum, & proborum virorum æſtimationem, illaque præcedente, Aſin. de execut. §. 4. cap. 78. numero 1. & cap. 90. numero 1. Rolan. d. conſil. 32. numero 33. libro primo Ant. Sol. ad decret. Sabaud. lib. 3. tit. 39. de form. ac ord. obſeru. in pignorat. ſubh. & delib. bon. ſtabil. gl. 3. numero 6. Vrſell. vbi ſup. Affl. deciſ. 358. numero quinto Rot. recent. dec. 391. numero 1. par. 3. & dec. 411. numero ſexto in fin. par. 5. & in Romana Syluæ 12. Decembris 1633. coram Eminentiſſ. D. Card. Veroſpio iumore poſt tract. dec. 100. numero 18. Quod procedit etiam in diuiſionibus, cum, & in iis lex iubeat, rem iuſto pretio æſtimari,
44 Alciat. conſil. 12. numero quarto, Cum † ad cognoſcendum a practica clara, vera, & indubitabili electionis peritorum, Caualer. dec. 187. numero
45 1. † nec de pretij iuſtitia ad effectum deueniendi ad adiudicationem apparere poſſit, niſi per relationem, & declarationem peritorum,
46 Gratian. diſcept. for. d. cap. 545. numero 10. † quibus potius, quam teſtibus quoad rei valorem ſtandum eſt, etiam quod nullam rationem reddant ſuæ depoſitionis, Gratian. diſcept. for. cap. 926. numero 16.

47 Ipſi † autem æſtimatores ex iuris communis diſpoſitione à partibus eliguntur Iudice compellente, Ant. Sol. ad decret. Sabaud. lib. 3. tit. 39. de form. ac ord. obſeru. in pignor. ſubh. & deliber. bon. ſtabil. gl. 3. numero 6. Fenzon. ad Statut. Vrb. cap. 194. numero 29. & 34. Mangil. de ſubhaſt. q. 56. numero 5. Vrſell.
48 in verb. adiudicatio conclu. 52. numero 11. † niſi ſint æſtimatores à Commune deputati, Sol. d. numero 6. Fenzon. d. numero 29. & 30. vt Peruſij, Fenzon.
49 ibid. Atque † debent periti eſſe plures, Rot. in Bononien. de Pannolinis 2. Maij 1611 coram Man-
50 Zanedo, poſt tract. dec. 24. numero 6. † nec ſufficit æſtimatio facta à ſolo perito vnius partis, d. dec. 24.
51 num. 5. in fin & numero 8. & † in contumaciam vnius partis eligit Iudex, Fenzon. d. cap. 194. num. 31. Mangil. d. quæſt. 56. numero 5. & Rot. in d. Bononien.
52 de Pannolinis numero 7. † Vnuſque ſolus ſufficit, ſi
53 ſolus eligatur, Sol. vbi ſup. † Sed Iudex eligit ſaltem duos ex magis peritis, & eo magis, ſi Statutum ad euitandas contentiones, & circuitus tolleret electionem partibus, & illam ipſi Iudici tribueret, vt ſit per decretum Sabaudiæ, Sol. d. nu. 6. & 7.

54 Æſtimatioque † facienda eſt ab æſtimatoribus probis viris, & quidem illius loci, vbi ſita ſunt bona, ſi extet de hoc Statutum, vt extat in multis locis, Aſin. de exec. §. 4. cap. 90. num. 1. Papon. de arreſt. lib. 16. tit. 3. de reſtitut. in integr. arr. 15. Vn-
55 de, † ſi alter non ſit ex eo loco, vbi ſita ſunt bona adiudicatio non tenet, Aſin. d. cap. 90. nu. 6. & ſeqq. cum diſpoſitum ſit, æſtimatores eiuſdem loci eſſe
debere, quia † multo melius rei qualitates, redi- 56
tus, ac pretium ſcire præſumuntur, d. cap. 90. ſub
nu. 6. Et † qualitates omnes à Statuto requiſitæ 57
ſunt ſeruandæ, & probandæ, Aſin. d. cap. 90. nu. 3. † 58
excepta qualitate probitatis, quæ in quolibet à natura præſumitur, adeo, vt non ſit probanda, niſi Statutum requireret, æſtimatores eſſe optimos, & omni exceptione maiores, Aſin. eod. cap. 90.
nu. 4. Alias, † forma Statuti in æſtimatione non 59
ſeruata, æſtimatio nulla eſt, & per conſequens etiam adiudicatio, quæ ab ea robur, vim, ac fir-
mitatem accipit, Aſin. d. cap. 90. nu. 6. & 9. † Statu- 60
tumque ſi vigeat circa formam, & modum probandi valorem bonorum immobilium, illud ſeruandum eſt, alias nulliter agitur, Fenzon. ad Statut. Vrb. d. cap. 194. n. 45.

Debentque † periti electi iurare in manibus 61
Iudicis ſe iuſte, & recte æſtimationem facturos, Ant. Sol. ad decret. Sabaud. lib. 3. tit. 39. de form. ac ord. obſer. in pignor. ſubhaſt. & deliberat. bonor. ſtabil. gloſ. 3. numero 8. Mangil. de ſubh. quæſt. 59. numero 5. Vrſell. in
verb. adiudicatio. concl. 52. numero 11. Et † eſt quoque 62
pars citanda ad intereſſendum tali die, ac hora, quatenus intereſſe velit, Mangil. de ſubhaſt. d. q. 66. numero 5. Vrſell. loc. cit. & dixi in tract. mand. de manuten. obſeru. 100. num. 8. vbi alia videas de materia, & videas etiam ſup. inſp. 23. numero 187. quamvis, quod in æſtimatione non requiratur citatio, dicat Seraph. dec. 577. numero 9 quæ eſt etiam inter diuerſ. dec. 277. ſub n. 7. par. 2.

Fieri † vero debet æſtimatio, habita conſide- 63
ratione rei, quæ æſtimatur, qualitatis, & redituum, Papon. de arreſt. lib. 16. tit. 3. de reſtit. in integr. arr. 15. Fenzon. ad Statut. Vrb. d. cap. 194. numero 43. & 44. Mangil. de ſubh. d. q. 56. numero 6. Rot. in Romana Nullitatis Subhaſtationis Vineæ 6. Februarij 1649. coram Litta, penes Marcheſ. de comm. par. 1. fol. 1246. numero quinto, & in Romana Executionis de Raynerijs 21. Aprilis 1608. coram Ortembergo, poſt tract. dec. 19.
in fin. † Et iuxta verum valorem, & habita ra- 64
tione eius, quod communiter vendi, & æſtimari poteſt, & ſolet, Aſin. de execut. §. 4. cap. 90. numero 1. Papon. d. arr. 15. Fenzon. d. cap. 194. numero 40. &
ſeqq. Mangil. d. q. 56. numero 14. † non ex particu- 65
lari affectu, & vtilitate, aut ſumptu, vt puta opportunitatis, vicinitatis, aëris, ſitus, & huiuſmodi, l. 1. §. ſi quis in fraudem patronorum. ff. ſi quid in fraud. patron. Papon. de arreſt. d. lib. 16. tit. 3. arr. 15. Fen-
zon. d. cap. 194. numero 42. & ſeqq. Provt † ſolet in 66
æſtimatione attendi locus, hoc eſt, publicus, ſeu mercatum, c. 1. de empt. & vend. Pinel. de reſcind. vend. par. 2. cap. 2. numero 26. in fin. Fenzon. d. cap. 164. n. 43. & 44.

Non † tamen iuſtum pretium conſtituen- 67
dum eſt ex præterita emptione, ſed ex præſenti æſtimatione, l. 3. §. Diui ff de iur. Fiſc. l. ad reſcindendam C. de reſcind. vend. Peregr. de iur. Fiſc. lib. 6. tit. 4. numero 8. verſ. intellige. Gratian. diſcept. for. cap. 7. num. 21. & cap. 545. num. 9. Mangil. de ſubh. q. 18. n. 4. & q. 154.
nu. 11. Greg. XV. dec. 101. nu. 2. cum † rei pretium cur- 68
ſu temporis varietur, l. pretia rerum. ff. ad leg. falcid. Rebuff. de præcon. licit. & ſubhaſt. art. 1. gl. 2. numero 4. Cenc. de cenſib. q. 72. nu. 18. iuxta nouiſ. impreſſ. Taurin. Rot. recent. dec. 46. num. 10. & dec. 120. num. 15. par. 6. & † augeri etiam præſumatur, Rot. diuerſ. deci. 63. num. 2. par. 4.

Digitized by Google

70 Hincque eſt, quod † læſio non arguitur in ſubhaſtatione Vineæ pro minori pretio, quam fuerit multis annis antea vendita, ſeu appretiata, cum Vineæ ſingulis quibuſque diebus deteriorentur, ſed debet probari, quod, inſpecto tempore ſubhaſtationis, pretium Vineæ fuerit, provt prætenditur, alias non dicitur conſtare de aliqua læſione, *Gratian. diſcept. for. cap. 926. num. 13.* quamvis & Vineæ valor poſſit tractu temporis augeri, *Rot. recent. d. dec. 46. num. 9. par. 6.*

71 Hinc quoque † non eſſet arguenda læſio, ex quo antea res data fuiſſet in dotem pro maiori pretio, quia illud dicitur pretium affectionis, & ad magnificandas dotes, quod non attenditur, *Gratian. d. cap. 926. num. 14.*

72 Referre † autem debent æſtimatores apud
acta cum iuramento, *Mangil. de ſubhaſt. d. q. 56. nu-*
mero 5. Fenzon. ad Statut. Vrb. d. cap. 194. numero 36. &
73 *ſeqq.* † ſiue à partibus, ſiue à Iudice fuerint e-
74 lecti, *Mangil. vbi proxime.* Sed † in relatione
non requiritur partis citatio, *Ant. Sol. ad decret.*
Sabaud. lib. 3. tit. 39. de form. ac ord. obſeru. in pignor.
ſubhaſt. & deliberat. bon. ſtabil. gl. 3. numero 8. quam-
75 vis † contrarium videatur ſentire *Mangil. de*
ſubhaſt. quæſt. 56. numero 5. & Vrſell. in verb. adiudicatio.
76 *ſub numero 11.* † quod poteris concordare, *vt in*
alio noſtro tract. mand. de manuten. obſeru. 101. num. 10.
& 11.

77 Atque † ſufficit, quod æſtimatores referant de ſuo iudicio, & credulitate, nec opus eſt, quod referant de certa ſcientia, *Fenzon. vbi ſupra.*

78 Sique † duo æſtimatores electi ſint diſcordes,
eligitur à partibus tertius, cogente Iudice, &
poſt moram eligit ipſe Iudex, *Fenzon. ad Statut.*
79 *Vrb. d. cap. 194. numero 32. & ſeq.* Sed, † ſi iſte tertius
neutri ex dictis duobus accedat, ſtatur ipſi ter-
tio, *Fenzon. ibid. numero 39. Rot. in Bononien. de Panno-*
linis 2. Maij 1611. coram Manzanedo, poſt tract. dec. 24.
80 *num. 5. in fin.* Vnde † poteſt adiudicatio fieri iuxta
æſtimationem, & appretium faciendum à tertio
81 perito, *Rot. d. dec. 24. in princ.* cum † valeat vendi-
tio facta pro pretio per tertium declarando, *ead.*
82 *dec. 24. nu. 3.* quia † intelligitur boni viri arbitrio,
cuius arbitramenti quantitas de iure eſt certa, *d.*
q. 24. num. 4. & 5.

83 Statuto autem diſponente, quod duo viri
practici, & legales ad æſtimandum eligantur,
quamvis eos pars inducendo legales eſſe fatea-
tur, & faciat, eorumque perſonas approbet, non
tamen inde inferri poteſt, quod ſint practici, ſed
immo poteſt idem eorum dictum impugnare,
84 *Aſin. de execut. §. 4. cap. 3. ſub numero 9.* &, † ſi ad
ipſam in ſolutum dationem, ſeu adiudicationem
infringendam, & annullandam inducti ſint,
contrarium efficere contra inducentis intentio-
nem non debent, *l. non omnis. ff. ſi cert. pet. Aſin. d.*
cap. 35. in fin.

85 Quinimmo, † quod in caſu adiudicationis æ-
ſtimatio ſit neceſſaria, videtur procedere tam
publicis, ſeu fiſcalibus debitis, & vbi agitur ad
fiſci inſtantiam, quam in priuatis, ſeu cuiuſuis
alij non priuilegiati inſtantiam contra priua-
tum, *Luc. Pet. in pract. lib. 8. cap. 2. numero 32. Ant.*
Sol. ad decret. Sabaud. lib. 3. d. tit. 39. de form. ac ord. ob-
ſeru. in pignorat. ſubh. & deliber. bon. ſtabil. gl. 3. numero
3. Gratian. diſcept. for. cap. 7. numero 20. vbi de veriori
86 opinione. *& cap. 545. numero 8. 23. & 26.* Nam, † ſi
requiritur æſtimatio in debito fiſcali, *d. l. ſi quos.*
C. de reſcind. vend. † quod eſt plus priuilegiatum, 87
multo magis in priuato non tam priuilegiato,
Ant. Sol. d. gl. 3. num. 3. Gratian. d. cap. 7. num. 20. & d. cap.
545. num. 26. Mangil. de ſubhaſt. q. 18. numero 11. & q. 154.
num. 7. & ſeqq.

Adeo vt † oblatio quoque facta per debito- 88
rem de bonis, eorumque poſſeſſione reſtricta
ad ſummam, & quantitatem debitam non ope-
retur dationem in ſolutum, ſed quod accipi de-
beant pro iuſta æſtimatione præcedente, *Rot. poſt*
Pacific. de ſalu. dec. 226. numero 4. Et † idem eſſet in 89
ſententia, quæ ſic adiudicaret, *Seraph. dec. 984. num.*
2. cum ſententia ſemper recipiat interpretatio- 90
nem, vt dicatur lata, provt de iure ferri debet *Se-*
raph. ibid. num. 3.

Rota † tamen contrarium ſeruat, ſcilicet, 91
quod æſtimatio locum habeat ſolummodo in
ſubhaſtatione, & adiudicatione, quæ fit pro ex-
actione publicarum functionum, & pro credito
fiſci, provt in his terminis loquitur *d. l. ſi quos. C.*
de reſcind. vend. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 18. numero 2. &
9. Gratian. d. cap. 545. numero 24. & cap. 706. numero 7.
Vrſell. in verb. adiudicatio. numero 11. verſ. licet contra-
rium. & numero 12. Buratt. dec. 96. numero 5. & ſeqq.
cum † caſus publicæ exactionis ſit magis priui- 92
legiatus, *Gratian. d. cap. 545. numero 25. & cap. 709. nu-*
mero 8. † Secus vero in debito priuatarum perſo- 93
narum, *Gratian. d. cap. 545. numero 24. & d. cap. 706.*
numero 7. Vrſell. in d. verb. adiudicatio. numero 12. Mang.
d. q. 18. nu. 9. Buratt. d. deciſ. 96. num. 5. Rot. recent. dec. 463.
num. 3. par. 3. ex Becc. conſ. 95. num. 17. & Surd. conſil. 256.
num. 2. & per tot. qui reſpondent contrariis, provt
etiam dictæ deciſiones.

Et ſatis eſt dicere, quod † nullo iure cauetur 94
quod æſtimatio ſit de forma, & ſubſtantia ad-
iudicationis, quæ fit creditori iuxta diſpoſitio-
nem *l. à Diuo Pio. §. ſi pignora. ff. de re iudic.* cum
concordantibus, *Gratian. d. cap. 545. numero 24.*
Mangil. de ſubhaſt. d. q. 18. numero 9. Vrſell. in d. verb.
adiudicatio. numero 11. verſ. licet contrarium. Rot recent.
d. dec. 463. ſub numero 3. par. 3. & Buratt. d. dec. 96. num.
5. & † Iuriſconſulti id omnino non explicant, 95
dum loquuntur de huiuſmodi addictione, ſeu
adiudicatione, *Baldun. de pign. cap. 18. col. 8. in princ.* 96
Ac proinde † Doctores, qui dicunt, æſtimatio-
nem requiri, antequam ſequatur adiudicatio
creditori, ſentiant, illam eſſe faciendam potius
per modum cautelæ, & conſilij, quam formæ,
atque præcepti, *Gratian. d. cap. 545. ſub numero 26.*
Buratt. d. dec. 96. ſub numero 8. & refert Mang. de ſubh.
d. q. 8. numero 14. † quamvis ipſe contrarium ſen- 97
tiat, & † concluſio ſolum procedat, quando res 98
per Iudicem in ſolutum datur pro rata debiti,
non quando ſimpliciter pro toto debito, *Grat.*
d. capit. 45. numero 27. Mangil. d. q. 18. num. 14. verſ. &
quod Doctores. Buratt. d. dec. 96. numero 8. in fin. † & ſit 99
intelligenda ad effectum, vt Iudex debeat ſe ex-
traiudicialiter informare, ne alias grauet debi-
torem, dando rem in ſolutũ creditori pro mino-
ri pretio, quam valeat, non autem quod æſtima-
tio debeat formiter fieri per peritos, & relatio in
actis poni, *Vrſel. in d. verb. adiudicatio. num. 12. in fi.*
Rot. recent. d. dec. 463. ſub n. 3. p. 3. Burat. d. dec. 96. num. 8.
Et, † quod Iudex ſe extraiudicialiter informaue- 100
rit, præſumitur, vbi alias de iure hoc poteſt face-
re, *Vrſ. loc. cit. Rot. recent. d. dec. 463. ſub eod. num. p. 3. &*

Buratt.

Digitized by Google

101 *Buratt.dict.dec.96.numero 9.* Et,† vbi aliquæ adſunt
oblationes, ex eiſdem informatus præſumitur,
Gratian.d.cap.545.numero 8.Buratt.d.dec.96.numero 10.
102 † Quæ etiamſi vere non aſcenderint ad juſtum
pretium, poſſunt tamen deſeruire ad juſtum
103 pretium probabiliter regulandum, cum † res
tanti valeat, quanti vendi poteſt, *Gratian.d.num.*
104 *28.Buratt deciſ 96. numero 11.* & † ex ſubhaſtatione
juſtum pretium vt plurimum colligatur, *Buratt.*
105 *d. dec. 96. num.12.*† ſitque ſubhaſtatio modus pro-
bandæ æſtimationis, & valoris, *Buratt.eadem dec.*
106 *96.num.13.* † Iudiciſque arbitrio judicetur, quod
certum ſit pretium in adiudicatione, *Tepat. var.*
ſent. tit. 416.cap. 14. Menoch. de arbitr. lib. ſecundo caſ.
143.

107 Præterea † diſpoſitio *d. l. ſi quos. C. de reſcind.*
vend. emanauit ad certum effectum, hoc eſt, ne
fiat fraus circa pretium, & proinde, vbi fraus
non apparet, ceſſare debet illius diſpoſitio, *Gra-*
tian.d.cap.545.ſub num.27.Rot.recent. dict. dec. 463. ſub
108 *n.3.par.3.Burat.d.dec.96.n.9.* & conſequenter † non
poteſt impugnari adiudicatio facta creditori ex
eo ſolo, quod in actis non appareat de æſtima-
tione, ſed oſtendendo, quod ſit facta viliori pre-
tio, cum tunc reſcindatur, & ſunt iſta duo inter
ſe diuerſa, *Gratian.d.capit.545.nu.27.Mangil.d. q. 18.*
num.13.Rot.recent.d.dec.463.n.3.in fi.par.3.Buratt.d.dec.
96.nu.10.

109 Tuncque † defectus æſtimationis attenditur,
quando de magno conſtat exceſſu inter pretium
juſtum, & illud, pro quo facta eſt ſubhaſtatio,
ſeu adiudicatio, *Gratian.diſcept.for.cap.7.numero 22.*
& cap.706.numero 5.Vrſell.in d.verb.adiudicatio.numero
12.Mangil.de ſubbaſtatio.d.qu.18.num.5.& d.q.19.num.
110 *3.* &, † quando probatur, adjudicationem, ſeu
venditionem factam eſſe pro paruo pretio, ex
quo res valeret in duplo plus, illa cenſetur facta
mala fide in gratiam creditoris, ſeu emptoris,
ideoque nulla eſt, vel ſaltem reſcindenda, *Gra-*
tian.d.cap.545.nu.26.Mangil. d.q.18.num. 11. Buratt.d.
dec.96.nu.8.

111 Ampl. vt immo † etiam in Fiſcalibus, & Ca-
meralibus poſſit ſolennitas æſtimationis omitti,
& etiam vbi ex literis Sacræ Conſultæ, vel alias
data ſit facultas procedendi manu Regia, &
provt in Fiſcalibus, & Cameralibus, vel ſola facti
veritate inſpecta, *Rot.in Spoletana Bonorum decimo*
quarto Martij 1616. coram Vbaldo ſeniore, poſt tract.dec.
36.n.3.& quarto.

112 Ampl. quoque, vt † eo minus æſtimatio ſit ne-
ceſſaria, quando res ſit in continuo deteriora-
tionis & amiſſionis periculo, quia tunc poſſunt
bona alienari abſque ſolennitatibus, *Mangil. de*
ſubb.d.q.18.nu.12. vbi de communi, & quod nemo
contradicit.

113 At, † vbi adeſſet Statutum de æſtimatione in
caſu adiudicationis facienda æſtimatio inter-
uenire deberet, cum Statutum debeat aliquid
addere juri communi, & illius forma præciſe
ſeruari, alias actus eſſet ipſo jure nullus, *Ant. Sol.*
9. ad decret. Sabaud. lib.3. tit.3. de form.ac ord. obſeru.
in pignorat.ſubbaſta.& delib.bon. ſtabil.gl.3.numer.1. &
ſeqq. Gratian. d. cap.545.numero 12. Fenzon. ad Statut.
Vrb. d. cap. 194.numero 45. Mangil. de ſubb. q. 153. nu-
mero.29.& qu.154.numero 9.& 12. provt huiuſmodi
Statutum viget, & ſeruatur Romæ, vt per *Lut.*
Pet. in pract. lib.8. cap.2.numero 32. Fenzon.d. cap. 194.
numero 25. & ſeqq. Caualer. dec.446.num.1.verſ. neque
viſa. Buratt.d. dec.96.numero 14. vbi, quod † illud eſt 114
ordinatorium, & ſeruandum ſolum in foro Ca-
pitolino, & Piſauri, *Mangil. de ſubbaſtat. d. qu. 153.*
numero 29. & in Ducatu Sabaudiæ extat decre-
tum, de quo per *Ant. Sol. ad ipſa decret. Sabaud. d. lib.*
3. tit.39. de form. ac ord. obſeru. in pignor. ſubb. & deliber.
bon. ſtabil. gl. 3. num.1. & ſeqq. & in Prouincia Mar-
chiæ adeſt Conſtitutio *inter Conſtitut. Ægidian.*
lib.5. cap. 6. & ideo † ex ea æſtimationem requiri, 115
eamque eſſe in vſu, annuit *Rot. poſt noſtrum tract.*
mand. de manuten. dec. 109. nu.8 & *10. quæ eſt etiam pe-*
nes Mangil. de ſubbaſt. dec. 18. num. quarto & videtur
ſentire *Antonell.conſ.27.ſub num.4.* Sed mihi tamen
videtur, d. Conſtitutionem non plus diſponere,
quam jus commune, & cum eo velle ſe confor-
mare, ponderando verba Communi æſtimatio-
ne per Iudicem, vel per eum, quem ad hoc duxe-
rit deputandum.

Vbi † vero æſtimatio ſit neceſſaria, tutius eſt, 116
vt ea fiat ante ſubhaſtationem, *Ant. Sol. vbi ſup.*
num.5.

Diceretur que † æſtimatio interueniſſe per 117
relationem ad alteram, vt, ſi Iudex mandaſſet
ſtari alteri æſtimationi prius factæ, atque etiam
quod ea facta fuiſſet in alia cauſa, & inter diuer-
ſas perſonas, dum pars ab huiuſmodi decreto
non reclamaſſet, & etiam quod fuiſſet inſtatum,
pro noua æſtimatione, & ea facta non fuiſſet,
ſed iam facta fuiſſet à partibus habita pro perfe-
cta, & effectuata, *Rot. in Spoletana Bonorum decimo*
quarto Martij 1616. coram Vbaldo ſeniori, poſt tract. dec.
trigeſima ſexta num. quinto & ſeqq.

SVMMARIA.

1 *Laudemium debetur Domino directo ex venditione ſub haſta, vel adiudicatione feudi, vel emphyteuſis pro debito, ex magis vera, & recepta opinione, & conſuetudine & numero 6. Contrarium numero quarto & 5. Ampl. vt num. 2.3.& 9. Lim. vt num.10.*

7 *Alienatio rei debitoris per viam ſubbaſtationis iudiciariæ procedit ex facto debitoris, & habetur, ac ſi ipſe vendat, vel det in ſolutum, & ex ipſius venditione, & in ſolutum datione laudemium debetur.*

8 *Laudemium ſi non deberetur ex ſubbaſtatione, & adjudicatione aperiretur via fraudibus, quia homines eam fingerent.*

11 *Laudemij effugiendi cauſa ſolutionem tunc dicitur neceſſaria, quando neceſſaria eſt ex parte emptoris ſeu illius, in quem poſſeſſio per titulum transfertur.*

An Subbaſtatione, & deliberatione, ſeu adiudicatione rei Emphyteuticæ, ſeu Feudalis debeatur laudemium.

INSP. XLVIII.

EX † alienatione, quæ fit ex neceſſitate pro 1
debito, dum per Iudicem bona Feudalia,
† vel Emphyteutica in ſolutum ſub haſta dantur
creditori, vel alteri tertio licitanti, laudemium

P 2

Domino directo debetur, ſecundum magis ve-
ram, & receptam opinionem, *Burſatt.conſ.44.nu.
31.lib.1. Aſin.de execut. §.7.cap.248. ſub num. 9. Ant.
Cannet.in extrauag.Volentes.fol.194. num. 6. Io. Papon.
de arr.lib.18.tit.6.arr.quadrageſimo octauo* vbi, quod,
2 † ſi adiudicatarius poſtea inquietetur, & in fine
remaneat poſſeſſ..., & tranſigat cum parte, & a-
liam pecuniam præſtet, tenetur etiam ad nouum
laudemium, non obſtante ſolutione primi. *Gra-
tian.diſcept.for.cap.544.num 9. Mangil. de ſubh. q. 143.
n.1.& 2.* vbi, quod hoc eſt de mente omnium. *&
n.11.Fontanell.dec.278.nu.1.& ſeqq. & num. 8. & 9.* Et
3 † hoc procedit etiam in venditionibus Fiſcali-
bus, nam emptor ſoluit Dominis directis laude-
mia, & capſolda, prout ſolueret, ſi emeret à pri-
uato, *Peregr.de iur.Fiſc lib.6.tit. quarto de vendit. &
4 emption.Fiſcal.numero 47.* Et, † quatenus dicta opi-
nio de iure communi non ſit vera, ſecundum a-
liquos, *Mangil.de ſubh.d.q 143.n.9.* ſed vera ſit o-
pinio contraria, *Mang.ibid.num.4 & ſeqq.& nu.12.*
quam tenet *Io. Mar. Nouar de dat in ſolut.ſect. 1. qu.
3.num.5.& Aſin. ſibi contrarius de execut.§.7.cap.249.
5 nu.9.* &, quod † non debeatur laudemium ex ad-
dictione facta perſonæ ſuppoſitæ à creditore,
nec ceſſione ab eodem facta creditori, *Felicia. de
6 cenſib.tom.lib.1.cap.3. ſub n. 6.* † illa ſaltem procedit
de conſuetudine, *Burſatt.d.conſ.44.nu.31.lib.1. Man-
gil.d.q 143.nu.9.*

7 Ratio eſt, quia † iſta alienatio procedit ex fa-
cto debitoris, & habetur, ac ſi ipſemet debitor
dediſſet in ſolutum, & vendidiſſet, ex qua datio-
ne in ſolutum, & venditione laudemium debe-
tur, *Burſatt.d.conſ.44.numero 31. lib.1. Gratian.d.cap.
544.numero 20. Mangil.de ſubbaſta.d.q. 193. numero 6.*
8 & etiam quia † alias aperiretur via fraudibus,
dum homines, vt euitarent ſolutionem laude-
mij, fingerent ſeſe debitores ex aliqua cauſa, pa-
tiendo ſua bona ſubhaſtari, *Gratian.d.cap. 544.n.
20. Mangil.d.qu.143.numero 3. Fontanell.d.deciſ.272. ſub
num.3.*

9 Ampl. † vt laudemium debeatur etiam, vbi,
qui ad haſtam rem emit, eam deinde, ex quo non
poteſt pretium ſoluere, vendit alteri, *Fontanell. d.
dec.268.num.6.*

10 Vbi † tamen ſubhaſtaretur res communis, ex
quo non pateretur commodam diuiſionem, &
is, qui haberet partem, alteram licitando eme-
ret, non teneretur laudemium ſoluere ex illa
parte, quia ex neceſſitate res vendita eſſet, *Rebuff.
11 de præcon.licitat.& ſubhaſta.artic.3.gloſ.1.num.3. Mang.
de ſubh. d. qu. 143. num. 8.* † Diciturque in hac ma-
teria cauſa neceſſaria ad effectum effugiendæ
ſolutionis laudemij, quando alienatio eſt ne-
ceſſaria ex parte emptoris, ſeu illius, in quem
poſſeſſio transfertur per titulum, *Fontanell.d.deciſ.
278. ſub num.2.*

SVMMARIA.

1 *Subhaſtatione regulariter res, & pignora venduntur viliori pretio, quam valeant, & raro iuſto pretio. & num.2.*

3 *Conſequentia non concludit, Res fuit vendita ſub haſta, ergo iuſto pretio, vel, non fuit repertus, qui plus obtulerit, ergo pluris non valebat. & num. quarto & 5.*

6 *Æſtimatio non eſt facienda ſecundum ſubhaſtationem.*

7 *Fraus, & dolus plerunque, vel ſaltem aliquando fit etiam in ſubhaſtatione.*

8 *Subhaſtationes ſæpe miſerabilibus debitoribus de nihilo valent. Ampl. vt n.9.*

9 *Iudices vt plurimum clauſis oculis, & abſque cauſæ cognitione bona magni valoris emptoribus deliberant pro paruo pretio.*

10 *Subhaſtatio non probat iuſtum pretium.*

11 *Pretium iuſtum eſt, quod pro qualitate rei, & redituum quantitate inuenitur, non quod per ſubhaſtationem.*

12 *Appretium non eſt faciendum per ſubhaſtationem, ſed per appreciatores cum interuentu Iudicis ſecundum veram, claram, & indubitabilem practicam.*

13 *Pretium commune, & verus valor attendi debet, quod per æſtimationem iudicatur, non autem quod maius pretium per ſubhaſtationem poſſet offerri, & quare.*

14 *Valor vt ſciatur, tunc ad ſubhaſtationem eſt deueniendum vbi aliud non adeſt remedium.*

15 *Subhaſtatione publica probatur pretium, vel æſtimatio fructuum, & rei ſubhaſtatæ.*

16 *Venditio per publicam ſubhaſtationem habet pro ſe magnam præſumptionem.*

17 *Subhaſtatio, licitatio, & deliberatio facit præſumere, rem juſto pretio venditam fuiſſe, & tollit omnem cauſam conquerendi, & non poteſt prima facie opponi, quod non ſit facta juſto pretio. Ampl. vt n. 40.49. & 50. Declar. vt num. 51.53.55.56.58.59. 60. & 61.*

18 *Pretio juſto præſumitur res vendita, quæ plus offerenti deliberata fuit.*

19 *Subhaſtationes ſaltem plerunque verum valorem inducunt, & iuſtum pretium.*

20 *Contractus ſubhaſtationis publice factæ habet pro ſe præſumptionem iuſti pretij, non conſtito de magno exceſſu, vel maiori oblatore. & nu.21. & 50. Lim. vt n.53.*

22 *Subhaſtationis ſolennitas, & efficacia magna eſt, nec alia tutior eſt ſiue cum Eccleſia, ſiue cum minore, & aliis, & num.25.*

23 *Et facit ceſſare omnem fraudis, & doli ſuſpicionem. Lim. vt n.24.*

26 *Creditor non tenetur in plus, quam res per ſubhaſtationem vendita ſit, & in illius vtilitatem verſum ſit, vel ad eius manus peruenerit. Lim. vt num.81.*

27 *Læſio vltra dimidiam iuſti pretij in re ſub haſta vendita allegari non poteſt.*

28 *Contractus ſubhaſtationis reſcindi non poteſt ſub prætextu læſionis vltra dimidiam.*

29 *Res tanti valet, quanti vendi poteſt in loco publico.*

30 *Pretium iuſtum dicitur, quod quis ex ſubhaſtatione, & ab alio conſequi valet. & nu.31.*

32 *Æſtimatio rei ex licitationibus colligitur.*

33 *Res ſubhaſtata ſi detur plus offerenti, dari dicitur iuxta loci publici æſtimationem, quæ eſt vera, & legitima.*

34 *Pretium vile dici non poteſt, vbi res publice ſubhaſtata fuit.*

35 *Pretium iuſtum diſcernitur per ſubhaſtationem.*

36 *Nec illud, nec æquior ratio æſtimationis melius quam per ſubhaſtationem, & licitationem haberi*

Digitized by Google

habeꝛi poteſt, ſaltem præſumptiue, & ex præſumptione vehementi, vrgentiſſima, & violenta, & num. 37. & 38.

39 *Æſtimatio per ſubhaſtationem æquiparatur Iudicis cognitioni ſuper valore bonorum, & pretij quantitate, qui iudicat id, quod facit ſubhaſtatio, in cuius locum hæc cognitio ſubrogatur.*

40 *Pretium iuſtum præcipuè præſumitur redactum ex ſubhaſtatione facta Iudicis auctoritate, atque decreto, vel præſentia, & numero 51. Lim. vt numero 55.*

41 *Iudicis decretum, ſeu præſentia in ſubhaſtatione excludit omnem fraudis, deceptionis, & læſionis præſumptionem, & ſuſpicionem, & omne os occludit, & num. 44. & 51.*

42 *Et facit præſumere, rem fuiſſe ſubhaſtatam in loco publico, & alta voce, & non fuiſſe plus repertum.*

43 *Læſio conſiderari non poteſt, quando res in iudicio alienatur.*

45 *Præſumptio eſt pro Iudicis decreto in ſubhaſtatione interpoſita.*

46 *Subhaſtatio cum decreto Iudicis ſolenniter facta in venditione rei minoris operatur, vt non poſſit minor dicere ſe læſum, quantumcunque fuerit ſtrangulatus, præſertim ſi fuerit pro ſoluendo Fiſco publico debito, & nu. 47.*

quam contineant moleſtiæ, & pro tali ſumma, fuerit facta executio, ſubhaſtatio, & deliberatio, quia per dictum exceſſum fuit mandatum nullum, & iniuſtum, & nulla etiam, & ſpoliatiua ſubhaſtatio, *Dur.and.deciſ.30.nu.4.& 6. verſ. ſecunda citatio. Rot.in d.Romana Domorum, poſt tractat. deciſ. 46.numero 3.& ſeqq.* † Quod procedit, etiam quod 54
res, ſuper qua illatæ fuiſſent moleſtiæ, fuiſſet per ſaluianum oblata, & eſſet maiori ſumma empta, quia non debetur niſi ea ſumma, pro qua data fuit immiſſio, cum per ſolam ſolutionem eiuſdem ſummæ poſſet moleſtatus ſaluiani iudicium euadere, & à moleſtiis liberari, & hoc

Digitized by Google

hoc ſit intereſſe ipſarum moleſtiarum, Duran. d.dec.30.numero 6.verſ.non obſtat, & n.7. & 8. & ſentit Rot.in Bononien. Pradij 5. Decembris 1636. coram R.P. D. Ghiſlerio, poſt tract.dec.102. nu.12. vbi numeris ſeqq. vide diſtinctionem.

55 Limit. ſeu declar.1.† vt exceſſus,& error ad
effectum nullitatis non attendatur, niſi quando ſit in debito, & ſententia, ſeu mandato, hoc eſt, quod ſententia, vel mandatum contineat majorem ſummam vltra debitum, ſecus vero eſt, quando exceſſus, ſeu error eſt in ipſa executione, ſubhaſtatione, & adjudicatione, vt quia facta fuerit pro veris ſummis contentis in mandatis, ſed in re majoris valoris, quam ſit debitum, ſeu erratum ſit in rei æſtimatione, quia tunc non eſt nulla, nec retractatur, leg.2. C.ſi in cauſ.indic.leg.fin.C.de iur.domin.impetr. Mazzol.conſ. 120.numero 71.Carpan.ad Statut.Mediolan.lib.1.cap.169 numero 6.Gluſian.de dat.in ſolut.li.2.cap.7. num.447. Siluan.conſ.26. numero 10. inter comm. opin. tom.2. li.8. tit.27.folio 393.verſ.& licet, & ſeqq. A. vbi de communi, magis communi, veriſſima, & ſequenda in judicando, Aſin.de execut. §.4.cap.12.nu.12. verſ. ſed redeundo,& verſ.verum ſi res,& cap.18.numero 1.& §.7.cap.5.lim.9.num.16. Surd.de alim.tit.9.q.32.num.83. Coſt.de port.rat.qu.26.nu.7. & q.167.num.9. Tepat.var. ſent.tit.417. cap.16. Scacc. de ſent. & re indic. gloſ.14.qu. 13. numer.48. & 49. Vrſell. in verb.adiudicatio. concl.52. numero 5.6.& 13. Gratian.diſcept.forenſ.cap.739.numero 28.Mangil.de ſubhaſt.queſt.50.num.10. quæſt.51.nu.2. queſt.102.nu.4.& ſeqq.q.154.in fin. queſt.161.num.1. & 7.& qu.191.numero 2.& 3. Ricc. in collect. deciſſ. collect. 3057.par.7. Franc. dec.224. ſub nu.4. par.1. Afflict. deciſ. 358.n.7. Magon.dec. Flor.66.nu.26.& dec.109. nu.6.& 7. Beltram.ad Greg.dec.198. in fi. Rot. poſt Zacch. de ſociet. offic.dec.60.num.2. vbi de magis communi. Rot.recent.deciſ.545.nu.6.par.2. & deciſ.538.n.3.par.4. Duran. dec.235. numero 16.& ſeqq. Buratt. dec.49.n.12. vbi de communi, & nu.13.& Ferentill. ad eiuſdem dec.91. n.
56 5. Rot.poſt Nigr.de ſubh.dec.6.nu.12. Adeo vt, † dum
Nuncius exequitur in majori quantitate debiti, actus non dicatur nullus, ſed iniuſtus,& debeat appellari, non autem de nullitate dici, Mangil.de ſubh.q.112.nu.20. Vrſell. in d.verb. adiudicatio.num.13.Gamm.dec.40.ſub nu.4. vbi, quod dicunt
57 omnes. † Nec poteſt dari de exceſſiuitate exe-
cutionis, & ſubhaſtationis, vbi facta fuerit pro ſummis in mandatis contentis, Rot.recent. deciſ. 545. ſub num.6. par.2. & poſt Zacch. de ſociet. d.deciſ. 60.nu.5. quæ eſt etiam poſt Mangil. de ſubh.deciſ.43.nu.3.
58 † & pro vero credito, pro quo fuerint relaxa-
59 ta, Buratt.dec.675. num.1. † nec, ſi ſit pro ſumma
contenta ex principali credito, & pro ſumma expenſarum mandati executiui, Rot. recent.dec.
60 232. numero 3. in fin.part.3. † Nam exceſſus non
conſideratur, niſi quando decretum eſt vel pro indebito, vel partim ex vera, partim ex falſa cauſa, Rot. recent. dict. deciſ.545. numero ſexto par.2.

61 † Nec adjudicatio rei majoris æſtimationis
reſcinditur, ſi tantum verum creditum ſit petitum. Burſatt. qui de crebriori, conſ.184. num.38. li. 2. Aſin. de execut. §.4. cap.18. nu.1. vbi de hac praxi in Gallia, & in Italia, & præſertim Florentiæ,
62 & reſpondet Rebuffo, & † eo magis impoſito de-
bitori per Iudicem perpetuo ſilentio, Ruin.conſ. 160.numero 25.li.2.

† Teneturque executio, ſubhaſtatio, delibera- 63
tio, & adjudicatio, in quantum ſe extendit creditum, & ſolum illud plus, & reſiduum, ac ſuperfluum remanet ſaluum debitori, illique reſtitui debet, d.l.fin. Cod.de iur.domin.impetr.l.2. & fi.Cod.ſi in cauſ.iudic.pign.capt ſit. Siluan. dict. conſ.26.n. 10. Mazzol. d.conſ.120. num.71. Ant.Sol. ad decret. Sabaud. li.3. de form. & ord. proced. in pignor. ſubhaſt. & delib.bon.mobil.gloſ.1.nu.26. inter comm.opin.tom.2.lib. 8.tit.27.folio 393.verſ.& dato. Surd.de alim.tit.9. quæſt. 31.nu.83. Mangil.de ſubh.qu.50. n.10. quæſt.51. numero 2. qu.112.n.21.qu.154. in fin. quæſt.161.nu.2.& qu.191.n. 3. Vrſell. in verb.adiudicatio. concl.52.n.6. in fin. & n.30. etiam in fin. Afflict.deciſ.358.numero 7. Chartar. dec.39. numero 14. vbi de crebriori. Magon. dec. Flor.109. numero 6.& ſeqq. Rot.recent.dec.545. ſub num.6.par.2. & dec.538.num.3.par.4. & poſt Zacch.de ſociet. offic.deciſ.60.numero 12. Duran.deciſ.235.num.16.& 19 Buratt. deciſ.49.num.13.vbi Add.& iidem Add.ad eiuſdem dec. 91.num.5. Card. Veroſpius ſenior in Voto in Peruſina prætenſi Spolij 18.Octobris 1626. poſt tract. deciſ.69. numero
29. Rot.poſt Nigr.de ſubhaſt. deciſ.6. numero 12. & 13. † 64
Vel deponi pro expenſis liquidandis, Mangil. de ſubhaſt.dict.queſt.50. numero 10.& q.161. numero 3. vbi, quod eſt ſummopere notandum, Rot. penes Zacch.de ſociet.d.dec.60.n.12.

Et † ſic habet creditor in adjudicatione, ſol- 65
uendo illud, in quo excedit, facultatem retinendi rem in ſolutum datam, Aſin.de execut.§.4.
c.12.n.2.verſ.illud præterea & cap.18. n.1. † & dicitur 66
in illum rei dominium integrum tranſlatum, Aſin.d.§.4.cap.12.n.2.verſ.illud præterea.

Sublim. ſeu ſubdecl.1. † ſecus eſſe, ſi erratum 67
ſit in valore plurimo, Mangil.de ſubhaſt.d.q.161.nu. 2. ſeu in exceſſu, errore, & læſione vltra dimidiam iuſti pretij, quia poteſt tunc deliberatio, & datio in ſolutum reſcindi ex remedio, leg.2. C. de reſcind. vend. ſecundum communem, magis communem, veriorem, & in judicando ſequendam opinionem, vt inter comm. opin. tom.2.
lib.8.tit.27.folio 393. verſ.& dato. † nec iſto caſu eſ- 68
ſet in poteſtate conuenti ſupplere juſtum pretium, Maſtrill.deciſ.247.n.4.par.3.

Sublim. ſeu ſubdecl.2. † vt ſubhaſtatio, de- 69
liberatio, & adjudicatio facta pro tota ſumma in mandato contenta, non habita ratione fructuum perceptorum, dicatur exceſſiua, nulla, & ſpoliatiua in totum, Rot.recent.deciſ.183. ſub nu.9.& deciſ.257.ſub nu.12.par.6. & poſt noſtrum tract. mand. de manuten.deciſ.255. numero 11. Buratt.deciſ.124. n.26. Cardin. Veroſpius ſenior in ſuo Voto in Peruſina prætenſi Spolij 15.Octobris 1626. poſt hunc tract.deciſ.69. numero 12. Rot. in Ariminen. Spolij 2.Iunij 1627. & 17. Martij 1628. coram Merlino, poſt tract. deciſ.37. numero 5. & 6.
& dec.74. numero 4. in fin. & ſeqq. vbi, † etiam 70
quod in deliberationem non fuerit facta mentio de integra ſumma in mandato contenta, ſed fuerit tantummodo expreſſe facta vigore mandati, & in illius executionem, non facta ſaltem ante totalem executionem liquidatione quantitatis veri crediti remanentis fructi-
bus computatis. Et † idem, ſi mandatum con- 71
tineat condemnationem in fructibus pro tempore, quo, qui illud obtinuit, poſſedit, Rot. in Placentina Subbaſtationis 5. Decembris 1611. & 18. Februarij 1633. coram Eminentiſſ. D.Cardin.Vbaldo poſt Nigr. de ſubbaſt.folio 254. numero 13. & ſeqq. & nu.8.

Digitized by Google

72 *reſpect. m.* † Niſi agatur de fructibus percepis intra triennium, intra quod illi non præſumuntur conſumpti, quia tunc, non opponita compenſatione ante deliberationem, vel adjudicationem, non ponuntur ad computum ſortis, ſed ſunt reſtituendi, & ad reſtitutionem competit debitori actio, *Aſin. de execut. §.4. cap.67. in fine, Rot. poſt d. noſtrum tract. and. de manuten. deciſ. 255. n.13. & in recent. deciſ.248. n.14. & 15. parte 5.*

73 Lim. ſeu declar.2. vt datio in ſolutum non ſit nulla, ſi per æſtimatores erratum ſit in calculo intereſſe, vel lucrorum, *Bertazol. conſ. ciuil. 16. num.21.*

74 Lim. ſeu declar.3. † vt exceſſus non dicatur contineri in executione ſimpliciter facta vigore mandati, qui ſummam exceſſiuam, ſeu in parte non debitam contineat, dum non exprimat pro ſumma mandati, *Rot. recent. deciſ.545. n.4. parte 2. quæ eſt Buratt. deciſ.49. ſub n.8.* vbi de mandato ſimpliciter executo poſt conſecutionem partis debiti in eo contenti, *Rot. in Narnien. Dotium 4. Februarij 1628. coram Emin. D. Card. Vbaldo. poſt tract. dec.75. n.8. in fine,* vbi, quod executio de-
75 bet cenſeri facta pro reſiduo, & † eo magis, ſi in executione fuerit habita ratio partis poſt mandatum ſolutæ, *Rot. poſt Mangil. de ſubh. de iſ.18. n.2.*

76 Provt † nec adjudicatio dicitur exceſſiua, quando non eſt pro certa expreſſa ſumma, ſed pro concurrenti quantitate crediti, *Buratt. deciſ. 96. in fine.*

77 Lim. ſeu declar.4.† vt poſſit tamen creditor, cui facta fuit adjudicatio, pignori incumbere pro parte crediti vera, ita vt fructus ſortem extenuerint, *l.1. in fine, ff. de pignor. l.1. C. de diſtract. pignor. Tiraq. de retract. lignag. §.21. gloſſ.1. nu.24. Aſin. de*
78 *execut. §.4. cap.79. nu.1.* vbi, quod debet procurare, vt ſingulo quoque anno fructus accepti, deductis expenſis, æſtimentur, vt deinde manifeſtè appareat, quid dederit, quidve receperit, & idem dicit *§.7. cap.100. n.1. & videas latius de re-*
79 *tentionis materia infra Inſp.63.* Provt † idem contingit, vbi capta ſit in pignus res immobilis, & creditor percipiat ex ea fructus abſque alia ſubhaſtatione & adjudicatione, qui eſt alter ex modis, quibus captis pignoribus in actione perſonali ſuccurritur creditori, vt habeat ſuam ſatisfactionem, *l. à Diuo Pio, § ſi pignora ff. de re iudic. Aſin. d. §.7. cap.300. n.1. Carpan. ad Statut. Mediolan. lib.1. cap.166. num.16. & 20. Coſt. de port. rat. qu. 65. ſub nu.3.*

80 Lim. ſeu declar.5. † procedere, ſi vni, & eidem perſonæ in ſolutum recipienti adjudicatio fiat, ſecus ſi pluribus, ſeu quando adjudicatio plures perſonas concernat, ſeu reſpiciat, *Caball. conſ.31. n.2. Aſin. de execut. §.7. cap.302. Mangil. de*
81 *ſubhaſt. q.76. nu.18.* Quia,† ſi adiudicatio facta ſit duobus creditoribus, quorum vnus ſit verus, alter non, ea ſuſtinetur pro parte veri creditoris, *Carpan. ad Statut. Mediolanen. lib.1. cap.169. n.5* Et
82 † idem, quando ſint plures rei conuenti, *Caball.*
83 *d. conſ.31. nu.3.* † ſeu, ſi ſit vna, & eadem perſona, quæ recipiat nomine ſuo, & alterius, vt ſi adjudicatio facta ſit alicui tam ratione ſui crediti, quam fratris, cuius mandatum non habeat, quia tunc valet reſpectu crediti proprij, *Anchar. q.14. n.7. Aſin. de execut. §.4. cap.12. verſ. limitatur, & §. 7. cap.302. nu.2. Mangil. de ſubhaſt. d. q.76. nu.18. & ſentit*

Caccialup. de debit. ſuſp. q.6. in fine. † Poteſt enim 84
adjudicatio valere reſpectu vnius perſonæ, & reſpectu alterius nequaquam, *Caball. d. conſ.31. n. 1. Mangil d. q.76. n.18.*

Lim. ſeu declar.6.† concluſionem procede- 85
re in ſententia concepta per vnicum capitulum, & vnica verborum ſtructura, *Rot. in Peruſina Societatis 20. Maij 1624. coram Vbaldo ſeniore, poſt tract. deciſ.62. n.5. & 6.* † ſecus vero, quando ſen- 86
tentia habeat plura capita, *Caball. d. conſ.31. nu.4. Buratt. deciſ.650. nu.13.* ſeu contineat plures res ſeparatim, nam † dationes in ſolutum, & adju- 87
dicationes tot cenſentur eſſe, quot ſunt res ſeparatim comprehenſæ, & æſtimatæ, *Ruin. conſ. 65. nu.1. lib.4.* & † poteſt ſententia quoad vnum 88
caput eſſe nulla, & quoad aliud valida, *Rot. poſt Nigr. de ſubhaſt. dec.9. n.1.*

Lim. ſeu decl.7. † quando res eſſet dubia, 89
Cabal. præfat. conſ.31. n.5.

Lim. ſeu declar.8. † vt, quod, cauſa non pro- 90
bata, datio in ſolutum non valeat, procedat, quando tractatur de ſententia interlocutoria, ſecus ſi datio in ſolutum, ſed adiudicatio fuerit in vim ſententiæ diffinitiuæ condemnatoriæ, quia † talis ſententia facit de indebito de- 91
bitum, *l.1. C. de cond. indeb. Aſin. de execut. §.4. cap.12. verſic.2. limitatur, & §.7. cap.276. n.19. Mangil. de ſubh. qu.93. n.5. & 6.* † &, poſtquam tranſiuit in judica- 92
tum, firma manet, quamvis ſit lata ex falſa cauſa, *Scacc. de ſent. & re iudic. gloſſ.14. q.13. nu.42.* & † poſt ſententiam diffinitiuam illæ exceptio- 93
nes non admittuntur, quæ iudicatum perimunt, *l. Fulcinius, § ſed his qui, ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. Aſin. d. §.7. cap.276. n.20.*

Vnde, † ſi inſtrumentum exequendum pro 94
ſumma in eo contenta pronunciatum fuerit, & pignora in ſolutum concedantur, datio ſuſtinetur, quia pronunciatio verum debitum irretractabile facit, *Aſin. d. §.4. cap.12. n.2. verſ.2. limitatur.* Ideoque, † ſi ſecundum decretum inter- 95
poſitum fuerit, & adjudicatio facta in executionem ſententiæ iam latæ contra debitorem ſuper credito certo, eo caſu, etiam quod plus debito eſſet petitum, & in parte debiti petiti adjudicatio facta ex falſa cauſa, ea non retractaretur in totum, ſed pro parte tantum non debita. *Burſatt. conſ.73. n.34. lib.1. Mangil. de ſubhaſt. q.93. nu.5. & 6.* vbi, † ſecus, ſi ſententia non eſſet 96
condemnatoria, ſed ſolum declaratoria debiti. Et † in his terminis eſt forſan intelligendus 97
Bapt. Martian. inter conſſ. diuerſ. conſ.50. n.18. li.2. fol.115. dum dicit, quod datio in ſolutum facta per Iudicem exceſſiue eſt ſaltem tanquam nulla reuocanda pro concurrenti quantitate.

Sublim. ſeu ſubdecl. † limitationem pro- 98
cedere, ſi fortaſſe datio in ſolutum debitum in ſententia comprehenſum excedat, nam tunc ipſo iure non ſubſiſtit, etiam ſi de diffinitiua ſententia tractetur *Aſin. de execut. §.7. cap.276. n.20.*

Lim. ſeu declar.9.† quando legitime conſtet 99
de credito, puta per publicum inſtrumentum, quia tunc adjudicatio nulla dici non debet, *Aſin. de execut. §.4. cap.12. n.2. verſ. tertio loco.*

Limit. ſeu declar.10.† in pignore conuentio- 100
nali, *Aſin. de execut. §.4. cap.17. num.1.* nam, † licet 101
creditor vendat pignus conuentionale excedens eius creditum, mediante Iudicis decreto, vendi-

Digitized by Google

venditio non retractatur, ſed quidquid pretij
excedit eius creditum, debitori debet reſtitui,
l.quamvis, § fi. de pign.act. l.ſi in aliquo, C.de diſtract.
pign. Aſin.de execut. §.4.cap.18.n.1.
102 Lim. ſeu decl.11. vt, † licet deliberatio, vel
adjudicatio bonorum propter exceſſum reuo-
canda eſſet in totum, non tamen eſſet in totum
reuocanda ſententia, *Scacc. de ſent. & re iudic. gl.*
103 *14. quæſt.13. num.47.* † Eſtque etiam temerarium,
quod pro admodum leui, & modica ſumma
decretum nullum declaratur, *Maſtrill. deciſ.287.*
n.76.par.3.
104 Proinde, † quando nondum eſt facta, ſeu
conſumpta executio mandati, illud modera-
tur, ac reducitur ad veram ſummam debitam
ex æquitate, ac ex ſtylo A.C. *Saluſt.Tiber. in pract.*
lib.1.cap.37.nu.4. verſ. mandatum. Antonell.conſ.27.nu.
13.& 23. Add.ad Buratt. deciſ.91.num.6. Rot.in Romana
Dotis 14. Iunij 1630. coram Motmanno, poſt tract. deciſ.
105 *86.numero 7. & ſeqq.* vel † etiam ex inſtituto Ro-
tæ, quæ inſpicit rei veritatem, & ne partes gra-
uentur expenſis, & vt circuitus, & litium lon-
gitudines tollantur, *d.dec.86. num.7. 9. & 10. poſt*
106 *tract.* † Vel mandatur exequi pro certa ſumma
debita, & reſpectu alterius ſummæ mandatur
in executione ſuperſederi, *Rot.poſt Nigr.de ſubbaſt.*
deciſ.6. ſub nu.1.
107 Limit. ſeu decl.12. † vt ad probationem ex-
ceſſiuitatis non conjungantur ſubhaſtationes,
& adjudicationes diuerſæ, & diuerſo tempore
factæ, quia tot ſunt, quot res ipſæ, & eo minus,
vbi conſtet de pluribus creditis, & non conſtet,
quod omnes fuerint factæ pro eodem credito,
Rot.recent.deciſ.528. num.2. par.quarta & poſt Nigr.de
ſubbaſt.dec.14. nu.8. quæ eſt etiam d.par. quarta recent.
108 *dec.165.nu.4.* vbi, quod † prima ſubhaſtatio, quæ
fuiſſet pro minus debito, ſuſtineretur, & alia
109 eſſet inualida, ſi debitum exceſſiſſet. Provt †
executio facta vigore vnius mandati ſeparati,
& diuerſi non poteſt vitiare executionem fa-
ctam vigore alterius, nec ex ea intrare exceſ-
ſus, *Buratt.deciſ.327. ſub nu.3.*
110 Lim. ſeu decl.13. vt † ad excludendum ex-
ceſſum debeat haberi ratio illius pluris, quod
Statutum loci concedat in augmētum crediti,
vt in terminis Statuti Vrbis admittentis lucrū
tertiæ partis, *Rot.recent.d.dec.528. in princ.par.4.*
111 Lim. ſeu decl.14. † vt de exceſſu non poſſit
dare, qui terminum ſuſcepit ad ſoluendum,
Mang.de ſubh.q.191.n.1. & ibi Rot.dec.48.nu.6. quæ eſt
etiam poſt Zacch.de ſociet.offic.dec.60.nu.9.
112 Lim. ſeu decl.15. vt, † ſi res data ſit minoris
æſtimationis, quam ſumma, pro qua data ſit,
tenuta non corruat, *Aſin.de execut. §.4. cap.12.n.2.*
verſ. verum ſi res.
113 Lim. ſeu declar. 16 † vbi extet Statutum,
quod mandet, bona in ſolutum dari vſque ad
concurrentem quantitatem debiti, quia tunc
ſuſtineretur datio in ſolutum pro ea ſumma,
Aſin.de execut. §.4.cap.18 in fi.
114 Lim. ſeu declar.17. † vt excedi non dicatur
in procedendo ad vlteriora in ſubhaſtatione,
ſi poſt cæptum judicium ſubhaſtationis debi-
tor oppoſuerit de compenſatione, & fuerint e-
lecti calculatores pro liquidādis creditis hinc,
inde & mandatum referri, & ſtari illorum rela-
tioni, ſi electio fuerit facta cum clauſula præ-
ſeruatiua, Sine præjudicio obligationis came-
ralis, proceſſus executiui, mandatorum relaxa-
torum, & quorumcunque jurium ambarum
partium, quia per eam non videtur receſſum à
judicio ſubhaſtationis, *Rot.poſt Fenzon. ad Statut.*
Vrb.dec.173.verſ.nec refert, & dixi ſupra Inſp.18.n.107.
Lim. ſeu decl. 18. † ſecus eſſe, ſi de tempore 115
executionis non conſtitiſſet de exceſſu, ſed ho-
die conſtet, puta, quod aliqua pars bonorum,
ſuper quibus fuit facta executio, ſit ſuppoſita
fideicommiſſo, nam ſuſtinetur executio, & cō-
petit ex ea manutentio, vel retentio in alia
parte, *Rot.poſt Mangil.de ſubhaſt.dec.69.per tot.*
Et † quoad Iudicem nulla cadit iniuſtitia, 116
ſeu exceſſus, quando ſibi de ſolutione, de qua
hodie docetur, non conſtitit ante relaxationem
mandati, *Rot.poſt Nigr.de ſubbaſt.dec.2.n.2.*
Lim ſeu decl.19. vt † tenuta non vitietur, ſi 117
plus debito contineat, quando ſumus in actio-
ne reali, vel hypothecaria, *Aſin.de execut. §.7.cap.*
5.limit.9.n.12.
Lim. ſeu decl.20. † vt exceſſiuitas non ſit 118
conſiderabilis, ſi fuerit obtenta commiſſio ſa-
natoria cum clauſula, Arbitrio, præſertim ſi
ſumma, in qua fuit exceſſum, ſit modica, *Rot.*
poſt Zacch.ad Galleſ.de oblig.camer.dec.51.n.4.& 5.
Nulla † vero, ſeu exceſſiua exiſtente execu- 119
tione, ſubhaſtatione, & deliberatione, vel adju-
dicatione, non ſufficit ad euitandam ſenten-
tiam reuocationis ceſſio, & renunciatio ſoli e-
xecutioni, & non ſubhaſtationi, & deliberatio-
ni, ſeu adjudicationi, & abſque oblatione ex-
penſarum, damnorum, & intereſſe, *Rot.in Peru-*
ſina Bonorum, ſeu Dotis 19. February 1618. Remboldo,
poſt tract.deciſ.31 num.5. † ad quæ tenetur, & con- 120
demnari debet, qui pro plus debito obtinuit,
& executus fuit, *Rot.poſt Nigr. de ſubbaſt.deciſ.vige-*
ſima per tot.

SVMMARIA.

1 *Statuta, quæ mandant, res ſubhaſtatas, emptore non reperto, dari in ſolutum creditori cum lucro tertiæ partis ſunt rationabilia.*
2 *Res vilius emuntur in ſubhaſtatione.*
3 *Statutum minuens æſtimationem attenditur.*
4 *Statutum concedens adiudicatario lucrum tertiæ partis viget Romæ, & procedit etiam in mobilibus, & eſt ordinatorium, & locum habet ſolum in Foro Capitolino, & num.5. & 6. necnon viget etiam Mediolani, & in Ducatu Sabaudiæ, & detrabitur tertia pars eius, quod à peritis æſtimatur, vt n.7. & 8.*
9 *Statutum Peruſinum diſponit, adiudicationem fieri cum lucro quartæ partis.*
10 *Creditor in lucro ſibi in adiudicatione ex Statuto debito idem ius in debitoris odium habere cenſetur, quod habet pro ſorte principali, & quare.*
11 *Statutum ſuper lucro in adiudicatione an habeat locum in oblatione, quæ fit de bonis per hæredem debitoris cum beneficio legis, & inuentarij, & numero 12.*
13 *Et an procedat contra tertium poſſeſſorem.*
14 *Et quid in concurſu aliorum creditorum.*
15 *Lucrum aliquod in adiudicatione videtur de-*

bitum etiam de iure communi, & quare, & numero 16.

17 *Huiuſmodi lucro an ſit locus in adiudicatione bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, & an ad damnum fideicommiſſarij, vel hæredis, &, quatenus illud fuiſſet conceſſum, & non debitum, an agi debeat contra emptorem, ſeu creditorem, vel contra hæredem, & numero decimo octauo & decimo nono.*

20 *Iudex ſi adiudicet expreſſe pro credito, & tertia parte pluris iuxta formam Statuti, non dicitur in reliquis ſe ipſi Statuto ſubieciſſe, quæ ſeruanda non erant.*

21 *Læſio in ſexta parte admittitur in ſubhaſtatione, & deliberatione.*

22 *Et ex Statuto Vrbis in quarta.*

23 *Lucrum aliquod plus offerenti dari de iure permittitur in vectigalium venditione, ſeu locatione iuxta locorum conſuetudinem.*

An in Adiudicatione, quæ fit creditori, admittatur aliquod lucrum. Et quid in Subhaſtatione, & deliberatione.

INSP. LI.

1 RAtionabiles † ſunt leges Municipales,
quæ mandant, res ſubhaſtatas, non re-
perto emptore, dari in ſolutum creditori cum
2 lucro, ſeu augmento tertiæ partis, quia † in
ſubhaſtatione res vilius emuntur, *Luc. Pet. in
pract. lib. 8. cap. 2. n. 52. Stacc. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2.
3 ampl. 6. nu. 8.* Et ideo † Statutum minuens æſti-
mationem attenditur, *Gilian. ad Statut. Peruſ. in
verb. adiudicatio. n. 11. Seraph. deciſ. 1478. n. 2.*

4 Huiuſmodi † Statutum viget Romæ, *Luc.
Pet. d. cap. 2. n. 49. & 52. Stacc. de iudic. lib. 1. cap. 96. n. 29.*
5 vbi, quod † habet locum etiam in datione in
ſolutum bonorum mobilium, *Fenzon. ad ipſum
Statutum Vrb. capit. 194. ſub num. 16. 60. & ſeqq. Vrſelli
in verb. adiudicatio. concl. 52. numero 15.* vbi, quod
6 † eſt ordinatorium, & locum habet ſolum in
foro Capitolino. *Seraph. dict. dec. 1478. in fin. Buratt.
dec. 96. num. 15. & 16. & dec. 538. num. 20. & Rot. in Romana
Spolij 20. Februarij 1603. coram Ortembergo, poſt
7 tract. deciſ. 14. num. 2.* † Mediolani, & in Ducatu
Sabaudiæ, *Anton. Sol. ad decret. Sabaud. lib. 3. tit. 39. de
form. ac ord. obſeru. in pignorat. ſubhaſta. & deliber. bon.
ſtab. gl. 3. n. 1. & 29. verſ. lucratur, & nu. 35.* vbi, quod
8 † detrahitur tertia pars eius, quod à peritis æ-
9 ſtimatur, & † Peruſiæ adeſt Statutum diſpo-
nens, quod adiudicatio fiat cum lucro quartæ
partis, vt per *Gilian. ad idem Statut. in dict. verb. adiudicatio.*

10 In qua tertia, † ſeu quarta parte creditor in
debitoris odium idem ius habere cenſetur,
quod ſibi pro ſorte principali competere po-
teſt, tanquam illius obligatio trahatur etiam
ad acceſſoria, *Sol. d. gl. 3. n. 32. & ſeqq.*

11 Habetque † locum hoc Statutum etiam cō-
tra hæredem cum beneficio legis, & inuentarij,
qui velit liberari à debitis defuncti offerendo
de bonis hæreditariis in ſolutum ſecundum
ipſorum verum valorem, ſi non inueniat em-
ptorem, qui velit emere ſine eius euictionis
promiſſione, vt defendit *Ant. Sol. vbi ſup. n. 35. 37. &
ſeqq. reprobato Plote, quem refert etiam Gilian. ad Statut.
Peruſ. in d. verb. adiudicatio, n. 11. contrarium tenente.*
vbi, † præſertim ſi hæreditas ſit ſoluendo, & 12
quatenus non ſit ſoluendo, quod ſatis eſt, ſi
creditor conſequi poſſit, quod ſibi debetur ſine
lucro eius, quod non eſt in hæreditate.

Nec non † procedit huiuſmodi Statutum e- 13
tiam contra tertium poſſeſſorem bonorum de-
bitoris hypothecatorum creditori, quorum
ſubhaſtationi locus ſit, puta in hypothecaria,
vel etiam ſaluiano, obtenta licentia ſubhaſtan-
di, *Sol. loc. cit. nu. 36. 40. & ſeqq.* vbi etiam euacuat
contraria.

Sed, † an in concurſu plurium creditorum 14
ſit locus adiudicationi cum lucro tertiæ partis,
æſtimationis in vim Statuti, ſeu Conſtitutionis
in aliorum præjudicium, ſeu, facta adjudicatio-
ne, poſſit ab aliis auocari poſſeſſio reſpectu di-
ctæ tertiæ partis, videndus eſt idem *Sol. loc. cit.
ſub nu. 56. & Mangil. de ſubhaſt. q. 161. in fi.*

Cæterum, † circumſcripto Statuto, videtur 15
aliquod argumentum in adiudicatione debi-
tum creditori etiam de jure communi, *gl. in auth.
hoc ius porrectum in verb. decima, C. de Sacroſ. Eccleſ.
Luc. Pet. in pract. d. lib. 8. capit. 2. num. 52. Fenzon. ad
Statut. Vrb. d. cap. 194. num. 61. & 62. Gilian. ad Statut.
Peruſ. in verb. ſubhaſtatio. Mangil. de ſubh. quæſt 196.
nu. 12. & 14. Vrſell. in verb. adiudicatio. concl. 52. n. 15. verſ.
quinimmo. Buratt. deciſ. 96. n. 16.* † ex quo, cum cre- 16
ditor grauetur in vno, hoc eſt, quia inuitus ac-
cipit aliud pro alio, ſit in alio releuandus, vt
per *d. gloſ. Luc. Pet. Fenzon. Mangil. Vrſell. & Buratt.
vbi ſup.*

Et hinc eſt, quod † non poteſt fideicommiſ- 17
ſarius, ſeu ſubſtitutus conqueri ex adjudica-
tionibus factis creditoribus fideicommitten-
tis, ſeu ſubſtituentis cum tertio pluris, ſeu cum
huiuſmodi augumento, ſed illud cedit ipſius
damno, nec tenetur hæres grauatus ei huiuſ-
modi damnum reſarcire, ſi non fuerit in mora,
*Ant. Sol. ad decret. Sabaud. lib. 3. dict. tit. 39. de form. ac
ord. obſeru. in pignorat. ſubhaſt. & deliber. bon. ſtabil. gl.
tertia nu. 45. & ſeqq. Mangil. de ſubhaſt. d. quæſt. 19. nu. 6.
& ſeqq.* at, † ſi hæres fuerit in mora, cedit dam- 18
no ipſius hæredis, *Ant. Sol. ibid.* vbi reſpondet
contrariis, &, † quatenus tertium, & augmen- 19
tum iſtud non fuiſſet debitum, non poſſet agi
contra emptores, ſeu creditores, quibus bona
fideicommiſſaria fuiſſent adjudicata, niſi acto
prius contra hæredem grauatum, & in ſubſi-
dium, *Mang. d. q. 196. n. 13.*

Si tamen † Iudex adjudicationem fecerit cā- 20
tantē pro credito, & pro tertia parte pluris iux-
ta formam Statuti, non ex hoc Iudex dicitur, ſe
ſubjeciſſe formæ eiuſdē Statuti in reliquis, vbi
illud ſeruandum non erat, *Buratt. d. deciſ. 96. n. 16.*

In ſubhaſtatione † autem, & deliberatione 21
admittitur læſio in ſexta parte, *Vinc. de Franc. de-
ciſ. 102. nu. 7. & deciſ. 224. n. 2. par. 1. Luc. Pet. in pract. d.
lib. 8. cap. 2. n. 46.* & † ex Statuto Vrbis in quarta 22
parte, *Luc. Pet. ibid.*

Et † in vectigalium venditione, ſeu locatio- 23
ne de jure permittitur dari aliquod lucrum
plus offerenti, & concedi auantaggia, in quo
ſtandum eſt conſuetudini locorum, prout di-
uerſimode

Digitized by Google

uerſimode ſeruatur, *Manſon. de cauſ. execut. ampl. 30. numero 14. & 15. libro 1.*

SVMMARIA.

1 *Res, quæ per ſecundum decretum deliberatur, vel adiudicatur, libera tradi, & tranſire ſolet ab omni onere, & ſeruitute, nulla facta reſeruatione. Decl. vt num. 3.*

2 *Et libera in dubio præſumitur, niſi contrarium probetur.*

4 *Adiudicatio, vel deliberatio facta intelligitur prout de iure fieri potuit.*

5 *Emptor, & oblator bonorum emphyteuticorum non acquirit ius generationum, & nominationis, ſed ſolam commoditatem illis durantibus. Ampl. vt numero 6. ſed emphyteuſis, & ius nominandi remanet penes debitorem, & eius generationes, vt num. 8.*

7 *Re extraneo deliberata, vel creditori adiudicata, qui in eius eſt poſſeſſione, poteſt retinere vſumfructum, quem prius habebat.*

9 *Fiſcus vendens rem ſui debitoris, non vendit niſi pro iure ipſius debitoris, ſalua manente rei conditione, vt puta fideicommiſſi, vel hypotheca.*

10 *Bona ſolùm debitoris & quæ ſubhaſtari poterant, in ſubhaſtatione in dubio comprehendi cenſentur pro illius validitate, & iuſtitia, &, qui contrarium dicit, debet probare, & nu. 11.*

12 *Et, quatenus in bonis ſubhaſtatis comprehendantur ædificia, & melioramenta ab alio facta, adhuc valet ſubhaſtatio, & quare, & melioranti debetur æſtimatio, & numero 13.*

14 *Fundo creditori adiudicato, non dicitur adiudicatus cenſus ibi ad alterius fauorem impoſitus, nec ille poteſt ab adiudicatario retrouendi.*

15 *Fundi cenſiti ſubhaſtatione, & deliberatione ad creditorum inſtantiam non extinguitur cenſus, ſed tranſit fundus cum ſuo onere.*

16 *Fructus pendentes, & etiam maturi diſtractionis, vel adiudicationis tempore cedunt emptori, ſeu creditori vti pars fundi, nec poteſt dici deliberatio, vel adiudicatio nulla, vti facta pro plus debito, & numero 17. & 21.*

18 *Nec illi poſſunt, venditione, vel adiudicatione perfecta, excipi.*

19 *Deliberatione vel adiudicatione perfecta, non poteſt apponi noua conditio, vel exceptio, nec quidquam mutari.*

20 *Venditio, vel adiudicatio quando dicatur perfecta, tam ſi fiat pro executione ſententiæ, quam ſi aliter.*

21 *Iudex, quando decretum interponit ſuper deliberatione, vel adiudicatione pro executione ſententiæ, poteſt fructus pendentes excipere, ſed, ſi excipiat, poteſt emptor, vel creditor à contractu recedere, tanquam id non fuerit expreſſum in præconiis, vel adiudicatione, & numero 22.*

23 *Pretio rei ſubhaſtatæ creditori non ſufficiente, debent eidem adiudicari fructus ſubhaſtatione pendente maturati, & ad manus debitoris non peruenti.*

24 *In ſubhaſtationibus, quæ non fiunt pro executione ſententiæ, facta per aliquem oblatione, non licet à contractu quidquam, deuiare aut minuere.*

25 *Licitatione facta de re Vniuerſitatis, non poſſunt addi capitula antea non publicata, maximè in præiudicium Vniuerſitatis, & in fauorem licitatoris, & num. 26.*

27 *Mutari an poſſint conditiones primæ licitationis tam in præiudicium priorum licitantium, quàm futurorum, & num. 28. & 29.*

30 *Fructus à ſolo ſeparati in ſubhaſtatione bonorum ſtabilium non veniunt.*

31 *Emptor rei ſubhaſtatæ non habet fructus niſi à die deliberationis.*

32 *Fructus inexacti, & ante venditionem maturati ſpectant ad debitorem, & ſic ad venditorem, non ad emptorem. Ampl. vt nu. 33. 34. & 35.*

36 *Fructus decurſi ſunt ciuiles.*

37 *Executione facta etiam ſuper fructibus decurſis, & non exactis, quando illi in oblationibus non comprehendantur.*

38 *Bona illa cenſentur ſubhaſtanda, quæ in cedula ſubhaſtationis ſunt deſcripta.*

39 *Executione facta ſuper melioramentis, canapa, & aliis fructibus in prædio exiſtentibus, & ſuper omnibus aliis iuribus, & ſubhaſtatione, & deliberatione ad melioramenta reſtricta, canapa, alia iura, & prædium in ea non veniunt, prout nec ius emphyteuticum, & num. 40. Ampl. vt numero quadrageſimo primo.*

40 *Emphyteuſis, & meliorationes inter ſe differunt.*

42 *Pretij qualitas, & quantitas indicat id, quod venditur.*

43 *Iura, & actiones non veniunt in ſubhaſtatione bonorum mobilium, & immobilium, ſed veniunt nulla facta mentione mobilium, & immobilium.*

44 *Emptor fundi cum fructibus pendentibus an conſequatur partem colonicam.*

45 *Fundo, in quo ſint fructus, ſimpliciter in ſolutum dato ſine eorum æſtimatione, fructus ſpectant ad conductorem, prout & fructus à ſolo ſeparati, & quid ſi adiudicetur fundus cum fructibus, & numer. 46. 47. & 48.*

49 *Conductori quomodo ſuccurratur, vbi fructus pendentes ſint in ſubhaſtatione comprehenſi, & num 50.*

51 *Fructus maturati, & percepti, appellatione pendente ab æſtimatoribus, ſeu ab eorum relatione ad quem ſpectent.*

52 *Obſeruantia ſubſecuta ſubhaſtationes declarat.*

Quid comprehendatur in deliberatione, & venditione, ſeu adiudicatione. & qui fructus veniant, Et an, illa perfecta, noua conditio, ſeu exceptio apponi poſſit.

INSP. LII.

QVamuis † res, quæ per ſecundum decretũ deliberatur, ſeu adjudicatur, libera tradi, atq; tranſire ſoleat ab omni onere & ſeruitute, niſi fuerit per ſententiam ius aliquod reſeruatum, *Rebuff. de præcon. licit. & ſubhaſt. articulo 5.* 1

Digitized by Google

2 gl. 1. nu. 20. Mangil. de ſubhaſt. qu. 159. nu. 15. & 17. pro-
vt libera in dubio præſumitur, niſi contrarium
3 probetur, Mangil. d. q. 159. nu 16. † Si fuerit tamen
ius reale, vt cenſus, vel ſeruitus, & ius directi
dominij, ſeu iurium dominicalium emphy-
teuticorum, vel feudalium, illud reſeruatum
cenſetur, etiam ſi dominus, vel alius non op-
poſuerit, ſeu nihil dictum ſit in proclamatio-
nibus, & decreto, quoniam illud eſt rei affi-
xum, tranſitque res cum ſua cauſa, & onere, le-
ge alienatio, ff. de contrah. empt. Rebuff. loc. tit. Tepat. var.
4 ſent. titulo 417. capite 3. Mangil. d. qu. 159. numero 17. †
Atque intelligitur adiudicatio, vel deliberatio
facta, provt de iure fieri potuerit, Hercul. in ſuo reſ-
ponſ. numero 422.

5 Vnde † emptor, & oblator bonorum em-
phyteuticorum non acquirit ius generationũ,
& nominationis, ſed commoditatem tantùm
generationibus, & nominatione durantibus,
Rot. in Romana Deuolutionis 7. May 1599. coram Penia,
6 poſt tract. deciſ. 9. n. 1. & 8. † vel etiam durantibus
nominationibus futuris, quę fierent ab ipſo de-
7 bitore, vt d. deciſ. 9. n. 9. poſt tract. Et, † re extraneo
deliberata, ſeu creditori adiudicata, qui in eius
eſt poſſeſſione, poteſt retinere vſufructum, quẽ
prius habebat. Carpan. ad Statut. Mediol. capite 163.
8 numero 47. & † emphyteuſis remanet penes
debitorem, & eius generationes, provt etiam
facultas, & ius nominandi, Rot. in dict. Romana
Deuolutionis 7. Maij 1599. coram Penia, poſt tract. dec.
9 9. numero 1. Et, † ſi Fiſcus pro debito prouenien-
te ex contractu, puta cum gabellario, vel alia
cauſa vendat res ſuorum debitorum alicui cõ-
ditioni fideicommiſſariæ, vel hypothecæ cre-
ditorum affectas, non vendit niſi pro iure ſui
debitoris, ſalua conditione rei, lege Statius Florus
§. Cornelio, ff. de iur. Fiſc. Peregr. de iur. Fiſci libro 6 titulo
4. de vend. & empt. Fiſcal. nu. 43. vbi quod hoc iure
10 vtimur. Et † in dubio pro validitate, & iuſti-
tia ſubhaſtationis non cenſentur in ea compre-
henſa, niſi bona debitoris, & quæ poterant
ſubhaſtari, Surd. conſ. 39. n. 7. Rot. recent. deciſ. 624. n. 5.
11 parte 3. &, † qui dicit contrarium, debet proba-
12 re, Rot. dicta deciſ. 624. num. 5 par. 3. Et, † quatenus
in bonis ſubhaſtatis comprehendantur ædifi-
cia, & melioramenta ab altero facta, adhuc ſub-
haſtatio ſuſtinetur, quia, cum illa cedant ſolo,
potuit ſuper illis bene fieri executio, ſicut ſu-
per fundo, cuius pars melioramenta dicuntur,
13 Rot. recent. dicta deciſione 624. numero 6. parte 3. † li-
cèt melioramenti debeatur æſtimatio, eadem
deciſione 624. num. 6.

14 Provt † facta alicui adiudicatione pro ſuo
credito de fundo, in quo erat impoſitus cenſus
ad alterius fauorem, non dicitur adjudicatus
cenſus, nec propterea poteſt ab eo idem cenſus
validè retrouendi, cum non ſit dominus, Rot.
poſt Cenc. de cenſibus deciſione 415. n. 1. & ſeqq. iuxta no-
15 uiſſimam impreſſionem Taurin. † Quemadmodum
nec ſubhaſtationem, & deliberationem fundi
cenſiti ad creditorum inſtantiam ceſſat, ſeu ex-
tinguitur cenſus, ſed tranſit fundus in alium
cum ſuo onere cenſus, Rot. poſt Cenc. de cenſibus de-
ciſione 90. n. 7. & in recent. deciſ. 43. nu. 3. & ſeqq.

16 Fructus pendentes, † etiam maturi tempo-
re venditionis, & diſtractionis, ſeu adjudicatio-
nis cedunt emptori plus licitanti, ſeu creditori
in ſolutum recipienti, tanquam pars fundi, lege
Iulianus §. ſi fructibus ff. de act. empt. lege fructus pen-
dentes, ff. de rei vendic. lege fin. ff. de iur. Fiſc. Peregr. de iur.
Fiſc. libro 6. titulo 4. de vend. & empt. Fiſcal. n. 31. & 35.
Valaſc. conſult. 37. n. 4. & 5. Papon. de arreſt. libro 18. tit.
6. art. 7. in fin. in append. Aſin. de execut. §. 7. c. ap. 297. n. 1.
Mangil. de ſubh. qu. 162. n. 12. & q. 199. n. 3. Vrſell. in verb.
adiudicatio. conſ. 52. nu. 34. Gregor. dec. 430. nu. 3. Card.
Veroſpius ſenior in Voto in Peruſina prætenſi Spolij 15.
Octobris 1626. poſt tract. dec. 69. nu. 16. † nec poteſt di- 17
ci deliberatio, ſeu adiudicatio nulla, vti facta
pro plus debito, Gregor. vbi ſupra.

Adeò, vt † huiuſmodi fructus venditione, 18
ſeu adjudicatione perfecta excipi non poſſint,
Valaſc. dict. conſult. 37. num. 1. & 4. cum † tunc noua 19
conditio, aut exceptio apponi non poſſit, nec
quidquam à Iudice de ea mutari, Valaſc. ibidem.

Perfecta † autem dicitur venditio, ſeu adiu- 20
dicatio ad dictum effectum in venditionibus
neceſſariis, quæ fiunt ex cauſa iudicati, quan-
do iam acceſſit addictioni Iudicis mandatum,
& auctoritas, non, ſi ſolum maiori licitatori,
tranſactis diebus præconiorum, datus ſit ra-
mus addictionis per Notarium, ſeu alium Of-
ficialem abſque Iudicis mandato, ſed in aliis
ſubhaſtationibus, quæ non fiunt pro execu-
tione ſententiarum, contractus perfectus cen-
ſetur cum plus licitante abſque alia Iudicis
auctoritate, vel mandato, ſecundum Valaſc. d. con-
ſult. 37. nu. 4. 5. & 6. vbi de jure, & practica illius
Regni. Quare † primo caſu poteſt Iudex, quan- 21
do ſuum interponit decretum, ſeu auctorita-
tem, licitè fructus pendentes excipere, quod ſi
non faciat, cedunt emptori, ſeu creditori, Valaſc.
dict. conſult. 37. num. 5. Sed, † ſi excipiat, poterit em- 22
ptor, ſeu creditor à contractu reſilire, allegan-
do in præconiis, ſeu in æſtimatione, hoc de fru-
ctibus expreſſum non fuiſſe, Valaſc. ibidem. Provt, 23
ſi pretium rei ſubhaſtatæ creditori non ſuffi-
ciat, fructus, ſubhaſtatione pendente, maturati,
& ad manus debitoris non peruenti, ipſi credi-
tori adiudicari debent, l. Valerius patronus, §. ple-
nè, ff. de iur. Fiſc. Papon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arreſt. 29.
col. pen.

† Secundo vero caſu non licet à contractu, 24
quidquam deuiare, aut minuere, Valaſc. d. conſult.
37. num. 6. Ideoque, † licitatione facta de re Vni- 25
uerſitatis, non poſſunt addi capitula antea non
publicata, l. 1. C. de paſc. public. vel Princip. libro 10.
Euerard. in topic. in loco ab vſitat. Alexandr. Raudenſ.
conſilio 50. num. 365. in primo libro 1. † præſertim in 26
præjudicium Vniuerſitatis, & in fauorem lici-
tatoris, & conductoris, ad tradita per Raudenſ.
loco citato.

Neque † mutari poſtea poſſunt conditio- 27
nes primæ licitationis in præiudicium prio-
rum licitantium, tanquam illis ſit ius quæſi-
tum, Mangil. de ſubhaſt. q. 79. n. 1. & 2.

Sed bene † mutari poſſunt quoad præiudi- 28
cium aliorum, qui nullum pretium adhuc ob-
tulerunt, nec ad licitandum venerunt, quia in
eorum præiudicium poſſunt mutari, & altera-
ri totum, vel in partem, cum illis nullum ius ſit
quæſitum, Mangil. dicta quæſt. 79. nu. 2.

Quinimmo † mutari poſſunt conditiones e- 29
tiam in prejudiciũ eorum, qui licitarunt, quan-
do illis quæſitum eſt non irreuocabiliter, ſed
reuoca-

Digitized by Google

reuocabiliter, hoc eſt ſub conditione, ſi alius
non licitauerit, & plus obtulerit, quia tunc,
alio plus offerente cum aliis conditionibus
nullum præiudicium inferri videtur prioribus
ex mutatione priorum conditionum, cum ad-
huc res integra ſit, & liberum ſit aliis iterum
licitare, & plus offerre. *Mangil.d.q.79.nu.3.*
30 Fructus † autem à ſolo ſeparati in ſubhaſta-
tione bonorum ſtabilium non veniunt, *Buratt.*
31 *dec.735.ſub n.3.* † nec emptor rei ſubhaſtatæ fru-
ctus habet niſi à die deliberationis ſibi factæ,
Pereg.de iure Fiſcal.lib.6 tit.4.de vend. & empt.Fiſcal.
num.14.& ſeqq. Aſin.de execut.§.4.cap.30.Mangill.de
*ſubhaſt.q.95.per tot.Boer.dec.45.n.11.par.1.*quos vide.
32 Sed † fructus inexacti, & ante venditionem
maturati ſpectant ad debitorem & ſic ad ven-
ditorem, non ad emptorem, *Buratt. dec.703.n.7.*
33 *& dec.735.n.2.* † & eo magis, ſi non ſint compre-
henſi in executione, & pignorum captione, *Bu-*
34 *ratt.dec.786.n.4.* † nec in cædula ſubhaſtationis,
nec in oblationibus, nec in decreto de delibe-
rando de eis mentio aliqua facta ſit, *Buratt.dec.*
35 *703.nu.6.in fin. & d.dec.735.nu.1.3.& 4.* provt † fa-
cienda eſt ad effectum, vt comprehendantur,
36 cum † fructus decurſi ſint ciuiles, *Buratt.d.deciſ.*
37 *775.num.2.& 3.* † Immo etiam ſi executio facta
quoque eſſet ſuper fructibus decurſis, & in-
exactis, in oblationibus, & decreto non com-
prehenderetur, ſi oblatoribus, oſtenſa fuiſſet
ſola cædula ſubhaſtationis, in qua fieret tan-
tum mentio veræ ſortis, cum ad eam ſolum-
modo eſſent referendæ oblationes, & ſucceſſi-
38 ue decretum, *Buratt.d.dec.735.ſub num.3.* † ſubha-
ſtanda cenſeantur ea bona, quæ in cædula ſub-
haſtationis deſcripta ſunt, *Buratt.d.dec.735.nu.4.*
39 † Sique appareat executio facta ſuper melio-
ramentis, canapa, & aliis fructibus in prædio
exiſtentibus, & ſuper omnibus aliis iuribus ad
debitorem ſpectantibus, & ſubhaſtatio, & de-
liberatio ſit reſtricta ad melioramenta, nulla
facta mentione canaparum, & aliorum iu-
rium, canapæ, & alia iura, ac prædium in ſub-
haſtatione, & deliberatione venire non de-
bent, vt ſentit *Rot.recent.dec.229.nu.15. & 17.par.7.*
40 provt † nec ius emphyteuticum, cum differant
inter ſe emphyteuſis, & meliorationes, *Rot.re-*
41 *cent.dict.deciſ.229.num.23. & ſeqq.par.7.* † maximè
quando conſtet, pretium oblatum ipſis ſolis
42 melioramentis correſpondere, † cum ex pretij
qualitate, & quantitate cognoſcatur id, quod
venditur, *Rot.recent.dec.229.n.21.& 22.par.7.*
43 Provt, ſi † in publica ſubhaſtatione, & lici-
tatione ponantur vniuerſaliter bona mobilia,
& immobilia, non veniunt iura, & actiones,
ſed ea veniunt, non facta aliqua mentione mo-
bilium, & immobilium, *Pegner.dec.199.nu.33.* vbi
de iure redimendi, & quod cautius eſt, vt ſpe-
cialiter ſubhaſtetur.
44 Emptor † quoque fundi cum fructibus pen-
dentibus non conſequitur partem colonicam,
niſi debitor ipſe ſua impenſa fundum coluerit,
ſed ea reſeruata intelligitur colono ſiue ſciue-
rit, ſiue ignorauerit emptor, coli per colonum
partiarium, *Peregr. de iur. Fiſc. lib.6 tit. 4.de vend. &*
empt. Fiſcal.nu 32. Vt quoque, † ſi fundus, ſuper
45 quo ſint fructus ſimpliciter in ſolutum datus
fuerit abſque fructuum æſtimatione dicuntur
fructus reſeruati conductori, ſeu colono num-
mis colenti, nec poteſt dici de illis tunc cogi-
tatum non fuiſſe, *Aſin. de execut. §.4.cap.55. circa*
med. & §.7.cap.297.nu.2. † veluti etiam ſine du- 46
bio ad conductorem ſpectant fructus à ſolo
antea ſeparati, *Aſin. dict. §.cap.55. in fin.* Sed, † ſi 47
adiudicetur fundus cum fructibus, & locatori
debitor non opponat de iure conductionis,
nec quod illi conductori reſeruentur, ſed ta-
ceat, & permittat, vt etiam fructus præſtentur,
illi dati, & præſtiti cenſentur, & conductori
præiudicare voluiſſe cenſendum eſt, *Aſin. de*
execut. dict. §.7.cap.97.n.2. † provt ſibi præiudicat 48
ipſe conductor, ſi non opponat, *Aſin. de execut.*
dict. §.4.cap.55. in princip. & in fin.
Conductori † vero, ſeu colono, qui num- 49
mis colebat, vbi fructus pendentes ſunt in ſub-
haſtatione comprehenſi, reficiendæ ſunt ab
emptore ſeu creditore, cui facta fuit adiudica-
tio, expenſæ culturæ, & collectionis fructuum
poſtea forſan factæ, & quo ad ſumptus antea
factos eſt ſaluum ius ſibi proſpiciendi ſuper
pretio addictionis, *Papon.de arreſt.lib.18.tit.6.arreſt.*
7.in fin.in append. vbi, quod † contrarium dicen- 50
dum videtur *ex l.fi.ff.de iur.Fiſc.ibi, iniquum eſt fru-*
ctus vniuerſos colono auferri, ſed colonum quidem eos
percipere debere, emptorem vero penſionem eius anni
accepturum, provt contrarium fuerat antea iu-
dicatum in Francia, ſed quod poſtea fuit reuo-
cata ſententia, & pronunciatum, vt ſupra.
Fructus † maturati, & percepti appellatio- 51
ne pendente ab æſtimatoribus, ſeu ab eorum
relatione, ſi æſtimatio in reuiſione fuerit aucta,
ſpectant ad debitorem, & poſſeſſorem, ſed, ſi
fuerit confirmata, vel diminuta, ſpectant ad
creditorem, & licitantem, cui bona fuerunt
adiudicata, *Mangill. de ſubhaſt. queſt.100.nu.17.verſ.*
dicit tamen.
Animaduertendum quoque eſt, quod † ob- 52
ſeruantia ſubſecuta declarat ſubhaſtationes,
Burſatt. conſil.44. num. 44. Ioſ. Ludouic. de conſuetud.
concl. 1. inter communa. opin. tom. 3. illat.59. fol.524.
Boer.

SVMMARIA.

1 *Deliberatio, vel adiudicatio pignoris, eiuſque ſen-*
tentia dominium à domino & debitore auocat,
& plenum ius, & dominium alteri tribuit irre-
uocabiliter, & integraliter directum, & vtile, &
num. 3. 4. & 5. Ampliat. vt num. 6.7.8.9.10.12.
& 13.
2 *Bona pro derelictis habere cenſetur paſſus ſecun-*
dum decretum, & deſinit eſſe dominus.
11 *Executio realis fit manu militari, Nuncio in poſſeſ-*
ſionem mittente.
14 *Immiſſus ex ſecundo decreto efficitur verus poſſeſſor,*
& fructus colligit.
15 *Poſſeſſio in vim ſubhaſtationis, & deliberationis,*
vel adiudicationis eſt legitima, & manutenibilis.
Ampl. vt n.22.
16 *Poſſidens deliberatione, vel adiudicatione mediam-*
te, dicitur poſſidere authoritate Iudicis, & ſic
iuſte.
17 *Iudicis factum cenſetur factum partis.*
18 *Iudex ex legis diſpoſitione vices debitoris ſuſtinet.*

Digitized by Google

19 Debitor alienare dicitur pignus iudiciale per manus Iudicis illum repræſentantis.

20 Poſſeſſio omnis tam naturalis, quam ciuilis rei deliberatæ, vel adiudicatæ immiſſione ſequuta dicitur à primo poſſeſſore amiſſa, & ſecundo acquiſita.

21 Poſſeſſio data, vel accepta quando intelligatur, ſiue vera ſit, ſiue ficta.

23 Ceſſio iurium competentium ab eo facta, qui paſſus fuit ſubhaſtationem, quid operetur.

24 Subhaſtatio firmat contractum, eique perpetuo robur attribuit, & nihil efficacius ad hoc fieri poteſt, & nu. 25. & 26.

27 Venditiones immobilium per priuatos factæ in Statu Veneto poſſunt per agnatos, & hæredes, reſtituto pretio, retractare, ſecus in Fiſcalibus, niſi agatur de bonis debitoris debitoris Fiſcalis.

28 Electio pro reſtitutione dotis an fieri poſſit in re iam deliberata.

29 Declaratio per debitorem poſt deliberationem, quod bona ad ipſum non ſpectent, offerenti non præiudicat, nec deliberationem inualidat.

30 Liberatio ſequitur debitoris, mandatoris, & fideiuſſoris ex eo, quod creditor percipit ex diſtractione pignoris, ſi creditor de euictione non ſit obligatus, ſecus ſi obligatus.

31 Titulus adiudicationis omnem actionem, obligationem, debitum, cauſam pignoris, & hypothecæ, ac iura omnia extinguit.

32 Adiudicatione receditur à priori contractu, ſatisfit creditoribus, & inducitur ſolutio, & n. 33.

34 Satisfacere, & ſoluere à pari procedunt.

35 Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio.

36 Immiſſione creditoris ſequuta ex adiudicatione, non dicitur ille amplius poſſidere iure pignoris, ſed proprio, &, ſi antea poſſidebat vti hæres, dicitur poſtea poſſidere vti creditor, & n. 37.

38 Probatio ex adiudicatione Iudicis probat etiam inter alios.

39 Requiſita ad effectum, vt dominium, & poſſeſſio rei deliberatæ, vel adiudicatæ à debitore perdatur, & emptori, ſeu creditori acquiratur, & nu. 40. 41. 43 45. 46. 62. 63. & 77.

42 Portio rei in ſolutum data pro quantitate crediti ante illius liquidationem dicitur incerta, nec datio dominium transfert.

44 Dominium rei, quæ non ſit debitoris, non transfertur per illius ſubhaſtationem, & deliberationem, ſeu adiudicationem, & poteſt tunc emptor, ſeu creditor moleſtia affici.

47 Subhaſtatio dicitur effectum habuiſſe, ſi ille, cui bona deliberata, vel adiudicata fuerint, eadem poſtea vendiderit, ſeu locauerit.

48 Dominium non transfert adiudicatio facta ex primo decreto, ſed ſolam poſſeſſionem.

49 Adiudicatione facta ex primo decreto in vim Statuti Vrbis non ſequitur, vt poſſint bona æſtimari, & plus offerenti dari, vel creditori adiudicari pro menſura debiti, & tertia parte pluris, nec quod quis ex huiuſmodi datione efficiatur dominus.

50 Dominium non transfertur ex graduatione creditorum ſuper omnibus bonis, & non ſuper re certa, nec præcedente æſtimatione, nec facta traditione, ſed tantum facta cenſetur promiſſio de dando in ſolutum, niſi graduatus reperiatur in poſſeſſione, & num. 51. vbi exemplum.

52 Datio in ſolutum facta non dicitur, nec debitor liberatur, niſi lata ſententia graduatoria, & citatis ad actum ſubhaſtationis, & deliberationis, & adiudicationis creditoribus, & adiudicatione ſequuta.

53 Dominium non transfertur, nec poſſeſſio ex ſecundo decreto rerum corporalium, niſi traditione, ſeu executione, & apprehenſione poſſeſſionis ſequuta. Ampl vt n. 54.

55 Adiudicatio nihil habet commune cum poſſeſſione.

56 Conſtitutum appoſitum in ſecundo decreto dat ſolum emptori, ſeu adiudicatario facultatem poſſeſſionem capiendi propria authoritate. Limit. vt num. 57.

58 Poſſeſſio ex conuentionali pignore, & iudiciali, transfertur ſequuta immiſſione, & apprehenſione.

59 Datio in ſolutum, & aſſignatio bonorum facta creditoribus non præiudicat debitori, ſi ſit incerta ratione perſonarum, ſeu quantitatis, temporis, loci, & quotæ, nec dat dominium, nec poſſeſſionem, ſecus ſi ſit certa.

60 Adiudicatio incerta ratione loci, & quota non ſubſiſtit.

61 Dominium, & poſſeſſio non transfertur ex adiudicatione conditionali iuxta menſurationem, vel æſtimationem faciendam, donec facta non fuerit.

64 Factum Iudicis, vel Executoris, factum partis reputatur, ſi ritè, & rectè procedat, ſeruando ordinem officij ſui, iuriſdictione ſibi conceſſa non abutendo, ſecus è contra, & num. 69. & 70. vbi exemplum.

65 Subhaſtatio, & deliberatio, vel adiudicatio nulla, vel iniuſta, ſeu facta contra legem, & forma non ſeruata, non transfert dominium, nec vllum ius, ſed potius incommoda, & nu. 67. & 68. nec priuat dominum, & debitorem poſſeſſione, ſed ex ea debetur illi nihilominus manutentio, vel reintegratio, vt n. 66.

70 Iudex non poteſt ſub haſta vendere non præſenti pecunia.

71 Dominium non transfertur ex decreto Iudicis nulliter interpoſito in alienatione minoris.

72 Dominium tranſit, ſi res fuerit iuſto pretio diſtracta, ſecus ſi non iuſto, quia tunc locus eſt moleſtiis.

73 Adiudicatio transfert dominium, ſi fuerit facta de re, quæ non excedat creditum, ſecus ſi illud longè ſuperet.

74 Datio in ſolutum, continens magnam deceptionem in æſtimatione, nulla eſt.

75 Alienatio improba non aufert ius proprietatis.

76 Datio in ſolutum non impedit repetitionem indebiti ob rei iudicatæ auctoritatem.

78 Tempus ad redimendum non currit à die factæ deliberationis, vel adiudicationis, ſed à die illius notificationis, vel captæ poſſeſſionis.

79 Subhaſtatio tollit præſcriptionem contra vendentem.

80 Impugnans ſubhaſtationem an poſſit ex ea iuuari.

Subha-

Digitized by Google

Subhaſtatio, & deliberatio, ſeu adiudicatio quid operetur, & cuius ſit efficaciæ.

INSP. LIII.

1 Pignoris † diſtractio, atque deliberatio ſub haſta, & adiudicatio per Iudicem facta pro executione rei iudicatæ in actione perſonali, eiuſque ſententia dominium à domino, & debitore auocat, Tepat. var. ſent. tit. 417. capit. 15. & tit. 419. cap. 4. Mangil. de ſubhaſt. q. quæ eſt 126. num. 3. Affl. deciſ. 358. num. 4. Monac. deciſ. Lucen. 37. num. 9.
2 Rot. poſt Nigr. de ſubhaſtat. deciſ. 47. num. 5. † cenſeturque paſſus ſecundum decretum habere bona pro derelictis, & deſinit eſſe dominus, Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 96. num. 5. & 7. † plenumque
3 ius deliberatio, vel adiudicatio alteri tribuit, Crauett. conſil. 705. num. 17. Aſin. de execut. §. 4. cap. 51. num. 4. & §. 7. cap. 293. num. 4. Gratian. diſceptat. for. nſ. cap. 37. num. 11. verſ. præterea. † in eumque domi-
4 nium transfert irreuocabiliter directum, & vtile, l. à Diuo Pio. §. 1. & §. exequantur, cum ſeqq. ff. de re iudic. l. qui prædia in. vbi Bald. C. de diſtract. pign. §. 1. Inſtit. quib. alien. l. vel non. Aſin. de execut. d. §. 4. cap. 55. num. 4. & cap. 80. num. 1. & 3. & §. 7. capit. 293. num. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 92. num. 2. tom. 1. Fenzon. ad Statut. Vrb. cap. 194. num. 63. & ſeqq. Antonell. conſil. 27. num. 6. in fi. Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 6. num. 4. Magon. deciſ. Flor. 132. ſub num. 3. Monach. d. deciſ. Lucen. 37. num. 5. Ad. l. ad deciſ. 120. Vinc. de Franc. num. 8. part. 1. Thomat. deciſ. 45. num. 18. Rot. poſt Pacif. de ſalu. deciſ. 72. num. 2. & inter diuerſ. deciſ. 143.
5 num. 2. par. 2. & in recent. deciſ. 304. num. 2. par. 3. † &
6 integraliter, Mart. conſil. 95. nu. 6. † & in pignoribus etiam conuentionalibus tradit Salu. Ti-
7 ber. in pract. lib. 1. cap. 85. num. 18. † etiam abſque reali traditione, Tepat. var. ſent. tit. 414. cap. 4. Coſt. de rat. rat. quæſt. 167. num. 3. Ricc. in collect. deciſ. collect. 67.
8 Guid. Pap. deciſ. 22. & † transeunt vtiles actiones abſque ceſſione. Io. Mar. Nouar. de dat. in ſolut. ſect. 1. quæſt. 3. n. 7.

9 Atque † eo magis per deliberationem, ſeu adiudicationem transfertur directum, & vtile dominium iuncta actuali traditione, §. fi. vbi gloſ. Inſt. de offic. iudic. Rot. poſt Pacific. de ſalu. deciſ. ſecunda num. 2. & apud Cenc. de cenſib. deciſ. 457. n. 30. iuxta nouiſſ. impreſſ. Taurin. & in recent. deciſ. 725. n. 4.
10 par. 2. † ſeu reali executione, Monac. dict. deciſ. Lu-
11 cen. 37. num. 5. † quæ fit manu militari, Nuncio in poſſeſſionem mittente, Mangil. de ſubhaſtat.
12 quæſt. 127. num. 14. † In ius enim plenum procul dubio ſuccedit, qui mittitur in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, l. ſi finita. §. Iulianus. vbi gl. ff. de damn. infect. Aſin. de execut. dict. §. 4. cap. 51. n. 4.
13 & §. 7. cap. 293. num. 5. cum † ſic immiſſus dominium acquirat, l. à Diuo Pio. §. ſi pignora. vbi gloſ. in verb. adiudicantur. ff. de re iudic. Monac. dict. deciſ. Lucen. 17. num. 6. Duran. deciſ. 419. num. 9. & Rot. in Montis Faliſci Fideicommiſſi. 29. Maij 1630. coram Piro-
14 uano, poſt tract. deciſ. 85. in fi. † & efficiatur verus poſſeſſor, & fructus colligat, Duran. deciſ. 364. nu. 17. 19. & 30.
15 Eſtque † poſſeſſio in vim ſubhaſtationis, & deliberationis, ſeu adiudicationis legitima, & manutenibilis, vt habetur in tract. mand. de manuten. obſeru. 12. n. 21. & ibi Rot. dec. 167. n. 10. & poſt Mangil. de ſubhaſt. dec. 18. nu. 1. & in fi. & dec. 105. n. 1. & in recent. dec. 165. n. 1. in fi. par. 4. & dec. 122. in princ. par. 6. & penes Nigr. de ſubhaſt. dec. 14. nu. 2. cum † ita poſſidens 16
dicatur poſſidere auctoritate Iudicis, & ſic iuſte, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 429. n. 1. & Rot. recent. d. dec. 122. n. 2. par. 6. † cuius factum cenſetur factum 17
partis, Gratian. diſcept. for. cap. 429. n. 26. quia † Iu- 18
dex ex legis diſpoſitione vices debitoris ſuſtinet, Aſin. de execut. d. §. 4. cap. 51. nu. 3. ita vt debi- 19
tor alienare dicatur, quamvis per manus Iudicis, qui illum in venditione pignoris iudicialis repræſentat, Rot. in d. Montis Faliſci fidei commiſſi 29. Maij 1630. coram Pirouano, poſt tract. deciſ. 85. nu. 1. & † per conſequens omnis poſſeſſio tam 20
naturalis, quam ciuilis fuit à primo poſſeſſore amiſſa, & ſecundo acquiſita, Gratian. d. cap. 426. nu. 26. & cap. 926. num. 28. & Rot. in Interamnen. Dotis 23. Maij 1609. coram Penia, poſt tract. dec. 20. nu. 5. & † 21
in his terminis poſſeſſio data, vel accepta intelligitur, ſiue vera ſit, ſiue ficta, Aſin. d. cap. 51. n. 4.
& † eo magis debetur ex huiuſmodi poſſeſſio- 22
ne manutentio, probatis etiam melioramentis in genere, & in ſpecie, Gratian. d. cap. 926. nu. 17.
Adeo vt † ſi paſſus ſubhaſtationem cedat dein- 23
de iura ſibi competentia, intelligatur ceſſio de iure petendi annullationem, vel in integrum reſtitutionem, quæ ſe compatiuntur cum iam facta alienatione, & ſi non releuent, nihil venditum, aut tranſlatum dicatur, Rot. in d. Montis Faliſci fideicommiſſi 29. Maij 1630. coram Pirouano, poſt tract. dec. 85. n. 3.

Atque eſt † ſubhaſtatio eius efficaciæ, vt ſi- 24
ne aliqua difficultate firmet contractum, eique perpetuo robur attribuat, l. fin. C. ſi propt. publ. penſit. vend. fuer. celebr. l. ſi hypothecas, in fi. vbi gl. in verb. fides, C. de remiſſ. pign. Iodoc. de ſubhaſt. cap. 5. nu. 37. & 38. Fabian. de Mont. de empt. & vend. q. 5. verſ. ſequitur de ſubhaſtationis materia, n. 86. Mangil. de ſubhaſt. q. 22. n. 5. Nu. dec. 25. n. 11. & dec. 89. in fi. lib. 1. & dec. 426.
n. 9. lib. 3. cum † nihil ad ſolidandum, & firman- 25
dum alicuius rei venditionem efficacius fieri poſſit, quam quod ea res publicè vendatur, & ſubhaſtetur, Mauric. de reſtit. in integr. cap. 375. nu. 4.
& quod † venditio Fiſci nomine ſolemniter 26
facta emptori tribuat firmitatem perpetuo poſſidendi, tradit Peregr. de iur. Fiſc. lib. 6. tit. 4. de
vend. & empt. Fiſcal. n. 19. vbi, quod, † licet ex le- 27
gibus illius Dominij venditiones bonorum immobilium per priuatos factæ, poſſint, reſtituto pretio, per agnatos, & cohæredes retractari, ſecus tamen eſt in venditionibus Fiſcalibus, hoc eſt, cum bona Fiſci, ſeu debitorum Fiſcalium venduntur, niſi agatur de bonis de-
bitoris debitoris Fiſcalis. Vnde † nec electio 28
pro reſtitutione dotis fieri poteſt in re iam deliberata in præiudicium oblatoris, in quem mediante deliberatione fuerit tranſlata poſ-
ſeſſio, Buratt. dec. 952. nu 6. † Neque etiam decla- 29
ratio facta per debitorem poſt deliberationem, quod bona ad ipſum non ſpectent, præiudicat offerenti, nec deliberationem inualidat, Mangil. de ſubhaſt. q. 168. n. 3.

Illudque, † quod creditor percipit ex di- 30
ſtractione pignoris, liberat debitorem, & man-

datorem, ac fideiuſſorem, ſi de euictione credi-
tor non ſit obligatus, alias ſecus, l. ſi mandato. §.
creditor. ff. mand. Tepat. var. ſent. tit. 417 cap. 20. Mangil.
de euict. quæſt. 45. num. 7. in fi. & quæſt. 146. num. 22.
Medic. examinat. 47. num. 17. & ſeqq. Gratian. diſcept.
31 for. cap. 3. num 14. & ſeqq. Et † titulus ſuperue-
niens adiudicationis actionem extinguit per-
ſonalem, & debitum, cauſamque pignoris, &
hypothecæ, atque primæua iura, omnemque
actionem, & obligationem tollit, l. pen. in fi. ff. de
except. rei iudic. l. eleganter. in princ. vbi Bart. & Bald.
ff. de pignor. Aſin. de execut. §. 4. cap. 51. num. 7. & §. 7.
cap. 289. num. 1. & cap. 290. num. 1. Rot. diuerſ. deciſ. 143.
num. 3. par. 2. & in recent. deciſ. 278. num. 21. par. 5. &
poſt Mangil. de ſubhaſtat. deciſ. 86. num. 1. & deciſ. 92. in
32 fi. Duran. deciſ. 419. num. 10. cum † per eam receda-
tur à priori contractu, Rot. poſt Mangil. de ſubhaſt.
33 d. deciſ. 86. num. 2. & † creditoribus ſatisfiat, &
conſequenter inducatur ſolutio, Aſin. de execut.
d. §. 4. cap. 51. num. 7. & 9. & §. 7. cap. 286. num. 1. & 2.
34 quia † ſatisfacere, & ſoluere à pari procedunt,
35 Aſin. d. §. 4. cap. 51. num. 8. & §. 7. cap. 289 num. 2. & †
ſolutione eius, quod debetur, omnis tollitur
obligatio. Inſtit. quib. mod. toll. oblig. in princ. Aſin. d.
36 cap. 51. nu. 9. & d. cap. 289. nu. 2. &, † immiſſione ſe-
cuta creditoris, non dicitur ille amplius poſſi-
dere iure pignoris, ſed iure proprio, Rot. diuerſ.
37 d. deciſ. 143. n. 4. par. 2. &, † ſi antea fortè poſſide-
bat, vti hæres, obtenta adiudicatione, dicitur
poſſidere tanquam creditor, Rot. diuerſ. deciſ. 315.
38 n. 2. par. 3. lib. 3. Et † probatio ex adiudicatione
Iudicis probat etiam inter alios, l. deſiderium. C.
depoſ. Aſin. de execut. §. 7. cap. 203. n. 3.

Verum enim vero, vt dominium, & poſſeſſio rei deliberatæ, vel adiudicatæ per debitorem perdatur, & emptori, ſeu creditori acquiratur, requiruntur infraſcripta, &

39 Primo, † vt actio & ſententia ad hoc ten-
dant, Rot. penes Pacific. de ſalu. dec. 2. n. 2.

40 Secundo, † vt debitum ſit verum, Rot. diuerſ.
deciſ. 143. n. 2. par. 2.

41 Tertio, vt creditum ſit liquidum, & cer-
tum, alias illiquidum & incertum non ſuffi-
cit, Mangil. de ſubhaſt. q. 161. n. 3. Buratt. dec. 124. n. 7. &
42 † incerta diceretur portio rei in ſolutum datæ
pro quantitate crediti ante illius liquidatio-
nem, & conſequenter huiuſmodi in ſolutum
datio non transferret dominium, Buratt. loc. cit.

43 Quarto, † vt res ſit debitoris, nam tunc ſub-
haſtatio, & deliberatio, ſeu adiudicatio Iudicis
auctoritate facta transfert dominium, & titu-
lum, etiam non ſequuta traditione, & execu-
44 tione, Aſin. de execut. §. 7. cap. 293. nu. 6. & 7. † ſecus,
ſi non ſit eius, pro cuius debito res vendita, vel
adiudicata eſt, nam tunc poteſt moleſtia affici
ille, cui fuit res adiudicata, vel qui in empto-
rem ſe obtulit, Aſin. de execut. §. 4. cap. 80. nu. 3. Mo-
nac. deciſ. Lucen. 37. num. 8. Rot. diuerſ. deciſ. 147. num. 1.
par. 2.

45 Quinto requiritur, † vt ſubhaſtatio ſit per-
fecta, & conſumata, Rot. recent. dec. 640. in fi. par. 4.
46 & effectum habuerit, Duran. deciſ. 488. num. 12.
47 verſ. non obſtat. † vt eſſet, ſi ille, cui fuiſſent bona
deliberata, vel adiudicata, eadem bona deinde
vendidiſſet, vel locaſſet, Rot. apud Nigr. de ſubhaſt.
deciſ. 39. n. 2. & 4.

48 Vnde † adiudicatio facta ex primo decreto
non transfert dominium, Rot. poſt. Pacific. de Sal-
ui. dec. 2. nu. 3. & apud Nigr. de ſubhaſt. dec. 50. nu. 1. ſed
ſolam poſſeſſionem, vt in terminis Statuti Vr-
bis tradit Fenzon. ad ipſum Statut. Vrb. cap. 194. ſub
nu. 16. vbi ſubiungit, quod ideo † ex diſpoſitio-
ne eiuſdem non ſequitur quod bona ſic adiu- 49
dicata æſtimari debeant, & plus offerenti dari,
& vendi per Iudicem, vt creditori ſatisfiat pro
ſuo credito, vel Iudex tantum de dictis bonis
in ſolutum ipſi creditori concedat, quod aſ-
cendat ad quantitatem ſibi debitam, & ter-
tiam partem vltra, per quam dationem in ſo-
lutum efficiatur dominus.

Provt † nec transfertur dominium, quando 50
fuit tantum declaratum, in quo gradu quis
creditor eſſet conſtituendus, & generaliter la-
ta ſententia adiudicationis ſuper omnibus bo-
nis, non ſuper re certa, nec æſtimatione præce-
dente, nec alia facta fuit traditio, quia tunc
cenſetur tantum facta promiſſio de dando in
ſolutum, d. dec. 2. nu. 2. poſt Pacific. de Salu. & in Ro-
mana Executionis Sententiarum 17. Aprilis 1592. coram
Orano, poſt tract. deciſ. 5. n. 1. & ſeqq. & n. 10. & in Imo-
len. Saluiani 9. Iunij 1636. coram Eminentiſſ. D. Cardinali
Macchiauello, poſt tract. dec. 194. n. 14. vbi n. 13. † limi- 51
tatur in graduato, qui reperiatur in poſſeſſio-
ne, vt in filio graduato pro dote materna in
bonis patris, qui obtinuerit inhibitionem ab
A. C. ſuper particularibus bonis aduerſus alios
creditores mutando ſibi ipſi cauſam poſſiden-
di. † Nec datio in ſolutum facta, nec debitor li- 52
beratus dicitur, niſi lata ſententia graduato-
ria, & citatis ad actum ſubhaſtationis, & deli-
berationis, ac adiudicationis creditoribus, at-
que adiudicatione ſequuta, Seraph. dec. 1333. nu. 1.
Caualer. dec. 528. nu. 1. Rot. recent. deciſ. 50. nu. 2. & ſeqq.
par. 1. & deciſ. 278. n. 4. par. 5. & poſt Fenzon. ad Statut.
Vrb. dec. 147.

Nam † ex ſecundo decreto corporalium re- 53
rum deliberatarum non transfertur domi-
nium, nec poſſeſſio, niſi traditione, ſeu execu-
tione, & apprehenſione poſſeſſionis ſequuta,
Giurb. dec. 64. n. 7. & ſeqq. Rot. in d. Romana Executionis
ſententiarum coram Orano, poſt tract. deciſ. 5. nu. 3. & in
Recanaten. Pradij 22. Maij 1617. coram Eminentiſſ. Dom.
Card. Pamphilio, poſt tract. dec. 42. in fi. † etiam quod
per Iudicem appoſita fuerit clauſula conſtitu- 54
ti, Giurb. dict. dec. 64. n. 10. cum † adiudicatio nihil
habeat commune cum poſſeſſione, Buratt. deciſ. 55
605. nu. 3. † & conſtitutum det ſolum emptori,
ſeu, illi, cui adiudicatio facta fuerit, facultatem 56
poſſeſſionem capiendi propria auctoritate,
Giurb. d. dec. 64. n. 11. † ſed non aduerſus reſiſten-
tem, qui in rei poſſeſſione, ſeu detentatione re- 57
periatur, Giurb. ibid. Quare Decian. conſ. 3. nu. 28. &
ſeqq. lib. 4. dicens, quod, † ſicut per conuentio-
nale pignus transfertur poſſeſſio, ita etiam 58
transfertur in iudiciale, intelligi debet, immiſ-
ſione, & apprehenſione ſequuta.

Quemadmodum † nec aſſignatio, & datio 59
in ſolutum bonorum facta creditoribus præ-
iudicat debitori, ſi ſit in certa ratione perſona-
rum, vel quantitatis, temporis, loci, & quotæ,
nec poſſeſſio, aut dominium transfertur in ac-
quirentes, nec diſcedit ab alienante, Gratian.
diſcept. for. cap. 519. n. 67. Vrſell. in verb. adiudicatio. concl.
52. nu. 9. & 10. vbi ſecus ſi ſit certa, ſeu præcedat
credita

Digitized by Google

60 crediti liquidatio. † Vitiaturque adiudicatio
ratione incertitudinis loci, & quo.æ, *Aſin. de*
61 *execut. §.4. cap.47. nu.1. & 2.* Vt quoque † domi-
nium, & poſſeſſio non transfertur ex adiudi-
catione conditionaliter facta iuxta menſura-
tionem, vel æſtimationem faciendam, donec
ſequuta non fuerit, *Rot. in Bononien. de Pannolinis*
27. Ianuarij 1617. coram Manzanedo, poſt tract. deciſ. 11.
num.7.

Sexto, † neceſſe eſt, vt ſubhaſtatio, & deli-
62 beratio, vel adiudicatio ſit ritè, & rectè facta,
Pariſ. conſ.42. num.15. & 16. ſeu ſeruatis ſeruandis,
Saluſt. Tiber. in pract. lib.1. cap.42. nu.18. Mangil. de ſub-
haſt. q.6. n.4. Rot. poſt Nigr. de ſubhaſt. dec.14. nu.2. aut,
63 † quod non appareat, Iudicem nulliter, vel
iniuſtè proceſſiſſe, *Rot. apud Mangill. de ſubhaſtat.*
deciſ.18. in fin. cum † factum Iudicis, ſeu Execu-
64 toris factum partis reputetur, vbi ritè, & rectè
proſequatur, ſeruando ordinem officij ſui, &
non abutendo iuriſdictione ſibi conceſſa, *Gra-*
tian. diſcept. for. cap.326. nu.6. nam † alias, ſi ſubha-
65 ſtatio, & deliberatio, vel adiudicatio ſit nulla,
vel iniuſta, aut facta contra legem, & non ſer-
uata forma, non transfert dominium, *Aſin. de*
execut. §.4. cap.51. nu.5. Mangil. de ſubhaſtat. quæſt.24.
n.6. & q.193. nu.3. Rot. poſt Cenc. de cenſib. deciſ.151. n.7.
& in recen. deciſ.411. num.26. par.5. quæ eſt etiam poſt
noſtrum tract. mand. de manuten. deciſ.321. nu.26. † nec
66 priuat dominium, & debitorem poſſeſſione, ac
proinde competit illi nihilominus manuten-
tio, vel reintegratio, *vt dicam infra Inſp.59.* † nec
67 ex ea vllum ius quæritur, *Mangil. de ſubhaſtat.*
quæſt.102. n.1. Seraph. deciſ.808. n.4. † ſed potius ma-
68 gna ſequantur incommoda, *Mangil. d. quæſt.102.*
num.1.

Nec factum Iudicis habetur pro facto par-
69 tis, vbi non ritè, & rectè procedit, & illud fa-
ctum non clauditur ſub adminiſtratione ſuæ
iuriſdictionis, vt, ſi vendat ad haſtam non
præſenti pecunia, † quod non poteſt, quia hu-
70 iuſmodi eius factum non habetur pro facto
partis, *Gratian. diſcept. for. cap.326. n.7.* Prout † nec
71 transfertur dominium ex decreto Ius dicentis
nullo interpoſito in alienatione rei minoris,
Gratian. deciſ.134. nu.1. † Dominiumque tranſit, ſi
72 res fuerit iuſto pretio diſtracta, ſecus, ſi non
iuſto pretio, quia & tunc locus eſt moleſtiis,
Aſin. de execut. §.4. cap.80. num.3. Adeo vt † transfe-
73 ratur dominium, ſi adiudicatio fuerit facta de
re, quæ non excedat creditum, ſecus, ſi res il-
lud longè ſuperet, *Rot apud Paſſic. de ſalu. deciſ.2.*
nu.2. † In ſolutumque datio, in qua interuenit
74 magna deceptio in æſtimatione, nulla eſt,
Paul. de Mont. Pic. conſ.59. n.13. † nec improba alie-
75 natio ius aufert proprietatis, *l. ſi rē ſiduum. C. de*
diſtract. pignor. auth. hoc ius porrectum. C. de Sacr. Eccleſ.
Mangil. de ſubhaſtat. quæſt.24 num.7. & quæſt.59. nu.7.
& 1. Magon. deciſ. Florent.132. nu.8. Prout † nec da-
76 tio in ſolutum impedit repetitionem indebiti
ob rei iudicatæ auctoritatem, *Nouar. de dat. in*
ſolut. ſect.1. quæſt.3. n.11.

Septimo, & vltimo † ad effectum, vt domi-
77 nium tranſlatum dicatur irreuocabiliter, ne-
ceſſe eſt, vt lapſa ſit dilatio ipſius deliberatio-
nis, ſeu dationis in ſolutum, *Scacc. de iud. lib.1.*
78 *cap.97. nu.21. in fin.* † Curritque tempus ad redi-
mendum non à die factæ deliberationis, vel
adiudicationis, ſed à die illius notificationis,
vel à die captæ realis poſſeſſionis, vt per *Gutrb.*
deciſ.64. n.17.

Item † tollit ſubhaſtatio præſcriptionem 79
contra vendentem, *Bertach. in verb. ſubhaſt. Iodoc.*
de ſubhaſtat. cap.5. nu.40. Mangil. eod. tract. quæſt.200.
num.27.

An † autem impugnans ſubhaſtationem 80
poſſit ex ea iuuari, videas *Rot. poſt Nigr. de ſubhaſt.*
deciſ.39. nu.6.

SVMMARIA.

1 *Emens ſubhaſtationibus præcedentibus tutè emit, ſi ritè facta ſit ſubhaſtatio, quamuis pro indebito, & ſi nulla colluſio interuenerit, & n.2.*

3 *Pretio publicæ auctionis ſoluto ei, cui Iudex iuſſit, eſt ſoluens ſecurus, etiam ſi deinde pecunia deperdita ſit, vel exempla.*

4 *Emens ſub haſta dominus non efficitur, ſi deficiat in depoſito pretij etiam in minimo.*

5 *Res, quæ per decretum adiudicatur, libera tradi ſolet ab omni ære alieno, & hypotheca.*

6 *Emens ſubhaſtatione mediante ab Executore teſtamentario, ſeruatis ſeruandis, vel emens à tutore, vel curatore, aut Eccleſia, vel à debitore de conſenſu creditoris, & ſoluens eiſdem eſt ſecurus, etiam ſi pecuniæ non conuertantur in cauſam deſtinatam, ſeu conuentam, & n.7.*

8 *Pretio ab emptore ſub haſta iuſſu Iudicis depoſito pro ſatisfaciendo creditoribus cum obligatione de reſtituendo prioribus, & potioribus, qui poſtea publicis edictis vocati fuerint, & facta inter comparentes diſtributione, poſſunt nihilominus anteriores, & potiores, qui non comparuerint, vel pulſare poſteriores, qui pretium receperint, & eorum fideiuſſores, vel hypothecam vti non extinctam medio etiam ſaluiano exercere contra eadem bona, tanquam ea non conſiderentur diſtracta, & tranſierint in emptorem cum eodem onere & nu.9.10. & 11. Decl. vt nu.12. Ampl. vt n.13. 15. & 17. Lim. vt n.16.*

14 *Adiudicatio facta creditori certæ rei non aufert ius pignoris alteri prius acquiſitum.*

18 *Subhaſtatione, & deliberatione ad inſtantiam vnius vel etiam maioris partis creditorum facta, aliis non citatis, vel non legitimè, competit non citatis, nec interuenientibus, vel non conſentientibus contra rem ſubhaſtatam ſaluianum.*

19 *Cridæ quibus non præiudicent.*

20 *Creditori per haſtam præiudicare non eſt iuſtum.*

21 *Haſta Fiſcalis non eſt tantæ auctoritatis, vt legitimo creditori creditum auferat.*

22 *Emptor emens bona anterioribus, & potioribus hypothecis affecta, & ſoluens poſterioribus ſibimet imputare debet, ſi ſit in damno.*

23 *Creditores etiam anteriores, qui inſteterunt pro ſubhaſtatione, vel in ea ſpecialiter citati fuerunt, & ſibi ſatisfieri non curarunt, nec ſe oppoſuerunt, nec appellauerunt, nec obtulerunt, non poſſunt contra bona ſubhaſtata redire, ſed eſt eis conſultum in pretio, penes tertium exiſtente, & numer.24.25. & 27. Ampliat. vt numer.26.29. & 31.*

25 *Pretium ſuccedit loco rei.*

28 *Debitor, qui citationi ad videndum ſubhaſtari*

Digitized by Google

ácquieuit, videtur ius ſuum remiſiſſe.

30 *Emens à Fiſco tutus eſt, actione ſola contra Fiſcum reſeruata per quatriennium.*

32 *Et conuentus poteſt cauſam trahere ad Iudices Fiſcales, & Cameram.*

33 *Emptor ſub haſta in Gallia, & in Sabaudia an poſſit ab anterioribus creditoribus moleſtari, & numero 34.*

35 *Et quid in Cathalonia, & n.36 37.38.*

39 *Emptor ſub haſta pro ſui cautela debet pretium deponere, & curare, vt illud à creditoribus recipiatur cum cautione, vel vt ſoluatur priori, & potiori, alias non liberabitur à moleſtiis euictionis, & aliorum creditorum, & nu.40. & 41.*

42 *Re deliberata, vel adiudicata pro debito anteriori cum onere ſoluendi onus cenſus, vel ſimile poſterius non poteſt petenti fructus cenſus opponi de anterioritate, & quare.*

43 *Creditor, qui pignus ad haſtam vendere fecit, vel eius hæres, non poteſt illum ab emptore euincere, neque etiam pro alia cauſa, vel credito, & n.44. & 45.*

46 *Emptor Fiſcalis pro re empta non poteſt per Fiſcum conueniri niſi ad pretij ſolutionem, non autem ad alia debita, nec pro tributis, pro quibus venditio facta non fuit, & n.47.*

48 *Emens fundum libellarium ex cauſa aliquorum libellorum decurſorum conueniri non poteſt pro aliis antea decurſis.*

49 *Hypothecaria contra alia bona debitoris non datur, quando creditor fundus diſtraxit cum recognitione ſingularis ſucceſſoris.*

50 *Venditione facta, ſi debitor in cauſa appellationis vicerit, ei actio non datur ad rem contra legitimum emptorem, qui ſit tutus aliqua exceptione, ſed tantum ad pretium.*

51 *Solemnitas tanta ſubhaſtationis vitiari, & tolli non debet.*

52 *Emptor fraudis conſcius colludens cum creditore debitori tenetur ſaltem in ſubſidium.*

53 *Creditoris dolus, qui viliſſimo pretio pignus vendidit non nocet emptori, qui dolum non participauit, etiam ſi creditor non ſit ſoluendo.*

54 *Melioramenta neceſſaria, & vtilia quando ſint reſtituenda emptori, cui à creditoribus anterioribus res euincitur.*

55 *Et quando dicantur facta à bona fidei poſſeſſore.*

De Emptoris, & Adiudicatarij ſecuritate circa pretium ſolutum, & in re empta, vel adiudicata, & an poſſit moleſtari ab aliis creditoribus, ſeu ius habentibus.

INSP. LIV.

1 EMens † præcedentibus proclamationibus, & ſubhaſtationibus tutè emit, *Tepat.*
2 *var. ſent. tit.417. cap.19.* † eſtque tutus, ſi publica
ſubhaſtatio ritè facta ſit, etiam ſi pro indebito,
ſi nulla colluſio inter eum, & creditorem in-
3 terceſſerit, *Ant.Fab.in Cod. lib.8. tit.18. defin.4.* &, †
qui publicæ auctionis pretium ſoluit ei, cui
Iudex iuſſit, eſt ſecurus, licet poſtea deperdita
ſit pecunia, puta per decoctionem, vel malam
cuſtodiam, vel inter creditores perperam factam diſtributionem *Ant.Fab.in ſuo Codic.lib.8.tit.
16. defin.29. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.5.gl.8.par.7.
nu.40. tom. poſter.* Quamvis, † ſi deficiat etiam in 4
minimo in depoſito pretij, non efficiatur dominus, *Fontanell. d. tract.clauſ.7.gl.3.par.6.nu.18.tom.
poſter.* † Reſque per decretum adiudicata libera 5
tradi ſolet, ac transferri ab omni ære alieno, & hypotheca, *Mangill.de ſubhaſt.q.159.n.15.*

Provt, † facta ſubhaſtatione per Executo- 6
rem teſtamentarium ſeruatis ſeruandis, & receptis per eum pecuniis, ſi eæ ab eodem non
ſoluantur in cauſam ſibi à teſtatore demandatam, emptor nihilominus eſt ſecurus, *Mangil.de ſubhaſt.q.116.n.1.6. & per tot.* vbi † idem dicit 7
de emente à tutore, ſiue curatore, vel Eccleſia
ad effectum ſoluendi creditoribus minoris, aut
Eccleſiæ, & de emente à debitore de conſenſu
creditoris ad effectum illi ſatis faciendi. Cæterum, † etſi ipſe emptor totum pretium iuſſu 8
Iudicis depoſuerit, vt ex eo ſatisfieret creditoribus, & poſtea publicis edictis fuerint creditores vocati, vt comparerent, ſi ſatisfieri cuperent iuxta cuiuſque prioritatem, & potioritatem, & fuerit inter comparentes facta diſtributio, attamen, ſi aliqui anteriores & potiores
comparere omiſerint, eis præiudicatum non
intelligitur, nec eorum extincta eſt hypotheca, † ſed ij poſſunt ad eorum electionem, vel 9
pulſare poſteriores creditores, qui pretium receperunt, & ſe obligarunt de illud reſtituendo prioribus, & potioribus, ac eorum fideiuſſores, *Gratian.diſcept.for.cap.37.n.37. Antonell. conſ.81.
n.6. Mangil.de ſubhaſt. q.104.nu.4.* † Vel hypothe- 10
cam, ſeruatis ſeruandis, contra eadem bona
exercere, ſeu ſaluiano agere, ac ſi diſtracta non
eſſent, † tanquam bona tranſierint in empto- 11
rem cum iſto onere, *l. cum notiſſimi §.1. C. de præſcript.30. vel 40. ann. l. ſicut re. §. non videtur, ff. quib.
mod. pign. vel hypoth.ſolu. Peregr.de iur.Fiſc.lib.6.tit.4.
de vendit. & empt.Fiſcal.nu.20. Fontanell. de pact.nupt.
clauſ.5.gl.8.par.7.n.41. & ſeqq. & dec.223.n.5. Gratian.
diſcept.for. d. cap.37.nu.34. & ſeqq. Antonell. d.conſ.81.
n.6.* vbi, quod † hoc procedit reſpectu illius, qui 12
non fuit citatus. *Donat. Ant. de Marin. quotid. reſol.
cap.71.n.11. Mangil.de ſubhaſt.d.quæſt.104.nu.1. & ſeqq.
& quæſt.179. nu.5. & ſeqq. Duran. deciſ.49.in fin.* vbi,
quod † ſcientia non nocet. Quemadmodum 13
† nec per adiudicationem factam creditori 14
certæ rei in ſolutum ius pignoris alteri prius
acquiſitum reſoluitur, *l. ſi prædium. C. de euict.
Bero. conſil.46. num.23. vol.1.* Et vide etiam *ſupra
Inſp.23.*

Prædictaque † procedunt, etiam quod ma- 15
ior pars creditorum ſubhaſtationi, & deliberationi conſenſerint, nam adhuc poſſunt, qui
non conſenſerunt, eorum hypothecam ſuper
eiſdem bonis exercere, † niſi ageretur cum 16
hærede debitoris mortui, qui nollet hæreditatem adire, niſi pars debiti remitteretur, vel
cum debitore, qui aufugiſſet, & propterea conueniri non poſſet, nec eius bona inuenirentur,
vel cum debitore, qui ob paupertatem vellet
bonis cedere, quibus in caſibus ſtaretur maiori parti creditorum, non obſtante contradictione minoris partis, *Gratian. dict. cap.37. nu.40.
Mangil.de ſubhaſt.d.quæſt.179.n.10.*

Atque

Digitized by Google

17 Atque † adhuc facilius ſupradicta ſibi locum vendicāt reſpectu creditorum in ſubhaſtatione non citatorum, quia illis non fit præiudicium, *d. l. cum notiſſimi §. 1. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. Gluſian. de dat. in ſolut. c. 18. n. 267. Pacif. de ſalu. Inſp. 3. c. 2. n. 407.*

18 Vnde, † ſubhaſtatione, & deliberatione facta ad inſtantiam vnius, vel etiam maioris partis creditorum, aliis non citatis, ſeu non legitime, competit non citatis, nec interuenientibus, ſeu conſentientibus aduerſus rem ſubhaſtatam ſaluianum, *Pacific. d. cap. 2. numero 305. & ſeqq. Gratian. diſcept. for. cap. 37. numero 37. & ſeqq. Mang. de ſubhaſt. quæſt. 104. nu. 2. & ſeq. & qu. 179. n. 5. & ſeq. Seraph. dec.*

19 *1233. nu. 1. & ſeq.* Et, † quibus cridæ non præiudicent, tradit idem *Gluſian. de bon. ad crid. ponen. num.*

20 *230. & ſeq.* † Non eſt enim iuſtum, quod vero creditori per haſtam cenſeatur præiudicatum,

21 *Fontan. dec. 222. nu. 19.* † nec eſt tantæ auctoritatis haſta Fiſcalis, vt legitimo creditori ſuum credi-

22 tum auferat, *Font. ibi.* † Sibiq; imputare propterea debet emptor, qui emit bona aliis hypothecis anterioribus & potiorib. affecta, & ſoluit poſteriorib. ac ideo ſit in dãno. *Mãg. de ſubh. q. 179. n. 7. & 8.*

23 Contrarium † vero procedit quoad illos creditores, etiam anteriores, qui inſteterunt pro ſubhaſtatione, quia ipſis eſt imputandum ſi non exegerint, *Mang. de ſubh. qu. 103. nu. 9. & q. 179. n. 5. Se-*

24 *raph. dec. 333. n. 3.* † & quoad illos, qui fuerunt ſpecialiter in ſubhaſtatione, & deliberatione citati, & non ſe oppoſuerunt, quoniam reſpectu ipſorum ſubhaſtatio, & deliberatio, ſeu adiudicatio poſt decretum ſic firma exiſtit, vt nullus eorum poſt ipſum recipi poſſit, quia ipſi pignus, & anterioritatem ſuper eo, & illius pretio remiſiſſe videntur, dum factis ſubhaſtationibus non ſe oppoſuerunt, nec appellauerunt, nec obtulerunt, *l. ſi eo tempore, vbi gl. magiſtr. Cod. de remiſſ. pign. Rebuff. de præcon. lic & ſubh. art. 5. gloſ. 1. n. 2. Anton. conſ.*

25 *81. n. 3. & ſeq. & n. 7.* vbi, quod † ſibi conſultum in pretio penes tertium exiſtente, quod ſuccedit loco rei. *Mang. de ſubh. q. 104. n. 2. Vrſel. in verb. adiudicatio concl. 52. n. 56. in fi. Rot. poſt Nigr. de ſubh. dec. 14. n.*

26 *14. & dec. 17. n. 1. vbi n. 2.* quod † non ſuffragatur repetitio iuriũ, & oppoſitio, Generalia cõtra, facta ad alium finem, & multum ante decretum deli-

27 berationis, *& n. 5.* quod † debuiſſet appellare, & eſt hæc deciſio etiam *par. 4. diu. 64.* Quemadmo-

28 dum † ius ſuum videtur remiſiſſe ipſe debitor, qui citationi ad videndum ſubhaſtari acquieuerit, *Rot. poſt Nigr. de ſubh. dec. 19. n. 2.* Verum ad hæc vide etiam, quæ *habui ſup. inſp. 19. 23. & 34. num. 46.*

29 Prout † eo magis, cum vendit Fiſcus rem ſui debitoris creditor, quamvis anterior, ſciens, & tacens ſibi in iure ſuæ hypothecæ anterioris præiudicat, *leg. ſi hypothecas, C. de remiſſ. pign. Peregr. de iur. Fiſc. lib. 6. tit. 4. de vend. & empt. Fiſc. n. 20.*

30 Acquirenſq; † à Fiſco, hoc eſt à Procuratore Fiſcali vendente rem aliquã corporalem, vel incorporalem omnino tutus eſt, & ab alio inquietari nõ poteſt ſuper ea, nec actione reali, nec perſonali, ſed actio reſeruatur illi tertio cõtra Fiſcũ per quatriennium, & non vltra, *§. fi. Inſt. de vſucap. leg. ſi procurator. vbi Bart. ff. de iur. Fiſc. l. 2. C. de quadr. præſcript. Peregr. vbi ſup. n. 5. vbi nu. ſeqq.* ponit 6. am-

31 pliationes, & 19. limitationes. Et † per cridas factas ex Magiſtratus auctoritate, & ſuper negocio publico, vt bonorũ vacantiũ, imponitur ſilentium creditoribus, & aliis ius prætendentibus, non comparentibus in termino, & à iure excluduntur, *Peregr. de iur. Fiſc. lib. 4. tit. 3. nu. 30.* Et tamen

† ſemper Emptor Fiſcalis in iudicio conuentus 32
poteſt cauſam trahere ad iudices Fiſcales, *l. fi. C. ſi aduerſ. Fiſc. Peregr. de iur. Fiſc. d. lib. 6. tit. 4. num. 41.* & apud nos ad Cameram Apoſtolicam.

Apud Gallos, † cũ venditio publica facta ſit 33
per ſolenne decretum, nullus anteriorib. creditoribus, licet abſentiam, & ignorantiam allegãribus, & probantib. datur regreſſus contra emptorem, ſi nihil omiſſum ſit ex ſolennibus, *Ant. Fab. in ſuo C. lib. 8. tit. 16. defin. 27. n. 2. in alleg.* † Sed in 34
Sabaudia ſecus eſt ſecundũ eundẽ *Fab. d. defi. 27.*

In Cathalonia † quoq; emptor, facto depo- 35
ſito Iudicis auctoritate, ſecurus eſt ab anterioribus creditoribus ex particulari ſtylo, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gl. 8. par. 7. n. 48. 50. & ſeq. tom. poſter. & dec. 222. n. 20. & ſeq.* Ita vt † cautio, ſi præſtetur, ſit 36
potius in fauorem creditorum non graduatorũ quam ipſius emptoris qui alias iam eſt tutus, *Fontan. d. clauſ. 5. gl. 8. p. 7. n. 51.* & ſi † pretiũ adhuc ex- 37
tet, vel ſit data cautio de reſtituendo prioribus, & potiorib. creditorib. non poſſit emptor ab anterioribus, & potioribus, qui non interfuerint graduationi factæ in bonis debitoris, ſuper ipſis bonis moleſtari, ſed illi agere debeant contra pretium, & creditores poſteriores, qui pecuniã receperint, *Fontan. d. clauſ. 5. gl. 8. p. 7. nu. 48. & ſeq. & dec. 222. nu. 20.* Verum, † ſi pretium non extet, vel 38
non ſit data cautio, poteſt nihilominus emptor ab aliis anterioribus, ſeu potioribus moleſtari via ordinaria, ſi actio non ſit præſcripta, *Fontan. de pact. nupt. clauſ. 7. gl. 2. par. 8. ſub n. 6. tom. poſter.*

Vnde † cautior debet eſſe emptor, ne emat 39
rem, etiã in publica ſubhaſtatione, niſi pretium deponat, & per creditores recipiẽtes cautiones præſtentur, alias non liberabitur à moleſtiis euictionis, & aliorum creditorum, † niſi ille, cui 40
fuerit ſatisfactum, ſit prior, & potior, *Fontanel. d. dec. 222. n. 21. & dec. 223. in fin.* cum † nõ ſit audien- 41
dus ſecundus, ſeu poſterior creditor, quando ex emptoris pecunia fuerit dimiſſus, & ſatiſfactus prior creditor, tanquam ille ſit magis priuilegiatus, *Fontanell. d. dec. 223. n. 3.* licet, † ſi fuerit de- 42
liberata, vel adiudicata res pro debito anteriori cum onere ſoluendi onus aliquod cenſus, vel ſimile, quod eſſet poſterius, non poſſit aduerſus agentem pro fructibus cenſus poſterioris opponi de anterioritate, quia onus iſtud accollationis eſt pars pretij, & propter illud onus cenſus minus ſoluit pro pretio rei, *Mang. de ſubh. qu. 106. nu. 1. & ſeq. & nu. 8.* vbi de veriori, & quod ita pluries fuit iudicatum quamvis *num. 6. & 7.* arguat pro contraria parte.

Cum minori difficultate † non poteſt ille 43
creditor, qui pignus ad haſtam vendere fecit, illud ab emptore euincere, *l. & is, ff. de diſtract. pign. Tepat. var. ſent. tit. 421. Mang. de euict. q. 94. nu. 9.* † nec 44
pro alia cauſa, ſeu credito, *Neguſ. de pignor. parte 6. memb. 1. nu. 41. Mangil. d. qu. 44. n. 19.* † prout nec eius 45
hæres, *Mang. ibid. numer. 20.* Atque ideo † emptor 46
Fiſcalis pro re per eum empta non poteſt conueniri per Fiſcum ad aliud, quam ad pretij ſolutionem, non autem ad alia debita, *leg. pen. & fin. vbi Bart. Cod. de fid. inſtrum. & iur. haſt. Fiſc. lib. 10. Peregr. de iur. Fiſc. lib. 6. titulo quarto numero 8.* Ita vt

Digitized by Google

47 † non poſſit vlterius conueniri pro tributis prę-
teritis, niſi pro illis etiam facta fuerit venditio,
48 *Peregr. ibid.* Vt quoque † emens fundum libella-
rium venditum ad inſtantiam domini ex cauſa
libellorum decurſorum, non poteſt conueniri
pro libellis antea decurſis non comprehenſis
in actu venditionis, & emptionis, *Peregr. loco ci-
tato.*

49 Neque † etiam datur hypothecaria contra
alia bona debitoris, quando inſtante creditore
fundus fuit diſtractus, & venditus cum recogni-
tione ſingularis ſucceſſoris, *Seraph. dec. 333. num. 7.*

50 Sique, † facta venditione tertio, reus in cauſa
appellationis vicerit, non datur ei actio contra
legitimum emptorem ad relaxationem rei,
quando emptor eſt tutus aliqua exceptione, ſed
tantummodo actio ad pretium, *Vinc. de Franc. dec.
120. numero 8.* cum † non debeat tanta ſolenni-
51 tas vitiari, & tolli, *Vinc. de Franc. ibid.*

52 Sed, † ſi emptor fraudis conſcius colludat
cum creditore, ſaltem in ſubſidium tenebitur
debitori domino, *l. 1. 3. & vlt. Cod. ſi vend. pign. agat.
Baldun. de pignor. & hypoth. cap. 18. colum. 2. circa fin.*
† & verſa vice dolus creditoris, qui viliſſimo
53 pretio pignus vendidit, non nocet emptori, qui
dolum non participauit, etiamſi creditor non
ſit ſoluendo, *Ant. Fab. in ſuo C. lib. 8. tit. 18. defin. 1.*

54 Emptori † tamen per viam Curiæ, & ab eo
cauſam habenti, ſi res ei à creditoribus anterio-
ribus euincatur, reſtituenda ſunt melioramenta
neceſſaria, & vtilia, per ipſum, & eius aucto-
rem facta, ſi actor non veniat tanquam aucto-
rum creditor, † cum facta dicantur à poſſeſſo-
55 ribus bonæ fidei, *Rot. poſt Mangil. de ſubhaſt. deciſ.
42. num. 1.*

SVMMARIA.

1 Emens ſub haſta Iudicis auctoritate facit fructus ſuos vti bonæ fidei poſſeſſor, prout præſumitur, & domino æquiparatur, & num. 3. Ampl. vt nu. 2. & 6.

4 Fructus vt acquirantur, requiritur dominium, vel bona fides.

5 Et ad emptorem ſpectant vſque ad reſolutionem contractus.

6 Emptor ſub haſta, ſtante etiam nullitate ſubhaſtationis, non tenetur fructus reſtituere, niſi à die mota litis, & numero 7.

8 Bona fides ceſſare dicitur à die mota litis, & eo magis poſt ſententiam contra reportatam, & numero 10.

9 Reus, & poſſeſſor à die mota litis conſtituitur in mala fide, & excitatur ad inquirendum de viribus ſuæ poſſeſſionis.

11 Titulus reducitur ad non titulum per ſententiam contra reportatam.

12 Et ex illius defectu tenetur poſſidens ad fructuum reſtitutionem, & etiam, ac fortius ſi illi venditio facta fuerit Fiſci nomine, & num. 13.

14 Fructus vt acquirantur ante litem conteſtatam, non eſt neceſſaria bona fides poſitiua, ſed ſufficit abeſſe malam, & quod mala manifeſtè non ſit, & numero 16.

15 Ampl. etiamſi agatur cum minore, vel Eccleſia.

17 Fructus emptori ſub haſta acquiruntur à die addictionis, & quo ille pretium apud acta conſignauit, & num. 18.

19 Fructus rei ſubhaſtatæ ſpectant ad emptorem, etiamſi ſubhaſtata ſit vili pretio, vel adſit læſio enormiſſima, & vltra dimidiam, & reſcindatur. Contrarium numero 22. & ſeqq. Ampl. vt num. 20. Declar. & diſtingue vt num. 21.

24 Titulum qui nunquam habuit, vel fuit doloſus, non poteſt facere fructus ſuos.

26 Mala fides cauſatur ex venditione longe vltra dimidiam iuſti pretij.

27 Licitator, & emptor bonæ fidei fructus melioramentorum, & rei ante litem conteſtatam, vel interpellationem perceptos facit ſuos, & in caſu retractationis non tenetur niſi ad deinde perceptos, & numero 30.

28 Mala fides radix eſt obligationis ad fructuum reſtitutionem.

29 Malæ fidei emptor rem, & fructus perceptos, & qui percipi potuerunt, reſtituere tenetur, & etiam quod ſint conſumpti, & num. 117.

31 Fructus etiam ante litem motam percepti compenſantur vel cum melioramentis, vel cum damnis, & intereſſe creditoris.

32 Venditione ſub haſta reſoluta, puta in minoribus ob læſionem vltra ſextam partem, veniunt, etiam fructus reſtituendi à die litis conteſtatæ.

33 Emptor, ſeu conductor ad haſtam ſine debitis ſolennitatibus dicitur in mala fide, & tenetur reſtituere rem, & fructus perceptos, & qui percipi potuerunt. Ampl. vt num. 34. & 35.

36 Decl. vt quoad fructus, & damna ſit prius diſcutiendus venditor, & locator, qui eſt in maiori mala fide.

37 Adiudicatione facta creditori, ipſius efficiuntur fructus percepti, ex quo titulus ſatis eſt ad eos lucrandos.

38 Ampl. data maxime tituli validitate.

39 Bonæ fidei præſumptio oritur ex poſſeſſione, acquiſita medio Iudice ordinate procedente.

40 Titulo inualido exiſtente, & reſoluto, ad effectum lucrandi fructus ante litem motam ſufficit erronea ſcientia, & credulitas, atque titulus putatiuus, non reprobus, quamvis iniuſtus, & temerarius, vel immo nec titulus requiritur, & numero 41. 42. & 45.

43 Ampl. ſiue ſit ignorantia facti, ſiue iuris error.

44 Subhaſtatio, & adiudicatio æſtimatione non præcedente, vel citato pro minore putatiuo curatore, nulla eſt.

46 Poſſeſſores in vim iudicialis adiudicationis nullæ, ſi eorum dolus, fraus, vel falſitas non ſubſit, non poſſunt meliorationes bona fide factas amittere, nec condemnari ad fructuum reſtitutionem, niſi reſtitutio ob alias æquas rationes facienda ſit.

47 Iuſte poſſidet, qui auctore Præſide poſſidet.

48 Fructus percepti ex adiudicatione nulla an ſortem extenuent. & num. 49.

50 Datione in ſolutum nulliter facta & reſoluta fructus etiam repetuntur, non obſtante Iudicis auctoritate, & num. 51.

52 Poſſidens vigore adiudicationis nullæ, non tenetur ad fructus conſumptos in iudicio ſingulari.

53 Fructus non computantur in ſortem in datione in ſolutum

ſolutum nulliter facta in executione ſententiæ latæ ſuper certo credito.

54 *Error etiam iuris excuſat à mala fide, & fructuum reſtitutione, & ſufficit abeſſe malam, quando iura non aſſiſtunt, ſecus ſi reſiſtant, vbi exempla, & nu. 55. & 87.*

56 *Fructus an, & quando veniant in reſtitutione bonorum adiudicatorum ex capite læſionis, & nu. 57. 58. & 59.*

60 *Fructus an lucretur creditor ex pignore debito æquiualenti, & nu. 61 & 62.*

63 *Creditor non facit fructus ſuos ex prætenſa adiudicatione de qua non conſtet, & vbi ea fuit tantum iuſſa fieri.*

64 *Decretum, ſeu mandatum ſolum de adiudicando non præbet, nec probat dominium, nec titulum ſufficientem ad inducendam bonam fidem in creditore, nec operatur, vt ille poſſit legitime fructus percipere, & num. 65.*

66 *Creditor poſſidens bona debitoris non ſibi adiudicata, nec in ſolutum data, fructus accipiens non facit ſuos, ſed in ſortem computat.*

67 *Ampl. idem eſſe in poſſidente in vim ſententiæ cum clauſula, Detinen. ſeu retinen. donec, & quouſque, &c. & quare, & num. 68.*

69 *Subhaſtatione, & adiudicatione non ſequuta, vel re non tradita culpa vel negligentia debitoris, fructus ſpectant ad creditorem, ſeu emptorem pro rata pretij ſoluti, vel excomputati à die factæ, vel faciendæ adiudicationis, vel venditionis ex l. curabit. & num. 70.*

71 *Ampl. etiam in adiudicatione facta ſub conditione iuxta æſtimationem faciendam.*

72 *Fructus ex aſſignatione, & adiudicatione incerta ratione perſonarum, quantitatis, temporis, loci, & quotæ ſpectant ad debitorem, & à creditore percepti ſortem extenuant.*

73 *Subhaſtatione, & adiudicatione in totum, vel partim ex falſa cauſa, etiam per errorem facta, & exceſſiua, & nulla declarata, tenetur adiudicatarius, vti in mala fide & illius hæres bona, fructus reſtituere, vel in ſortem imputare, & nu. 75. Ampl. vt num. 76.*

74 *Fructus in ſortem præcipuè imputandi ſunt, & non reſtituendi, ſi ſint conſumpti.*

77 *Titulus quando non dicatur habilis ad effectum acquirendi fructus.*

78 *Titulo annullato, & reſoluto, cuius contemplatione bona retinebantur, ipſa bona, & fructus in reſtitutione veniunt.*

79 *Sententia reuocatoria executionis iuſta exiſtente, iuſta etiam eſt condemnatio ad fructuum perceptorum reſtitutionem.*

80 *Creditor, qui plus debito petiit, non excuſatur prætextu bonæ fidei, quia dicitur in culpa.*

81 *Ampl. etiamſi ſit pupillus, vel minor, & etiamſi id facto eius procuratoris euenerit.*

82 *Procurator non poteſt nocere domino minori.*

83 *Procuratoris factum, & minor ætas excuſat, ne quis lædatur, non autem operatur, vt quis cum alterius damno lucretur.*

84 *Excuſatio ad effectum lucrandi reſpicit potius intereſſe, quam læſionem.*

85 *Bona fides præſumitur ex poſſeſſione quæſita auctoritate Iudicis ordinate procedentis, & è contra mala, & num. 86.*

87 *Iuris errore non dicitur acquiſitio cauſata in eo, qui petiit plus debito.*

88 *Executionis tempore de exceſſu non conſtito, ſed hodie, locus eſt lucro fructuum in parte non exceſſiua, vbi exemplum.*

89 *Hæres an, & quomodo excuſetur à fructuum reſtitutione.*

90 *Decretum nullum eſt, quod ex dolo, fraude, vel falſitate proceſſit, præcipue aduerſus minores. Decl. vt num. 92.*

91 *Minores ne decipiantur dolo, falſitate, vel fraude, nihil eſt æquius.*

93 *Præſumitur pro decreto, vbi in eo adhibita ſit cauſæ cognitio, & tenere debet, alias omnes ſecuritates huius mundi ſuſpenderentur, & promptiſſimis calumniis exponerentur, & num. 94.*

95 *Fructuum condemnatio non fit regulariter, & ex ſtylo Rotæ in iudiciis reſtitutoriis, & interdictis, ac poſſeſſoriis, & in ſpolio non violento, niſi à die motæ litis.*

96 *Remedio can. reintegranda, fere ſemper agitur, non autem directe, & ex interdicto. Vnde vi, & in eo vel non probatur, vel non concludenter mala fides poſſeſſoris.*

97 *Mala fides eſt concludenter probanda, alias cauſa qualibet excuſat à dolo.*

98 *Fructuum condemnatio in ſpolio violento, & attentato & vbi à principio eſt acquiſita poſſeſſio ſcienter iniuſte, & ſic mala fide, fit à die occupationis.*

99 *Spolij violenti, vel attentati qualitate ceſſante, non fit condemnatio niſi in fructibus, qui vere probentur percepti.*

100 *Spolium quando dicatur violentum, & attentatum.*

101 *Fructuum ante motam litem perceptorum fit aliquando condemnatio etiam in ſpolio non violento, & ab illo tempore, quo probetur mala fides, non ex vi interdicti, ſed ex officio Iudicis, & æquitate, & num. 106.*

102 *Æquitas non patitur, vt poſſeſſor lucretur fructus, quos dolo, & mala fide euidentiſſima percepit.*

103 *Mala fides euidentiſſima eſt, quæ nulla excuſatione, & ratione velari poteſt, & excluditur ex qualibet cauſa, etiam temeraria, & beſtiali, & quali quali occaſione poſſidendi, & num. 104. & 105. vbi de cauſa.*

107 *Temporis ſingula momenta conſiderantur quoad fructuum acquiſitionem, & reſtitutionem.*

108 *Mala fide ſuperueniente poſſeſſori, ſtatim oritur obligatio fructus reſtituendi, & ex quibus inducatur, & num. 109.*

110 *Compenſationis ad effectum ſat eſt, quod fructus ſint aliquo modo debiti.*

111 *Fructus vbi petuntur, non vti acceſſori, ſed vti ſors, & capitale, omnes debentur vſque ab initio, nec alias totum capitale reſtitutum dici poteſt, vbi exempla.*

112 *Fructus, vel eorum æſtimatio quando reſtitui debeant à bonæ fidei poſſeſſore.*

113 *Creditor, qui ab oblatore ceſſionem rei reportauit, ſi ſuccumbat in ſpolio, an teneatur ad fructus à die commiſſi ſpolij, vel à die motæ litis, & num. 114. & 116.*

115 *Poſſidens ex ſubhaſtatione iniuſta, vel nulla propter defectum ſolennitatum, vel alias iure reſiſtente dicitur in mala fide, & non*

facit fructus ſuos.

117 *Creditor, cui nulliter, vel inordinate, & non ſeruatis ſolennitatibus, facta fuit adiudicatio, an teneatur etiam ad fructus, qui percipi potuerunt. & n. 118. & 119.*

120 *Immiſſus ex ſaluiano in creditum, excomputat etiam fructus, qui percipi potuerunt.*

121 *Iuramento in litem locus eſt contra emptorem, ſeu conductorem, vel etiam venditorem circa fructus damna, & intereſſe, ſtante mala fide, & ſolennitatum defectu, vbi eorum probatio ſit difficilis.*

122 *Lim. niſi agatur cum milite, ruſtico, vel alia ſimili perſona, in qua iuris ignorantia toleretur.*

123 *Subhaſtatione, & adiudicatione annullata, ſi fructus percepti per creditorem ſuperent intereſſe pecuniæ, pro qua bona debitoris addicta ſint, an pro rata ſortem extenuent.*

124 *Creditor victus in cauſa appellationis rem ſibi adiudicatam reſtituit cum legitimis acceſſionibus.*

125 *Appellatione interpoſita ab adiudicatione, & apprετio confirmato, fructus interim percepti per creditorem ſunt ipſiuſmet, è contra vero debitoris.*

126 *Interuſuria pretij ſoluti in remed. l. 2. C. de reſcind. vend. emptori non debentur, nec cum fructibus compenſantur.*

127 *Fructus meliorationum ſunt meliorantis, nec veniunt in condemnatione reſtitutionis fructuum rei.*

128 *Debitor volens reſoluere ſubhaſtationem, & adiudicationem, oblatione, & ſolutione debiti mediante, fructus pendentes diuidit pro rata temporis, & perceptos amittit.*

Emens ad haſtam, & Creditor ex adiudicatione quando faciat fructus ſuos, & quando illos reſtituere, ſeu compenſare teneatur, ſtante præſertim nullitate, vel læſione.

INSP. LV.

1 EMens † ſubhaſtatione mediante Iudicis au-
ctoritate, facit fructus ſuos tanquam bonæ
fidei poſſeſſor, & quia ſic præſumitur, *Mangil. de
ſubhaſt. quæſt. 199. numer. 1. Vrſell. in verb. Adiudicatio.
concl. 52. fol. 386. in appoſtil. Sebaſt. Medic. dec. 60. numer.
5. in fin. Rot. poſt Cenc. de cenſib. deciſ. 377. numer. 3. &
4. iuxta nouiſſ. impreſſ. Taurin. & in Romana Syluæ, ſeu
crediti Dotalis prima Decembris 1631. coram Eminen.
Dom. Cardin. Veroſpio iuniore, poſt tract. deciſ. 88. numer.*
2 *21. & 22.* † præſertim ſubhaſtatione valida exi-
ſtente, *Rot. in Ariminen. Bonorum 5. Martij 1627. coram Coccino poſt tract. deciſ. 70. numer. 15.* & † vti ta-
3 lis æquiparatur domino quoad fructuum per-
ceptionem, & acquiſitionem, *Mangil. dict. qu. 199.
numer. 2. Vrſell. vbi ſupra & Rot. penes Cenc. de cenſib.*
4 *dict. deciſ. 377. numer. 4.* † Cum ad effectum acqui-
ſitionis fructuum requiratur vel dominium, vel
bona fides poſſeſſoris, *Rot. in Peruſina Spolij 19. Ianuarij 1643. coram R.P.D. Royas, poſt tract. deciſ. 109. numer. 16.*
5 Et ideo † fructus ad emptorem ſpectant vſ-
que ad reſolutionem contractus, *Rot. in Romana
Prætorum 22. Martij 1610. coram Pirouano, poſt tract.
deciſ. 21. num. 1. &*, † ſtante etiam nullitate ſubha- 6
ſtationis, non tenetur illos reſtituere, *d. dec. 377.
numer. 4. poſt Cenc. de cenſib. Buratt. deciſ. 184. numer. 2.
& Rot. in d. Ariminen. Bonorum 5. Martij 1627. coram
Coccino, poſt tract. deciſ. 70. numer. 17.* † niſi à die mo- 7
tæ litis, *Buratt. vbi ſup. & Rot. in dict. Ariminen. Bonorum 5. Martij 1627. coram Coccino, poſt tract. deciſ. 70.
numer. 18.* † à quo die dicitur ceſſaſſe bona fides, 8
*Rot. dict. deciſ. 70. numer. 18. & in ead. 23. Februarij 1628.
coram eodem, poſt tract. deciſ. 71. numer. 12. 13. & 16. & in
dict. Peruſin. Spolij, 19. Ianuarij & 27. Februarij 1643.
coram R.P.D. Royas, poſt tract. deciſ. 109. numer. 7. & dec.
110. numer. 2.* † & conſtituitur reus, & poſſeſſor in 9
mala, & excitatur ad inquirendum de iuribus
ſuæ poſſeſſionis, *Rot. recent. deciſ. 3. numer. 1. par. 7.* &
† multo magis poſt ſententiam contra repor- 10
tatam, *dict. deciſ. 70. num. 18. & deciſ. 71. numer. 14. &
17. & d. dec. 109. numer. 23. poſt tract.* quia † titulus re- 11
ducitur ad non titulum, & † ex illius defectu 12
poſſidens tenetur ad fructuum reſtitutionem,
† & etiam, ac multo magis, vbi illi venditio 13
Fiſci nomine facta fuerit, *Rot. in d. Peruſina Spolij
19. Ianuarij 1623. coram R.P.D. Royas, poſt tract. dec. 109.
num. 24. & ſeqq.*

Immo † ad fructuum acquiſitionem ante li- 14
tem conteſtatam non eſt neceſſaria bona fides
poſitiua, ſed ſufficit, malam abeſſe, *Mangil. de ſubhaſt. dict. quæſt. 199. numer. 2. Vrſell. in dict. Verb. adiudicatio. fol. 386. in Appoſtil. Rot. apud Cenc. de cenſib. dict.
deciſ. 377. numer. 5. & in recent. deciſ. 320. numer. 2. par. 2.
& deciſ. 333. per tot. par. 3.* vbi, † etiam ſi agatur cum 15
minore, vel Eccleſia, *& deciſ. 3. num. 4. par. 7. Buratt.
deciſ. 184. numer. 6. & Rot. in Ferrarien. Spolij 25. Iunij
1635. coram Merlino poſt tract. deciſ. 96. numer. 13.* † & 16
quæ mala manifeſte non ſit, *ead. dec. num. 13.* † Ac- 17
quiruntur que fructus emptori à die ipſius ad-
dictionis, *Ant. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 18. numer. 2. in alleg.* † & à die, quo ille pretium apud acta conſi- 18
gnauit, *§. vendita. Inſtit. de rer. diuiſion. Papon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arr. 29. col. pen.* vbi de vltimo licita-
tore, ſeu adiudicatario.

Vnde † fructus rei ſubhaſtatæ ſpectant ad 19
emptorem, etiam quod ea ſit ſubhaſtata vili
pretio, vel adſit læſio enormiſſima, & vltra beſ-
ſem, ſeu dimidiam, & reſcindatur, *Anton. Fab. vbi
ſup. defin. 28. quem refert Fontanel. dec. 66. nu. 13. & ſeq.
& tradit Felician. de cenſib. tom. 2. lib. 1. cap. 3. nu. 2. verſ.
preterea, & num. 4.* vbi de communi praxi Hiſpa-
niæ, & † etiam quod emerit creditor extranei 20
loco, *Felician. d. num. 4.* † Si tamen læſio vltra di- 21
midiam ſit in modico exceſſu, ſecus ſi in ma-
gno, *Mangil. de ſubhaſt. qu. 43. per tot.* vbi, quod ita
paſſim iudicatur, *& quæſt. 96. n. 2.* vbi ſex caſus di-
ſtinguit in materia reſtitutionis fructuum ven-
ditione reſciſſa. *Fontanell. d. deciſ. 66. num. 12. & ſeqq.*
† qui relatis hinc inde opinionibus tenet con- 22
tra *Fabrum*, ea ratione, quia † in iſto caſu recu- 23
peratur res ob nullitatem, & dolum, † qui- 24
bus ſtantibus eſt impoſſibile, vt poſſidens po-
tuerit facere fructus ſuos, tum quia nun-
quam habuit titulum, tum quia fuit doloſus: *&
in fin. deciſionis* † ampliat *contra eundem Fabrum*, 25
etiam ſi ſimus in conflictu probationum hinc
inde; ſi tamen præualeant probationes ven-
ditoris, ſeu debitoris pro enormiſſima læ-
ſione

Digitized by Google

26 ſione in magno exceſſu. † Cauſatur enim mala
fides ex venditione longè vltra dimidiam iuſti
pretij, *Rot. in dict. Peruſina Spolij 19. Ianuarij 1643. coram R. Patre D. Royas, poſt tract. deciſion. 109. numero 22.*

27 Et † licitator, ſeu emptor bonæ fidei ante litem conteſtatam, vel interpellationem facit
fructus antea perceptos ſuos tam melioramentorum, quàm ipſius rei, *Mang. de ſubh. qu. 44. nu. 4. & 5. & qu. 98. numer. 2. & 4.* & in caſu retractionis
non tenetur niſi ad fructus perceptos, *Gluſian. de dat. in ſolut. cap. 28. num. 323.*

28 E conuerſo verò, † cum mala fides radix ſit
obligationis ad fructuum reſtitutionem, *Rot. in dicta Peruſina Spolij 27. Februarij 1643. coram R.P.D.*
29 *Royæ, poſt tract. deciſ. 110. numero tertio* † malæ fidei
emptor cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt, reſtituere tenetur, ac etiam
quod ſint conſumpti, *Peregr. de iur. Fiſc. tit. quarto de vend. & empt. Fiſcal. numero 6. Mangil. de ſubh.*
30 *quaſt. 15. numero 3. & 4.* † Ideóque emptor, ſeu licitator poſt litem conteſtatam, ſeu interpellationem fructus rei deinde perceptos non facit ſuos, ſed reſtituere tenetur, & compenſat
cum meliorationibus, *Mangil. de ſubbaſt. dicta quaſt. 98. numer. 3. & 4. Rot. in Romana Domus de Barbarellis 26. Aprilis 1591. coram Comitulo, poſt tract.*
31 *deciſ. quarta in fin.* & † quod in iudiciis ſingularibus fructus etiam ante motam litem compenſentur vel cum melioramentis, vel etiam
cum damnis, & intereſſe creditoris, tradit
Rot. in Romana Syluæ, ſeu crediti Dotalis prima Decembris 1631. coram Eminen. Dom. Cardin. Veroſpio
32 *iuniore, poſt tractat. deciſion. 88. numero 23.* † Et,
reſoluta venditione facta ſub haſta, puta in
minoribus ob læſionem vltra ſextam partem,
veniunt etiam fructus à die litis conteſtatæ,
Nouar. ad legem ſi tempora, numero 6. Cod. de fid.
33 *inſtrum. & iur. haſt. Fiſcal. libro decimo.* Et, † quia
emptor, ſeu conductor ad haſtam ſine debitis
ſolemnitatibus dicitur in mala fide, tenetur ille ad reſtitutionem rei, & vniuerſorum fructuum, & tam perceptorum, quàm eorum, qui
percipi potuerint, *lege 1. Cod. de fid. inſtrum. & iur. haſt. Fiſcal. libr. 10. Menoch. de recuper. remed. 15. numero 179. Munnoz. de ratiocin. capite 16. numer. 26. 27. & 37. Ant. Fab. in ſuo Cod. libr. 8. tit. 16. Gratian. diſcept. for. capite 7. numer. 13. Mangil. de ſubbaſt. quaſt. 11. numer. 9. & ſeqq.* vbi de bonis minorum *Caualer. deciſ. 359.*
34 *numero 8.* † quod procedit etiam, quando res
ſubhaſtata, & deliberata fuit nomine Fiſci à
non perſona legitima, vel abſque aliis ſolemnitatibus, & nulliter, *dict. lege 1. Cod. de fid. inſtrum. & iur. haſt. Fiſcal. lib. 10. & fuit dictum in dict. Peruſina Spolij 19. Ianuarij 1643. coram R.P.D. Royas, poſt tract. deciſ. 109. num. 14. 15. 17. & 18.* & † non ſolùm in
35 primo emptore, ſed etiam in ſecundo, & vlteriori, *Mangil. d. qu. 11. nu. 15.* † Quamvis quoad fru-
36 ctus, & damna ſit facienda prius diſcuſſio contra venditorem, & locatorem, qui neglectis ſolemnitatibus vendidit, ſeu locauit, & eſt etiam
in mala, ſeu maiori mala fide, *Mangil. dicta quaſt. 11. num. 16. iuncto num. 9.*

37 Prout, † ſi creditori per Iudicem fuerit facta
adiudicatio, ipſius efficiuntur fructus percepti,
cum titulus ſatis ſit ad effectum lucrandi fructus, *Rot. in Romana Syluæ 12. Decembris 1633. coram Eminen. D. Card. Veroſpio iuniore, poſt tractat. deciſ. 100. numero 12.* † data maximè tituli validitate, *lege fin. C. de carbon. edict. Aſin. de execut. §. 4. cap.* 38
139. num. 3. Rot. poſt Cenc. de cenſib. deciſ. 293. num. 1. quæ eſt etiam inter recent. deciſ. 320. parte 2. quia † ex poſ-
ſeſſione quæſita auctoritate Iudicis ordinatè 39
procedentis oritur præſumptio bonæ fidei, *Rot. in dict. Romana Syluæ 12. Decembris 1633. coram Eminent. D. Cardinal. Veroſpio iuniore, poſt tractat. dec. 100. numero 14.* † Quinimo data etiam tituli inuali- 40
ditate, ſi creditor ſciuerit, ſeu crediderit, quamvis erroneè, adiudicationem obtinuiſſe, & ſic
habuerit titulum putatiuum non reprobum, licèt iniuſtum, & temerarium, excuſatur à fructuum reſtitutione, vel in ſortem imputatione,
Rot. poſt Cenc. de cenſibus d. dec. 293. nu. 2. & ſeqq. & in recent. d. deciſ. 320. num. 3. & dec. 528. ſub nu. 3. & 6. parte 2. & dec. 749. num. 8. parte 4. † Sufficitque ſola cre- 41
dulitas ad acquiſitionem fructuum rei nulliter
adiudicatæ, *Rot. poſt Cenc. d. dec. 293. num. 19. & 20. & dec. 415. numer. 5. iuxta nouiſſ. impreſſ. Taurin.* † Ad lu- 42
crandum enim fructus decurſos ante litem conteſtatam non requiritur titulus verus, ſed ſufficit putatiuus, vel immo nullus titulus requiritur,
Rot. recent. dec. 3. num. 4. parte 7. † Et ne dum igno- 43
rantia facti, ſed etiam iuris error ad effectum
acquiſitionis fructuum ſuffragatur, *Rot. recent. d. deciſione 3. numero 5. parte 7.*

Quare † dato, quod puta ſubhaſtatio, & ad- 44
iudicatio bonorum, non præcedente æſtimatione, vel citato pro minore putatiuo curatore, &
illo, qui pro tali ſe gerebat, & communiter credebatur, nulla ſit, non tamen ex hoc concludenter infertur, quod impediatur fructuum acquiſitio, cum † ſimul eſſe poſſit, quod contra- 45
ctus reſoluatur, & fructus ante litem motam
quis fecerit ſuos ex bona fide putatiua, & poſitiua, *Rot. recent. dec. 333. in fin. iuncto numer. 1. & ſeqq. parte 3. & poſt Cenc. d. dec. 293. num. 10. & 11. quæ eſt in recent. d. dec. 320. parte 2. & Rot. in Auximana Spolij 4. Martij 1611. coram Pirouano, poſt tract. deciſ. 23. per tot. & in Ariminen. Bonorum 23. Februarij 1628. coram Coccino, poſt tract. deciſione 71. num. 7.*

Ita vt † poſſeſſores ex adiudicatione à Iudi- 46
ce, eiuſque decreto facta, dummodo ipſorum
dolus, fraus vel falſitas nulla ſubſit, ſed duntaxat
nullitas, vel, ſi reſtitutio ob alias æquas rationes
facienda non ſit, ad reſtituendos fructus non
condemnentur, neque meliorationes bona fide
à ſe factas amittere poſſint, *Papon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arr. 30.* Nam † iuſtè poſſidet, qui auctore 47
Præſide poſſidet, *lege iuſtè poſſidet. ff. de acquir. poſſ. Papon. d. arr. 30.*

Proinde, quamvis † aliqui teneant, quod in 48
reſtitutione crediti ſit habenda ratio fructuum
perceptorum per creditorem, qui ſortem ſolent
extenuare, *Gratian. diſcept. for. cap. 706. num. 15.* † & 49
non lucretur fructus creditor, qui bona tenuit,
non ſeruata forma Statuti, in ſolutum accepit,
ſed eos in ſuum creditum computare debeat,
lege vxori meæ, ff. de vſufr. leg. lege 1. Cod. de dol. Aſin. de execut. §. 5. c. 3. nu. 5. vbi de veriori, & probabiliori,
& etiamſi nonnulli ſub prætextu bonæ fidei,
cum fructus lucrari voluerint, & † generaliter, 50
datione in ſolutum nulliter facta, & reſoluta,
etiam fructus repetantur, *Gluſian. de dat. in ſolut. capite 28. numero 233.* † nec hoc caſu auctoritas 51

Digitized by Google

Iudicis à fructibus excuſet capite cum cauſa de of-
fic. de leg. vbi Dec. in vlt. notab. Purpurat. conſilio 171.
52 num.7. Attamen, † quando fructus ſunt conſum-
pti, & ſumus in iudicio ſingulari, poſſidens rem
vigore adiudicationis nullæ lucratur fructus
perceptos ex illa re, Gratian. dict. capite 706. numero
10. & tenent allegati per Pacific. de ſalu. Inſp. 3. capite 2.
53 numero 567. † Nec fructus computantur in ſor-
tem, ex quo datio in ſolutum fuerit nulla, vbi ſe-
cundum decretum interpoſitum fuit, & adiudi-
catio facta in executionem ſententiæ latæ ſuper
credito certo contra debitorem, Burſatt. conſil. 73.
numero 34. libr. 1. Mangil. de ſubhaſt qu. 93. numero 5.
54 † Quando enim iura non aſſiſtunt, vt eſt, quan-
do dicitur de nullitate contractus ex defectu
ſolennitatum, tunc iuris etiam error excuſat à
mala fide, & fructuum reſtitutione, & ſufficit
55 abeſſe malam. † licèt aliud ſit in caſu, in quo ius
reſiſtat, id eſt actum prohibeat, quia tunc dici-
tur, malam fidem adeſſe, Pacific. de ſalu. Inſp. 3. cap.
2. num. 574. vbi de communi Rot. poſt Cenc. de cenſi-
bus dict. deciſ. 293. num. 13. & ſeqq. vbi etiam de com-
muni, quæ & eſt in recent. d. deciſ. 320. parte 2. & ea-
dem Rot. recent. d. dec. 320. parte 2. & eadem Rot. recent.
d. dec. 3. n. 31. & 32. parte 7. & in Ariminen. Bonorum 5.
Martij 1627. & 23. Februarij 1623. coram Coccino, poſt
tract. deciſ. 70. num. 19. & deciſion. 71. nu. 3. 5. & 10.

56 Quemadmodum † nec fructus veniunt in re-
ſtitutione bonorum adiudicatorum ex capite
læſionis, Maſtrill. dec. 33. num. 14. parte 1. & deciſ. 247.
57 numero primo, & ſecundo parte 3. † Niſi adiudica-
tio reſcindatur ob enormiſſimam læſionem,
ſeu vltra dimidiam iuſti pretij in magno exceſ-
ſu, quia tunc ſunt etiam fructus reſtituendi,
58 † ſecus verè, vbi exceſſus vltra dimidiam ſit
modicus, Mangil. de ſubhaſtat. qu. quadrageſima tertia
59 per tot. Maſtrill. d. dec. 247. nu. 4. parte 3. † Non facit
enim creditor fructus ſuos quando res adiudi-
cata excedit creditum in magna quantitate, pu-
ta in duplo, vel in triplo, Mangil. de ſubhaſt. qu. 162.
nu. 11. Vrſell. in verb. adiudicatio. concl. 52. nu. 31. circa fin.
& vbi ad hæc Mangil. d. quæ. 43. & Maſtrill. d. dec. 33. &
dec. 247. loc. cit. & Giurb. dec. 105. nu. 8.

60 Provt † non poteſt lucrari creditor fructus
ex pignore ſub prætextu, & ex quo illud æqui-
ualeat debito ſecundum vſum forenſem, quam-
vis iura, & communis opinio ſint in contra-
rium, Rot. in Romana Vinea 24. Ianuarij, & 21. Maij
1586. coram Card. Blanchetto, poſt tract. deciſion. 2. & 3.
61 numeris 1. & 9. † niſi debitor habuerit pignus pro
derelicto, ſeu conſenſerit, Rot. in dict. Romana Vi-
nea d. numero 1. & 9. vbi numero 2. & ſeqq. de conie-
cturis, quod debitor non habuerit rem pro de-
62 relicta, † vel niſi creditor fuerit in bona fide, &
crediderit, bona penes ipſum dimiſſa fuiſſe
animo non reluendi, Rot. recent. deciſ. 582. ſub num. 5.
& ſeqq. parte 2. vbi de communi, & in iudicando
ſequenda.

63 Vt quoque † nec creditor facit fructus ſuos
ſub prætextu ſibi factæ adiudicationis de ipſa
adiudicatione non conſtito, & vbi ea fuit tan-
tum iuſſa fieri, Rot. recent. deciſ. 749. num. 8. parte 4.
64 cum † ſolum decretum, ſeu mandatum de adiu-
dicando non præbeat, nec probet dominium,
nec titulum ſufficientem ad inducendam bo-
nam fidem in creditore, Mangil. de ſubhaſt. qu. 162.
nu. 9. Vrſell. in verb. adiudicatio. concluſ. 52. num. 35. Rot. in
Romana Sylua 12. Decembris 1633. coram Eminen. D.
Card. Veroſpio iuniore, poſt tract. dec. 109. num. 9. in fin. &
ſeqq. & ideo † non poſſit ille legitimè fructus 65
percipere, Mangil. ibid. † nec poſſidens bona 66
debitoris non ſibi adiudicata, nec in ſolutum
data; ac fructus accipiens faciat ſuos, ſed illi ce-
dant in extinctionem ſortis, Mang. vbi ſup. Buratt.
deciſ. 240. numero 2. & † idem quando ſententia 67
habeat clauſulam, Detinen. ſeu Retin. donec, &
quovſque, & c. Rot. in dict. Romana Vinea coram Card.
Blanchetto, poſt tract. dec. 3. numer. 3. & 4. † cum tunc 68
dicatur poſſidere ex ſolo iure pignoris, Rot. in d.
Romana Sylua 12. Decembris 1633. coram Emin. Dom.
Cardin. Veroſpio iuniore, poſt tract. deciſ. 100. numero 15.
Licet, † quando ſubhaſtatio, & adiudicatio ſe- 69
quuta non fuerit, vel res non tradita culpa, &
negligentia debitoris, fructus rei ſubhaſtandæ,
& adiudicandæ, vel tradendæ debeantur credi-
tori, provt dicitur de fructibus rei venditæ non
ſequuta traditione, ex lege curabit. Cod. de empt.
Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 99. numero 1. & ſeqq. Vrſell. in
verb. Adiudicatio. concl. 52. ſub num. 34. † pro rata ta- 70
men pretij ſoluti, ſeu computati à die factæ,
vel faciendæ adiudicationis, Mangil. de ſubh. quæ-
ſtione 199. numero 5. † Quod procedit etiam in ad- 71
iudicatione facta ſub conditione iuxta æſtima-
tionem faciendam per peritos, quia & tunc fru-
ctus pendentes pro rata temporis emptori, ſeu
creditori debentur, Mangil. de ſubh. qu. 100. num. 18.
qu. 162. num. 13. & 14. & qu. 199. numer. 6. & Rot. in Bo-
nonien. de Pannolinis 27. Ianuarij 1617. coram Manza-
nedo, poſt tract. dec. 41. num. 2. & ſeqq.

Provt † fructus ex aſſignatione, & adiudica- 72
tione incerta ratione perſonarum, vel quantita-
tis, temporis, loci, & quotæ ſpectant ad debito-
rem, &, ſi à creditoribus percipiantur, in ſortem
computari debent, Grat. diſcept. for. capite 519. nu. 67.

Subhaſtatione, † quoque, & adiudicatione 73
ex falſa cauſa, puta ex debito iam ſolito, ſeu par-
tim ex vera, & partim ex falſa cauſa, etiam per
errorem facta, & exceſſiua, & nulla declarata
tenetur creditor, ac is, cui adiudicatio facta fuit,
& illius hæres non ſolum rem, & bona ipſa re-
ſtituere, ſed etiam reſtituere fructus, vel illos in
ſortem imputare, & compenſare, lege Titio propter
dotem, ff. de ſolut. Caſ. Don. conſ. diuerſ. 85. numer. 37. in
fin. lib. 1. Peregr. conſ. 9. numer. 1. lib. 7. Aſin. de execut. §.
4. capite 13. numero 3. capite 21. per tot. capite 35. numer.
6. capite 67. num. 2. & 3. & cap. 139. nu. 3. Pacific. de ſalu.
inſp. 3. capite 2. num. 565. & ſeqq. vbi reſpondet con-
trariis, & inſp. 4. capite 1. nu. 66. Mangil. de ſubbaſt. qu.
161. numer. 1. & ibi Rot. deciſ. 46. nu. 1. Gilian. ad Statut.
Peruſ. in verb. Adiudicatio. numer. 6. & Rot. in Aſſiſien.
Subbaſtationis 15. Nouembris 1596. numero primo coram
Orano, penes Marcheſ. de comm. parte 1. folio 1244.
† vt præſertim imputandi eſſent, & non reſti- 74
tuendi, ſi eſſent conſumpti, Mangil. de ſubhaſtat.
quæſt. 93. numero 4. † tanquam ipſe creditor eſſet 75
in mala fide, Vrſell. in verb. Adiudicatio. concluſ. 52.
numero 5. † Fructúſque medio tempore percepti 76
adiudicatione mediante etiam pro parte veri
crediti in ſortem computantur, Marant. de ord.
iudic. parte 6. act. vlt. numer. 20. Mazzol. conſilio 100.
numer. 72. Sim. de Prat. conſilio 206. numer. 39. Caſ. Don.
dict. conſilio diuerſ. 85. numero 37. in fin. & Bapt.
Martian. inter ead. conſ. diuerſ. conſil. 89. numero 26.
libro 1. Carpan. ad Statut. Mediol. libro 1. capite 164.
num. 4.

Digitized by Google

num.3. Aſin. de execut. §.7. cap.5. limit.9. num.15. Coſt. de
77 rat. rat. quæſt. 26. numero 1. & ſeqq. Cum † dicatur
poſſeſſio acquiſita ſine titulo habili ad effe-
ctum, acquirendi fructus, Rot. in Romana Syluæ
12. Decembris 1633. coram Eminentiſſ. D. Cardin. Veroſpio
iudicere, poſt tract. dec.100. num.15.

78 Quare, † annullato, & reſoluto titulo, cuius
contemplatione bona retinebantur, neceſſa-
rium eſt, vt ipſa cum fructibus in reſtitutione
veniant, Aſin. de execut. d. §.4. cap.35. n.7. & Rot. poſt
79 Mangil. de ſubhaſtat. d. deciſ.46. nu.1. † Ideoque, ſen-
tentia reuocatoria executionis iuſta exiſtente,
iuſta etiam dicitur condemnatio ad fructuum
perceptorum reſtitutionem, Rot. in Peruſina Bono-
rum ſeu Dotis 19. Februarij 1618. coram Remboldo, poſt
80 tract. deciſ.31. num.1. † Nec creditor excuſari po-
teſt ſub prætextu bonæ fidei, quoniam adfuit il-
81 lius culpa, dum plus debito petiit † nec poteſt
hoc factum excuſari ex cauſa pupillaris ætatis,
vel etiam quod id facto procuratoris minoris
82 euenerit, † qui non debuerit nocere domino
83 minori, quia † factum procuratoris, & minor
ætas excuſat ad hoc, vt minor non lædatur:
& ne rei ſuæ iacturam patiatur, non autem
operatur, vt cum alterius damno lucrari poſſit,
Rot. poſt Mangil. de ſubhaſtat. d. dec.46. num.1. in fin. &
numero ſecundo, & in Romana Syluæ 12. Decembris
1633. coram Eminentiſſimo D. Card. Veroſpio iuniore, poſt
84 tract. deciſ.100. numero 17. Ita vt † excuſatio reſpi-
ciat potius prætenſum eius intereſſe, quam læ-
ſionem, Rot. d. deciſ.46. num.2. poſt Mangil. Et, † ſicuti
85 ex poſſeſſione quæſita auctoritate Iudicis ordi-
nate procedentis præſumitur bona fides, † ſic
86 è conuerſo poſſeſſione ſequuta ex inordinato
proceſſu præſumitur mala, Rot. in dict. Romana
Syluæ 12. Decembris 1633. coram Eminentiſſimo Dom.
Card. Veroſpio iuniore, poſt tract. d. dec.100. numero 14. &
in Peruſina Spolij 19. Ianuarij 1643. coram R. P. D.
87 Royas, poſt tract. deciſ.109. numero 20. † Nec in eo,
qui petiit plus debito, facit ad propoſitum di-
cere, quod mala fides iuris errore cauſata in
acquiſitione fructuum nocere non ſoleat, quo-
niam non fuit acquiſitio iuris errore cauſata,
ſed facto petentis plus debito d. deciſ.46. n.2. & 3.
88 poſt Mangil. de ſubhaſtat. Verum, † ſi de exceſſu
non conſtitiſſet de tempore executionis, ſed il-
le hodie detegatur puta partem bonorum exe-
cutorum ſuppoſitam eſſe fideicommiſſo, eſt
hoc caſu locus lucro fructuum in alia parte,
Rot. poſt Mangil. de ſubhaſtat. dec.69. num.5.

89 Nec † iuuat, quod is, à quo fructus repetun-
tur, ſit hæres creditoris, qui potuerit inualidita-
tem tituli ignoraſſe, & conſequenter dicere
poſſit, bona fide poſſediſſe, & ad peius con-
demnationem fructuum initium ſumere debe-
re à die motæ litis, quia verius eſt, malam fidem
ſui auctoris ſibi, non ſecus ac illi præiudicaſſe,
Rot. poſt Mangil. de ſubhaſt. d. deciſ.46. in fin. & in Ari-
minen. Bonorum 23. Februarij 1628. coram Coccino, poſt
tract. deciſ.71. num.12. & 15.

90 Nullumque † eſt decretum, quod ex dolo,
fraude, vel falſitate proceſſit, præſertim aduer-
ſus minores, §. ſeniet. Inſtit. quibus ex cauſ. maior. non
lic. l. magis puto, §. ſi as, ff. de rebus eor. qui ſub tut. vel
91 cur. Papon. de arreſt. lib.18. tit.6. arr.30. Cum † nihil
æquius ſit, quam ne huiuſmodi illicitis mediis
doli, falſi, & fraudis minores decipiantur, Papon.
ibidem. † Sed tamen iſta media illicita manifeſta 92
eſſe oportet, &, † vbi adeſt cauſæ cognitio, pro 93
decreto præſumitur, † quod tenere debet, alias 94
omnes ſecuritates huius mundi ſuſpenderen-
tur, & promptiſſimis calumniis exponerentur,
Papon. d. arr.30.

In iudiciis † itaque reſtitutoriis, & interdi- 95
ctis, ac poſſeſſoriis, & in ſpolio non violento
non fit condemnatio regulariter, & ex ſtylo
Rotæ niſi ad eos fructus, quos quis percepit
poſt motam litem, Grat. diſcept. for. cap.206. n.14. &
c.181. n.14. Caualer. dec.586. n.4. Rot. poſt alium noſtrum
tract. mand. de manuten. dec.297. num.14. & penes Nigr.
de ſubhaſt. deciſ.21. numero 1. & ſequentib. & in Roma-
na Syluæ ſeu crediti Dotalis 1. Decembris 1631. & 12.
eiuſdem 1633. coram Eminentiſſimo D. Cardin. Veroſpio
iuniore, poſt tract. deciſ.88. numer.27. & deciſ.100. num.3.
& 5. in Ferrarien. Spolij 25. Iunij 1635. coram Merlino
poſt tract. deciſ.96. numero ſecundo, & in Peruſina Spolij
19. Ianuarij, & 27. Februarij 1643. coram R. P. D.
Roias poſt tract. deciſ.109. numer.6. & deciſ.110. numero
1. Et † ratio eſt, quia, cum fere ſemper agatur 96
remedio can. reintegranda, non autem directe,
& ex interdicto, Vnde vi, vel nunquam proba-
tur mala fides poſſeſſoris, vel non concluden-
ter, † vt opus eſt, dum quælibet cauſa excuſat à 97
dolo, dict. dec.88. num.27. & 28. & d. deciſ.100. numero
ſeptimo poſt tract. † Sed in ſpolio violento, & at- 98
tentato, & vbi à principio acquiſita eſt poſſeſ-
ſio ſcienter iniuſte, & ſic mala fide, condemna-
tio fit in fructibus à die occupationis, Gratian. d.
cap.205. numero 15. Antonell. conſ.80. numero 5. Giurb.
deciſ.65. ſub numer.1. & 2. & annuere videtur Rot. in
dict. Romana Syluæ 28. Iunij 1628. coram Eminentiſſ. D.
Cardin. Veroſpio iuniore, poſt tract. deciſ.78. in princ. &
clarius in eadem prima Decembris 1631. & 12. eiuſdem
1633 coram eodem, poſt tract. deciſ.88. numero 20. & 26.
& deciſ.100. numero 6. & 20. vbi, † quod, ceſſante 99
qualitate ſpolij violenti, vel attentati, non po-
teſt fieri alia condemnatio, quam in fructibus,
qui vere probentur percepti, & in dict. Ferrarien.
Spolij 25. Iunij 1635. coram Merlino, poſt tract. dec.96. nu-
mero ſecundo vbi num. ſeqq. † quando ſpolium di- 100
catur violentum, & attentatum, & idem dictum
fuit in Romana Spolij de Pinis 19. Nouembris 1621. co-
ram Cardin. Veroſpio ſeniore, poſt tractat. deciſ.37. nu-
mero 9.

Aliquando tamen † etiam in ſpolio non 101
violento fit condemnatio fructuum percepto-
rum ante motam litem, ſi probetur mala fides de
illo etiam tempore, nō quidem ex vi interdicti,
ſed ex officio Iudicis, & æquitate, † quæ non pa- 102
titur, vt poſſeſſor lucrari debeat fructus, quos
dolo recepit, & cum mala fide, Rot. in d. Romana
Syluæ 12. Decembr 1633. coram Eminentiſſ. D. Card. Ve-
roſpio iuniore, poſt tract. dec.100. n.4.5. & 6. vt ſi ſit mala
fides euidentiſſima, † quæ nulla excuſatione, & 103
ratione velari poſſit, † ad quam quidem exclu- 104
dendam ſufficit quælibet cauſa, etiam temera-
ria, & beſtialis, & qualis qualis occaſio poſſi-
dendi, Rot. in d. Ferrarien. Spolij 25. Iunij 1625. coram
Merlino, poſt tract. dec.396. n.7. † vbi nu. ſeqq. de cauſa. 105
Adeo vt, ſi non adfuerit mala fides ab initio,
ſed ea deinde ante litem motam ſuperuene-
rit, † debeantur fructus etiam ante ipſam 106
motam litem à die quo mala fides ſuperue-
nerit; cum † quoad fructuum acquiſitionem, 107

Digitized by Google

& reſtitutionem ſingula temporis momenta
108 conſiderentur, &, † ſtatim ac mala fides ſuperueniat, oriatur obligatio fructus reſtituendi, *Rot.*
109 *recent.deciſ.3.nu.23.24 par.7.* † *vbi num.ſeqq.* ex qui-
110 bus inducatur mala fides Et † ad effectum compenſandi ſat eſt, quod fructus ſint aliquo modo debiti, *Rot.in d. Romana Syluæ 12. Decembris 1633.coram Eminentiſſ.D.Card.Veroſpio iuniore, poſt tract. dec.*
111 *100.num.9.* Provt, † quando petuntur fructus, non vti acceſſorij ad aliquod ſubiectum, ſed vti ſors, & capitale de per ſe, vt in penſionibus Eccleſiaſticis, annuis legatis, præſtationibus, alimentis, decimis & ſimilibus debentur omnes vſque ab initio, alias non diceretur reſtitutum totum, & integrum capitale, *Rot.recent.d.dec.3.numer.6.&*
112 *ſeqq.par.7.* † Immo fructus etiam percepti à bonæ fidei poſſeſſore, ſi non ſint conſumpti, ſed adhuc extent, vel ex iis poſſidens factus ſit locupletior, ſeu auctum ſit eius patrimonium, reſtitui debent, vel eorum æſtimatio, *Rot. recent. d. deciſ.3.num.38.& ſeqq.par.7.*

113 At, ſi † creditor ad cuius inſtantiam fuit facta ſubhaſtatio, reportauerit ab oblatore ceſſionem rei ſubhaſtatæ, an, ſi poſtea ſuccumbat in ſpolio, reuocatur ad fructuum reſtitutionem à die commiſſi ſpolij, vel à die motæ litis? *Rot. in Romana Domus 24 Maij 1619 coram bon.mem.Franciſco Vbaldo circa fin.* videtur ſentire, quod à die
114 motæ litis. † Sed tamen contrarium videtur di-
115 cendum, quia, † ſi ſubhaſtatio fuerit iniuſta, vel nulla abſque ſolennitatibus, vel alias iure reſiſtente, vt ſi immiſſus ex ſaluiano ſubhaſtare fecerit ſine Principis licentia, dicitur poſſeſſor malæ fidei, *Menoch.de recuperat.remed.15.numer.179. Card.Caualer.deciſ.num.8.& ſeqq.* & conſequenter non fecit fructus ſuos, *Caualer.d.dec.539.num.8.&*
116 *ſequentibus.* & † videtur teneri etiam pro fructibus perceptis in oblatore cedente, tanquam fuerit perſona ab eodem ſuppoſita, *ad Rot.in Romana Spolij 21.Februarij 1600.coram Iuſto, penes Marcheſ.de comm.par 1.fol.1249. ſub nu.2.& in Ariminen. Bonorum 23. Februarij 1628. coram Coccino, poſt tract. deciſ.71.numero 15.*

117 Quo vero † ad fructus, qui percipi potuerunt, videtur dubium de iure Cæſareo, & Pontificio, an creditor ſit condemnandus ad eorum reſtitutionem, quamvis de iure Regio condemnatio nunquam fiat, ſecundum *Felician.de cenſibus tom.2.libr.1.cap.3.num.7.* Sed tamen, ſi ad iſtos fructus tenetur malæ fidei emptor, vt habuimus
118 ſupra *ex Peregr.& Mangil.* † eo fortius debet teneri creditor, & in puncto, quod ſcilicet ille, cui fuit facta in ſolutum datio nulliter, vel inordinate, & non ſeruatis ſolemnitatibus, teneatur non ſolum ad fructus perceptos, ſed etiam ad eos, qui percipi potuerunt, tradit *Fulgoſ.conſ.190. num.3.& Purpur.conſil.171.num.6. & Bertazzol.conſ.*
119 *ciuil.401.num.29.lib.2.* & † cum minori difficultate vbi argui poſſit nimia illius negligentia in locando, & colendo, quia vt diligens paterfamilias verſari debebat, & ſe gerere, *Felician. loc.*
120 *cit.* vbi teſtatur de praxi, † vt in ſimili dicitur de immiſſo ex ſaluiano, vt per *Paul.Marcheſ.de ſalu. par.2.cap.13.Scapucc.eod.tract. libro 3, quæſt. 9. numero 9. & Pacif.eod. pariter tract. inſp. 4.cap.1.numero 151. & ſeq.*

121 Stante † autem mala fide, & ob omiſſas ſolennitates poteſt contra emptorem, ſeu conductorem, vel etiam venditorem circa fructus, damna, & intereſſe deferri iuramentum in litem, vbi alias eorum probatio ſit difficilis, *Munnoz. de ratiocin.adminiſtr.cap.66.nu.24. & ſeqq. Mang.de ſubhaſt.qu.11.nu.10.& 14.* † niſi agatur ad- 122
uerſus militem, ruſticum, vel aliam ſimilem perſonam, in qua iuris ignorantia toleretur, *Munnoz.d.cap.6.num.26.Mangill.d.qu.11.num.14.*

Annullata † ſubhaſtatione, & adiudicatio- 123
ne, ſi fructus percepti per creditorem ſuperent intereſſe pecuniæ, pro qua addicta fuerint bona debitoris, an pro rata ſortem extenuare debeant, tradit *Mangill.de ſubhaſtat.qu.92.* vbi, adductis argumentis hinc inde, tres caſus diſtinguit, quorum Primus eſt, quando fructus adhuc extant tempore, quo rationes calculantur, & tunc etiam ſi debitor antea proteſtatus fuiſſet, vt illos pro ſoluto haberet, & ex eorum pretio ſors principalis diminueretur, creditore recuſante, non eſt locus compenſationi, ſed illos iure pignoris habere cenſetur, *Mangil.d.qu.92.nu.9.& ſequentib.* quod ampliatur & in pignore prætorio, & in pignore conuentionali, *Mangil.ibid.nu.12.* Secundus caſus eſt, quando fructus ſunt conſumpti, vel ad pecuniam redacti, & tunc locus eſt compenſationi, *Mangil.ibid.numer.13.& 14.* Tertius eſt, quando debitoris bona addicta ſunt creditori pro debito, puta frumenti, vini, vel olei, & creditor ex bonis ſimiles ſpecies percepit; & tunc ipſo iure fit compenſatio, quatenus debitor fuerit proteſtatus, *Mangil.vbi ſup.num.13.*

Creditor † victus in cauſa appellationis rem 124
ſibi adiudicatam primo loco reſtituit vnà cum legitimis acceſſionibus, *Vinc.de Franc.deciſ.120.nu. 9.par.1.*

Provt, † ſi fuerit appellatum ab adiudicatio- 125
ne, & deinde confirmatum appretium, fructus interim percepti per creditorem ipſius creditoris efficiuntur, è contra vero debitoris, *Coſt. de port. rat. quæſt. 65 ſub numero tertio, Capyc.deciſ.202. in fin.*

In remedio † *l.2.C.de reſcind.vend.* non deben- 126
tur, nec compenſantur emptori cum fructibus interuſuria pretij ſoluti, *Mangil.de ſubhaſt.qu.44. nu.2.& ſeqq.* vbi damnatur contraria praxis Regiorum Tribunalium.

Factâque † condemnatione de reſtituendo 127
fructus, non veniunt in reſtitutione fructus meliorationum, quia ij ſunt meliorantis, *Mangil.de ſubh.quæſt.quadrageſima quarta, num.4.& 5.*

Verum, † quando debitor poſt ſubhaſtatio- 128
nem, & adiudicationem intendit illam reſoluere, & poteſt mediante oblatione, & ſolutione debiti, fructus pendentes diuidit pro rata temporis cum eo cui bona fuerant adiudicata, perceptos vero interim amittit, *Coſt. de rat.rat. dicta quæſt.65.num.3.*

SVMMARIA.

1 *Appellatio ſuſpenſiua non datur regulariter in materia ſubhaſtationis, & nec à facta executione capta tenuta, primo decreto, vel expulſione manu militari.*

2 *Nec ab ordinatione, quod loco pignoris vini ſupponatur*

ponatur mortuum, ne viuum conſumetur.
3 Nec ne pignus vendatur, ſeu quo minus illud vendere liceat.
4 Nec à decreto de ſubhaſtando.
5 Nec à denunciatione venditionis faciendæ.
6 Appellatione interpoſita, non debet Apparitor, Præco, vel ſatelles ceſſare, ſed tenetur ad vlteriora procedere, & ſubhaſtationes, & mandata proſequi vſque ad completionem in eo, quod ſpectat ad eius officium, nec ex hoc dicitur innouari, & num. 8. & 10. Ampl. vt n. 13.
7 Apparitor, Præco, & Satelles non habet cognitionem cauſæ nec iuriſdictionem.
9 Grauamen reſultans ob nullitatem ſubhaſtationum reparari deinde poteſt in ſententia diffinitiua.
11 Iudicium pendere non dicitur ſuper licitationibus, cum eæ ſint ſolennitates.
12 Solennitates non dicuntur iudicium, ſed iudicij præparatoria.
14 Appellatio ſuſpenſiua non admittitur à ſubhaſtatione, quæ fit in vim obligationis cameralis, & mandati relaxati, ſeu in vim ſententiæ, & mandati, à quo non detur appellatio. & numero 16. Ampl. vt numero 15.
17 Appellatio an detur à decreto dationis in ſolutum, & numero 18.
19 Appellatio non prohibetur in ſubhaſtatione, ſi cauſa adferatur, propter quam pignus vendi non poſſit, vt ſi vellet vendi res magni valoris pro paruo credito, vel debitor eſſet paratus ſoluere, & poteſt adiudicatio ſuſpendi, & reuocari per appellationem, reſtitutionem, vel ius offerendi, niſi lapſum ſit tempus Statutarium ad reluendum, ſed ſecus per reclamationem.
20 Exceptio doli opponi poteſt in ſubhaſtatione, & vim habet appellationis.
21 Appellatio ſuſpenſiua datur in ſubhaſtatione, ſi ex eiſdem actis de euidenti conſtet iniuſtitia.
22 Appellari poteſt à ſubhaſtatione, & deliberatione, vel adiudicatione indebite facta etiam ſtante Statuto appellationem reiiciente.
23 Læſio enormiſſima impedit executionem dationis in ſolutum iudicialiter factæ in executionem venditionis ſub haſta.
24 Debitor auditur poſt ſecundum decretum, ſi doceat, immiſſionem factam eſſe ex falſa cauſa, puta pro non debito, vel non in tanta ſumma.
25 Appellatio permittitur ab exceſſiua executione reſpectu rei, ſiue crediti, ſiue cauſæ.
26 Appellationi locus eſt, ſi deceptio ſit in pretio, cum nemo decipi debeat ſub Prætoris clypeo, & venditio ſequuta reſcinditur, & nu. 27.
28 Appellatio denegatur in executione, ſubhaſtatione, & deliberatione, ac adiudicatione, quæ ſit rite, & recte facta, ſecus è contra. Ampl. vt numero 35.
29 Statutum prohibens appellationem in datione in ſolutum, non tollit querelam nullitatis.
30 Appellatio præſupponit actum validum, nec à nullo opus eſt appellare.
31 Appellare poteſt, ſi ſolennitates diligenter obſeruatæ non fuerint.
32 Vel ſi fuerit proceſſum parte non citata, ſeu non ſtatuto termino ad allegandum.
33 Vel æſtimatoribus non rite electis; ac ab eorum æſtimatione, & à decreto adiudicatiuo in vim eiuſdem.
36 Clauſula, ſine præiudicio legitimæ executionis, operatur, vt, pendente iudicio ſuper nullitate ſubhaſtationis, illius executio impediri non poſſit.
37 Appellatio datur, ſi confirmetur tenuta, & mandetur ſubhaſtari bona, & plus offerenti deliberari, & ſatisfieri creditori, & fortius ſi fiat condemnatio in expenſis.
38 Et à ſententia, in qua in concurſu creditorum, & oblationum facta ſit adiudicatio mulieri pro dote, legitima, & quarta, facto depoſito ſcutorum tot pro creditoribus.
39 Appellatione legitime, & in tempore interpoſita, & admiſſa, ſuſpenditur executio, ſecus è contra.
40 Appellatio admiſſa quoad acceſſoria non reddit totam cauſam appellabilem.
41 Iudex appellatione ſibi legitime inſinuata, non poteſt ad decretum procedere, niſi prius diſcuſſo, an bene vel male appellatum fuerit.
42 Niſi ſint res, quæ poſſunt tempore perire.
43 Appellatio dum pendet, omnia ſuſpenduntur, nec poteſt creditor variare, aut ad primæua iura redire, nec currit tempus ad redimendum, niſi à die ſententiæ confirmantis.
44 Appellatio, cui renunciatum fuit, non attenditur.
45 Appellare bonum eſt in caſu grauaminis.
46 Decretum deliberationis, vel adiudicationis tranſit in iudicatum, ſi non appelletur.
47 Appellari debet à tenuta conceſſa non ſeruato Statuti ordine, cum ſit iniuſta, non nulla.
48 Nullitas notoria tranſitum impedit in iudicatum, vt ſi fuerit proceſſum ex falſa cauſa, vel in bonis minorum ſine ſolennitatibus, & numero 53.
49 Decretum deliberationis, vel adiudicationis interpoſitum in totum, vel in parte ex falſa cauſa eſt ipſo iure nullum, & num. 50.
51 Et idem ſi non fuerit ſeruata forma Statuti, vel iuris communis, & num. 52.
54 Debitor appellans à pronuncia, quod bona oblatori vendantur, & pretium creditori ſoluatur ſub prætextum maiorem oblatorem inueniendi, citare debet tam creditorem, quam oblatorem, cui ius quæſitum eſt.
55 Citari an debeant in deliberatione facienda alij oblatores, & numero 56.
57 Decretum, & ſententia ſubhaſtationis, & venditionis plus offerenti, & adiudicationis ex ſecundo decreto ſeu dationis in ſolutum eſt interlocutoria, non autem diffinitiua.
58 Ampl. eo magis ex ſententia ſuper primo decreto.
59 Decl. vt tamen habeat vim diffinitiuæ, & ideo dicatur mixta, & numero 60. & vti interlocutoria poſſit quandocunque reuocari, vbi ita æquitas ſuadeat, vt numero 61. & 62. & quia vim habet diffinitiuæ, illi ſtandum ſit, vt numero 69. & 70.
63 Iudex inuitus non poteſt cogi ad ſententiam ſuam interlocutoriam reuocandam.
64 Nec illi facere tenetur, quidquid eius poteſtati committitur.
65 Reuocatio fieri poſſe non videtur, ſi ex ea auferа-

Digitized by Google

tur ius parti quæſitum.

66 *Æquitas nulla ſuadet,vt ius alicui quæſitum ab eo ſine eius facto auferatur.*

67 *Reuocationi ſecundi decreti non videtur eſſe locus, niſi quando cauſa illius interpoſitionis non ſubſiſtant,vel dolo,aut fraude fuerit extortum,& numero 68.*

71 *Reuocatio adiudicationis facta de re, quæ erat in obligatione,ſi cauſa in totum,vel in partem detegatur falſa, an ſpectet ad primum Iudicem, vel ad Iudicem appellationis,& nu.72.*

73 *Reuocata adiudicatione, vel deliberatione, conceditur victori reuocatio executionis eodem modo, & priuilegio, quo prius eadem executio, & deliberatio, ac adiudicatio commiſſa fuerat.*

74 *Appellatio non permittitur à ſententia, per quam ſecundum decretum declaratur nullum.*

An, & quando in iudicio Subhaſtationis, ſeu à ſubhaſtatione,& deliberatione,vel adiudicatione permittitur Appellatio, ſeu poſſit de nullitate,& poſſit idem Iudex eam reuocare.

INSP. LVI.

1 Appellatio † ſuſpenſiua non datur regulariter in hac materia ſubhaſtationis,*Vrſell.in verb.adiudicatio.concluſ.52.num.56.*nec à facta executione,ſeu capta tenuta,*Rebuff.de præcon.licit. & ſubhaſtat.art.7.num.13. Add. ad Pancirol.in pract. parte 3.verſ.poterit tamen,in verb.modum excedat,folio 305.*vel primo decreto,*Ruginell.de appell.§.2.cap.3. in verb.poſſeſſorium,numero 680.*ſeu expulſione manu militari,*Vrſell. in verb. appellatio. concluſ. 128. nu-*
2 *mero 813.* † Nec ab ordinatione, quod loco pignoris viui ſupponatur mortuum, ne pignus viuum conſumetur in hoſpitio, *Ruginell. de ap-*
3 *pell.§.2.capite tertio in verb.pignus,numero 633.* † Neque appellari poteſt, ne pignus vendatur, ſeu quominus illud vendere liceat,*leg.fin.ff.de appellat.leg.fin.§.ſin autem Cod.de iur.domin.impetr. Bertach.in verb.pignus alienatur,in fin.Gregor.Toloſ.de appell.capite 1.numero 21. Ruginell. eodem tractat.dict.§.*
4 *2.cap.3.in verb.pignus,num.623.* † Nec à decreto de ſubhaſtando, *Mar.Ant.var.reſol.lib.2.reſol.12.nu.3.*
5 † Nec à denunciatione venditionis faciendæ, *Ruginell.d.cap.3.in verb.grauatus,nu.434.*

6 Et, † ſi is, de cuius intereſſe agitur, appellet, pendente ſubhaſtatione, Apparitor,Præco, vel
7 Satelles ceſſare non debet,tum quia † ille cognitionem cauſæ,& iuriſdictionem non habet,
8 ideo † tenetur ad vlteriora procedere, & ſuas proſequi ſubhaſtationes iuxta formam,conſuetudinem, vſum, & ſtylum loci,in quo fiunt, & ſibi mandata complere vſque ad ſolennitatum completionem, quæ ſuum concernunt officium, *Iodoc. de ſubhaſt.cap.3.nu.22.Mangil.eod.tract.*
9 *qu.35.n.7.*tum quia † grauamen,ſi quod ſit forſan, quia ſubhaſtationes proſequens nulliter agat, reparari deinde poteſt in ſententia diffinitiua,
10 *Mangil.d.qu.35.nu 7.*† nec per proſecutionem di-
11 citur innouari, *Mangil ibid.nu.9.* † cum ſuper licitationibus non dicatur pendere iudicium, quia illæ ſunt ſolennitates, & † ſolennitates 12
non dicuntur iudicium, ſed iudicij præparatoria,*Iodoc.de ſubhaſt.dict.cap.3.nu.25.Mangil.eod.tract. d.qu.35.in fin.*& † eo minus innouari diceretur,ſi 13
ageretur inter diuerſas perſonas, vt puta, quia plures eſſent licitantes, ſeu opponentes, *Mang. eod.qu.35.num.9.*

Neque † appellatio admittitur ſuſpenſiua à 14
ſubhaſtatione, quæ fit in vim obligationis cameralis,& mandati deſuper relaxati,† maxime 15
ſi non fuerit appellatum à primo decreto relaxationis mandati,illudque fuerit iuſtum,& cœpta executio,*Rot.in Romana Vineæ 28.Iunij 1602.coram Penia poſt tract.dec.12.in princ.& numero 1.& ſequentibus.* † ſeu in vim ſententiæ, & mandati, à 16
quo non detur appellatio, *Mar. Anton. var. reſol. lib.2.reſol.12.num.2.3.& 19.in fin.*

An autem † à decreto dationis in ſolutum 17
detur appellatio, tot videntur eſſe opiniones, quot capita,ſecundum *Luc.Pet.in pract.lib.8.c.2.n. 51.*& pro affirmatiua ſentit *Gluſian. de bon.ad crid. ponen.cap.1.num.202. & Ruginell.de appel.d.§.2.c.3.in verb.datio in ſolutum,num.245.*Attamen,quod non poſſit appellari, præſertim vbi præceſſerit ſententia diffinitiua,& quod hæc ſit veriſſima opinio,tenet *Luc.Pet.vbi ſup.*&,quod non poſſit executus debitor appellare à ſecundo decreto, ne ad poſſeſſionem bonorum adiudicatorum procedat creditor, tradit *Giurb.deciſ.49.ſub numer.15.*
† quidquid aliud ſit in ſecundo decreto immiſ- 18
ſiuo, quod non ſit in executionem ſententiæ, ſed ratione contumaciæ,vt per *Ruginell de appell. §.2.cap.3.in verb.poſſeſſorium,n.681.& Scacc.eod.tract. qu.17.limit.6.memb.4.num.130.*

Lim.2.vt † prohibita ſit appellatio,niſi cau- 19
ſa adferatur, propter quam pignus vendi non poſſit,quia tunc appellari permiſſum eſt,ſi,non obſtante legitima exceptione,vendatur, puta ſi creditor vellet pro modica quantitate rem magni valoris vendere, vel, cum debitor eſſet paratus ſoluere, creditor noluiſſet deſiſtere, *leg. pen.ff.de reſcind.vend.leg.ſi reſiduum,& l.qu.undiu.C. de diſtract. pign.l.1. Cod. ſi quacunque prædit poteſtat. Gregor.Toloſ.de appell.cap.11.n.21.Contard.de moment. poſſ.limit.25.num.12. Ruginell.de appell.dict.§.2.cap.3. in verb.actor.nu.29. Aſin. de execut.§.6.cap.31.ſub num. 4.& ſeqq.Vrſell.in verb.adiudicatio.concl.52.n.55.& 56.* vbi,quod adiudicatio ſuſpendi, & reuocari poteſt per appellationem, vel reſtitutionem, ſeu ius offerendi,niſi elapſum ſit tempus ad reluendum à Statuto præfixum,& ſecus ſi per viam reclamationis, † poteſt enim de dolo excipi, & 20
hæc exceptio habet vim appellationis, *Gluſian. de bon. ad crid.ponend.cap.1.num.201.* Et † ſine diffi- 21
cultate permittitur appellatio ſuſpenſiua,ſi de euidenti iniuſtitia eiſdem actis appareat, *Gluſian.ibid.num.203. Gratian.deciſ.9.num.3.in fin.* † Ap- 22
pellareque licet à ſubhaſtatione & deliberatione, ſeu adiudicatione indebite facta, non obſtante etiam Statuto appellationem reijciente, *Aſin.de execut.§.7.c.280.n.11.* † & impedit enormiſ- 23
ſima læſio executionem dationis in ſolutum iudicialiter factæ, in executionem venditionis ſub haſta,*Coſt.de rat.rat.qu.153.ſub num.12.* † Audi- 24
turque reus poſt ſecundum decretum, ſi doceat, immiſſionem factam eſſe ex falſa cauſa, vt ſi probet, ſe non fuiſſe debitorem,vel non in

tanta

Digitized by Google

tanta ſumma, *Anguſ.conſ.34.in fin.in mater.iudic.lib.*
25 *3.* † Atque appellatio permittitur ab exceſſiua executione, quæ poteſt contingere, vel reſpectu rei, in qua fit executio, vel reſpectu quantitatis, pro qua fit, vel reſpectu cauſæ, *Add.ad pract.Pancirol.par.3.verſ.poterit tamen, in verb.modum excedat.*
26 *folio 306.* Prout † appellationi locus eſt, ſi deceptio ſit in pretio, cum nemo decipi debeat ſub Prætoris clypeo, *Papon. de arreſt. lib. 18. tit.6.arr.2.*

27 Adeo vt, † ſi creditor velit vendere rem pro minori pretio, quam communiter valeat, poſſit debitor appellare à proceſſu facto ſuper venditione, & per huiuſmodi appellationem impediatur venditio, &, ſi poſtea fiat, reſcindatur, *Neguſ.de pignor.par.6.memb.1.num.29.*

28 Limit. 2. † appellationem denegari in executione, ſubhaſtatione, & deliberatione, ac adiudicatione rite, & recte facta, ſecus in non rite, & recte facta, *Ruginell. de appellat. §. 2. cap. 3. in verb.ſubhaſt.nu.893.Coſt.de rat.rat.quæſt.153.numero 7.*

29 Et, † ſi Statutum prohibeat appellationem, non intelligitur tollere querelam nullitatis, tanquam quid ab appellatione diuerſum, vt de Statuto prohibente appellationem in datione in ſolutum tradit *Aſin. de execut.d.§.7.cap.280. num.8.*
30 *& ſeqq.* & eſt ratio, quia † appellatio præſupponit actum validum, & ab actu nullo ea eſt ſuperflua, *Aſin.d.num.8.& 9.*

31 Hinc eſt, quod appellari poteſt, ſi ſolennitates diligenter obſeruatæ non fuerint, *Papon. de*
32 *arreſt.lib.18.tit.6.arreſt.2.* † Vel, ſi fuerit proceſſum, parte non citata, ſeu non ſtatuto termino ad al-
33 legandum, *Coſt.de rat.rat.dict.qu.153.num.7.* † Vel,
34 non electis rite æſtimatoribus, *Coſt. ibid.* † Daturque appellatio ab æſtimatione, & decreto adiudicatiuo in vim dictæ æſtimationis, vt videtur ſentire *Magon.dec.Flor.132.num.11.& 12.*

35 Extende limitationem, † etiam ſi ad ſubhaſtationem, & deliberationem, ſeu dationem in ſolutum deuentum eſſe liqueat in executionem ſententiæ appellabilis, *Coſt. de rat. rat. dict. quæſt. 153.numero 8.* vbi dat exemplum, quando ſententia ſit lata in materia cridarum emptionalium *ſecundum Cæſareas Conſtitutiones in Dominio Mediolani.*

36 Sublim. vt, † ſi fuerit commiſſa cauſa appellationis à ſubhaſtatione cum clauſula, *Sine præiudicio legitimæ executionis*, operetur de clauſula, vt, pendente iudicio ſuper nullitate ſubhaſtationis, illius executio impediri non poſſit, *Rot. poſt Nigr.de ſubhaſt.dec.47.nu.7.*

37 Limit. 3. vt † appellatio detur, quando confirmetur tenuta, & mandetur ſubhaſtari bona, & plus offerenti deliberari, & de retractu ſatisfieri creditori, & eo magis, ſi condemnatio fiat etiam in expenſis, *Gratian. deciſ.9.numero primo & ſecundo.*

38 Limit. 4. vt † appellatio non denegetur à ſententia, in qua in concurſu creditorum, & oblationum facta ſit adiudicatio mulieri pro dote, legitima, & quarta, facto depoſito ſcutorum tot pro creditoribus, *Rot. in Romana Vineæ 3. Maij 1600. coram Cardin. Lancellotto, quæ eſt noſtrum tract. mand. de manuten. deciſ. 399. in noua editione.*

39 Lim. 5. vt, † ſi Iudex detulerit appellationi legitimè, & in tempore interpoſitæ, ſuſpendatur executio, ſecus ſi non in tempore, & non conſtet, quod Iudex detulerit, *Rot. apud Nigr. de ſubhaſtat.deciſ.12.num.4.& ſequentibus.* Sed † appel- 40
latio admiſſa quoad acceſſoria non reddit totam cauſam appellabilem, *Coſt.de rat.rat.d.quæſt. 153.numero 9.*

Lim. 6. vt, † appellatione tamen interpoſita, 41
& Iudici debite, ac legitime inſinuata, non poſſit ipſe iudex ad decretum procedere, appellatione indeciſa pendente, ſed debeat prius diſcuti, an bene, vel male appellatum fuerit, *Iodoc.de ſubhaſtat.cap.3. numero 23. Ruginell. de appellat. §. 6. gloſ.7.cap.2.numero 61. Mangil.de ſubhaſt.quæſt.35.numero 8.* † niſi ſint res tempore perituræ, *Ruginell.* 42
ibidem.

Prout † interim, dum pendet appellatio, in 43
ſuſpenſo manent omnia, ita vt creditori non liceat variare, aut redire ad primæua iura, quinimmo, pendente appellationis tempore, ſtat in ſuſpenſo tempus etiam datum ad redimendum bona in ſolutum data, vel aliter ſubhaſtata, & incipit currere duntaxat à die ſententiæ confirmantis, *Coſt.de rat.rat.dict.quæſt.53.numero vndecimo & 12.*

Sed, † ſi poſt interpoſitam appellationem il- 44
li renuncietur, non eſt de ea habenda ratio, *Rot. recent.dec.122.num.2.& 3.par.6.*

Animaduertendum itaque eſt, quod, † vbi 45
quis prætendit ſe grauatum, bonum eſt, vt appellet, nam † decretum deliberationis, ſeu ad- 46
iudicationis, ſi non appelletur, tranſit in iudicatum, *Ant.Sol. ad decret.Sabaud.lib.3.tit.39.de form. ac ord.obſeru.in pignor.ſubhaſtat.& deliberat.bon.ſtab. gl.3.num.22.& gl.8.num.22.*

Et † appellandum eſt à tenuta, ſi conceſſa ſit 47
non ſeruato Statuti ordine, cum dicatur iniuſta, non autem nulla, & ideo abſque appellatione tranſeat in iudicatum ſecundum magis communem, *Gabr.de execut.rei iudic.concl.2.nu.1. Caball. conſ.32.ſub numero 5.*

Notoria † tamen nullitas impedit tranſitum 48
in iudicatum, vt in datione in ſolutum tradit *Coſt.de port.rat.d.qu.153.num.16.* veluti quando fuit proceſſum ex cauſa falſa, *Coſt.ibidem.* cum † de- 49
cretum deliberationis, ſeu adiudicationis interpoſitum ex falſa cauſa ſit ipſo iure nullum, *Odd. conſ.96.numer.16.* † atque etiam ſi ſit interpoſitum 50
partim ex cauſa vera, & partim falſa, *Odd. conſ. 96.nu.17.* † Vel quando non fuerit ſeruata ſolen- 51
nitas Statuti in ſpecie dantis aliquam formam, *Coſt.d.qu.153.num.16.* † Vel non fuerit ſeruata for- 52
ma, iuris communis, *Coſt.ibid.num.17.*

Hinc eſt, quod, † ſi bona minorum fuiſſent 53
ſine ſolennitatibus alteri conceſſa, & adiudicata, etiam quod non fuiſſet appellatum, poſſent ſemper per minores, aut eorum hæredes retractari, & recuperari, aliqua re iudicata non obſtante, cum à principio talis ſententia, & conceſſio fuerit nulla, quæ proinde nunquam tranſierit in iudicatum, *Borgnin. Caualcan. de iur. & curat.cap.1.numero 124.*

Si ſententia † pronuncietur, bona oblatori 54
pro pretio ab eo oblato vendenda eſſe, & idem ad bona eméda, & pretium creditori ſoluendũ, condemnetur, & debitor appellet ab ea; exiſtimans, fortaſſe accidere poſſe, ſe aliquem inuenturum, qui multo plus offerat, debet in tali ap-

Digitized by Google

pellatione noo ſolum citare creditorem prin-
cipaliter agentem, ſed ipſum quoque oblato-
rem, cui ius quæſitum fuit, alias appellatio non
ſuſtinetur, vt magis communiter receptum eſt,
& alias ſæpeiudicatum, Aſin. de execut. §. 4. cap. 84.
55 nu. 1. vbi, quod non obſtat, quod, † ſi in prima, &
ſecunda inſtantia plures ſe offerant, illi citari
non conſueuerint, & tamen conſtet de eorum
intereſſe, quia id ibi neceſſarium non eſt, quia
56 † omnes per bannum citantur, vt intra certum,
& determinatum tempus offerant, & vnuſquiſ-
que tunc certare debet in pluris oblatione; id,
quod per ſententiam fieri non poteſt.
57 Cumque † decretum, & ſententia ſubhaſta-
tionis, & venditionis plus offerenti, ac adiudi-
cationis ex ſecundo decreto, datione in ſolu-
tum iudicialis ſit interlocutoria, & decretum,
non diffinitiua, Mar. Anton. var. reſol. lib. 2. reſol. 11. n.
20. Aſin. de execut. §. 4. cap. 13. numero 2. & §. 6. cap. 32.
ſub num. 19. Carpan. ad Statut. Mediol. lib. 1. cap. 41. nu-
mero 64. & 65 Odd. conſ. 96. nu. 16. Contard. de moment.
poſſ. in 2. rat. decid. numero 42. & 44. Mangil. de ſubh.
qu. 127. numero primo Gilian. ad Statut. Peruſ. in verb.
adiudicatio. numero tertio, Vrſell. in verb. Adiudicatio.
concl. 52. numero 4. vbi ponit differentias. Rot. di-
58 uerſ. deciſ. 146. numero 5. par. 2. † prout ſententia ſu-
59 per primo decreto, Carpan. vbi ſup. num. 63. † ha-
bens tamen vim diffinitiuæ, Aſin. d. §. 4. c. 95. nu. 15.
& 16. & §. 7. cap. 251. nu. 1. & cap. 282. n. 2. Cephal. conſ.
558. num. 9. lib. 4. Rimin. iun. conſ. 3 num. 7. lib. 1. Ant. Sol.
ad decret. Sabaud. lib. 3. tit. 39. de form. ac ord. obſeru. in
pignor. ſubhaſtat. & delib. bonor. ſtab. gloſſ. 3. numero 22.
Contard. vbi ſup. Gluſian. de bon. ad crid. ponen. cap. 1. nu-
60 mero 200. † & ſic dicatur mixta, Gluſian. ibidem.
61 † Imitaturque proinde naturam interlocutoriæ
eo reſpectu, vt poſſit à Iudice quandocunque
reuocari, Aſin. dict. §. 6. cap. 32. num. 19. Contard. loco
citato numero 43. Mang. dict. quæſt. 127. numer. 2. Vrſell.
62 in dict. verb. Adiudicatio. num. 4. † & præſertim vbi
63 æquitas id ſuadeat, Aſin. d. numero 19. † Quamvis
Iudex inuitus ad reuocandum cogi non poſſit,
64 Aſin. d. §. 6. c. 132. numero 20. quandoquidem † non
quidquid Iudicis poteſtati committitur, ipſe fa-
cere tenetur, leg. non quidquid. ff. de iudic. Aſin. d. nu.
65 20. † nec reuocatio fieri poſſe videtur, vbi ex ea
66 auferatur ius parti quæſitum, cum † nulla æqui-
tas ſuadeat, vt ius alicui quæſitum ab eo ſine
eius facto auferatur, leg. id, quod noſtrum, ff. de reg.
67 iur. Aſin. dict. cap. 32. nu. 21. adeo vt † reuocationi lo-
cus eſſe non videatur, niſi quando, cauſæ, ob
quas ſecundum decretum interpoſitum fuit,
68 non ſubſiſtunt, Aſin. d. nu. 21. † aut quando dolo,
69 vel fraude eſt extortum, Aſin. ibid. Et, † cum diffi-
nitiuæ vim habeat, illi ſtandum eſt, leg. 1. Cod. de
re iudic. c. ad conſultationem eodem tit. Aſin. de execut. d.
70 §. 4. cap. 95. num. 16. & §. 7. cap. 282. num. 2. † nec poſt
illud debitor, & reus eſt amplius audiendus,
Ruin. conſ. 160. numero 26. lib. 2. Riminald. iun. conſ. 3. nu-
mero 32. lib. 1.
71 Adiudicatio † vero, quæ fit de re, quæ eſt in
obligatione, ſi ſit facta ex falſa, ſeu partim ex
vera, & partim ex falſa cauſa, ante litem conte-
ſtatam, & ſic per viam interlocutoriæ, vt fieri
ſolet contra contumaces, poteſt ab eodem Iu-
dice retractari, quandocunque ſibi de cauſæ
falſitate conſtet, Scac. de ſent. & re iudic. gloſſ. 14. qu.
72 13. num. 41. Sed, † ſi facta ſit poſt litem conteſta-
tam, & ſic negocio diſcuſſo, cum tunc dicatur
facta per ſententiam diffinitiuam, non poteſt
retractari niſi per viam appellationis ab ea in-
terponendæ, antequam tranſeat in iudicatum,
etiam quod condemnatus velit docere de in-
debito, Scacc. loco citato num. 42.

Reuocata † autem adiudicatione, ſeu deli- 73
beratione aut per viam iniuſtitiæ, aut per viam
nullitatis conceditur victori reuocatio execu-
tionis eodem modo, eodemque priuilegio, quo
prius commiſſa fuerat executio, ac denique de-
liberatio, & adiudicatio, Giurb. dec. 49. num. 14.

Adnotandum eſt etiam, quod † non datur 74
appellatio à ſententia per quam ſecundum de-
cretum declaretur nullum, ſecundum Giurb. dec.
49. per tot. vbi reſpondet contrariis.

SVMMARIA.

1 *Reſtitutio in integrum datur Eccleſiæ, Reipublicæ, Ciuitati, Fiſco, minori, & mulieri, præſertim viduæ, & miſerabilis læſis etiam contra proclamata, & venditiones ſub haſta factas, ſi probetur læſio, & adfuiſſe, qui tunc plus licitaretur, vel interueniſſe dolum, & decretum fuiſſe ex falſa cauſa, & num. 2. & 6.*

3 *Reſtitui qui poteſt, poteſt etiam facta ſubhaſtatione, & licitatione, ſtante læſione, petere, bona iterum ſubhaſtari.*

4 *Reſtitutio datur tam ad retractandam venditionem, quam ad nouam oblationem admittendam, & numero 5.*

7 *Vxori, ſubhaſtatione facta de eius bonis contra formam Statuti, & ex fideiuſſione, ex qua indotata remaneat, & ſic ſit enormiter læſa, competit in integrum reſtitutio etiam poſt quadriennium.*

8 *Minor, & abſens reſtituitur aduerſus adiudicationem, vel deliberationem ob minorem ætatem iuncta læſione, quæ poſſet oriri, vel ex clauſula, Si qua mihi iuſta cauſa videbitur propter abſentiam, & iuſtam ignorantiam. Declar. vt numero 9.*

10 *Reſtitutioni ſi ſit locus, illa procedit ſiue de læſione detur per debitorem, ſiue per ſecundum creditorem, & vtroque caſu eſt iterum ſubhaſtatio facienda, & quare, & num. 11.*

12 *Ea datur etiam in venditione per minorem facta cum ſubhaſtatione auctoritate tutoris, ſeu curatoris, & Iudicis decreto.*

13 *Et etiam quod res ſit æſtimata.*

14 *Et datur præſertim re nondum totaliter abſoluta, & inſtrumento non celebrato.*

15 *Et ſi in venditione rei minoris extraiudiciali non interuenerit ſubhaſtatio, & alius plus offerat.*

16 *Minor, Eccleſia, & Reſpublica reſtituitur, etiam ſi alius plus offerat poſt plures dies.*

17 *Reſtitutio competit in ſubhaſtatione, etiam ſi interuenerit citatio, præſentia, vel conſenſus, vbi adſit dolus, deceptio, falſa cauſa, vel enormis læſio.*

18 *Læſio enormis abſque dolo eſſe non poteſt.*

19 *Statutum diſponens, adiudicationem ſub certa forma valere, nec poſſe adiudicatarium conueniri, intelligitur reſpectu via ordinaria, non re-*

ſpectu

Digitized by Google

ſpectu beneficij reſtitutionis in integrum.

20 Minor reſtitui debet, ſiue fuerit deceptus in prima inſtantia, ſiue in ſecunda, vel tertia, & quare.

21 Reſtitutioni locus eſt, ſiue læſio conſiſtat in augumento pretij, ſiue in diminutione, vbi exemplum.

22 Reſtitutio non competit ex omiſſo lucro.

23 Læſione non concurrente, nec per viam reſtitutionis in integrum recedi poteſt à contractu ſub prætextu noui additamenti. Ampliat.vt nu.24.

25 Venditio non reſcinditur, etiam ſi quis plus offerat, niſi probetur, rem diſtractam plus valere.

26 Reſtitutio nec minori, nec Piæ cauſæ, nec Fiſco competit, re maiori oblatori ſubhaſtationibus factis deliberata.

27 Conceditur, ſi quis tertio pluris licitetur, & iuſtam vberioris pretij oblationem faciat, non ſi modicum plus offerat, & nu.28.

29 Et ſi læſio ſit notabilis, & vera, & ad nouum incantum ſit expediens deuenire.

30 Pretij ſola modicitas non ſufficit ad præſumendum dolum ſufficientem ad contractum reſcindendum.

31 Oblatione noua ſuperueniente, ratio haberi debet non ſolum augumenti, ſed etiam ne fidei publicæ contrauueniatur, & quare.

32 Licitatio admittitur noua non ex abrupto, ſed re bene penſata.

33 Reſtitutio datur, & alia maior admittitur oblatio lapſo termino, ſi læſio ſit ſaltem in ſexta parte.

34 Læſio attenditur in ſexta parte in venditione ſub haſta.

35 Venditio ſub haſta reſoluitur exiſtente læſione vltra ſextam partem, & in magno exceſſu, & etiam ſi deceptio ſit intra medietatem iuſti pretij, & numero 36.

37 Reſtitutio minori, & aliis ſimilibus conceditur etiam ob minorem læſionem, quam vltra dimidiam, ſolennitatibus etiam in ſubhaſtatione adhibitis.

38 Nec requiritur magnus exceſſus, ſed in minoribus, Eccleſiis, & Vniuerſitatibus ſat eſt probatio minoris læſionis.

39 Minor læſus pro reſciſſione habet remedium ordinarium leg 2 Cod.de reſcind.vend. & extraordinarium reſtitutionis in integrum, in quo ſufficit probare læſionem infra dimidiam, dummodo ſit grauis, & enormis à Iudice arbitranda, & numero 40.

41 Statutum Vrbis admittens reſciſſionem in contractibus ob læſionem vltra tertiam partem, vti deciſorium procedit etiam in ſubhaſtatione.

42 Venditio per ſubhaſtationem perfecta regulariter non reſcinditur nec ex Imperiali reſcripto, nec Fiſci priuilegio.

43 Venditio ſolenniter Fiſci nomine facta nec prætextu reſcripti, minoris ætatis, vel læſionis retractatur

44 Læſionis reſpectu nec Communitati conceditur iterata ſubhaſtatione.

45 Publice intereſt, non facile ſubhaſtationes publicas ex cauſa læſionis in pretio irritas fieri.

46 Minor, Ciuitas, Fiſcus, vel Eccleſia ſi vendiderit, ſeu locauerit cum ſolennitatibus, & vt quilibet maior tempore, & loco opportuno, non admittitur noua maior licitatio, niſi de ſorde, vel gratia prius doceatur, ſecus è contra, & nu.47.

47 Venditio, ſeu locatio non ſeruatis debitis ſolennitatibus nulla eſt ipſo iure, nec eſt opus reſtitutione pro noua licitatione.

48 Reſtitutioni, & nouæ oblationi locus eſt, ſi debitis etiam ſolennitatibus ſeruatis minor, vel ſimilis læſus fuerit ſui facilitate, vel aduerſarij dolo, vt quia venditum fuerit loco, & tempore incongruo.

49 Minor ſolum reſtituitur ob dolum, & fraudem, vel falſum, & enormiſſimam læſionem.

50 Facile reſtituitur aduerſus priuatam venditionem pignoris ab ipſo creditore diſtracti, ſecus vero aduerſus publicam diſtractionem pignoris prætoris, vel iudicialis, niſi aliquando ex magna, & ſingulari cauſa.

51 Decreto interpoſito nulli ſuccurritur, nec minori, nec Eccleſiæ, quæ ius ſuum non deduxerit, ſed minor aliquando à Principe reſtituitur.

52 Minore appellante, & probata in ſubhaſtatione læſione, vel pretij exiguitate, poteſt Iudex appellationis abſque alio Principis reſcripto pronunciare, eum reſtituendum, & rem ei reddendam ſoluto pretio cum legitimis expenſis, & in caſu ſuccumbentiæ non ſolet in Francia minor in expenſis condemnari, & nu.53.

54 Reſtitutio non datur in rebus, quæ fortuitis caſibus ſunt ſubiectæ.

55 Fiſcus non reſtituitur, ſi poſt plures dies alius plus offerat, niſi ſuperuenerit noua cauſa.

56 Et eſt generale, quod Fiſcus non reſtituitur reſpectu maioris oblatoris poſt actum perfectum.

57 Reſtitutio in Fiſco, exiſtente alio plus offerente, eſt exorbitans à iure communi.

58 Fiſcus vtitur iure priuati, & nulla ſpecialitas debet plus in eo eſſe, quam in priuato, niſi in caſibus à iure expreſſis.

59 Reſtitutionis cauſa commiſſa cum clauſula. Provt de iure, ea in termino præfixo non probata, non eſt reſtitutioni locus.

60 Reſtitutio datur poſt addictionem, ſi nouus oblator veniat ante abſolutam decreti executionem, hoc eſt pretij numerationem, ſecus ſi poſt, & n.61.

61 Emptio, & venditio perfecta dicitur per ſolutionem pretij, & traditionem rei.

62 Lis, & iudicium ſubhaſtationis generaliter nec per reſtitutionem in integrum ſuſpenditur. Ampl. vt numeris ſeqq.

An, & quibus aduerſus Subhaſtationem, ſeu illius omiſſionem detur in integrum reſtitutio.

INSP. LVII.

Eccleſiæ, Reipublicæ, Ciuitati, Fiſco, & minori læſis † conceditur in integrum reſtitutio etiam contra cridas, & publicum proclama, & contra venditiones ſub haſta factas, ſi ipſam læſionem probent, & fuiſſe eo tempore aliquem, qui plus, quam addicta, ſeu vendita res ſit, licitaretur, *leg. & ſi ſine, in princ. verſ. quæſitum eſt, ff. de minor. leg. ſi quidem, C. de præd. minor. Iodoc. de ſubh. c. 5. ſub numero 8. & 12. Fabian. de Mont. de empt. & vend. quæſt. 5. ſubhaſta. mater. ſub numero 90. Io. Maurit. Dolan. de reſtit. in integr. cap. 375. numero 4 in fin.* 1

S

& num.5. (ad quem ſe remittit Odd.eod.tract.par.
2.qu eſt 53.art.6.numero 23.) Simoncell. de decret.lib.1.
tit 1.numero 65.in fin. Aſin.de execut.§.6.cap.37.nu.1.8.
Ant.Sol.ad d.cret. Sabaud.lib.3. de form. ac ord. obſeru.
in pignor: ſubhaſtatio. & deliber. bon.ſtab. gloſſa tertia
numero 16.& ſeqq. Caball.conſ.129. num.12. & 13. Tuſc.
in verb. ſubhaſtatio. concluſ.715. numero 11. Mangil. de
ſubhaſtatio.quæſt.28.numero 2.& ſeqq. Franc. Marc. qu.
85.par 1. Tepat.var.ſent.tit.417.cap.17. Griuell. deciſ.44.
numero 4.& ſeqq. Boer.deciſ.141. Ricc. in collect. deciſſ.
2 collect.67.† ſeu interuenerit deceptio, vel dolus,
& decretum fuerit interpoſitum ex falſa cau-
3 ſa, Papon.de arreſt.lib.18. tit.6. arreſt.1. Et, † qui po-
teſt reſtitui, poteſt etiam facta ſubhaſtatione,
& licitatione, ſtante læſione, petere, vt bona
iterum ſub haſta ponantur, Bertach.de gabell.par.
2.numero 23. Luc. Pet. in pract. lib.8 cap.2. numero 27.
Aſin.de execut.§.6.cap.1. numero 23.Tuſc.in d.verſ. ſub-
haſtatio. concl.715.numero 11. & ſentit Mauric. de reſtit.
4 in integr.d.ct.cap.375. in princ. Et ſic † reſtitutio da-
tur non ſolum ad effectum venditionem retra-
5 ctandi, Iodoc.de ſubhaſt.tit.dict.cap.5.ſub numero 8.† Sed
etiam ad finem nouam admittendi oblatio-
nem, Donat.Anton.de Marin.quotid.reſolut. cap.46.nu.
7. & ſeqq.

6 Ampl.1. † etiam in muliere, præſertim vi-
dua,& miſerabili,ſecundum ea,quæ habentur
per Mauric.de reſt.in integr. d.cap.373. numero 1. Vn-
7 de, † ſubhaſtatione facta de bonis vxoris con-
tra formam Statuti, & ex fidejuſſione ad men-
ſuram integræ dotis,ex qua i• dotata remanſe-
rit, & ſic enormiter læſa fuerit,competit illi re-
ſtitutio in integrum etiam poſt quadriennium,
Rot.poſt Pacific.de ſalu.dec.116.in fin.

8 Ampl.2. † vt minor, & abſens reſtitui de-
beat in integrum aduerſus adjudicationem,vel
venditionem à Iudice factam ex capite mino-
ris ætatis juncta læſione,quæ deinde oriri poſ-
ſet, vel ex clauſula, ſi qua mihi juſta cauſa vi-
debitur propter abſentiam,juſtamve,& proba-
bilem ignorantiam, Aſin.de execut.§.4.cap.129.nu-
9 mero 3.† & id,vt pendente judicio melius com-
parere, & jus ſuum deducere poſſit, non qui-
dem ad executionem impediendam,ſed ad pe-
tendum, vt,adueniente conditione, jus illud,
quod ſibi competiturum exiſtimat, à Iudice
tunc illæſum reſeruetur, Aſin.loc.cit.

10 Ampl.3. † ſiue de læſione detur per debito-
rem,ſiue per ſecundum creditorem,quia vtro-
que caſu, facta ſubhaſtatione candela accenſa,
eſt iterum ſubhaſtatio facienda, Add. ad Vinc. de
11 Franc.deciſ.120. numero 11.par.1. † Poteſt enim hoc
eſſe plurimum vtilitatis etiam creditoribus,
quia eo medio,& admiſſo nouo proclamate, ſi
bona pluris venderentur, & eorum augeretur
precium, poſſent ſic integrum debitum con-
ſequi, vbi fortaſſe, re minus vendita, ſummæ
eſſet locus jacturæ,Mauric.de reſtit.in integr.cap.375.
ſub numero 1.

12 Ampl.4. † etiam in venditione per mino-
rem cum ſubhaſtatione auctoritate tutoris, vel
curatoris, & decreto Iudicis facta, leg.ſi quidem,
C.de præd.minor.Iodoc.de ſubh.d.cap.5. ſub nu.8.

13 Ampl.5.† etiam quod res ſit æſtimata,quia
æſtimatio non impedit in integrum reſtitutio-
nem ad fauorem minoris, Aſin.de execut.§.4.cap.
37.numero 1.& ſeqq.

Ampliat.6. † præſertim re nondũ totaliter 14
abſ[illegible]uta, ſed adhuc in ſuſpenſo remanente, &
inſtrumento non celebrato, Caball.conſ.126.n.15.

Ampl.7.† eo magis, ſi in venditione rei mi- 15
noris extraiudiciali non interuenerit ſubha-
ſtatio, & alius plus offerat, quam vendita ſit,
Simoncell.de decret.lib.1.tit.1.n.66.verſ.contra hanc con-
cluſionem,Gratian.diſcept.forenſ. cap.479.n.13. & vide,
quæ dixi ſupra inſp.4 decl.5.n.32.& ſeqq.

Ampl.8. † vt minor, Eccleſia, & Reſpublica 16
reſtituatur, etiam ſi poſt plures dies alius plus
offerat, Ricc. in collect. deciſſ. collect.1726. Nouar. ad l.ſi
tempora,numero 8.C.de fid.inſtr. & iur.haſt. Fiſcal.lib.
10. vbi,quod ſic pluries fuit judicatum, & alleg.
per Maſtrill.deciſ.84.numero 7.par.1.

Ampl.9. † etiam ſi interuenerit citatio, ſeu 17
præſentia,vel conſenſus,ſi dolus, vel deceptio,
falſa cauſa,vel læſio enormis ſubſit, † quæ abſ- 18
que dolo eſſe non poteſt, Papon.de arreſt.lib.18.tit.
6.arreſt.1. vbi,quod ita pluries fuit judicatum.

Ampl.10. † etiam ſi extet Statutum diſpo- 19
nens, vt adjudicatio juxta formam in eo con-
tentam valeat,nec poſſit ille,cui bona ſunt ad-
judicata, conueniri, quia intelligitur reſpectu
viæ ordinariæ, non reſpectu beneficij reſtitu-
tionis in integrum, leg.cum minor, ff.rem rat. hab.
Aſin.de execut.§.4.cap.73.numero 6.& 7.

Ampl.11. † vt minor reſtituendus ſit, ſiue 20
fuerit deceptus in prima, ſiue in ſecunda, vel
etiam tertia inſtantia, quia ſemper ſubeſt noua
cauſa læſionis,ac reſtitutionis, Mangil. de ſubhaſt.
q.28.numero 23.& ſeqq.

Ampl.12. † ſiue læſio conſiſtat in augumẽto 21
pretij, ſiue in diminutione,vt quando ageretur
de conductione operarum, quo caſu conducto-
ris intereſt, vt minori pretio conducat, quam
ſit poſſibile,& ideo permittitur, vt iterum ſub-
haſtetur, & diminuenti detur, Mangil.de ſubhaſt.
q.28.numero 18.& 19.

Lim.1. † ſecus eſſe in omiſſo lucro,& ſic ſi il- 22
lud plus afferret lucrum, non autem illius ca-
rentia damnum, vt concludit, Valaſc. conſult.109.
n.2.& ſeq. † dum enim læſio non concurrit,nec 23
per viam reſtitutionis in integrum recedi po-
teſt à contractu ſub pretextu noui additamen-
ti, Donat. Ant.de Marin.quotid.reſolut. cap 46.nu.7. &
ſeqq.† vbi etiã quod res tradita non ſit.Et ideo, 24
† niſi probetur, rem diſtractam valere plus, 25
quam fuerit vendita,venditio non reſcinditur,
etiam ſi extet,qui plus offerat, Donat.Ant.de Ma-
rin.ib. nu.9.† Subhaſtationibus enim factis, & re 26
majori oblatori deliberata,nec minori,nec Piæ
cauſæ,nec Fiſco reſtitutio competit, Bald.in l.fin.
C.de in integr.reſtit.Mart.conſ.95.n.2 10.& 11.

Lim.2. † vt reſtitutio concedatur,exiſtente, 27
qui plus offerat,ſi tertio pluris licitetur, vt pu-
ta,ſi oblata fuerint 30.& ipſe offerat 45. Griuel.
deciſ 44 n 9 † non autem auditur quilibet mo- 28
dicum plus offerens, ſed oportet, vt juſtam v-
berioris pretij oblationem faciat, Griuell. d.dec.
44.n.9.† Atque reſtitutioni locus eſt,ſi læſio ſit 29
notabilis, & vera, & ad nouum incantum ſit
expediens deuenire, Caball.conſ.29.ſub n.15.Man-
gil de ſubh.q.28.nu.20.& 22. † Nec ſola modicitas 30
pretij ſufficit ad præſumendum dolum ſuffi-
cientem ad reſcindendum contractum, Rot.poſt
Mang de ſubhaſt.dec 39 nu.7. Ita vt † non, tantum 31
augu-

Digitized by Google

augumentum nouæ oblationis, ſed & ratio
habeatur fidei publicæ, & quantum interſit fa-
ctis propriis non contrauenire, & in futuris ne-
gociis ſecum contrahentem de facili non repe-
rire, *Caball. d. conſ. 129. n. 16. & 17. Mangil. de ſubhaſt. d.*
32 *q. 28. n. 22.* † & ſic admittitur licitatio noua non
ex abrupto, ſed re bene cognita, & penſata, ac
ex cauſa, *Caball. d. conſ. 129. n. 18. Mangil. de ibidem.*

33 Vnde † datur reſtitutio, & admittitur alia
maior oblatio, candela etiam extincta, & lapſo
termino, ſi læſio ſit ſaltem in ſexta parte, *No-
uar. ad l. ſi tempora, num. 5. C. de fid. inſtr. & iur. haſt.
Fiſcal. lib. 10. Ricc. in collect. dec. collect. 1726. Mangil. d.*
34 *queſt. 28. num. 20.* Cum † in venditione ſub haſta
læſio in ſexta conſideretur, *Add. ad Vinc. de Franc.*
35 *deciſ. 120. num. 5. parte 1.* † & eo magis huiuſmodi
venditio reſoluitur, exiſtente læſione vltra
ſextam partem, *Nouar. ad dictam legem ſi tempo-
ra, num. 6.* & quando magnus eſt exceſſus, *Man-*
36 *gil. de ſubhaſtatio. queſt. 38. ſub num. 19.* † Siqtie in di-
ſtractione pignoris interuenerit deceptio etiam
intra medietatem iuſti pretij, diſtractio retra-
ctatur, *Tepat. var. ſent. tit. 417. capite 16.* vbi, quod ta-
men videndus eſt *Papon. de arreſt. libro 18. tit. 16. arr.
2. & idem Tepat. titulo 419. cap. 5. Franc. Marc. queſt. 133.*
37 *& Rot. deciſ. fin. de empt. & vend. in antiq.* † Conce-
diturque reſtitutio minori, & aliis habentibus
ſimile priuilegium etiam ob minorem læſio-
nem, quam vltra dimidiam, ſolemnitatibus
in ſubhaſtatione adhibitis non obſtantibus. *Pi-
nel. de reſcind. vend. parte 2. capite 2. numero 27. ſentit*
38 *Mauric. de reſtit. in integr. capite 375.* † Nec requiri-
tur magnus exceſſus, ſed in minoribus, Eccle-
ſiis, & Vniuerſitatibus ſufficit probatio mino-
39 ris læſionis, *Cost. de rat. rat. queſt. 167. ſub nu. 8.* † Mi-
nor enim læſus in contractu pro illius reſciſ-
ſione habet duo remedia, videlicet, ordinarium
ex lege 2. C. de reſcind. vendit. & extraordinarium
ex beneficio reſtitutionis in integrum, *vt ff. &*
40 *C. de minor. & de in integr. reſtit.* ſed † per hoc ſe-
cundum pinguius fauetur minori, quia in ipſo
non tenetur probare læſionem vltra dimidiam
iuſti pretij, ſed ſufficit, ſi probet etiam infra di-
midiam, dummodo ſit grauis, & enormis à Iu-
dice arbitranda, *Rot. in Bononien. Tranſactionis de Lu-*
41 *parellis 14. Martij 1616. coram Martino Andrea.* Et † ex
Statuto Vrbis ob reſcindendam ſubhaſtatio-
nem ſufficit læſio vltra tertiam partem, quod
tanquam deciſorium, cùm loquatur de omni-
bus contractibus ibi factis, locum habet etiam
42 in ſubhaſtatione, *Buratt. deciſ. 675. n. 5. & ſeqq.* Et †
eſt aliàs regula, quod venditionem per ſubha-
ſtationem perfectam reſcindere non eſt fas, nec
etiam ex Imperiali reſcripto, vel Fiſcali priui-
legio, *lege de contractu, C. de reſcind. vend. lege 1. C. ſi
propt. publ. penſit. Angel. conſ. 323. n. 3. verſ. num. ad propo-*
43 *ſitum* † quoque venditio ſolemniter Fiſci no-
mine facta prætextu reſcripti, nec minoris æ-
tatis, nec læſionis retractetur, *Peregr. de iure Fiſc.*
44 *lib. 6. titulo 4. de vend. & empt. Fiſcal. nu. 19.* † & quod
nec Communitati concedatur iterata ſubha-
ſtatio ſub læſionis prætextu, *Menoch. conſ. 844. n.*
45 *36. lib. 9. & conſ. 1121. num. 3. lib. 12.* Cum † publicè
interſit, publicas ſubhaſtationes non facilè ex
cauſa læſionis in pretio irritas fieri, *Fontanell.
deciſ. 65. nu. 2.*

46 Lim. 3. † vt, vbi minor, Ciuitas, Fiſcus, vel
Eccleſia in venditionibus, ſeu locationibus
ſeruauerit debitas ſolemnitates, & fecerit ſicu
quilibet maior, vt puta, quia vendiderit tem-
pore, & loco opportuno, & iuſto pretio, & a-
lius plus offerat, non admittatur noua licitatio,
niſi de ſorde, vel gratia probatur doceatur, *Mangil.
de ſubhaſt. queſt. 28. num. 12. & ſeqq. & nu. 25. Donat.
Anton. de Marin. quotid. reſol. cap. 46. nu. 9. Maſtrill. dec.
84. n. 6. par. 1.* ſed † ſi debitæ ſolennitates non ſint 47
ſeruatæ, tunc quia ipſo iure non valuit vendi-
tio, ſeu locatio, admittatur noua licitatio, nec
ſit opus reſtitutione, *Mangil. dicta queſt. 28. nu. 5.
Maſtrill. d. dec. 84. n. 5.* † Sique debitæ ſolennitates 48
fuerint ſeruatæ, & minor, ſeu ſimilis læſus fue-
rit ſui facilitate, vel aduerſarij dolo, vt, quia
venditio facta fuerit loco incongruo, & tempo-
re non opportuno, tunc reſtituatur, & admit-
tatur nouus oblator, *Mangil. d. queſt. 28. num. 16. &
ſeqq. Donat. Ant. de Marin. quotid. reſol. d. cap. 46. nu. 9.
Mangil. dicta dec. 84. nu. 7. parte 1.*

Lim. 4. † vt minor non niſi tribus caſibus ad 49
reſtitutionis auxilium implorandum, & im-
petrandum admittatur, nempe ob dolum, &
fraudem, vel etiam ob falſum, & ob enormiſ-
ſimam læſionem, *gloſſa in lege fin. Codice ſi aduerſ.
vend. pign. Papon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arreſt. 30.* & † fa- 50
cilè reſtituatur aduersùs priuatam venditio-
nem eius pignoris, quod ipſe dederat à credi-
tore diſtracti, ſed non reſtituatur aduersùs pu-
blicam diſtractionem pignoris prætorij, ſeu iu-
dicialis, quod rei iudicatæ Executor diſtraxit,
niſi aliquando ex magna, & ſingulari cauſa,
*lege ſi ex cauſa ff. de minor. Baldun. de pignor. cap. 18. col.
7. in princ. Rebuff. de precon. licit. & ſubhaſt. artic. 7. gloſſa
1. n. 2. & 3.* vbi, quod † poſt interpoſitum decre- 51
tum nulli ſuccurritur, nec minori, nec Eccleſię,
quæ ius ſuum non deduxit, ſed quod minor a-
liquando reſtituitur à principe, quod † à de- 52
creto Iudicis inferioris poteſt appellari, & pro-
bata læſione, vel pretij exiguitate, Iudex ap-
pellationis abſque alio Principis reſcripto pro-
nunciabit, eum reſtituendum, & rem ei reddē-
dam, ſoluto pretio, quod receperat cum expen-
ſis legitimis, & quod † in caſu ſuccumbentiæ 53
non ſolet Curia in illis partibus minorem ad
expēſas huius cauſæ appellationis condēnare.

Limit. 5. † vt reſtitutio non detur in rebus, 54
quæ fortuitis caſibus ſunt ſubiectæ, niſi ſor-
des, vel gratia allegentur, & probentur, *Mangil.
de ſubhaſtat. d. queſt. 23.*

Limit. 6. vt † Fiſcus non reſtituatur, ſi poſt 55
plures dies alius plus offerat, niſi ſuperuenerit
noua cauſa, *Nouar. ad l. ſi tempora, n. 8. C. de fid. inſtr.
& iur. haſt. Fiſcal. lib. 10.* & eſt generale, quod † Fiſ- 56
cus non reſtituitur reſpectu maioris oblatoris
poſt actum perfectū, prout in his terminis cre-
derem intelligendum eſſe *Aſin. de execut. §. 6. cap.
15. n. 6. & Ricc. in collect. dec. collect. 67.* aſſerētes, Fiſcū
non reſtitui. † Quod enim Fiſcus reſtituatur, vbi 57
eſt alius plus offerēs, eſt exorbitās à iure cōmu-
ni, † & ex quo ille vtitur iure priuati, nulla ſpe- 58
cialitas debet plus in eo eſſe, quàm in priuato,
niſi in caſib. à iure expreſſis *Giurb. dec. 44. n. 5. & 6.*

Limit. 7. † vt ſi reperiatur cōmiſſa cauſa re- 59
ſtitutioni cum clauſula, *Prout de iure*, ea non
probata intra terminum præfixum ad docen-
dum de cauſis reſtitutionis in integrum, non

Digitized by Google

ſit reſtitutioni locus, *Seraph. deciſ. 1478. n. 2.*
60 Lim. 8. † vt reſtitutio admittatur poſt addi-
ctionem, dummodo nouus oblator veniat an-
te abſolutam decreti executionem, hoc eſt, an-
tequam, is, cui facta eſt addictio, pretium nu-
61 merauerit, ſecus ſi poſtea, quia tunc, cum † per
ſolutionem pretij & traditionem rei perfecta
omnino dicatur emptio, & venditio, vix eſt, vt
infringatur, *Griuell. d. deciſ. 44. in fi.*
62 Lim. 9. † vt generaliter lis, & judicium ſub-
haſtationis nec per reſtitutionem in integrum
ſuſpendatur, *Corn. conſ. tertio incip. licet videatur, col.
1. lib. 1. Io. Mauric. Dolan. d. tract. de reſtit. in integr. cap.*
63 *423. numer. 2. 4. & 6.* & † eo magis ſi lis ſubha-
ſtationis cœpta fuerit ante petitam reſtitutio-
64 nem, *Doland. d. n. 4.* † vel adſint indicia, & præ-
ſumptiones contra illam implorantem, *Dolan.*
65 *ibid.* † ſeu præſtetur cautio de reſtituendo id,
quod interim ſoluitur, altera parte vincente,
Dolan. ibidem.

SVMMARIA.

1 *Manutentio competit ei, qui paſſus fuit executionem, ſubhaſtationem, & deliberationem, vel adiudicationem notorie iniuſtam, vel euidenter nullam, ſi ſe pro ſpoliato non habuerit.*

2 *Etiam ex ſola detentatione, & facti inſiſtentia.*

3 *Et denegatur immiſſio, & quid, ſi meliorauerit.*

4 *Poſſeſſione non priuat executio, ſeu ſubhaſtatio, & deliberatio, vel adiudicatio, ſi poſſeſſor non habeat ſe pro ſpoliato.*

5 *Nulliter paſſus ſubhaſtationem, renunciaſſe non dicitur poſſeſſioni, ſeu ſubhaſtationem ratificaſſe ex petitione reintegrationis, ſeu noua immiſſionis, non conſtito de ſcientia nullitatis.*

6 *Poſſeſſio illius, contra quem fuit nulliter, vel iniuſte facta executio ad effectum manutentionis, probatur ex ipſa executione, ſubhaſtatione, & deliberatione, vel adiudicatione.*

7 *Executio infert ad confeſſionem creditoris, quod res ſit debitoris, & ab eo poſſeſſa, &, ſi ſit contra bona hereditaria, quod res fuerit in hereditate debitoris, & ab eo tempore mortis poſſeſſa, & nu. 8. Decl. vt n. 13. 14. & 15.*

9 *Tenuta capi non poteſt contra tertium poſſeſſorem.*

10 *Subhaſtatio, & deliberatio, ſeu adiudicatio contra debitorem obtenta tacite innuit, bona prius fuiſſe per eundem poſſeſſa.*

11 *Manutentionis ad effectum ſufficit poſſeſſio probata per confeſſionem partis implicitam, ſicut per explicitam.*

12 *Executionis acta facta contra aliquem non inferunt ad confeſſionem illius poſſeſſionis, ſi alius in eodem iudicio citatus poſt executionem comparens oppoſuerit, ſe poſſidere, & velle continuare, & de executionis nullitate.*

16 *Spolij actio competit ei, qui paſſus fuit executionem iniuſtam, vel notorie nullam, ſi habuerit ſe pro ſpoliato.*

17 *Iudex nulliter, & iniuſte, ſeu non rite, & recte, & non ſeruato iuris ordine ad ſubhaſtationem procedens dicitur ſe gerere vti priuatus, & extraiudicialiter, & non habens poteſtatem, non vero vti Iudex, & ſpoliat, ſpoliumque intrat.*

18 *Factum Iudicis quando non reputetur factum partis.*

19 *Factum Iudicis tunc tantum partis reputatur, adeo vt pars proprio facto ex præſumpto conſenſu dicatur à poſſeſſione cecidiſſe ſi illud claudatur ſub iuriſdictionis adminiſtratione, alias ſecus.*

20 *Executori non eſt aperta iuriſdictio intrandi bona debitoris, niſi ſeruatis ſeruandis.*

21 *Spoliato à Iudice competit reſtitutio, ſicuti ſpoliato à quocunque priuato.*

22 *Spolium influit paſſiue in hæredem, & quemcunque ſucceſſorem.*

23 *Etiam ſingularem.*

24 *Et in bonorum emptorem, ſeu licitatorem, cui res ſub haſta fuit deliberata.*

25 *Licitator proprie venit ſub emptoris nomine.*

26 *Spolium tranſit paſſiue in quemcunque poſſeſſorem, & accipientem poſſeſſionem in vim decreti nulli, vel iniuſti, & n. 27.*

28 *Iudicis auctoritas non eximit ab incurſu pœna ciuilis.*

29 *Spolij actio datur aduerſus poſſeſſorem, etiam ſi ille emerit à non legitimo poſſeſſore titulo, & bona fide.*

30 *Nullitatis vitium commiſſum ab ingrediente in vim ſubhaſtationis, vel adiudicationis influit etiam in omnes actus ſequentes. Ampl. vt numero 31.*

32 *Spolij remedium eſt perſonale in rem ſcriptum.*

33 *Reintegrationi non eſt locus contra ſpoliantem, qui poſſeſſionem dimiſit, nec contra eum, qui nec eſt in lite, nec penes quem reſidet vitium ſpolij.*

34 *Lim. niſi conſtet de dolo, vel colluſione, ſeu ſpolium ſit violentum, vel attentatum.*

35 *Spolij actio competens auctori tranſit in illius heredem, & ſucceſſorem vniuerſalem, & ſingularem, & etiam abſque ceſſione, vel cum ceſſione omnium iurium, & n. 36.*

37 *Spoliatus ille dicitur, cuius nomine alter poſſidet.*

38 *Spolium reſtituere tenetur ipſe creditor, ſi in deliberatione alterius perſonam interpoſuerit, ex quo eadem reputatur, vel reſtituere tenetur emptor, & ſecundus poſſeſſor, & n. 39.*

40 *Spolium iudiciale purgandum eſt, non ſecus ac priuatum.*

41 *Et ſuper eo pronunciandum eſt.*

42 *Siue illud acciderit ex facto Iudicis, ſiue ex facto Principis abſque cauſæ cognitione.*

43 *Tam reſpectu poſſeſſionis, & illius dimiſſionis, vel tranſlationis.*

44 *Quam reſpectu reſtitutionis fructuum.*

45 *Sententia iuſta dicitur, & valida, quæ in nullitate, & iniuſtitia ſubhaſtationis fundata eſt.*

46 *Debitori aduerſus ſententiam adiudicationis non ſolum remedio appellationis, & nullitatis ſuccurritur, ſed etiam ſpolij, & nu. 47.*

48 *Spolio quis agere poteſt, ſi poteſt dicere de nullitate ſententiæ.*

49 *Poſſeſſio probanda eſt tam in iudicio manutentionis, quam in iudicio ſpolij, ſed in hoc plene, & numero 50.*

51 *Spolij primum extremum, & antiquior poſſeſſio probatur per executionem, ſubhaſtationem, & deliberationem, vel adiudicationem contra agentem, & prætenſum debitorem obtentam,*

& ſ

Digitized by Google

& ſi in illis Nuncius, vel Miniſter publicus aſſerat, ea geſta eſſe tanquam ſuper bonis, & iuribus ipſius & numero 52.

53 Et ex inſtrumento immiſsionis, & probatione poſſeſſionis per teſtes.

54 Et ex confeſſione aduerſarij, ſeu eius auctoris, etiam in alio iuditio, qua nulla maior eſt probatio. Ampl. vt numero 55.

56 Spoliato ad effectum obtinendi in ſpolio ſatis eſt detentatio, & facti inſiſtentia, vt puta quia titulus, & poſſeſſio eſſent infecta ob clauſulam, ſublata, & decreti irritantis.

57 Poſſeſſio non probatur ex inſtrumento inter partes facto, in quo aſſeratur, bona ad actorem ſpectare & quare, & numero 58.

59 Spolij ſecundum extremum, & moderna poſſeſſio probatur ex inſtrumento deliberationis, & adiudicationis, & emptionis, & numero 60.

61 Et ex depoſitione teſtium.

62 Et ex leuioribus probationibus.

63 Et ex ſola litis ſuſtentatione cum adminiculis.

64 Spolium duobus probatis extremis dicitur clarum, & competit ſpoliato reintegratio, & illius ſequuta ſententia eſt iuſta, & numero 65.

66 Decl. procedere in ſpolio extraiudiciali, ſecus in iudiciali, quia in eo requiritur etiam vitium, & iniuſtitia ſpoliationis, aliàs ſententia eſt notoriè iniuſta, & competit illam paſſo manutentio, & n. 67. 68. & 69. Lim. vt numero 70.

71 Spolium non competit contra poſſidentem auctore Pratore, vel habentem ab eo cauſam, & numero 72.

73 Sententia ex qua quis eſt in poſſeſſione, cuius nullitas, vel iniuſtitia non probatur, non poteſt dici ſpoliatiua, nec ex ea competere ſpolium, & numero 74.

75 Praſumitur in dubio pro ſententia, & decreto Iudicis, & quod omnia ritè, & rectè facta ſint, Ampl. vt numero 80.

76 Deliberatione facta plus offerenti in executionem rei iudicata dicitur debitor facto Iudicis vtraque poſſeſſione priuatus. Ampl. vt numero 77. & 78. Lim. vt numero 111.

79 Nullitas ſententia, eo minus obijci poteſt poſt rem iudicatam.

81 Nullitas deliberationis, & adiudicationis praſcriſcribitur ſpatio 30. annorum. Ampl. vt nu. 82.

83 Spolij actio praſcripta dicitur, ſi à die executionis lapſi ſint 30. anni, & contra Eccleſiam 40.

84 Spolio agens ex auctoris perſona probare debet, ſe eſſe illius haredem, vel ſucceſſorem, & defuncti, ſeu auctoris poſſeſſionem, & ſpoliationem, & numero 86.

85 Haredem ſe quis probat, probando ſe eſſe filium.

87 Hares, ſeu ſucceſſor agens ex perſona auctoris, & non probans defunctum, ſeu auctorem fuiſſe in vita ſpoliatum, non poteſt obtinere in ſpolio, ſed remedio adipiſcenda, vel quorum bonorum agere.

88 Hares agens ſpolio ex perſona propria, probare debet, ſe poſt mortem auctoris poſſeſſionem accepiſſe, vel in vim Statuti fuiſſe in eum continuatam poſſeſſionem defuncti.

89 Spolium purgatum non dicitur, nec illius actio conſumpta ob alias ob lentam reintegrationem, qua effectum non habuerit, vbi exemplum.

90 Spolium competit etiam poſt annum non obſtante Statuto Vrbis prohibente poſt annum dici de nullitate.

91 Ampliat. eo magis in pupillo, qui in Statuto non comprehenditur.

92 Arbitrio non eſt locus ad cumulandum petitorium cum ſpolio in vim reſcripti, vbi de eo conſtet.

93 Spolij proceſſum annullare non poteſt, nec claudere os Iudici & parti, clauſula Sublata, vel Decretum irritans.

94 Spolium non retardatur exceptionibus requirentibus altiorem indaginem, & petitorium reſpicientibus.

95 Spoliatus eſt ante omnia reſtituendus omni exceptione, & cognitione poſt poſita ſuper meritis, nec impeditur replicatione, Dolo petis, quod ſtatim reſtiturus eſt, & numero 96.

97 Iudex dicitur ſpoliare ſpoliumque intrat, ſi concludenter ex eiſdem actis conſtet de ſententia nullitate, vel iniuſtitia, qua non poſsit aliqua ratione velari, vel offuſcari, & ea ſtante ſententia ſuſtineri, & numero 98. & 99.

100 Secus ſi nullitas, vel iniuſtitia reddatur turbida, & recipiat aliquam controuerſiam in iure, vel in facto, & num. 101. vel de ea doceatur ex nouiter deductis, vt numero 105.

102 Spolium vt excludatur, ſatis eſt, vt non doceatur de nullitate notoria, & euidenti iniuſtitia, ſeu quod non ſit ita clara, vt aliquo colore, vel velamine offuſcari non poſsit, & numero 103.

104 Spoliatus auctoritate ſententia valida ſed iniuſta non reſtituitur, vbi exemplum.

106 Spolium ad excuſandum, & dandum de iniuſtitia illius ſententia admittitur etiam noua iurium productio.

107 Actis non exhibitis, & integris non poteſt nullitas ſententia allegari, & probari, ſeu ex illius capite dari de ſpolio, & numero 108.

109 Nullitate, vel iniuſtitia probata poteſt debitor venire contra venditionem pignoris auctoritate Iudicis non obſtante.

110 Nullitatem, vel iniuſtitiam ſubhaſtationis ille probare debet, contra quem eſt praſumptio, & illam allegat.

112 Actis integris non inſpectis non poteſt dici conſtare de nullitate vel iniuſtitia, nec eſſe ſublatam praſumptionem ſententia rectitudinis, & rititudinis.

113 Sententia lata in ſpolio ſub pratextu nullitatis ſubhaſtationis dicitur iniuſta, ſi omnia acta ſubhaſtationis, & deliberationis, vel adiudicationis non fuerint tranſportata, vel repetita ſi fuerint penes eundem Notarium, & numero 114. Ampl. vt numero 115.

116 Tranſportatio actorum, & integra ſpectat ad allegantem nullitatem, & ſi ſint deperdita culpa partis aduerſa, debet & hoc probare, & numero 117.

118 Ea in dubio praſumitur integra.

119 Deliberatio pro minori ſumma, quàm res fuerit aſtimata, eſt patenter iniuſta, ſed ex hac iniuſtitia non infertur ad ſpolium, nec nullitatem, vbi Statutum non diſponat, deliberationem fieri debere pro pretio aſtimando, ſed plus offerenti, & quare.

120 Spolio non eſt locus, vbi quis ceciderit à poſſeſſione facto proprio, & ſubhaſtationi conſenſerit, puta terminum ſuſcipiendo, & quare, &

num.121. vel citationi ad videndum ſubhaſtari acquieſcendo, vel claues dando, vel ſubhaſtationem ratificando per pretij, vel illius reſidui receptionem, vt nu.122.123.& 134.

124 Nullitas adiudicationis, & deliberationis tollitur tranſactione, ratificatione, & conſenſu etiam tacito.

125 Ratificare dicitur ſubhaſtationem, qui pro eodem credito carceratus acceptat deinde excarcerationis decretum, & comparitionis ſui procuratoris exequutionem, & non impedit aduerſarij manutentionem.

126 Conſenſus ſufficit poſſidentis ad ſuſtinendam ſubhaſtationem, ſi poſſideat iure dominij, ſecus ſi iure pignoris.

127 Conſenſus partis circa ſubhaſtationem non probatur ex aſſertione Iudicis extra ea, quæ ſunt de actis.

128 Conſenſus etiam procuratoris ſufficit ad validandam deliberationem, vel adiudicationem, Decl. vt numero 133.

129 Et etiam tutoris, vel curatoris habentis adminiſtrationem, ſecus è contra, vt ſi ad lites tantùm ſit deputatus, & nu.130.

131 Termini ad ſoluendum ſuſceptio facta per curatorem non impedit ſpolium ex capite nullitatis ſubhaſtationis, vel adiudicationis, & quare.

132 Termini ſuſceptio probare poteſt veritatem crediti, non ſanare nullitatem ſubhaſtationis, vel adiudicationis.

134 Tutor, vel curator reſiduum precij rei ſubhaſtatæ recipiens, & cautionem præſtans de euictione ratificare dicitur venditionem, quæ aliàs forſan nulla erat, & ratificatio retrotrahitur ad diem deliberationis vel adiudicationis.

135 Quando poſſit ratificare ſubhaſtationem factam ſine ſolennitatibus, & illius ratificatio ſufficiens ſit ad tranſlationem poſſeſſionis.

136 Conſenſus præſtitus in genere ſubhaſtationi faciendæ intelligitur de facienda ritè, & rectè, & non impedit iudicium ſpolij. Ampliat, vt n.137.

138 Et ſic præſtitus pro fructibus non iuſtificat, fructus deberi, ſed intelligitur pro debitis tantùm.

139 Spolium non cenſetur purgatum, vel remiſſum ex reemptione rei nulliter, vel iniuſtè ſubhaſtatæ, vel ex ſubſecuta etiam poſſeſſione, niſi data, & probata ſpecifica ſcientia nullitatis, vel iniuſtitiæ tam in facto, quàm in iure, nec ſufficit præſumpta.

140 Executor teſtamentarius ſubhaſtationi conſentire non poteſt in præiudicium hæredis, Ampl. vt numero 141.

142 Conſenſus præſtitus ſubhaſtationi, quæ non habuit effectum, non præiudicat.

143 Vſusfructus à patre amiſſus non dicitur per indicationem bonorum aduentitiorum filij per eumdem patrem factam, & conſenſum præſtitum ſubhaſtationi, eadem non effectuata.

144 Actum quid non dicitur, quando aliquid ſupereſt agendum.

145 Poſſeſſionis dimiſſio in vim cenſurarum cum proteſtatione præſeruatiua iurium non inducit approbationem ſubhaſtationis, vel deliberationis.

146 Conſenſus ſubhaſtationi præſtitus non attenditur, ſi deinde non per viamq; conſenſus, ſed iuſtitiæ ad ſubhaſtationem proceſſum fuerit.

147 Spolium non competit immiſſione ritè, & rectè facta in hypothecaria, & ſubhaſtatione nulliter ſubſecuta, ex quo creditor, & non debitor tunc poſſidebat.

148 Immiſſio ritè, & rectè data poſſeſſione priuat naturali, & ciuili.

149 Poſſeſſione debitoris de medio ſublata non poteſt in eo conſiderari ſpoliatio. Ampliat. vt nu.150.

151 Debitor excluſus ab appellando, & dicendo de nullitate dicitur excluſus etiam ab agendo ſpolio.

152 Reintegrationi non eſt locus ſub prætextu nullitatis ſubhaſtationis reſpectu eius, qui tunc poſſidebat.

153 Ægidianæ locus eſt in ſpolij ſententia, de cuius nullitate, vel iniuſtitia non conſtat.

154 Appellari non poteſt à ſententia ſpolij iudicialis ſub prætextu mixturæ ex tacita reuocatione nullitatis ſi ad ſolum poſſeſſorium ſit reſtricta.

155 Res nulliter ſubhaſtata, & vltra ſummam debitam recuperari poteſt, & cum fructibus conditione indebiti, vel ſine cauſa.

156 Et rei vendicatione facta dominij exacta probatione.

157 Reſciſſionis inſtrumenti adiudicationis, & venditionis remedio, puta ex capite læſionis agi poteſt ad illam paſſo, quod eſt petitorium, citato poſſeſſore, & numero 158.

159 Actio pignoratitia contraria competit contra creditorem etiam Fiſcum, vt rem indebitè venditam reſtituat.

160 Iudicis officium implorari poteſt à proponente nullitatem executionis, & deliberationis factæ pro minori pretio, & enormiſſimam læſionem re ipſa, vel ex propoſito.

161 Et, vt illud dicatur intentatum ſufficit, quod actor non ſe reſtrinxerit ad aliud remedium, & numero 162.

162 Dominij exacta probatio requiritur in rei vendicatione, ſed in Iudicis officio ſufficiunt leuiores probationes, veluti ex poſſeſſione vel coniecturis, & præſumptionibus, ex quo de illo agitur incidenter, non principaliter, & num.163. & ſeqq. de præſumptionibus.

165 Confeſſione aduerſarij probatur dominium, quando de eo incidenter tractatur.

166 Iudicis officium an poſſit implorari, vt ille ex maxima læſione retractet venditionem, ſi debitor ſit inops, antequam ſatisfiat creditori, ſunt hinc inde opiniones.

167 Iuramento in litem quando ſit locus in ſubhaſtatione mobilium malè facta, eorum inuentario non reperto.

168 Opponere non poteſt de omiſſa ſubhaſtatione is, penes quem res non erat.

Pro recuperatione pignoris, & rei non ritè, & rectè ſubhaſtatæ, quæ remedia competant, & contra quos.

INSP. LVIII.

STante † notoria iniuſtitia, vel euidẽti nul- 1
litate executionis, ſubhaſtationis, & deliberationis, ſeu adiudicationis, vel mandati, cuius vigore

vigore ad prædicta fuit deuentum, & capta poſſeſſio, competit illam paſſo: Primo manutentio, dum ſe pro ſpoliato non habuerit, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 39. num. 25. Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 51. numero 5. quæſt. 93. numero 10. & quæſt. 153. num. 18. & ibi Rot. deciſ. 104. per tot. Rot. poſt tract. Cenc. de cenſibus deciſ. 377. in princ. & deciſ. 434. num. 1. & ſeqq. iuxta nouiſſ. impreſſ. Taurin. & in recent. deciſ. 630. per tot. par. 2. deciſ. 604. numero 1. par. 3. & deciſ. 411. numero 1. 17. & ſeqq. par. 5. quæ eſt etiam poſt noſtrum tractat. mand. de manuten. deciſ. 323. & ibid. deciſ. 319. num. 6. & 7. Caualer. deciſ. 48. per tot. Duran. deciſ. 257. num. 1. & 2. per tot. Buratt. deciſ. 91. per tot. Rot. apud Nigr. de ſubhaſtat. deciſ. 32. per tot. & deciſ. 33. in princip. & in Romana Vineæ 13. Iunij 1616. coram Cardin. Veroſpio ſeniore, poſt tract. deciſ. 39. numero 1. in Ariminen. Dotis 11. Maij 1620. coram Coccino, poſt tract. deciſ. 52. numero 1. & ſeqq. in Romana Cenſus ſcutorum 10. num. 12. Ianuarij 1619. coram Eminentiſſ. Dom. Cardin. Vbaldo, poſt tractat. deciſ. 79. in princ. & numero 5. & 11. in Auximana fideicommiſſi 25. Iunij 1632. coram Eminentiſſ. D. Cardinali Veroſpio iuniore, poſt tractat. deciſ. 93. in princip. & in Ianuen. Pecuniaria ſeu Attentatorum 24. Ianuarij 1642. coram Reuerendiſſ. Dom. Dunozet, poſt*
2 *tractat. deciſ. 112.* † etiam ex ſola detentatione, & facti inſiſtentia, *Rot. recent. deciſ. 113. in fin. par. 7. quæ*
3 *eſt etiam poſt Mangil. de ſubhaſtat. deciſ. 106.* † Non autem manutentio tunc competit immiſſo, *Rot. poſt Mangil. de ſubhaſtat. deciſ. 18. in fin. Buratt. deciſ. 614. in princ. & numero 1. & ſequentib. Rot. in d. Romana Vineæ 13. Iunij 1616. coram Cardinali Veroſpio ſeniore, poſt tract. deciſ. 39. numero vbi in ſeqq.* quid ſi meliorauerit. *& in d. Ianuen. Pecuniaria, ſeu Attentatorum 24. Ianuarij 1642. coram Reuerendiſſimo D. Dunozet, poſt tract. dec. 112. n. 19.*

4 Quia † nulliter, aut iniuſtè à Iudice facta executio, ſeu ſubhaſtatio, & deliberatio, vel adiudicatio non priuat poſſeſſione, ſi Pars non habeat ſe pro ſpoliata, *Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 916. numero 2. Mangill. de ſubhaſtat. quæſt. 93. in fin. & quæſt. 153. num. 18. Greg. XV. deciſ. 107. num. 6. dec. 458. num. 9. & deciſ. 555. numero 6. Caualer. deciſ. 17. numer. 8. Rot. recent. deciſ. 411. numero 1. & 26. par. 5. quæ eſt etiam poſt noſtrum tract. mand. de manuten. d. deciſ. 323. nu. 1. & 26. eadem Rot. recent. deciſ. 79. num. 3. par. 7. Duran. deciſ. 257. numero 4. Rot. poſt Nigr. de ſubhaſtat. deciſ. 32.*
5 *num. 4. & deciſ. 33. num. 1.* † Neque ſubhaſtationem nulliter paſſus dicitur renunciaſſe eius poſſeſſioni, ſeu ſubhaſtationem ratificaſſe ex petitione reintegrationis, ſeu nouæ immiſſionis, non conſtito de ſcientia nullitatis, *Duran. dec. 157. n. 15. & 16.*

6 Illiuſque † poſſeſſio probatur, & quidem de tempore motæ litis ad dictum effectum ex mandato, executione, ſubhaſtatione, ac deliberatione, ſeu adiudicatione contra ipſum obtentis, *vt habui in tract. mand. de manuten. obſeru. 29. numero 7. & ibi Rot. deciſ. 21. numero 2. & deciſ. 261. numero 1. Rot. recent. deciſ. 172. in princ. par. 5. Duran. deciſ. 49. numero 2. & 3. & deciſ. 257. numero 1. Buratt. deciſ. 505. numero 3. Rot. penes Mangil. de ſubhaſtat. dec. 104. num. 1. & ſeqq. & apud Nigr. eod. tract. deciſ. 32. n. 1. & ſequentibus & in Ianuen. Pecuniaria, ſeu Attentatorum 24. Ianuarij 1642. coram Reuerendiſſ. D. Duno-*
7 *zet, poſt tract. deciſ. 112. numero 17. & 18.* † Ex natura enim executionis ſequitur confeſſio creditoris, quod res ſit debitoris, & ab eo poſſeſſa, &, † ſi ſit contra bona hæreditaria, quod res fuerit in hæreditate debitoris, & ab eo tempore 8
mortis poſſeſſa, † alias contra tertium poſſeſ- 9
ſorem non potuiſſet capi in tenutam, *Rot. poſt Mangil. de ſubhaſtat. deciſ. 35. numero 11. verſ. primum externum, & penes Nigr. eod. tract. deciſ. 32. numero 2. & 3. Buratt. deciſ. 505. numero 3 Rot. in Romana Spolij 4. Iulij 1642. coram R. P. D. Ghiſlerio poſt tract. deciſ. 113. numero 2.* Prout † ſubhaſtatio, & deliberatio, 10
ſeu adiudicatio contra debitorem obtenta tacitè innuit, bona ante ſubhaſtationem, & deliberationem, ſeu adiudicationem fuiſſe per eundem poſſeſſa, *Gregor. XV. deciſ. 402. circa fin.* Et quidem † nocet, & ſufficit ad manutentionem 11
confeſſio partis implicita, ſicut explicita, *Rot. penes Nigr. de ſubhaſtat. d. deciſ. 32. numero 3.* Quamvis † acta executionis facta contra aliquem 12
non inferant ad confeſſionem, quod ille rem poſſideat, ſi in eodem iudicio fuerit etiam alius citatus, qui poſt executionem comparens opposuerit, poſſidere, & velle continuare, & de nullitate executionis, *Buratt. deciſ. 952. numero 10.* Et, † dum in actis nihil dicitur de poſſeſſione, 13
non poteſt reſultare niſi confeſſio tacita, *Buratt. ibidem,* † vel immo nec tacita, quia potuit 14
res deliberari ad præiudicium alterius reſpectu proprietatis, & dominij, *Buratt. d. deciſ. 952. num. 12.* Sed † ſecus eſt, quando in actis, vel in 15
relatione Executoris, † ſeu in inſtrumento de- 16
liberationis ſit mentio de illius poſſeſſione, *Buratt. dec. 952. in fin.*

Verum, † ſi is, qui paſſus fuit executionem, 17
& ſubhaſtationem nullam, vel notorie iniuſtum habuerit ſe pro ſpoliato, competit ſecundo loco eidem actio ſpolij, *Gratian. diſceptat. for. cap. 122. num. 7. cap. 318. numero 4. & cap. 739. num. 26. Antonell. conſil. 80. num. 1. & ſeqq. & conſil. 82. numero 2. Vrſell. in verb. adiudicatio. concl. 52. numero 88. Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 30. num. 4. quæſt. 51. num. 6. & ſeqq. quæſt. 93. num. 7. & ſeqq. quæſt. 94. num. 4. & ſeqq. quæſt. 103. num. 1. quæſt. 153. num. 9. & ſeqq. quæſt. 154. numero 15. 18. & 22. quæſt. 159. num. 2. & ſeqq. quæſt. 182. num. 5. & quæſt. 195. num. 5. & ibi Rot. deciſ. 7. deciſ. 11. numer. 5. deciſ. 16. num. 1. & ſeqq. deciſ. 34. in princ. deciſ. 35. num. 1. deciſ. 91. numero 1. quæ eſt etiam penes Marcheſ. de commun. par. 2. fol. 202. & deciſ. 106. nu. 5. quæ eſt etiam inter recent. deciſ. 113. numero 9. par. 7. Rot. in Romana Spolij 21. Februarij 1600. coram Iuſto, penes d. Marcheſ. de commun. par. 1. fol. 1249. numero 2. Rot. diuerſ. deciſ. 60. num. 6. deciſ. 63. in princ. deciſ. 83. in princ. & deciſ. 105. num. 3. par. 4. & poſt Pacifit. de ſalu. deciſ. 226. deciſ. 229. num. 2. & deciſ. 246. numero 1.* à contrario ſenſu, *ac penes Zacch. de oblig. camer. deciſ. 5. numero 1. & poſt tract. Cenc. de cenſibus deciſ. 153. & in recent. deciſ. 476. numero 1. par. 4. deciſ. 172. in princ. & per tot. & deciſ. 278. numero 23. par. 5. & deciſ. 219. per tot. par. 7. Gregor. XV. deciſ. 198. numero 2. deciſ. 224. num. 1. & 2. & dec. 485. Buratt. deciſ. 363. num. 4. Duran. deciſ. 30. & deciſ. 37. numero 5. & ſeqq. Rot. poſt Nigr. de ſubhaſtat. deciſ. 16. & deciſ. 35. numero 1. & in Bononien. Spolij 14. Iunij 1599. coram Cardinali Lancellotto, poſt tractat. deciſ. 10. numero 1. 6. & 9. in Romana Vineæ 26. Maij 1610. coram Ortembergo poſt tractat. deciſ. 22. numero 9. in Romana Pecuniaria 19. Ianuarij 1618. coram Pirouano, poſt tractat. deciſ. 45. in princip. in Romana Domorum 14. Martij 1618. coram Vbaldo, ſeniore, poſt tractat. deciſ. 46. numero 1. & 2. in Peruſina prætenſi Spolij*

15. Octobris 1626. *coram Cardinali Veroſpio ſeniore, poſt*
tractat. deciſ.69. numero 2. in Ariminen. Spolij 2. Iunij
1627. coram Merlino, poſt tractat. deciſ.73. in princ. in
Imolen. Spolij 31. Martij 1618. coram Cardinali Virili,
poſt tractat. deciſ.77. numero quarto, in Romana Syluæ,
ſiue crediti Dotalis prima Decembris 1631. coram Emi-
nentiſſimo Domino Cardinali Veroſpio iuniore, poſt
tractat. deciſ.88. numero 3. in Peruſina Spolij 18. Iunij
1642. coram R. P. D. Royas, poſt tractat. deciſ.105. in
princ. & in Romana Spolij 4. Iulij 1642. coram R. P.
D. Ghiſlerio, poſt tractat. deciſ.113. in princ. & num.4.
& ſeqq.

18 Quia † Iudex nulliter, & iniuſtè, ſeu non
ritè, & rectè, & non ſeruato iuris ordine ad
ſubhaſtationem procedens dicitur procedere
vti priuatus, & extraiudicialiter, & non ha-
bens poteſtatem, non autem vti Iudex, & ſpo-
liat, ſpoliumque intrat, *c. conquerenti. de reſtit. ſpo-*
liat. Mangil. de ſubhaſtat. quæſt.51. num.8. quæſt.153. num.
17. & 29. & quæſt.163. num.2. & 3. & ibi Rot. deciſ.7.
num.13. deciſ.11. num.5. & deciſ.89. numero 1. Marcheſ.
de comm. part.3. de comm. nullit. ſanat. §.1. numero 29.
& Rot. in d. Romana Spolij 21. Februarij 1600. coram
Iuſto. penes eundem, Marcheſ. de comm. par.1. fol.1249.
numero 1. & 2. & in recent. d. deciſ.476. numero 3. & 5.
par.2. deciſ.278. num.23. par.5. & deciſ.229. numero 7.
part.7. Gregor. XV. deciſ.198. numero 2. Duran. deciſ.257.
Rot. poſt Nigr. de ſubhaſt. deciſ.41. in fin. quæ eſt etiam
penes Mangil. eod. tractat. deciſ.7. & in d. Romana Do-
morum 14. Martij 1618. coram Vbaldo ſeniore, poſt tract.
deciſ.46. num.1. in d. Peruſina prætenſi Spolij 15. Octo-
bris 1626. coram Cardinali Veroſpio ſeniore, poſt tract.
deciſ.69. num.3. & 4. in Ariminen. Spolij 2. Iunij 1627.
coram Merlino, poſt tractat. deciſ.72. num.1. in Romana
Syluæ 28. Iunij 1628. coram Eminentiſſimo D. Cardinali
19 *Veroſpio iuniore, poſt tract. deciſ.78. nu.4.* † Nec tunc
eius factum reputatur factum partis, *Duran. d.*
20 *deciſ.257. nu.3.* Sed † tunc tantum factum Iudi-
cis reputatur factum partis, ita vt pars pro-
prio facto ex præſumpto conſenſu dicatur à
poſſeſſione cecidiſſe, ſi huiuſmodi factum Iu-
dicis claudatur ſub adminiſtratione iuriſdi-
ctionis, alias ſecus, *Rot. in Anconitana Bonorum*
Sancti Appollinaris 26. Iunij 1613. coram Pirouano, pe-
nes Marcheſ. de commun. par.1. fol.244. ſub numero 2.
& ſeqq. quæ eſt etiam par.3. recent. dec. deciſ.515. & eſt
21 *alia eadem par.3. deciſ.586. num.1.* † Nec Executori
aperta eſt iuriſdictio intrandi bona debitoris
niſi ſeruatis ſeruandis, *Rot. in d. Anconitana Bono-*
rum Sancti Apollinaris 25. Iunij 1613. coram Pirouano
22 *num.3.* Ita vt † ſpoliato à Iudice competat re-
ſtitutio, ſicut competeret ſpoliato à quocun-
que priuato, *Rot. poſt. Mangil. de ſubhaſtat. deciſ.106.*
num.5. & in recent. d. deciſ.586. num.1. par.3. & dec.113.
n.10. par.7.

23 Influitque † ſpolium paſſiue in hæredem,
& quemcunque ſucceſſorem, *Gratian. diſcept. for.*
cap.759. num.26. Antonell. conſil.80. num.12. & 13. Man-
gil. de ſubhaſtat. quæſt.153. num.19. Rot. in Peruſina Spo-
lij Domus 8. Maij 1604. coram Penia, poſt tractat. deciſ.
24 *11. num.9.* † etiam ſingularem, *Mangill. de ſubhaſt.*
quæſt.164. num.1. Rot. in Ariminen. Spolij 2. Iunij 1627.
25 *coram Merlino, poſt tractat. deciſ.73. num.11.* & † ſic
in bonorum emptorem, *Rot. poſt Pacific. de ſalu.*
deciſ.226. nu.3. ſeu licitatorem, cui res ſub haſta
fuit deliberata, *Mangill. de ſubhaſtat. dict. quæſt.164.*
num.2. Antonell. d. conſil.80. numero 32. Rot. in d. Ari-
minen. Spolij, poſt tractat. deciſ.73. num.12. † qui ſub 26
nomine emptoris proprie venit, *Rot. in Anconi-*
tana Prædij 20. Maij 1639. coram Eminentiſſimo Dom.
Cardinali Veroſpio iuniore, poſt tractat. deciſ.99. num.6.
† & in quemcunque poſſeſſorem, *Mangill. de* 27
ſubhaſtat. quæſt.159. numero 3. & accipientem poſ-
ſeſſionem in vim decreti, quod ſit nullum, vel
iniuſtum, quia † Iudicis auctoritas non exi- 28
mit ab incurſu pœnæ ciuilis, *Gratian. diſceptat.*
forenſ. cap.122. numero 7. Rot. in dict. Romana Spolij
21. Februarij 1600. coram Iuſto, penes Marcheſ. de com-
mun. par.1. fol.1249. ſub numero 2. Marcheſ. par.3. de
commun. nullit. ſanat. §.2. numero 129. † Daturque 29
actio ſpolij aduerſus poſſeſſorem rei, ſuper
qua ſpolium eſt commiſſum, etiam ſi iſte ter-
tius poſſeſſor à non legitimo poſſeſſore titulo,
& bona fide emerit, quia † nullitatis vitium 30
commiſſum ab ingrediente in ſubhaſtatione,
& adiudicatione, influit quoque in omnes
actus ſequentes, *Mangil. de ſubhaſtat. d. quæſt.153.*
numero 16. & quæſt.159. numero 4. & 5. Antonell.
dict. conſil.80. numero 15. † atque etiam quod 31
habeat cauſam ab auctore non vitioſo, *Anto-*
nell. dict. conſil.80. numero 14. † cum ſit hoc reme- 32
dium perſonale, & in rem ſcriptum, *Antonell.*
dict. conſil. 80. numero 12. Mangil. de ſubhaſtat. dict.
quæſt.159. numero tertio, & quæſt.164. numero primo,
Rot. poſt Nigr. eodem tractat. deciſ. 41. numero nono,
& in Peruſina Spolij Domus 8. Maij 1604. coram Pe-
nia, poſt tractat. deciſ.11. numero 9. & in Ariminen.
Spolij 2. Iunij 1627. coram Merlino, poſt tractat. deciſ.
73. numero 11. Quamuis † non videatur locus 33
eſſe reintegrationi contra ſpoliantem, qui di-
miſerit poſſeſſionem, nec procedendum con-
tra eum qui non eſt in lite, nec penes quem
reſidet vitium ſpolij, † niſi conſtet de dolo, 34
vel colluſione, ſeu ſpolium ſit violentum,
vel attentatum, & ſic qualificatum, *Rot. di-*
uerſ. deciſ. 7. par.1. & in recent. deciſ.586. numero 5.
par.3.

Quemadmodum † ſpolij actio competens 35
auctori tranſit etiam in illus hæredem, &
ſucceſſorem vniuerſalem, & etiam ſingula-
rem, & quidem etiam abſque alia ceſſione,
Antonell. dict. conſil. 80. numero 13. Gratian. diſceptat.
forenſ. cap.739. numero 26. Mangill. de ſubhaſtat. dict.
quæſt.153. numero 12.15. & 19. & dict. quæſt.159. num.1.
Rot. poſt. Nigr. eod. tract. deciſ.41. numero 9. & in Ari-
minen. Spolij 26. Aprilis 1630. coram Motmanno, poſt
tractat. deciſ.82. numero 2. & 3. & † eo magis cum 36
ceſſione, etiam de omnibus iuribus in genere,
Rot. poſt Nigr. dict. deciſ.41. numero 6. 8. & 9. † Ac 37
ſpoliatus ille dicitur, cuius nomine alter poſ-
ſidet, *Rot. in d. Ariminen. Spolij 26. Aprilis 1630. co-*
ram Motmanno, poſt tract.6. deciſ.82. numero 9. † Et 38
reſtituere tenetur ipſe creditor, ſi in delibera-
tione alterius perſona ſit interpoſita, cum ea-
dem reputetur, *Rot. in dict. Romana Spolij 21. Fe-*
bruarij 1600. coram Iuſto, penes Marcheſ. de com-
mun. par.1. fol.1249. ſub numero ſecundo, † Vel re- 39
ſtituere tenetur emptor, & ſecundus poſſeſ-
ſor, *Rot. in eadem Romana Spolij ſub præfato numero*
ſecundo.

Quod † ſpolium prius eſt purgandum, non 40
minus ac ſi eſſet commiſſum à priuato, *Antonell.*
dict. conſil.80. numero 2. Mangil. de ſubhaſtat. d. quæſt.
153. num.20. & 23. Rot. poſt Nigr. eod. tractat. deciſ.42.
num.2.

Digitized by Google

41 *num.2.* † & ſuper eo pronunciandum, *Mangill.*
ead.quaſt.153.nu.20. † ſiue acciderit ex facto Iudi-
42 cis, ſiue ex facto Principis abſque cauſæ cogni-
tione, *Mangil.d.quæſt.153.n.21.& 22.* † non ſolum
43 reſpectu poſſeſſionis, & illius dimiſſionis, &
translationis, *Rot.recent.deciſ.172.nu.6.part.3.* † ſed
44 etiam quoad fructuum reſtitutionem, *Rot. re-*
cent.d.deciſ.172.n.7.part.5.

Spoliique † ſententia dicitur iuſta, & vali-
45 da, quæ fundata eſt in nullitate, & iuſtitia
ſubhaſtationis, *Rot. recent. d.deciſ.353.n.1.part.2.&*
poſt Nigr.de ſubhaſtat.deciſ.8.nu.4.in fin. Duran.deciſ.
46 *32.nu.3.* Adeo vt, quamvis † debitori aduerſus
ſententiam adiudicationis remedio tantum
appellationis, & nullitatis ſuccurratur, ſecun-
dum *Caſ.Don.inter conſ.diuerſ.conſil.85.num.64.lib.1.*
47 *fol.206.* † poſſit tamen idem debitor agere etiam
48 ſpolio, quia † quis ſpolio agere poteſt, quan-
do de nullitate ſententiæ dicere poteſt, *Caſ.*
Don.d.conſ.85.n.63.

Et, quia † tam in iudicio manutentionis,
49 quam in iudicio ſpolij probanda eſt poſſeſſio,
Rot.poſt Nigr.de ſubhaſt deciſ.2.num.8. † & quidem
50 in ipſo ſpolio plene, *d.deciſ.2.eod.n.8.*

51 Idcirco † primum extremum ad effectum
in illo obtinendi, & ſic antiquior poſſeſſio
probatur ex executione, ſubhaſtatione, & de-
liberatione, ſeu adiudicatione contra agen-
tem, & aſſertum debitorem obtenta, *Mangill.*
de ſubhaſtat. dict. quaſt.153. numero 30. & ibi Rot. deciſ.
35.numero 1.verſ.primum extremum, & numero 2. &
deciſ.206.num.3.verſ.cæterum: quæ eſt etiam in recent.
deciſ.112. num.5. part.7. & fuit dictum etiam deciſ.172.
in princip. part.5. & deciſ.229.numero 1. eadem part.7.
& in Perusina Spolij 18. Iunij 1642. coram R. P. D.
52 *Royas, poſt tractat. deciſ.106. num.2.* † & ſi Nuncius,
& Miniſter publicus in inſtrumento, & actu
illius executionis, ſubhaſtationis, & delibera-
tionis, ſeu adiudicationis aſſeruerit, executio-
nem, ſubhaſtationem, & deliberationem, vel
adiudicationem factam eſſe tanquam de iuri-
bus illius, *Rot poſt Mangill.de ſubhaſtat.dict.deciſ.35.*
numero 1 verſ.primum extremum, & numero 2.Buratt.
deciſ.363.numero 1.Rot.in Romana Spolij 4.Iunij 1642.
53 *coram R P.D. Ghiſlerio, poſt tractat. deciſ.113.num.1.* †
nec non ex inſtrumento immiſſionis, & ex
poſſeſſione eiuſdem; ex qua teſtes deponant,
Rot. poſt Mangill.de ſubhaſtat. dict. deciſ.106. numero 3.
verſic.cæterum. & in recent.dict.deciſ.113. numer.6. part.
7. & dict.deciſ.172 in princip.part.5.& in eadem Peru-
ſina ſpolij 18. Iunij 1642. coram R. P. D. Royas, poſt
tractat. deciſ.106. numero 3. & 4. & poſt Nigr. de ſub-
54 *haſtat.deciſ.16.num.2.* & † ex confeſſione aduerſa-
rij, ſeu eius auctoris, etiam in alio iudicio, qua
nulla eſt maior probatio, *Rot. recent. deciſ. 229.*
num.2. & 3.part.7. & poſt Nigr.dict.deciſ.16.numero 2.
55 *verſic. ſecundo probatur, & numero 3.* vbi † non ſo-
lum contra auctorem, ſed etiam contra ab eo
cauſam habentem, *& in Ariminen. Spolij 26. Apri-*
lis 1630. coram Motmanno, poſt tractat. deciſ.82. nu.4.
& ſeqq. & in d. Peruſina Spolij 18. Iunij 1642. coram
56 *R.P.D. Royas poſt tractat.deciſ.106.num.5. & 6.* † Et ad
obtinendum in actore ſatis eſſet, quod ille eſ-
ſet in detentatione, & facti inſiſtentia, ex quo
titulus, & poſſeſſio infectæ eſſent ex clauſula,
ſublata, & decreto irritanti, *Rot. recent. d.dec.113.*
in fin. part.7. quæ eſt etiam poſt Mangil.de ſubhaſt.dict.
deciſ.106. Sed † non probaretur poſſeſſio ex in- 57
ſtrumento inter partes celebrato, in quo dice-
retur, bona ad ipſum actorem ſpectare, quia † 58
ea verba non magis ad poſſeſſionem, quam ad
dominium referri poſſunt, *Rot. poſt Nigr. de ſub-*
haſt.deciſ.2.in fin.

Secundum † vero extremum, & ſic iunior, 59
& moderna poſſeſſio probatur ex inſtrumen-
to deliberationis, vel adiudicationis, *Buratt.*
dict. deciſ.363. numero 1. Rot. in Romana Spolij 4. Iulij
1642. coram R. P. D. Ghiſlerio, poſt tractat. deciſ.113.
numero 2. & † ex inſtrumento emptionis, *Rot.* 60
in dict. Ariminen. Spolij 26. Aprilis 1630. coram Mot-
manno, poſt tractat. deciſ. numero 10. † & ex depoſi- 61
tione teſtium, *Rot. poſt Mangil. de ſubhaſtat. dicta*
deciſ. 106. numero 4. ſeu dicta deciſ. 113. ſub numero 6.
part.7. & d.deciſ.172. in princ. part.5. & in d. Peruſina
Spolij 18. Iunij 1642. coram R.P.D. Royas, poſt tractat.
deciſ.106.num.7. † per leuiores probationes, *dict.* 62
deciſ.113.num.7. & d.deciſ.229.num.5.part.7.recent. † & 63
etiam ſola litis ſubſtentatione cum adminicu-
lis, *Rot. poſt Mangil.de ſubhaſtat.d.deciſ.106. num.4. &*
in recent. d. deciſ.113. numero 7. & deciſ.229. numero 4.
part.7. & dicta deciſ.172. in princ.part.5. & poſt Nigr.
de ſubhaſtat. deciſ. 16. numero 4. deciſ. 41. numero 7. &
deciſ.42. numero 6. & in d. Ariminen. Spolij 26. Aprilis
1630. coram Motmanno, poſt tractat. deciſ.82. num.10.
in Peruſina Spolij 18. Iunij 1642. coram R.P.D.Royas,
poſt tractat.deciſ.106.num.7. & in dicta Romana Spolij
4. Iulij 1642. coram R.P.D.Ghiſlerio, poſt tractat.deciſ.
113.num.2.

Et, quamvis, † dictis duobus extremis pro- 64
batis, ſpolium regulariter reddatur clarum &
danda ſit ſpoliato reintegratio, *Antonell.d.conſil.*
82.num.16. Mangill. de ſubhaſtat.quaſt.153.num.30. &
quæſt.159.num.6. & ibi Rot.d.deciſ.106.num.4. & in re-
cent.d.deciſ.113.num.8.part.7. & † ſententia dicatur 65
iuſta, *Rot.poſt Nigr.de ſubhaſtat.deciſ.41.* † id tamen 66
procedit in ſpolio extraiudiciali, ſecus autem
in iudiciali, provt eſt hoc, de quo agimus,
quia in eo neceſſarium eſt tertium requiſitum,
nempe vitium, & iniuſtitia ſpoliationis, *An-*
tonell.dict.conſil.82.num.17.Gregor.deciſ.285.numero 3.
Buratt.d.deciſ.363.nu.2. & ſenſit Rot.recent.d.deciſ.172.
in princ.part.5. & in Peruſina Spolij 18. Iunij 1642. R.
P.D.Royas, poſt tract.deciſ.106.nu.1. Adeo vt † ſen- 67
tentia lata in ſpolio contra poſſidentem au-
ctoritate Prætoris abſque eo, quod doctum
fuerit, Iudicem proceſſiſſe nulliter, vel iniuſtè,
ſit notoriè iniuſta, *Rot.poſt Pacific. de ſalu. dec.246.*
num.1. & in recent.deciſ.187.num.2.part.7. † & com- 68
petat illam paſſo manutentio, *Rot.in Maceraten.*
ſeu Camerinen. Bonorum 28. Iunij 1621. coram Rem-
boldo, poſt tractat. deciſ.55.per tot. † Non etiam in- 69
trat ſpolium, probatis ſolummodo duobus
extremis, quando poſſeſſio fuit capta vigore
ſententiæ, niſi etiam probetur, quod Iudex
proceſſerit iniuſtè, vel non ſeruato iuris ordi-
ne; *Duran. deciſ.37. num.5. & deciſ.89. num.3. Rot. in*
Romana Spolij Domus 28. Iunij 1617. coram Eminentiſſ.
Dom. Cardinali Pamphilio, poſt tractat. deciſ.43. num.
1. & in d. Maceraten. ſeu Camerinen. Bonorum 28. Iu-
nij 1621. coram Remboldo, poſt tractat. deciſ.55. num.6.
† Excepto caſu, in quo ſententia non fuiſſet 70
executa de mandato Iudicis, ſed propria au-
ctoritate, *Duran.d.deciſ.89.num.4. & 5. Rot.recent.d.*
deciſ.172.in princ.part.5.

Digitized by Google

71 Nec † contra poſſidentem a actore Prætore
competit ſpolium, Antonell. d. conſil. 82. numero 2.
72 & ſeqq. vbi † etiam de habente cauſam ab
emente ad haſtam. Rot. poſt Mangil. de ſubhaſtat.
deciſ. 97. & in Beneuentana Spolij 2. Martij 1614. co-
ram Cardin. Veroſpio ſeniore, poſt tractat. deciſ. 29. in
princ. in Peruſina prætenſi Spolij 18. Octobris 1626. co-
ram eodem, poſt tractat. deciſ. 69. num. 1 & in Romana
Spolij 4. Iulij 1642. coram R.P.D. Ghiſlerio, poſt tract.
73 deciſ. 113. num. 3. † nec ſententia, ex qua quis eſt
in poſſeſſione, cuius nullitas, vel iniuſtitia non
probatur, poteſt dici ſpoliatiua, Rot. in Romana
Domus 19. Nouembris 1632. coram Eminentiſſ. D. Card.
74 Veroſpio iuniore, poſt tractat. deciſ. 94. num. 3. † nec ex
ea competere ſpolium, d. deciſ. 94. num. 4. Cum
75 † in dubio pro ſententia, & decreto Iudicis, &
quod omnia ritè, & rectè facta ſint, præſuma-
tur. Neguſ. de pignor. part. 6. membr. 1. num. 28. Antonell.
d. conſil. 82. num. 13. & ſeqq. Gratian. diſceptat. forenſ.
cap. 926. num. 23. Rot. recent. deciſ. 79. num. 5. par. 7. &
poſt Nigr. de ſubhaſtat. deciſ. 42. num. 6. & in Beneuen-
tana Spolij 2. Martij 1614. coram Cardinali Veroſpio ſe-
niore, poſt tractat. deciſ. 29. num. 5. & in d. Romana Do-
mus 19. Nouembris 1632. coram Eminentiſſ. D. Cardinali
Veroſpio iuniore, poſt tractat. deciſ. 94. num. 4. Buratt.
deciſ. 96. num. 17. & poſt Mangil. de ſubhaſtat. deciſ. 48.
76 num. 1. † &, debitor vtraque poſſeſſione facto
Iudicis priuatus reperiatur, Rot. in d. Beneuentana
Spolij 2. Martij 1614. coram Cardinali Veroſpio ſenio-
77 re, poſt tractat. deciſ. 29. num. 1. & † eo fortius ſi ap-
pareat, quod verè, ritè, & rectè priuatus fue-
rit, Rot. in Spoletana Bonorum 14. Martij 1616. coram
Vbaldo ſeniore, poſt tractat. deciſ. 36. in princ. & num. 1.
& in Imolen. Spolij 31. Martij 1628. coram Cardinali
78 Virili, poſt tractat. deciſ. 77. num. 2. † & quod pro-
ceſſus ſubhaſtationis ſit iuſtus, & validus, Rot.
poſt Pacific. de ſalu. deciſ. 246. num. 1. & in Bononien.
Spolij 14. Iunij 1599. coram Cardinali Lancellotto, poſt
79 tractat. deciſ. 10. num. 1. Prout † eo minus poteſt
dari de nullitatibus poſt rem iudicatam, Rot.
in d. Romana Domus 19. Nouembris 1632. coram Emin.
D. Card. Veroſpio iuniore, poſt tractat. deciſ. 94. num. 5.
80 cum † pro ſententia eo magis præſumatur ex
curſu temporis, & re iudicata, Mangil. de ſubhaſt.
81 quæſt. 182. nu. 8. Atque † deliberationis; & adiu-
dicationis nullitas præſcriberetur ſpatio 30.
82 annorum, Maſtrill. d. deciſ. 287. num. 21. lib. 3. † præ-
ſertim vbi notorie ex actis de ipſa nullitate
non conſtaret, vt nil poſſet in contrarium al-
83 legari, Maſtrill. d. deciſ. 287. num. 22. † & exclude-
retur, ac præſcripta diceretur actio ſpolij, ſi à
die executionis lapſi eſſent 30. anni, & contra
Eccleſiam 40. Rot. poſt Nigr. de ſubhaſtat. deciſ. 23.
num. 7. & 8. & deciſ. 24. numero 8. & ſequentib. quæ
ſunt etiam poſt noſtrum tractat. mand. de manuten.
dec. 44. & 45.

84 Sed, † vbi ſpolio agatur ex auctoris perſo-
na, debet probari, quod agens ſit illius hæres,
ſeu ſucceſſor, Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 159. num. 6.
85 † licèt in filio ſufficiat probare filiationem,
Mangil. de quæſt. 159. num. 7. & dixi in tract. mand. de
86 manutent. obſeru. 87. num. 6. † & quod defunctus,
ſeu auctor prius poſſidebat, Mangil. d. quæſt. 159.
num. 6. & quod in vita fuit ſpoliatus, Mangil.
ibid. num. 9. & 10. Antonell. d. conſil. 82. num. 34. Cagnol.
in l. hæredem. num. 17. ff. de reg. iur. Contard. de moment.
87 poſſeſſ. limit. 2. §. 1. nu. 5. Beninten. deciſ. 12. nu. 3. † aliàs,
agendum eſſet remedio adipiſcendæ; Cagnol.
Contard. & Benint. loc. citat. & quorum bonorum,
Mangil. d. quæſt. 159. n. 11. & ſeqq. † Sique agatur ex 88
perſona hæredis neceſſe eſt probare, eum poſt
mortem defuncti bonorum poſſeſſionem ac-
cepiſſe, Mangil. ibid. nu. 8. vel ex Statuto fuiſſe in
eum poſſeſſionem defuncti continuatam, Me-
noch. de recuper. remed. 1. num. 397. Rot. poſt Mangil. de
ſubhaſt. deciſ. 31. n. 2. ad quod videas tamen Gabr.
de acq. poſſ. concl. 7.

Ampl. 1. † vt nec dicatur ſpolium purga- 89
tum, aut illius actio conſumpta ex aliàs ob-
tenta reintegratione, quæ non habuerit effe-
ctum, puta, quia fuerit appellatum, & inhibi-
tum, & conuentus remanſerit in poſſeſſione,
Rot. recent. dec. 172. n. 4. verſic. inimus ſpolium part. 5.

Ampl. 2. † vt competat ſpolium etiam poſt 90
annuum, non obſtante Statuto Vrbis prohi-
bente poſt annum dici de nullitate, quia illud
non procedit in nullitate executionis, & ad-
mixta, cum ſpolio, Rot. recent. dec. 172. nu. 10. part. 5.
& poſt Nigr. de ſubhaſt. dec. 35. nu. 9. vbi quod † nec 91
procedit in pupillo.

Ampl. 3. † vt nec ſit locus arbitrio ad cumu- 92
landum petitorium cum poſſeſſorio ex reſcri-
pto illud tribuente, ſi de ipſo ſpolio conſtet,
Rot. poſt Nigr. de ſubhaſt. dec. 42. n. 1 & ſeqq.

Ampl. 4. † vt nec clauſula, Sublata, nec De- 93
cretum irritans poſſit annullare ſpolij proceſ-
ſum, nec claudere os Iudici, & parti, Rot. in di-
cta Peruſina Spolij 18. Iunij 1642. coram R.P.D. Royas,
poſt tract. dec. 106. n. 17.

Ampl. 5. † vt nec ſpolium retardetur exce- 94
ptionibus requirentibus altiorem indaginem,
& petitorium reſpicientibus, Rot. in dicta Peruſi-
na Spolij 18. Iunij 1642. coram R.P.D. Royas, poſt tract.
dec. 106. n. 18. † eſt enim ſpoliatus ante omnia re- 95
ſtituendus omni exceptione, & cognitione
poſtpoſita ſuper meritis, dicta dec. 106. n. 19. † nec 96
admittitur replicatio, dolo petis, quod ſtatim
reſtituturus es, eadem dec. 106. n. 20.

Declar. 1. vt Iudex dicatur ſpoliare, & ſpo- 97
lium intret, vbi concludenter, clarè & noto-
riè conſtet, hoc eſt ex eiſdem actis de nullita-
te, vel iniuſtitia ſententiæ, Antonell. conſil. 82. n. 7.
Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 926. num. 18. & 23. Rot. poſt
Mangil. de ſubhaſtat. deciſ. 48. num. 1. deciſ. 89. num. 1. &
2. & deciſ. 90. num. 1. & in Peruſina prætenſi Spolij 15.
Octobris 1626. coram Cardin. Veroſpio ſeniore, poſt tract.
deciſ. 69. num. 4. in Imolen. Spolij 31. Martij 1628. coram
Cardin. Virili, poſt tractat. deciſ. 77. nu. 5. † ita vt ali- 98
qua ratione nec celari, nec offuſcari poſſit, vt
in d. Peruſina, poſt tractat. deciſ. 69. num. 4. & 9. & per
Gratian. d. cap. 926. nu. 23. † nec ſententia ſuſtineri, 99
Antonell. d. conſ. 82. n. 8.

Vnde † ſecus eſt, vbi nullitas, vel iniuſtitia 100
ſententiæ redditur turbida, Antonell. d. conſil. 82.
nu. 9. & ſeqq. Rot. poſt Mangil. de ſubhaſtat. d. deciſ. 48.
in fin. & apud Nigr. eod. tract. dec. 34. nu. 2. & dec. 42.
n. 6. † & recipit aliquam controuerſiam in iure, 101
vel in facto, vt in d. Peruſina poſt tract. d. dec. 69. n. 41.
& † ſatis eſt ad ſpolium excludendum, vt non 102
doceatur, de nullitate notoria, ac euidenti in-
iuſtitia, Rot. in d. Imolen. Spolij 31. Martij 1628. coram
Cardinali Virili poſt tractat. deciſ. 77. num. 10. † ſeu, 103
quod ea non ſit adeò clara, vt aliquo colore,
aut velamine offuſcari non poſſit, Antonell.
d. conſ.

Digitized by Google

104 *d. conſ. 82. n. 10. & 11. Baratt. dec. 327. n. 4.* & † vbi ſententia Iudicis ſit valida, licet ſit iniuſta, ſpoliatus auctoritate talis ſententiæ non reſtituitur, *Rot. poſt Nigr. de ſubhaſt. dec. 34. n. 6.* vbi ſi executio facta ſit, peruerſo ordine, primo ſuper ſta-
105 bilibus, & non fuerit appellatum. Prout † & ſecus ſi de nullitate, vel iniuſtitia conſtet ex nouiter deductis, *Antonell. d. conſ. 82. nu. 11. Rot. poſt*
106 *Mangil. de ſubhaſt. d. dec. 89. n. 3.* † quamvis ad ſpolium excuſandum, & dandum de iniuſtitia illius ſententiæ admittatur etiam noua iurium productio, *Rot. recent. dec. 353. n. 4. par. 2.*

107 Non † tamen poteſt opponi exceptio nullitatis, ſeu dari de ſpolio ex nullitatis capite, atque probari nullitas, vbi acta non exhibeantur, ſeu non reperiantur integra, *Rot. recent. dec. 79. nu. 4. par. 7. & in Imolen. Bonorum 5. Martij 1632. co-*
108 *ram Pirouano, poſt tract. dec. 91. nu. 1.* vt † inde ex reuolutione proceſſus poſſit conſtare de ipſis prætenſis nullitatibus, *d. deciſ. 91. num. 2. poſt tract.*
109 Nam, † quamvis poſſit probari nullitas, vel iniuſtitia, &. ea probata, poſſit debitor venire contra venditionem pignoris, auctoritate Iudicis non obſtante, *Negus. de pignor. par. 6. memb. 1.*
110 *ſub nu n. 28.* & † id probare debeat ille, contra quem eſt præſumptio, *Tepat. var. ſent. tit. 417. cap. 5.* qui nullitatem, vel iniuſtitiam prætendit, *Rot.*
111 *poſt Mangil. de ſubhaſt. dec. 48. nu. 1.* & † non dicatur debitor tunc priuatus ſua poſſeſſione, *Rot. in Beneuentana Spolij 2. Martij 1614. coram Cardin. Ve-*
112 *roſpio ſeniore, poſt tract. deciſ. 29. nu. 2. & 3.* † Niſi tamen inſpiciantur integra acta, non poteſt dici conſtare de nullitate, vel iniuſtitia, nec eſt ſublata præſumptio ſententiæ rectitudinis, & rititudinis, *Antonell. d. conſ. 82. nu. 14. & ſeqq. Rot. poſt*
113 *Mangil. de ſubhaſt. dec. 97. n. 1.* Adeo vt † ſententia lata in ſpolio ſub prætextu nullitatis ſubhaſtationis dicatur iniuſta, ſi omnia acta ſubhaſtationis, & deliberationis, ſeu adiudicationis tranſportata non fuerit, *Rot. poſt noſtrum tractat. mand. de manutenen. deciſ. 44. nu. 5. quæ eſt etiam apud Nigr. de ſubhaſt. deciſ. 23. n. 6. & in Maceraten. ſeu Camerinen. Bonorum 28. Iunij 1621. coram Remboldo, poſt*
114 *tract. deciſ. 55. nu. 7.* † vel repetita, ſi acta ſint penes eundem Notarium, *Rot. poſt d. noſtrum tractat. mand. de manuten. deciſ. 45. num. 6. quæ eſt etiam penes*
115 *Nigr. de ſubhaſt. deciſ. 24. nu. 7.* † vbi, quod non ſufficit repetitio particularis quorumdam tantum actorum.

116 Tranſportatio, itaque actorum, & integra ſpectat ad allegantum nullitatem, *Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 82. num. 7. & ibi Rot. deciſ. 97. num. 1. & in Beneuentana Spolij 2. Martij 1614. coram Card. Veroſpio ſeniore, poſt tract. deciſ. 29. nu. 4. in Maceraten. ſeu Camerinen. Bonorum 28. Iunij 1621. coram Remboldo, poſt tract. deciſ. 55. num. 12. in Imolen. Spolij 31. Martij 1628. coram Cardin. Virili, poſt tract. deciſ. 77. num. 6. & in Imolen. Bonorum 5. Martij 1632. coram*
117 *Pirouano, poſt tract. deciſ. 91. num. 1.* † Et, quatenus alleget acta fuiſſe deperdita culpa partis aduerſæ, debet & hoc probare, *Rot. poſt Mangil. de*
118 *ſubhaſt. deciſ. 67. in fin.* Et † in dubio præſumptio eſt pro integra tranſportatione, *Rot. poſt Nigr. de ſubhaſt. deciſ. 32. num. 13.* Vide tamen ad materiam etiam *ſupra inſp. 23.*

119 Subdecl. vt, † quamvis deliberatio pro minori ſumma, quam res fuerit æſtimata, ſit patenter iniuſta; hoc tamen non pertineat ad ſpolium, nec ad nullitatem ſubhaſtationis, vbi Statutum non dicat, quod deliberatio fieri debeat pro pretio æſtimando, ſed plus offerenti, cum ſimul eſſe poſſit, vt ſubhaſtatio ſit valida, reſcindenda tamen ex capite læſionis in alio iudicio probanda, *Rot. recent. dec. 594. n. 5. par. 4.*

Declar. 2. † vt non ſit locus ſpolio, quando 120
quis ceciderit à poſſeſſione facto proprio, ac ſpontanea voluntate, *Antonell. conſ. 82. num. 32. & ſeqq. Rot. in d. Beneuentana Spolij 2. Martij 1614. coram Cardinali Veroſpio ſeniore, poſt tractat. deciſ. 36. in princ. & nu. 1. & in Romana Officij Notariatus prima Decembris 1628. coram Eminen. D. Cardinali Vbaldo, poſt tract. deciſ. 33. num. 1. & ſeqq.* † & ſubhaſtationi 121
conſenſerit, vt, ſi ſuſceperit terminum ad ſoluendum, quia tunc excluditur, à remedio reintegrandæ, quamvis ſimus in actu reſcindendo ex aliqua cauſa, puta in contractu per vim, & metum celebrato, vel per vim compulſiuam facto, vel ob fidem non ſeruatam, vel in aliis ſimilibus caſibus, in quibus, ſtante tranſlatione poſſeſſionis, non poteſt allegari poſſeſſio clandeſtina, qua non exiſtente, ceſſat reintegratio, *Gratian. diſcept. for. cap. 524. n. 29. & 41. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 81. n. 1. & ſeqq. quæſt. 103. num. 1. & ſeqq. & quæſt. 166. ante n. 1. Rot. in d. Romana Spolij 14. Iunij 1604. Iuſto, poſt tract. deciſ. 15. nu. 3.* † Vel ſi tacitè 122
conſenſerit, ex quo citationi ad videndum ſubhaſtari acquieuerit, *Rot. poſt Nigr. de ſubhaſtat. deciſ. 19. num. 2.* vel claues dederit, *ead. deciſ. 19. nu. 3.*
& † ſi ſubhaſtationem ratificauerit, puta pre- 123
tium, ſeu reſiduum pretij rei ſubhaſtatæ petens, *Rot. dict. deciſ. 19. num. 4. poſt Nigr. de ſubhaſt.* vel
recipiens, *Caualer. deciſ. 568. nu. 1.* † Tollitur enim 124
adiudicationis, & deliberationis nullitas tranſactione, ratificatione, & conſenſu etiam tacito, *Maſtrill. deciſ. 287. nu. 23. & ſeqq. lib. 3.* Vnde
† paſſus ſubhaſtationem, & carcerationem vi- 125
detur ſubhaſtationem ratificare acceptando deinde decretum excarcerationis, & comparitionis ſui procuratoris executionem, & non poteſt impedire partis aduerſæ manutentionem, *Rot. poſt Mangil. de ſubhaſtat. deciſ. 18. num. 7.*
Nam † conſenſus ipſius poſſidentis ſufficit ad 126
ſubſtinendam ſubhaſtationem, ſi poſſideat iure dominij, licet ſecus ſi iure pignoris, *Rot. in Ariminen. Bonorum 5. Martij 1627. coram Coccino, poſt*
tract. deciſ. 70. nu. 8. & 13. † Sed tamen conſenſus 127
non probatur ex aſſertione Iudicis, extra ea, quæ ſunt de actis, *Rot. recent. dec. 282. n. 3. par. 3.*

Extenditur declaratio, † vt ſufficiat con- 128
ſenſus etiam legitimi procuratoris, *Rot. in Recanaten. Dotis 22. Iunij 1629. coram Dunozetto, poſt*
tract. deciſ. 80. nu. 1. † & etiam ſi conſenſerit tutor, 129
vel curator, qui habeat adminiſtrationem, *Rot.*
recent. d. deciſ. 282. num. 3. par. 3. quamvis † ſecus ſi 130
conſenſerit curator deputatus ad lites, qui non habeat adminiſtrationem, *Rot. recent. dict.*
deciſ. 282. num. 3. par. 3. & ideo † termini ſuſceptio 131
facta ab huiuſmodi curatore non impedit ſpolium ex capite nullitatis ſubhaſtationis, ſeu adiudicationis, tum quia potuit curator non
eſſe informatus, tum quia † ſuſceptio termini 132
probare poteſt veritatem crediti, non autem ſanare nullitatem ſubhaſtationis, ſeu adiudicationis, *Rot. poſt Mangil. de ſubhaſtat. deciſ. 16. in fin.*

133 Provt † nullitati ſubhaſtationis renunciatum
dici non poteſt per aſſertum procuratorem,de
cuius mandato ſpeciale non conſtat, *Rot. poſt*
134 *Zacch.ad Galleſ.de oblig. camer. dec.76. nu.7. & 19.* †
Si itaque tutor, vel curator recipiat reſiduum
pretij rei ſubhaſtatæ, & det cautionem de eui-
ctione,inducit ratificationem venditionis,quę
alias forſan erat nulla, vt puta ob non ſeruatas
ſolemnitates Statuti, & ratificatio retro-
trahitur ad diem deliberationis, ſeu adiudica-
tionis, *Buratt. dec.40 n.14. quæ eſt etiam inter recent.*
135 *deciſ.345. par.2.* † Poteſt enim tutor, vel curator
ratificare ſubhaſtationem factam ſine ſolemni-
tatibus, quando ſubhaſtatio fuit ex cauſa ne-
ceſſaria, & in vim iudicati, provt etiam quan-
do ſunt bona capta iure pignoris iuſſu Prætoris,
& ſaltem ſufficit huiuſmodi ratificatio ad
tranſlationem poſſeſſionis, quemadmodum
ſufficeret venditio facta per eoſdem, ſubſecu-
ta reali traditione, quidquid ſit in ficta, *Buratt.*
dict.dec.49.n.17.

136 Subdecl.1. † vt tamen non ſufficiat conſen-
ſus præſtitus in genere ſubhaſtationi facien-
dæ, quia ille intelligitur de ſubhaſtatione ri-
tè, & rectè facienda, *Rot. poſt Nigr. de ſubhaſtat.*
deciſ.7.n.4. & ſeqq. & in Romana Spolij 14. Iunij 1604.
coram Iuſto,poſt tract.deciſ.15.n.4. & in Romana Vineæ
26.Maij 1610.coram Ortembergo,poſt tract.deciſ.22.n.6.
137 *& 7.* & † eo magis ſi conſentiens poſt conſen-
ſum ſuam poſſeſſionem retinuerit,& defende-
rit, *Rot. poſt Nigr.de ſubhaſt. dict. deciſ.7. nu 6. & poſt*
138 *hunc noſtrum tract. dict. deciſ.15. num.4. & 5.* † Nec
conſenſus præſtitus generaliter ſubhaſtationi
pro fructibus iuſtificat fructus deberi, quia eſt
intelligendus pro fructibus debitis, non pro
139 indebitis, *Rot. poſt Nigr.dict.deciſ.7.num.7.* † Velu-
ti quoque non cenſetur ſpolium purgatum,
vel remiſſum ex reemptione rei nulliter, aut
iniuſtè ſubhaſtatæ, vel adiudicatæ, ſeu ex
ſubſecuta etiam poſſeſſione, niſi data, & pro-
bata ſpecifica ſcientia nullitatis, vel iniuſti-
tiæ tam in facto, quam in iure, nec ſufficit
præſumpta, *Duran.deciſ.64. num.9 verſ. non obſtat.*
& num. ſeqq.& Rot.recent. deciſ.172. num.1. & ſeqq.
par.5.

140 Subdeclar.2. † in Executore teſtamentario,
quia ille conſentire non poteſt ſubhaſtationi
in præiudicium hæredis, *Rot.recent.deciſ.604.n.3.*
par.3. & in Romana Vineæ 13. Iunij 1616. coram Car-
141 *dinali Veroſpio ſeniore,poſt tract.dec.39.n.4.& 5.* vbi †
cum minori difficultate ſi conſenſerit non vti
Executor, ſed vti Depoſitarius.

142 Subdeclar.3. † vt non præiudicet conſenſus
præſtitus ſubhaſtationi, quæ non habuit effe-
ctum, *Rot.poſt Pacific.de ſalu.deciſ.91.num.10. verſ. nec*
143 *releuat. & num.11.* Vnde † per indicationem bo-
norum aduentitiorum filij, & aſſenſum præ-
ſtitum per patrem ſubhaſtationi ad fauorem
creditorum non dicitur amiſſus vſusfructus
eidem patri debitus, quando ſubhaſtatio non
habuit effectum, nec bona fuerunt vendita,
144 *Gratian.diſcept.for.cap.519 44.n.65. & 66.*cum † non
dicatur quid actum, quando aliquid ſupereſt
agendum, *Gratian.d.n.66.*

145 Subdecl.4. † vt non obſtet dimiſſio poſſeſ-
ſionis bonorum in vim cenſurarum præuia
proteſtatione,quia ea præſeruat ius proteſtan-
tis, & operatur, vt nullo modo cenſeatur ap-
probata ſubhaſtatio, vel deliberatio, *Rot. in*
Placent. nu. Null. tatis Subhaſtationis 5. Decembris 1631.
coram Eminen. D. Cardinali Vbaldo, poſt Nigr.de ſub-
haſt.fol.253.n.4.

Subdecl.5. † vt conſenſus non habeatur in 146
conſideratione,quando fuit deinde proceſſum
ad ſubhaſtationem,& deliberationem non per
viam conſenſus, ſed per viam iuſtitiæ, *Rot. poſt*
Nigr.de ſubhaſt.dec.7.n.8.

Declar.3 † vt ſpolium non competat,quan- 147
do quis fuerit ritè, & rectè immiſſus in hypo-
thecaria, & poſtea deuentum fuerit ad ſubha-
ſtationem, ſub prætextu illius nullitatis, quia
ſubhaſtationis tempore poſſidebat creditor,
non debitor, † qui fuerat antea per huiuſmo- 148
di immiſſionem poſſeſſione ciuili, & naturali
abſque alia expulſione priuatus, *Mangil.de ſub-*
haſtat. quæſt.182. num.1. & 2. Rot. in Imolen. Spolij 31.
Martij 1628.coram Cardinali Virili,poſt tract. deciſ.77.
per tot. † quia poſſeſſione debitoris de medio 149
ſublata, non poteſt in eo conſiderari aliqua
ſpoliatio, *Rot.in Ariminen. Spolij 26. Aprilis 1630. co-*
ram Motmanno,poſt tract.deciſ.82.n.7. † Quod pro- 150
cedit etiam quoad ſpolium, ex quo prætcn-
datur creditor ſatisfactus ex fructibus perce-
ptis poſt nulliter factam ſubhaſtationem, vel
durante lite ſuper nullitate, niſi de nullitate
conſtet, vel de notoria iniuſtitia, *Mangil.de ſub-*
haſt.d.quæſt.182.num.3. & ſeqq.Rot.in d. Imolen. Spolij
31. Martij 1628. coram Cardinali Virili,poſt tract. deciſ.
77.num.3.

Declar. 4 † vt, vbi debitor excludatur ab 151
appellando, vel à dicendo de nullitate,exclu-
datur etiam ab agendo ſpolio, *Caſ. Don. inter*
conſ. diuerſ. conſil. 85. num. 65. & ſeqq. lib.1. fol. mihi
260.

Declar.5. † vt non ſit locus reintegrationi 152
ſub prætextu nullitatis ſubhaſtationis ad fa-
uorem eius, qui tempore ſubhaſtationis non
poſſidebat, ſed poſſidebat alius, *poſt Nigr.de ſub-*
haſt.deciſ.10.n.3.

Lata † vero in huiuſmodi ſpolio ſententia, 153
locus eſt Ægidianæ, ſi de illius nullitate, vel
iniuſtitia non conſtet, *Rot recent. deciſ.353. num.1.*
par.2. & poſt Nigr.de ſubhaſt.d.d.8.num.1. & in fin. † 154
& nec poteſt ab ea appellari ſub prætextu,
quod contineat mixturam, ex quo Iudex co-
gnouerit de nullitate ſubhaſtationis,& videa-
tur illam tacitè reuocaſſe, & virtualiter ſuper
ea pronunciaſſe, dum ſententia ſit reſtricta ad
merum poſſeſſorium, & non habeat expreſ-
ſam nullitatis complicationem, *Rot.poſt Pacific.*
de ſalu.dec.229.n.6. & 7. & dec.246.n.2.& 3.

Tertio,† datur pro recuperatione rei nulli- 155
ter ſubhaſtatæ, & vltra ſummam debitam ad-
iudicatæ conditio indebiti, *§. ſic itaque. Inſt. de*
action. Aſin.de execut.§.4.cap.12.num.2. verſ.illud præ-
terea.cap.21.n.1. & cap.67.n.2. vbi, quod bona ad-
iudicata illi, cui fuerat antea de credito ſatis-
factum, poſſunt vna cum fructibus repeti con-
ditione indebiti, vel ſine cauſa.

Quartò, † competit rei vendicatio, quæ ta- 156
men requirit dominij exactam probationem,
Buratt.deciſ.424.nu.6. & 8. & de rei vendicatione
directa ad poſſeſſionem repetendam, *Gratian.*
deciſ.134.n.5.

Quinto

157 Quintò † poteſt agi ad reſciſſionem inſtru-
menti adjudicationis, putà ex capite læſionis,
quod reſpicit petitorium, *Rota recent.deciſ.604.in*
158 *fin.parte 4.* & ad reſciſſionem venditionis, † in
quà citandus eſt poſſeſſor, qui emit, de cujus
intereſſe agitur, vt in reſciſſione venditionis
Fiſcalis tradit *Peregr.de iur.Fiſc.li.6.tit.4. de vend.*
& empt.Fiſcal.nu.12.& 13.

Sextò † poteſt debitor agere contra credi-
159 torem, etiamſi creditor ſit Fiſcus, pignoratitia
contraria, vt rem indebitè venditam reſtituat,
Peregr.de iur.Fiſc.d.lib.6. tit.4.de vend.& empt.Fiſcal.
numero 13.

160 Septimo † proponenti nullitatem execu-
tionis, & deliberationis tanquam factæ pro
minori pretio, & etiam proponenti enormiſſi-
mam læſionem, ſiue re ipſa, ſiue ex propoſito
competit Officium Iudicis, *Burat.deciſ.424.nu.6.*
& 7.&, † vt illud dicatur intentatum, ſufficit,
161 quod actor non ſe reſtrinxerit ad aliud reme-
dium, ſentit *Burat.d.dec.424.n.6.*

† Quo caſu, cum ſe non reſtrinxerit ad rei
162 vendicationem, & ſic dominium non deduca-
tur principaliter, ſed incidenter, non eſt neceſ-
ſaria illa exacta dominij probatio, quæ requi-
ritur in ipsâ rei vendicatione: ſed ſufficiunt le-
uiores probationes, veluti ex poſſeſſione, vel
ex conjecturis, & præſumptionibus, *Burat.d.dec.*
163 *424.n.7.& ſeq.& nu.13.* † Præſumptiones autem
ſufficientes ſunt executio facta in vim manda-
ti executiui tanquam in bonis ipſius, vel de-
functi, cujus ipſe ſit hęres, & deliberatio ſubſe-
cuta, & ex termino ad inſtantiam ementis ju-
dicialiter dato ad reluendum, cùm ex ijs om-
nibus reſultet confeſſio aduerſarij, quod bona
ſint debitoris, † quæ ſufficit, donec contrariũ
164 probetur, maximè quia ex confeſſione proba-
165 tur dominium, quando de eo incidenter tra-
ctatur, *Burat.deciſ.363.numero 1.& dec.424.nu.12.&*
13. Sed, † an poſſit Iudicis officium implorari,
166 vt retractet ex maximâ læſione venditionem,
ſi debitor ſit inops, antequam ſatisfiat credito-
ri, ſunt hinc inde opiniones, *Gluſianus de dat.in ſo-*
lut.cap.24.

167 Non omitto, quod, † vbi agitur de ſubha-
ſtatione mobilium malè facta, & illorum in-
uentarium non reperitur, an, & quando ſit lo-
cus juramento in litem, videnda eſt *Rota in Ro-*
mana Spol j 31. Ianuarij 1603. coram Iuſto, quæ eſt poſt
Mangil.de ſubh.dec.34.per tot.

Pro coronide hujus inſpectionis animad-
168 uertendum eſt, quod † fruſtra opponitur de o-
miſſa ſubhaſtatione ab eo, penes quem res non
erat, *Gratianus diſcept. forenſ. capite 681. numero 23.*
verſ.cum etiam.

SVMMARIA.

1 *Remedium* leg.2.C.de reſcind.vend. *an competat pro reſciſſione venditionis factæ, per legitimam ſubhaſtationem, dolo, & fraude remotis, ſunt hinc inde opiniones, ſed affirmatiua eſt communis, magis communis, receptior, verior, & in praxi ſeruatur, & nu.3.*

2 *Appellare tutius eſt in ſubhaſtationibus in vim rei iudicatæ à decreti interpoſitione, & læſione vltra dimidiam ſuo tempore proponere, quam poſt decreti rem iudicatam, remedio leg.2. experiri.*

4 *Læſio enormiſſima quæ ſit, eſt in arbitrio Iudicis regulando, vt hic remiſſiuè.*

5 *Ea ipſo jure venditionem, & contractum annullat.*

6 *Venditiones ſub haſta factæ reſcinduntur minori læſione, quam ſit enormiſſima, hoc eſt cum ea, quæ ſufficit pro remedio, l.2.*

7 *Remedium lege 2. procedit non ſolùm in venditione per ſubhaſtationem, ſed multò magis in adjudicatione ſecundum communem, communiorem, & veriorem, quam Rota etiam ſequitur. Contrarium num.10.*

8 *Ampl. etiam ſi præceſſerit æſtimatio.*

9 *Adiudicatio cum læſione vltra dimidiam reſcindi debet in totum.*

11 *Remedium lege 2. locum habet in ſubhaſtatione etiam ſtante pacto de vendendo ad diſcurſum, ſeu ſubhaſtationem, ſi læſio ſit enormiſſima, ex magis communi.*

12 *Extende, etiam quod pactum ſit iuratum, & quare, & nu.13.& 14.*

13 *Iurans non videtur in enormiſſimam læſionem conſenſiſſe.*

14 *Dolus re ipſa arguitur ex enormiſſima læſione, & dolo ex propoſito æquiparatur.*

15 *Remedium leg. 2. procedit in ſubhaſtatione, etiamſi læſioni, & quidem enormiſſimæ fuerit renunciatum, ſi læſio ſit enormiſſima, vel valde vltra dimidiam, & nu.16.*

17 *Et ſiue res tradita fuerit meliorem conditionem offerenti, abſque Iudicis decreto, ſiue cum decreto, niſi ſit decretum Curiæ Supremæ, & nu. 18.*

19 *Et etiam in locatione gabellarum panis, vini, carnium, & ſimilium.*

20 *An locum habeat in ſubhaſtatione annuorum redituum conſiſtentium in ſpe, vt in pedagiis, & vectigalibus.*

21 *Intentari poteſt etiam à ſecundo creditore.*

22 *Procedit, ſi venditio ſub haſta facta fuerit per Officialem, ſecus ſi per ipſum dominum, vel per Officialem cum domini auctoritate.*

23 *Ceſſat, vbi venditor, ſeu locator ſciebat valorem, & reditum rei ſubhaſtatæ, & promiſit non contrauenire, vel iurauit.*

24 *Procedit in ſubhaſtatione neceſſaria, ſecus in voluntaria, Decl. vt nu. 27.*

26 *Non procedit vbi quis fuerit ad emendum coactus occaſione publici debiti, vel ſubhaſtatio facta fuerit à Fiſco de re ſua.*

27 *Venditiones Fiſcales ſolenniter, & bona fide factæ raro retractantur ſolius læſionis prætextu, & quare, & nu.28.& 29.*

30 *Remedium leg. 2. non competit ementi ſub haſta.*

31 *Nec creditori, qui rem minoris valoris inſolutum accepit pro toto debito, & quare.*

32 *Res nulla eſt pluris, aut minoris pretij, quam prout emptorem inuenit.*

33 *Remedium leg.2. an procedat, ſtante Statuto, quod factis ſubhaſtationibus res adjudicetur plus offerenti, & nu.34.& 35.*

36 *Ceſſat in venditione rei ad tempus.*

37 *Procedit in re locata minus dimidia illius pretij, quo locari conſueuit.*

38 *Non procedit in terminis Decreti, ſeu Con-*

Digitized by Google

ſtitutionis Sabaudiæ poſt rem iudicatam.

39 *Nec contra eum, qui emit à licitante, niſi licitans non ſit ſoluendo.*

40 *Læſio, vt intret remedium leg. 2. debet eſſe, & probari, vltra dimidiam iuſti pretij, non autem ſufficit qualibet pretij injuſtitia, & numero 41. & 44. Ampliat. vt numero 42. Decl. vt numero 46. & 47.*

43 *Arbitrium intelligitur prout de iure.*

45 *Pretio, pro quo facta eſt ſubhaſtatio, læſionem ſuperante, ſtandum eſt pro validitate actus, & ſubhaſtationis ſubſtentatione.*

48 *Re in cauſa executionis præuia ſubhaſtatione extraneo, vel illius loco creditori plus offerenti addicta, reſciſſioni non eſt locus, niſi prætextu veræ læſionis vltra dimidiam intra quadriennium, & illa probata.*

49 *Remedium leg. 2. generaliter durat 50. annorum ſpatio, niſi aliud Statutum diſponat. & numero 50.*

51 *Læſio generaliter allegari non poteſt poſt 30. annos, reſpectu Eccleſiæ poſt 40.*

An in re ſubhaſtata, & deliberata, vel adiudicata, locum habeat remedium, l. 2. C. de reſcind. vend.

INSP. LIX.

1 REmedium, † ſeu beneficium *leg. 2. Cod. de*
reſcind. vendit. circa reſciſſionem venditio-
nis ex læſione vltra dimidiam iuſti pretij an
habeat locum in venditione facta per legiti-
mam ſubhaſtationem, remotóq; dolo, & frau-
de, ſi hujuſmodi læſio probetur, ſunt hinc in-
de opiniones, vt per *Rebuff. de reſciſſ. contract. art. 1.*
gl. 15. numero 37. & 38. Iodoc. de ſubhaſt. capite 4. num.
25. & ſeqq. Gabr. de empt. & vend. concl. 1. numero 61.
Menoc. conſ. 1262. nu. 14. & 15 Marcheſ. de comm. parte 2.
de comm. reſtit. in integr. §. 3. numero vndecimo latè Ant.
Sol. ad decret. Sabaud. libro 3. tit. 39. de form. ac ord. ob-
ſeru. in pignor. ſubh. & delib. bon ſtab. gl. 3. numero 9. &
ſeqq. Mangil. de ſubh. q. 39. nu. 1. & ſeqq. & negatiuam
ponunt etiam *Add. ad Papon. de arreſt. libro 18. tit. 6.*
2 *nu. 2.* † Adeò vt in ſubhaſtationibus occaſione
rei judicatæ tutius eſſe videatur, vt appelle-
tur, ab interpoſitione decreti, & læſio hæc ſuo
tempore proponatur, quam inde poſt illius
rem judicatam hoc remedio experiatur, *Ant. Sol.*
vbi ſup. nu. 25.

Sed † affirmatiua eſt communis. *Rebuff. d. tra-*
3 *ctat. de reſciſſ. contr. art. 1. gl. 15. numero 38. de præcon. li-*
cit. & ſubhaſt. art. 7. gloſ. 1. numero 28. Peregr. de iur. Fiſc.
libro 6. tit. 4. ſub numero 8. verior, receptior, & ma-
gis communis, & in praxi ſeruata, eámque ſe-
quuntur, *Gabr. de empt. & vend. dict. concl. 1. nu. 61. Go-*
meſ. var. reſol. tomo 2. cap. 2. de empt. & vend. num. 23. Io-
doc. de ſubhaſt. cap. 3. nu. 12. Arius Pinel. de reſcind. vend.
parte. 2. capite 2. nu. 25. & ſequentibus Pic. ad Statut. Vrb.
libro 1. cap. 751. gl. 7. num. 328. Aſin. de execut. §. 4. cap. 43.
circa fin. & §. 6. cap. 74. nu. 6. & ſeqq. Siluan. conſ. 26. nu.
15. Peregr. de iur. Fiſc. d. nu 8. verſ. intellige, Ant. Sol. loco
citato nu. 13. & ſeqq vbi nu. 14. ex Crauett. de pignore
in executionem rei judicatæ. *Mauric. de reſtitut. in*
integr. cap. 375. ſub numero 5. Guid. Pap. quæſt. 22. in fin.
& ibi Ranchin. in adnot. Card. Tuſc. in verb. læſio, concluſ.
293. numero decimo ſecundo & ſeq. Cagnol. in eadem l. 2.
numero 161. Cod. de reſcind. vend. Corn. conſil. 56. in fin. li.
3. Menoc. dict. conſ. 1263. ſub nu. 15. verſ. reſpondetur ſecun-
do. (*qui tamen in conſi. 844. numero 33.* videtur con-
trarium tenuiſſe, dum reprehendit Cagnolum
dicens, eum minus rectè ſenſiſſe ex dinumera-
tione auctorum) *Felician. de cenſibus tomo 2. li. 1. cap.*
3. numero 2. verſ. præterea, & numero 4. Saluſt. Tiber. in
praxi li. 3. capite 28. numero 3. Marcheſ. de comm. dictâ
parte 2. de comm. reſtit. in integr. §. 3. numero vndecimo,
vbi, quod eſt communis opinio tam Canoni-
ſtarum, quàm Legiſtarum, *Gratian. diſcept. forenſ.*
capite 7. numero 10. & capite 926. numero 15. Antonell.
conſ. 27 numero 2. Mangil. de ſubha. quæſtione 39. numero
primo, & ſeqq. & nu. 7. qu. 42. num. vndecimo, & q. 47.
num. 22. Vrſell. in verb. adiudicatio, concluſ. 52. nu. 58. Ma-
ſtrill. dec. 33. numero decimo, parte primâ, & deciſ. 247.
prima, & ſecunda per tot. par. 3. Gamm. dec. 40. in princ.
& ſub numero 9. Fontanell. dec. 65. numero primo & ſeq.
& dec. 66. numero 17. & ſequentibus, & ſequuta eſt
Rota coram Gomeſ. dec. 65. lib. primo, & poſt 2. vol. conſ.
Farinac. deciſ. 259. numero primo, & 3. vbi, quod licet
ſubhaſtatio ſit facta cum decreto Iudicis, ea eſt
reuocanda propter enormem læſionem, *& in*
recent dec. 646. num. 5. & 6. parte primâ, vbi etiam de
veriori, & magis communi, & quod fuit ſæpe
deciſum, & *deciſ. 604. numero primo, parte 3. & deciſ.*
406. num. 5. parte 4. & coram Card. Caualer. dec. 187. nu-
mero primo, vbi pariter de veriori, & receptiori
ſententia, *& coram Buratt. dec. 538. num. primo, & de-*
ciſ. 675. num. 8. vbi etiam de veriori, & communi,
& quod ſæpe fuit deciſum, & ſentit *Rota poſt*
Nigr. de ſubhaſtat. dec. 43. num. primo, & 3. & in Alba-
nen. Bonorum 15. Martij 1621. coram Remboldo, poſt tra-
ctat. dec. 53. per tot. Et, † quemadmodum enormiſ- 4
ſima læſio (quæ quanta eſſe debeat, vt talis di-
catur, eſt in arbitrio Iudicis, *Fontanell. deciſ. 65. nu-*
mero 7. & ſequentibus vbi, quomodo regulari de-
beat arbitrium) † annullat ipſo iure venditio- 5
nem, & contractum, *Mangil. de ſubhaſt. qu. 43. nu. 10.*
Giurb. deciſ. 105. num. 1. † ita cum minori læſione, 6
quam ſit enormiſſima, reſcinduntur venditio-
nes factę ſub haſta, hoc eſt cũ ea, quę ſufficit pro
remedio, *d. l. C. de reſcind. vend. Fontanell. dec. 65. nu. 6.*

Ampliatur primò concluſio, † vt procedat 7
multo magis in adjudicatione judiciali, *vt inter*
comm. opin. tomo 2. libro 8. titulo 27. folio 393. A. verſ. &
datio. Cagnol. in dict. leg. 2. num. 163. C. de reſcind. vend.
Aſin. de execut. §. 4. cap. 43. & §. 7. ca. 254. vbi de ma-
gis communi opinione, relatis hinc inde fun-
damentis, *Ant. Sol. ad decret. Sabaud. dicto lib. 3. tit. 39.*
de form. ac ord. obſeru. in pignor. ſubhaſt. & deliber. bon.
ſtabil gloſſa tertia, nu. 15. 18. & 20. vbi de communi,
& communiori, & veriori, & † etiamſi præceſ- 8
ſerit ęſtimatio. *Oldrad. conſ. 27. num. 3. Eugen. conſ. 16.*
nu. 13. libro primo, Coſt. de port. rat. q. 153. ſub num. 12. Ioſ.
Ludouic. dec. Peruſ. 60. nu. 8. parte 2. Maſtrill. dec. 33 num.
10. & 11. vbi de communi, *parte 1. & dec. 247. prima,*
& ſecunda par. 3. per tot. Duran. d. dec. 235. numero 20.
vbi, quod † adjudicatio cum hac læſione eſt 9
reſcindenda in totum, & quod eſt communis
ſententia, quam Rota ſequitur, † quamuis 10
contrarium inter alios teneant *Alexand. in leg. ſi*
quis cum altera numero decimooctauo ff. de verb. oblig.
Rimin. iun. conſil. 3. numero 30 libro primo, Rebuff. de reſ-
ciſſio. contract. artic. 1. gloſ. 15. numero 41. & allegat. per
Ant. Sol.

Digitized by Google

Ant. Sol. loco citato, numero vndecimo.
11 Ampliatur ſecundò, † etiam ſtante pacto
de vendendo ad díſcuſſum, vel ſubhaſtatio-
nem, nam poteſt nihilominus dari de enormiſ-
ſimâ lęſione *Maſtril. d. dec. 33. n. 12.* vbi de communi
parte 1. & deciſ. 247. la prima numero 1. parte 3. Giurb.
12 *deciſ. 105. nu. 1.* vbi de magis communi, & † etiam
quod pactum ſit juratum, *Mang. de ſubh. quæſt. 47.*
13 *nu. 7. & ſeqq. & ibi Rota 43. num. 1. in fin.* quia † ju-
rans non videtur in tantam lęſionem conſen-
ſiſſe, vel de illâ cogitaſſe, *Mangil. ibid. numer. 11. &*
14 *ibi Rota d. dec. 43 n. 2.* & quia † ex eâ arguitur do-
lus re ipsâ, qui dolo ex propoſito æquipara-
tur, quo ſtante juramentum dicitur dolo præ-
ſtitum, & non tenet, nec jurantem ligat, *Mang.*
d. q. 47. nu. 13. & 14. & ibi Rota d. dec. 43. nu. 3.
15 Ampliatur tertiò, † etiam quod lęſioni fuiſ-
ſet renunciatum, vbi illa ſit enormiſſima, vel
valde vltra dimidiam, *Mang. d. q. 47. n. 10. & ſeqq.*
16 † atq; etiam quod fuiſſet renunciatum ipſi e-
normiſſimæ, *Maſtril. d. dec. 33. nu. 13. p. 1.*
17 Ampliatur quartò, † ſiue res tradita fuerit
illi, qui conditionem meliorem fecerit abſq;
decreto Iudicis, *Ranchin. in adnot. ad quæſt. 22. Guid.*
Pap. vbi de communi, ſiue cum decreto Iudicis,
18 *Ranchin. ibid.* † niſi ſit decretum Curiæ Supre-
mæ, *Ranchin. vbi ſup.* quem videas.
19 Ampliatur quintò, † vt d. remedium com-
petat etiam in locatione gabellarum panis, vi-
ni, carnium, & ſimilium, *Mangil. de ſubha. qu. 42.*
20 *numero 1. & ſeqq. & nu. 11.* Sed, † an locum habeat
dict. remedium, quando ſub haſta venduntur
annui reditus conſiſtentes in ſpe, nempe pe-
dagia, & vectigalia, ſunt hinc inde opiniones,
vt per *Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 41. per tot.* qui ta-
men videtur affirmatiuam amplecti ex ratio-
nibus, de quibus per eum.
21 Ampliatur ſextò, † vt d. remedium inten-
tari poſſit etiam à ſecundo creditore, *Franc. dec.*
224. n. 4. p. 1.
22 Limitatur primò concluſio, † vt procedat, ſi
venditio ſub haſtâ facta fuerit per Officialem,
ſecus, ſi facta fuerit per ipſum dominum, ſeu
vbi in ſubhaſtatione decreta domini auctori-
tas interuenerit, *Gabr. de empt. & vend. conclu. 1. n. 61.*
vbi ſic conciliat contrarias opiniones. *Fenzon.*
ad Statut. Vrb. c. 194. n. 51.
23 Et hinc eſt, quod † ceſſat remedium *leg. 2.* vbi
venditor, ſeu locator ſub haſtâ ſciebat valorē,
& reditum rei ſubhaſtatę, & promiſit non con-
trauenire, ſed ratum, & gratum, & firmum ha-
bere, vel adſit juramentum, *Menoc. conſ. 844. n. 38.*
& conſ. 1121. n. 4.
Limitatur ſecundò (& hæc limitatio con-
24 cidit cum antecedente) † vt concluſio ſibi lo-
cum vendicet in ſubhaſtatione neceſſaria, ſecus
in voluntaria, *Pinel. de reſcind. vend. parte 2. c. 2. n. 25.*
& ſeqq. Pereg. de iur. Fiſc. li. 6. tit. 4. n. 8. verſ. nonnulli ve-
ro. & ſic videtur intelligendus etiam *Ant. Sol. Pi-*
nelum referens ad decret. Sabaud. li. 3. tit. 39. de form. ac
ord. obſeru. in pignor. ſubh. & delib. bon. ſtab. gl. 3. nu. 23.
quamvis illius verba ſonent in contrariam
partem.
25 Sublimitatur iſta ſecunda limitatio, † vt
procedat, ſi res voluntarie per viam ſubhaſta-
tionis, dolo, & fraude, ceſſantibus, ob neceſſita-
tem vendita ſit, & data plus offerenti, quia
tunc non eſt locus *d. remedio leg. 2. Iodoc. de ſubha*
c. 4. n. 26. vbi, quod hanc opinionem amplexan-
tur, & obſeruant hujus ætatis practici omnes.
Sed, ſi res vendita ſit ad ſubhaſtationem non
ob rei familiaris neceſſitatem, verum ex quâ-
dam voluptate, & repugnant Statuto loci, aut
conſuetudine plus offerenti data ſit, tunc re-
medio locus eſt, *Iodoc. ibi.*
Limitatur tertio, † vbi quis fuerit ad emen- 26
dum coactus occaſione publici debiti, ſeu ſub-
haſtatio facta fuerit per Fiſcum de re ſuâ, quia
tunc hujuſmodi læſio non attenditur, *Peregr. de*
iur. Fiſc. li. 6. tit. 4. ſub n. 8. vbi, quod hęc opinio prę-
ualuit in illis partibus. *Grat. diſcept. for. ca. 7. nu. 12.*
Nouar. ad leg. ſi tempora, nu. 7. C. de fid. inſtrum. & iur.
haſt. Fiſc. li. 10. Mang de ſubh. q. 39. n. 5. & q. 42. nu. 12. Cū
† rarò venditiones Fiſcales ſolenniter, & bona 27
fide factę retractentur prętextu ſolius lęſionis,
† tum ne de facili ſubhaſtationis publicę fides 28
ſubuertatur, † tum etiam vt facilius emptores 29
alliciantur, & inueniantur, publicave pecunia
promptè conſequi poſſit, quod maximè ad rē-
publicam attinet, *l. ſi hypothecas, C. de remiſſ. pign. l.*
bene à Zenone. C. de quadr. præſcrip. Pereg. vbi ſup. Grat.
d. c. 7. n. 2. Nouar. d. n. 7. Mang. de ſubh. q. 34. n. 16. & q.
39. nu. 6.
Limitatur quartò † vt *d. beneficium. leg. 2.* non 30
competat ipſi emptori ſub haſtâ, *Aſin. de execut.*
§. 6. c. 14. n. 4. ſed venditori, & cujus erat res, *Iod. 1.*
ſubh. c. 3. n. 12. Prout † nec poterit agere *d. remedio* 31
l. 2. creditor, qui rem minoris valoris in ſolutū
acceperit pro toto debito propter judicij au-
ctoritatem, *Mang. de ſub. q. 19. ſub n. 5. & 6.* & ipſius
creditoris voluntatem, cùm † nulla res ſit plu- 32
ris, aut minoris pretij, quàm prout emptorem
inuenit, *Mang. d n. 6.*
Limitatur quintò, † vt d. remediū non pro- 33
cedat, quando Statutum mandat, quod, factis
ſubhaſtationibus res adjudicetur plus offeren-
ti, *Maſtril. d. dec. 33. n. 9. par. 1.* vbi, quod hæc eſt no-
ſtratum omnium receptiſſima ſententia, † etiā 34
quod lęſio contigiſſet ſatis vltra dimidiam ju-
ſti pretij, licèt † contrarium teneat *Mang. de ſubh.* 35
quæſtione 45.
Limitatur ſextò, † vt d. remedium ceſſet in 36
venditione rei ad tempus. *Menoc. conſ. 844. nu. 47.*
Sublimit. † vt ſecus ſit in re locata minus di- 37
midia illius pretij, quo locari conſueuerit, quia
tunc eſt locus d. remedio, *Menoc. d. conſ. 844. n. 52.*
Limitatur ſeptimò, † ſecus eſſe in terminis 38
Decreti, ſeu Conſtitutionis Sabaudiæ poſt rem
judicatam, *Ant. Sol. ad ipſa decret. Sabaud. li. 3. tit. 39. de*
form. ac ord. obſeru. in pignor. ſubh. & deliber. bon. ſtabil.
gl. 3. n. 20. & ſeqq.
Limitatur octauò, † vt non poſſit agi hoc re- 39
medio contra eum, qui emit à licitante, niſi li-
citans non ſit ſoluendo, *Mang. de ſubh. q. 40. n. 7.*
Limitatur nono, † vt lęſio ad effectū reſcin- 40
dendi ſubhaſtationem ex d. remedio debeat eſ-
ſe vltra dimidiam partem juſti pretij non autē
attendatur quælibet pretij injuſtitia, *Mangil. de*
ſubh. d. q. 40. n. 4. Ideóq, † debet articulari, & pro- 41
bari valor, & pretiū, vt appareat, lęſionē eſſe vl-
tra dimidiam, *Rot. recent. dec. 648. n. 5. p. 1.* † etiā quod 42
quod cauſa commiſſa reperiatur cum clauſula.
Arbitrio, & agatur ad effectum, vt arbitrio lo-
cus ſit, *d. dec. 648. n. 6.* † cum arbitriū intelligatur 43

44 provt de jure, *vt ibidem* † & de jure non atten-
datur quælibet pretij injuſtitia, ſed ea, quæ di-
midiam aſcendat, *ad.dec.648. numero 6. Viſell.in*
45 *verb.adjudicatio,concl.52.numer.57.in fin.* † aliàs, vbi
pretium, pro quo facta eſt ſubhaſtatio, ſuperet
læſionem, ſtandum eſt pro validitate actus, &
ſubſtentationis ſubhaſtationis, *d.dec.648.numero*
46 *6.* † licèt ſufficiat quælibet minima læſio, vl-
tra dimidiam, & etiam in vno nummo, *Mangil.*
47 *d.quæſt.40.nu.5.* Adeò vt, † ſi res vendita valebat,
putà mille, & fuit vendita quingenta, ſufficiat,
quod teſtes dicant ſimpliciter, quod valebat
mille, & vltra, vel plus venditionis tempore,
etiam quod non exprimant aliquam quanti-
tatem vltra mille, *Mangil. d.quæſt.40.nu.6.* vbi de
communi.
48 Limitatur decimo, vt † quando res in cau-
ſam executionis addicta ſit in publicâ ſubha-
ſtatione alij, quàm creditori, vel etiam credito-
ri loco extranei plus licitanti, tunc ea addictio
reſcindi non poſſit, niſi ex prætextu veræ læ-
ſionis vltra dimidiam intra quadriennium,
& illa probata, *Felician.de cenſibus,tomo 2.libro 2.*
49 *capite 3.numero 4.* Sed tamen generaliter, quod †
d. remedium *lege 2.* duret ſpatio 30. annorum,
tradit *Gluſian. de dat.in ſolut. cap.27. numero 300.&*
50 *Mangil.de ſubhaſt.quæſt.46. num.7.* † niſi aliud diſ-
ponat Statutum, *Gluſian. ibid.* quia illud, ſi di-
ctum remedium excludat poſt aliquod tem-
pus eſt ſeruandum, *Buratt.deciſione 538. numer.21.*
51 Et quod † generaliter non poſſit dari de
læſione poſt 30. annos, tradit *Mar.conſil.95.num.*
52 *12 & 16.* & † reſpectu Eccleſiæ poſt 40. annos,
Mart.dict. numero 16.

SVMMARIA.

1 *Probatio læſionis non ſufficit præſumptiua, ſed debet eſſe concludens, & concludentiſſima, & eo magis ſtante Iudicis decreto, & n.2.5 & 6.*

3 *Et idem eſt in injuſtitia pretij. Ampl.vt n.4.*

7 *Læſio concludenter probata non dicitur, ſi ex probationibus reddatur turbida, & minus concludens. Ampl.vt n.8.*

9 *Vt illa, ſeu pretij iuſtitia, vel injuſtitia concludatur, debet æſtimatio, & valoris probatio, ac teſtis depoſitio percutere tempus ſubhaſtationis, & adjudicationis, ac contractus, & numero 10.13.& 14. præſertim ad effectum obtinendi in remedio leg.2. vt numero 11.& id etiam in Eccleſia, vt nu.12. Limit.vt nu.31.*

13 *Fructuum valor probandus eſt de tempore contractus, vbi agitur de illius reſciſſione ex capite læſionis.*

15 *Læſio probata non dicitur, ſi teſtes, vel æſtimatores non percutiant tempus contractus.*

16 *Valor rei jam diu ſubhaſtatæ probari non poteſt per inſpectionem peritorum, ſed tantummodo valor præſens, niſi informati eſſent etiam de ſtatu antiquo, & examinarentur vti teſtes, & numero decimoſeptimo.*

18 *Læſionem non ſufficit ſuperueniſſe, nec illius probatio inſpecto præſentis ſtatu, ſeu litis tempore, & num.19.*

20 *Læſionis probatio de vno tempore non infert ad aliud.*

21 *Probatio ambigua non releuat.*

22 *Valor mobilium debet ad effectum reſciſſionis præciſè probari de tempore venditionis.*

23 *Valoris immobilium in probatione non eſt inſpiciendum præciſè tempus contractus, ſeu ſubhaſtationis, ſed etiam tempus anterius & poſterius per aliquod tempus, ſeu per aliquot annos arbitrio Iudicis, & numero 24.27.& 28. Lim.vt numero viceſimo nono.*

25 *Nec in eo Aduocatus debet ſe reſtringere ad tempus inſtantaneum, ſed articulare, quod communiter ea res tantùm valuit de tempore venditionis, & ante, & poſt.*

26 *Teſtes deponentes circa fructus, ſeu habitâ ratione fructuum rei ſubhaſtatæ ad illius æſtimationem regulandam quomodo debeant deponere.*

30 *Fructus, vt ſciatur, quot percipi poſſint in futurum, habenda eſt ratio trium annorum proximorum præteritorum.*

32 *Tempore longo intercedente inter deliberationem, & depoſitum, ſeu ſolutionem pretij, dicitur debitor grauatus, ſi res detur pro pretio tempore deliberationis reperto.*

33 *Teſtes ſuper valore debent deponere, & peritos referre de valore communi, & ſecundum illum, & quod communiter tanti res empta & vendita fuiſſet, & quod aliæ tenutæ eoſdem fructus reddentes in eâdem regione communi æſtimatione emi, & vendi conſueuerunt pro tanto pretiò, & numero 34.& 35.*

36 *Nec ſufficit depoſitio de particulari affectione, & eorum iudicio, quia ſic potius viderentur iudicare, quàm teſtificari, & nu.38. Ampl.vt nu.37.*

39 *Læſia ex teſtibus bene dicitur probata, ſi ex eorum rationibus excluſa appareat affectio, & illi ſint bene informati.*

40 *Peritis, Architectis creditur, etiam quod non deponant de communi valore, ſi vti periti à partibus, vel à Iudice ſint ad æſtimandum adhibiti.*

41 *Læſio probatur ex relatione etiam peritorum per Iudicem ſeruatis ſeruandis electorum.*

42 *Peritis non eſt ſtandum, qui ſint à partibus in teſtes inducti, niſi deponant de communi valore, & cum omnibus teſtium requiſitis.*

43 *Teſtes deponentes de particulari affectione, faciunt adminiculum cum alijs deponentibus de communi valore.*

44 *Teſtis deponens de valore plurium corporum terrarum in genere, & in confuſo non probat læſionem, ſi illa fuerint de per ſe diſtinctis pretijs per diuerſa inſtrumenta ſubhaſtata, & deliberata.*

45 *Teſtis non poteſt ſcire valorem totius, niſi ſciat valorem partium integralium.*

46 *Æſtimatio rei ſimul tota facienda eſt, non autem per partes.*

47 *Teſtis non probat rei valorem, ſi ignoret illius quantitatem, ſeu confinia, & nu.48.*

49 *Nec quod bona fuerint maiori, vel minori pretio vendita, quàm fuerit repertum.*

50 *Teſtis valorem non probat, ſi non ſit informatus de rei qualitate, vel in qua, & quanta parte verſetur bona, & mala qualitas.*

51 *Res plus, & minus valet conſiderata illius bona, & mala qualitate.*

52 *Pretium fundi metiri debet, habita totius fundi conſideratione, non illius particulæ tantùm fructiferæ.*

53 *Valor*

53 *Valor vt dicatur probatus, debent teſtes deponere, ac æſtimatio facienda eſt habita notitia, atque ratione qualitatum, quæ pretium diminuunt, & nu. ſeqq. vbi plura exempla.*
56 *Læſio in re emphyteutica attenditur inſpecto communi valore juris emphyteutici, qui minuitur in 6. parte, non ipſius rei.*
58 *Fructus non dicuntur niſi deductis oneribus.*
60 *Alimentorum alicujus in deductione debet haberi ratio illius ætatis juxta* l. hæreditatum, ff. ad leg. falcid.
61 *Læſionis in probatione conſiderandæ ſunt conditiones appoſitæ, vt pactum de retrouendendo, & numero 62.*
62 *Pactum de retrouendendo minuit rei æſtimationem, & facit partem pretij, & n.66.*
63 *Læſionis in probatione debet haberi ratio temporis ad redimendum, ſeu luendum per Statutum, aut alias conceſſi, ex quo vt plurimum res vendita dicitur minus juſto pretio, & n.64.*
65 *Dilatio ad redimendum rei pretium diminuit, & illius pars dicitur, & n.65. & 66.*
67 *Valoris redimendi, ſeu francandi in æſtimatione deducitur ipſius ratione ſexta pars.*
68 *Valor rei diſtractæ conſideratur habita ratione læſionis, quam admittit loci Statutum.*
69 *Et quod eius venditio facta fuit ſub haſta.*
70 *Et quod ea erat litigioſa.*
71 *Et poſſidebatur à pluribus pro indiuiſo.*
72 *Et quod emptor fuit coactus emere, ſi verè fuit coactus.*
73 *Et quod fundus deliberatus fuit abſque cautione de euictione, quod quantum diminuat, Iudicis arbitrio remittitur, & n.74.*
75 *Teſtes ſeu periti non facientes mentionem rei qualitatum, non dicuntur concludere valoris iniuſtitiam ad effectum reſciſſionis ſubhaſtationis.*
76 *Excederent eorum officium, ſi arbitrarentur valoris diminutionem ob vincula, & onera, cùm id non ad eos, ſed ad Iudices ſpectet.*
77 *Læſionis ad excluſionem eſt etiam conſiderationis quod factæ ſint maximæ diligentiæ pro reperiendis emptoribus, & non fuerit repertus, qui maius pretium, ſeu tantum offerret.*
78 *Teſtes in æſtimatione fundi debent reddere cauſam ſcientiæ ſufficientem, quia vicini, practici, & periti, & deponant de quantitate fructuum, & numero 79.*
80 *Et debent rationem ſui dicti reddere etiam non interrogati. Decl. vt n.82.*
81 *Et ratio concludere debet communem æſtimationem.*
83 *Ratio reddita per teſtem,* Per hauerui lauorato, & metuto, *non concludit bonorum valorem, ſed fœcunditatem, & fertilitatem.*
84 *Nec valorem concludit ratio,* Che ſono in buon luogo, fruttano bene, & ſono tenuti buoni publicamente, *niſi addatur quantitas fructuum percipi ſolita vno anno cum alio computato.*
85 *Valorem non probat teſtis deponens per verba dubitatiua,* Poteua valere, *vel* Incirca. *Ampl. vt num.86.*
87 *Nec ſi deponat de auditu.*
88 *Nec ſi ſit vnicus.*
89 *Teſtes inter ſe contrarij ſuper mutatione valoris non probant.*
90 *Valor in dubio mutatus non præſumitur. Declar. vt numer. 91.*
92 *Teſtis depoſitio affectata, eſt ſuſpecta.*
93 *Teſti deponenti inueriſimilia non eſt danda fides.*
94 *Nec ei, qui eſt ſibi contrarius, vel conuincitur de falſo, & n.95.*
96 *Læſio non probatur ex teſtibus plures exceptiones petentibus.*
97 *Probationum in concurſu magis creditur teſtibus deponentibus cum rationibus concludentibus, & vti peritis, & melius informatis, & ijs, qui ſint plures numero & n.98.*
99 *Teſtes, qui patiuntur exceptiones vincuntur ab alijs, qui illas non patiuntur.*
100 *Exceptiones etiam turbidæ admittuntur contra illum, qui probare tenetur, & concludenter non probauit.*
101 *Pretij juſtitiam, vel injuſtitiam probare debet, qui eam allegat, vti ſuæ intentionis fundamentum.*
102 *Valor ſtabilium, & annuæ præſtationis, ac iuſta penſio rei locatæ in ſubhaſtatione æſtimari debet habitâ ratione fructuum annorum 20. & ſic ad rationem quinque pro centenario ex communi.*
103 *Limit. vt non ſufficiat locatio.*
104 *Domorum æſtimatio ad menſuram eſt modus magis certus, quam ad corpus.*
105 *Et pro ea facienda, poteſt peti, domum aperiri docto de intereſſe, vt in rei exhibitione.*
106 *Locatio, & arrendamentum non probant verum valorem, & quare, & n.107. & 108.*
109 *Valor rei fructiferæ vt probetur, probari debet juſtus reditus, & quod in loco res tanti reditus tanti valet.*
110 *Articuli ſuper Læſione ſubhaſtationis, vel adjudicationis ſunt fruſtratorij in cauſa, in quâ de eâ non agitur.*

De probatione læſionis vel juſtitiæ pretij ſubhaſtationis.

INSP. LX.

IN probandâ læſione † non ſufficit probatio præſumptiua, *Rot. poſt Mangil. de ſubhaſt. deciſ. 38. numero 15.* † ſed ea debet concludenter, ſeu concludentiſſimè probari, *Aſin. de execut. §. 6. capite 14. in fin. Siluan. conſ. 26. numero 15. Rot. poſt Mangil de ſubhaſt. d. dec. 38. num. primo, & in Albanen. Bonorum 15. Martij 1621. coram Remboldo poſt tract. dec. 53. nu. 1. Buratt. dec. 538. nu. 1.* † prout etiam juſtitia pretij, *Rot. in Spoletana Prædij 27. Iunij 1622. coram Card. Canalerio, poſt tract. dec. 58 nu. 4.* & † eo magis ſtante commiſſione ſanatoria nullitatis, ſeu nullitatum cum clauſulâ, conſtito de juſtitiâ pretij, *Rot. d. dec. 58. num. 4.* † probatioq; talis eſſe debet, vt omni ex parte concludat, *Rot. dictâ deciſ. 36. numero 13. penes Mangil.* &, quod, † ſtante Iudicis decreto, debeat læſio probari euidentiſſimè, tradit *Gabr. de empt. & vend. concl. 1. numero 63.* & † concludenter non diceretur probata, ſi ex probationibus redderetur turbida, & minus concludens, *dict. deciſione 538. in fin.* † & eo minus ſtante poſſeſſione emptoris per plures annos, & debitoris approbatione ex peti- 1 2 3 4 5 6 7 8

tione,& exactione reſidui pretij, *Burat.ibid.*

9 Ad concludendam † autem lęſionem, ſeu
pretij juſtitiam, aut injuſtitiam debet æſtimatio,& valoris probatio,ac teſtis depoſitio percutere tempus ſubhaſtationis, *Card.Caualer.dec. 585.nu.5. Buratt.dec.538.nu.8.* ac adjudicationis, *Rot.*
10 *recent. deciſ.4. numero 8.parte 6.* & † ipſius contractus. *Alciat.conſ.12. numero 7. Mart.conſil.95.numero 18.Rota poſt Mang.de ſubh.dec.38.numero 10.& 14. dec.*
11 *41.numero 4.& deciſ.43. numero primo,* † & ad effectum obtinendi in remedio, *l.2.C.de reſcind.vend. Mangil.de ſubh.q.40.numero 1.& Rota in Albanen. Bonorum 15.Martij 1621.coram Remboldo, poſt tract.dec.53. n.4.* † atq; etiam in Eccleſiâ, *Mangil.d.qu.40.nu.2.*
12 Adeò vt, † quando agatur de reſciſſione con-
13 tractus ex capite læſionis, valor fructuum de tempore contractus probandus ſit, *Add.ad Burat.d.dec.538.n.32.* † Atq; in re locatâ conſiderari
14 debeat tempus contractus, quanti ſcilicet tunc conſueuerit locari,& vendi, *Mang.de ſub.q.42.n. 12.& ſeqq.* Et † quando teſtes, vel æſtimatores
15 non percutiant tempus contractus, læſio probata non dicatur, *Mart.d.conſ.95.n.19.*

Neq; valor rei ſubhaſtatæ, jam multi ſunt
16 anni, probari nunc poteſt per inſpectionem peritorum, quia per eam probatur ſolummodo valor præſens, non præteritus, *Rota in d.Albanen. Bonorum 15.Martij 1621.coram Remboldo, poſt tract.deciſ.53.n.4.& 5.&,* † quatenus prætenderetur, pe-
17 ritos informatos eſſe de rei ſtatu antiquo, eorum relationi ſtandum non eſſet, niſi inducerentur,& examinarentur vti teſtes, *Rot.d.dec.53. n.5. & ſeqq.poſt tract.*

Nec ſufficit, læſionem ſuperueniſſe, *Man-*
18 *gil.de ſubh.d.queſtione 40.numero primo,* † nec ſi re-
19 ſtis deponat, inſpecto præſenti ſtatu, ſeu de tẽpore litis, *Burat dec.538.nu.9.& 11.* † Neq; ex pro-
20 batione de vno tempore infertur ad aliud, *Add. ad Burat.d.dec.538. nu. 22. Rota poſt Mangil.de ſubha. d.dec.38.nu.6 & 15.* Neq; releuat probatio ambi-
21 gua, *d.dec.39.ſub nu.6.*

Sunt tamen in hâc materiâ duo caſus di-
22 ſtinguendi: Primus eſt, † quando agitur de probando valore rerum mobilium, & tunc debet ille præcisè probari de tempore venditionis ad effectum reſciſſionis, *Add. ad Buratt.d. dec.ſub nu.22.* Secundus caſus eſt, † quando agi-
23 tur de probando valore rerum immobilium, & tunc non eſt præcisè inſpiciendum tempus, quo fuit celebratus contractus, ſeu facta ſubhaſtatio, ſed etiam tempus anterius, & poſterius per aliquod tempus, *Mangil.de ſubh.quaſtion. 42.nu.15.& ibi Rota dec.40.nu.1.& 4.* vbi de peritis in teſtes inductis, *Rota in Romanâ Spolij Domus 28.Iunij 1617.coram Eminentiſſ.D.Card.Pamphilio, poſt tract.dec.43.n.9.* vbi de relatione peritorum iuxta valorem qui currebat per annos circiter 16. & *in Spoletana Pradij primâ Decembris 1617.& 23. Ianuarij 1619.coram eodem, poſt tract.deciſ.44.numero 6.& dec.47.nu.3.* † ſeu per aliquot annos, *Add.ad*
24 *Burat.d. dec.538.ſub d.nu.22.*& ideò † Aduocatus,
25 non debet ſe adſtringere ad tempus inſtantaneum, ſed articulare, quod communiter ea res tantùm valuit de tempore venditionis, & ante,& poſt, *Mang.de ſubh.queſtione 42.nu.15.* † atque
26 teſtes deponentes circa fructus, ſeu habitâ ratione fructuum, & redituum rei ſubhaſtatæ ad ipſam æſtimationem regulandam, non debent ſe reſtringere ad ſolum tempus ſubhaſtationis, ſed deponere debent de pluribus annis præcedentibus,& ſubſequentibus ad effectum, vt, factâ compenſatione anni fertilis cum ſterili, ex illorum depoſitione probabilis valor, & juſtum rei pretium dijudicari poſſit, *Rota recent. dec.648.ſub nu.4.parte 1.Burat.dec.538.n.8.* † Nec eſt 27
inſpiciendus valor vnius anni tantùm, ſed per quinq; annos ante, & per quinq; annos poſt, vel, ſecundùm Rotã, ſufficit probatio per aliquot annos ante,& poſt, etiam ſi nõ ſint quinque, arbitrio Iudicis, cui potiùs id remittitur,
Add.ad Burat.d.dec.538.d. n.22. † quamuis non ſit 28
valoris probatio reſtringenda ad ſolum tempus contractus, quia eſſet paruum tempus, cujus æſtimatio non attenditur, *Rota penes Mang. de ſubh.dec.40.n.2.* † niſi à tempore contractus ad 29
tempus, quod deponunt teſtes, breue fuerit tẽporis interuallum, cùm tunc ex breuitate temporis non præſumatur valoris mutatio, *Mang. de ſubh.d.q.42. nu.24.* † Et, ad ſciendum quot rei 30
fructus in futurum percipi poſſint, habenda eſt ratio trium annorum proximorum præteritorum, *Mangil.de ſubh.q.41.n.9.*

Sed, † ſi rei traditio, vel executio conferatur 31
in futurum, nõ attenditur tunc in lęſione tempus contractus, ſeu executionis, *Mangil.de ſubh. d.q.42.n.16.* Vnde, † vbi inter deliberationem,& 32
depoſitum, ſeu ſolutionem pretij longum tempus interceſſerit, dicitur debitor grauatus, dum res datur pro pretio deliberationis tempore reperto, *Rota diuerſ.dec.63.n.2.parte 4.*

Debent † verò teſtes deponere, & peritos 33
referre de communi valore, ſeu æſtimatione, & ſecundùm illam, *Rota recent.dec.648. numero 3. parte prima,& dec.639.nu.2.parte 3. Buratt.dec.538.n. 9.& 11. & Rota in Spoletana Pradij prima Decembris 1617.coram Eminentiſſ.D.Cardin.Pamphilio, poſt tract. deciſ.44. numero 2.& 13.& in Albanen.Bonorum 15. Martij 1621.coram Remboldo, poſt tract.dec.53. numero*
2. † & etiam, quod communiter tanti res em- 34
pta,& vendita fuiſſet, *Burat.d.deciſ.538.numero 11. Rota poſt Mangill.de ſubh.deciſ.38.nu.5.& dec.40.nu 3.*
& † quod aliæ tenutæ eoſdem fructus red- 35
dentes in eâdem regione communi æſtimatione emi, & vendi conſueuerunt pro tanto pretio, *Burat.d. dec.538. n.8.* † Non autem ſufficit de- 36
poſitio de particulari affectione, & eorum judicio, *Gamm.dec.188.n.8. Rota recent.d.dec.648.numero 3.parte prima,& dec.639.nu.2.parte 3.& poſt Mangil.de ſubh.dec.58. n.8.& 17. verſ.ſexti teſtis depoſitio,& dec.40.nu.3.Burat.d.dec.538.nu.12.& 13.& ibi Add.littera B.& Rota in Spoletana Pradij prima Decembris 1617.coram Eminen.D.Card.Pamphilio, poſt tract.deciſ.*
44.nu.8.& 13. † etiamſi teſtes eſſent periti, dum 37
vti teſtes ſunt examinati, non autem vti periti, *Add.ad Burat.d.littera B.nu.23.* † quia ſic potiùs 38
viderentur judicare, quàm teſtificari, *Rota poſt*
Mangil.de ſubhaſtat.d.dec.38.nu.8. † diceretúrq; be- 39
nè probata ex teſtibus læſio, ſi ex eorum rationibus appareret, quod excluderent affectionem, *Rota penes Nigr.de ſubh.dec.43. nu.2.*& eſſent bene informati, *d.dec.34.ibid.*

Et † Architectis, & peritis tunc demum eſt
credendum, etiam quod non deponant de cõ- 40
muni valore, ſi vti periti à partibus, vel à Iudice ſint ad-

Digitized by Google

ſint adhibiti ad rem æſtimandam, *Rot. poſt Man-*
41 *gil. de ſubhaſtatione deciſ. num.* 4. cùm † læſio pro-
betur ex relatione etiam peritorum per Iudi-
cem ſeruatis ſeruandis electorum, *Rot. poſt Man-*
42 *gill. de ſubhaſtatione, dec. 35. nu. 8. & dec. 43. nu. 1.* Sed †
illis non eſt ſtandum, quando à partibus in-
ducuntur in teſtes, niſi deponant de communi
valore, cùm debeant deponere cum omnibus
requiſitis teſtium *Rota apud Mangill. de ſubhaſtatio-*
43 *ne. d. dec. 40. nu. 4.* † Veruntamen teſtes deponen-
tes de particulari affectione faciunt adminicu-
lum cum alijs deponentibus de communi va-
lore, *Rota in Spoletana Prædij 23. Ianuarij 1619. coram*
Eminentiſſimo D. Cardin. Pamphilio, poſt tract. deciſ. 47.
num. 4.

44 Teſtis deponens † de valore plurium cor-
porum terrarum in genere, & in confuſo, non
probat læſionem, ſi iſta corpora fuerint de per
ſe per diuerſa inſtrumenta ſubhaſtata, & deli-
berata atque diſtinctis pretijs, *Burat. dec. 538. n. 4.*
45 † nec poteſt teſtis ſcire valorem totius, niſi
ſciat valorem partium integralium, *Burat. d. de-*
46 *ciſ. 538. nu. 5.* † ſicuti, quando res eſt æſtimanda,
tota æſtimatio eſt ſimul facienda & non per
partes, *leg. Mæuius, §. fin. ff. famil. erciſ. Burat. d. dec. 538.*
47 *nu. 6.* Prout † non probat valorem rei ignorans
illius quantitatem, *Burat. d. dec. 538. num. 14. & ibi*
48 *Add. litera C.* † ſeu confinia, *Rota poſt Mangil. de*
49 *ſubhaſtatione, dec. 38. nu. 7.* † nec quod bona fuerint
minori, vel majori pretio vendita, quam fuerit
50 repertum, *Burat. eadem dec. 538. ſub d. num. 14.* † Et
idem, ſi non ſit informatus de rei qualitate, vel
in qua, & quanta parte verſetur bona quali-
51 tas, & in qua, & quanta qualitas mala, cùm †
52 plus, & minus res valere judicetur, † ejus con-
ſideratâ bonitate, & mala qualitate, *Rota poſt*
Mangil. de ſubh. d. dec. 38. num. 4. 7. & 12. † metirique
53 debet pretium habita conſideratione pretij
non vnius particulæ fructiferæ, ſed totius fun-
di, *Rota poſt Mangil. d. dec. 38. nu. 3.*

54 Debentque † propterea teſtes deponere, ac
æſtimatio facienda eſt habita notitia, & ratio-
ne qualitatum, quæ pretium, & valorem di-
minuunt, *Rota recent. dec. 648. n. 2. par. 1. & poſt Man-*
gil. de ſubhaſt. dec. 39. numero 5. & dec. 41. num. 2. & in
Spoletana Prædij prima Decembris 1617. coram Emi-
nentiſſimo Domino Cardinali Pamphilio, poſt tract. dec.
44. nu. 9. & 10. & in Albanen. Bonorum 15. Maij 1621.
55 *coram Remboldo, poſt tract. dec. 53. numero 3.* † vt putà
quod fundus erat inundationi fluminis ſup-
poſitus, *Rota recent. d. dec. 648. nu. 2. parte prima, & in*
d. Spoletana Prædij prima Decembris 1617. & 23. Ianua-
rij 1619. coram Eminent. D. Card. Pamphilio, poſt tract.
56 *dec. 44. num. 1. 3. & 8. dec. 47. num. primo,* † ſeu quod
res ſtat ſub periculo vitę debitoris, ſeu alterius,
Rota in Romana Nullitatis Subhaſtationis Vineæ 6.
Februarij 1504. coram Litta, penes Marcheſ. de comm. p. 1.
57 *folio 1246. nu. 5.* † vel quod ea non eſt libera, nec
pleno iure ſpectat ad venditorem, ſed eſt em-
phyteutica, quo caſu attendenda eſt læſio inſ-
pecto communi valore juris emphyteutici,
non autem valore rei, *Rota poſt Mangil. de ſubhaſt.*
dec. 39. numero 4. & videas etiam ad hoc, *ibid. dec.*
41. numero 4. & ſeqq. & tradit etiam Rota in Placen-
tina Nullitatis Subhaſtationis 5. Decembris 1631. & 18.
Februarij 1633. coram Eminentiſſ. D. Cardin. Vbaldo,
poſt Nigr. de ſubhaſt. folio 254. num. 9. & ſeqq. & num.
4. & ſeqq. reſpectiuè, vbi quod valor minuitur
in 6. parte; † nec non onerum rei incumben- 58
tium, *Alciat. conſ. 12. numero 9. Rota poſt Mangil. de ſub-*
haſt. dec. 39. numero 5. & dec. 41. per tot. † cùm fructus 59
non dicantur niſi deductis oneribus, *Rota in d.*
Placentina nullitatis Subhaſtationis 5. Decembris 1631.
coram Eminentiſſimo D. Card. Vbaldo, poſt Nigr. d. folio
254. numero 13. † vt ſi adſit onus annui canonis, 60
ſeu præſtationis, *Rota poſt Mangil. de ſubhaſt. d. dec.*
39. numero 5. & in Albanen. Bonorum 15. Martij 1621.
coram Remboldo, poſt tract. dec. 53. numero 2. in fin. & in
d. Placentina Nullitatis Subhaſtationis, poſt Nigr. d. folio
254. numero 12. & 7. reſpectiuè, † vel ſi onus ali- 61
quem alimentandi, quo caſu, reſpectu dedu-
ctionis alimentorum, habenda eſt ratio ætatis
illius, qui debet alimentari ſecundùm diſpo-
ſitionem, *leg. hæreditatum, ff. ad leg. falcid. Burat. deciſ.*
675. nu. 11.

Nec non † conſiderandæ ſunt conditiones 62
appoſitæ, *Rota poſt Mangil. de ſubhaſt. d. dec. 39. nume-*
ro 5. † vt ſi appoſitum ſit pactum de retrouen- 63
dendo, quod regulariter minuit æſtimationẽ,
& facit partem pretij, ac habendum eſt in con-
ſideratione ad probandam læſionem, *Rota poſt*
Mangil. de ſubh. d. dec. 39. nu. 5. & dec. 40. n. 5. vbi quod
teſtes non probant, niſi dicti pacti rationem
habeant, *Gamm. dec. 178. num. 8. & 9.* vbi, quod non
eſt ex hoc pacto diminuenda integra tertia ju-
ſti pretij, ſed paulo minus conſtituenda eſt di-
minutio valoris rei.

Ratióque † haberi etiam debet temporis ad 64
redimendum, ſeu luendum per Statutum, aut
alias conceſſi, *Giurb. deciſ. 105. ſub numero 6. Ant. Sol.*
ad decret. Sabaud. libro 3. tit. 39. de form. ac ord. obſeru. in
pignor. ſubhaſtat. & delib. bon. ſtab. gloſ. 3. num. 26. vbi
de communi. † Statuto namq; concedente de- 65
bitori dilationem ad redimendum, vt pluri-
mum res dicitur vendita minus juſto pretio,
quia & dilatio rerum pretia diminuit, *Gluſian.*
de dat. in ſolut. cap. 27. nu. 299. † ac pars pretij cen- 66
ſetur, *Ant. Sol. loco cit. nu. 27.* Adeò vt † in terminis, 67
leg. 2. C. de reſcind. vend. onus, ſeu obligatio retro-
uendendi operetur, vt non tanti æſtimetur,
quanti, ſi liberè vendita fuiſſet, *Ant. Sol vbi ſup. nu.*
28. & † in æſtimatione, & valore ipſius juris re- 68
dimendi, ſeu francandi debeat ipſius ratione
ſexta pars deduci, *Burat. dec. 675. nu. 10.*

Eſtque † etiam conſideranda læſio, quam 69
admittat Statutum loci, vt eſt Statutum Vr-
bis, quod contentatur læſione in tertia parte,
Burat. deciſ. 538. numero 20. & † quod bona fuerunt 70
vendita ad ſubhaſtationem, *Burat. d. dec. 537. nu-*
mero 117. & Rota in Romana Executionis de Raynerijs
21. Aprilis 1608. coram Ortembergo poſt tract. deciſ. 19.
num. 12. quod erant litigioſa, *d. deciſ. 29. num. 12.* † 71
& quod poſſidebantur à pluribus pro indiui-
ſo, *eâd. dec. 19. n. 12.* & † quod emptor fuit coactus 72
emere, ſi verè fuit coactus, *Burat. d. dec. 538. nu. 17.* † 73
& quod fundus fuit venditus, & deliberatus
abſque cautione de euictione, & quod illius
dominus, ſeu debitor erat pluribus debitis im-
plicitus, *Vrſell. in verb. adjudicatio, conſ. 52. numero 11.*
in fin. Rota recent. d. dec. 648. num. 2. parte prima, & poſt
Mangil. de ſubh. dec. 36. numero 6. vbi quod remiſſio
cautionis de euictione facit, vt res carius emi
dicatur, *Burat. d. dec. 538. nu. 17. & dec. 675. num. 2.* vbi
quod † cùm nõ ſit certum, quantum iſta dimi- 74

Digitized by Google

nuant de pretio, illud Iudicis arbitrio commit-
titur, *& Rot. in dict. Romana Executionis de Raynerijs
21. Aprilis 1608. coram Ortembergo, poſt tract. deciſ. 19. nu-
mero 12. in Spoletana Pradij prima Decembris 1617. co-
ram Eminentiſſimo Domino Cardinali Pamphilio,
poſt tract. deciſ. 44. ſub numero 8. & 9. & in Albanen.
Bonorum 15. Martij 1621. coram Remboldo, poſt tract. dec.
53. nu. 3.*

75 Non factâ autem mentione per teſtes, ſeu
peritos dictarum qualitatum, non poſſunt illi
dici concludenter valoris injuſtitiam probare
ad effectum reſciſſionis ſubhaſtationis, *Rot. re-
cent. d. dec. 648. nu. 2. in fin. parte 1. Buratt. dict. deciſ. 538.*
76 *num. 17.* † licèt teſtes eorum officium excedere
dicerentur, ſi arbitrarentur de valoris dimi-
nutione ob vincula, & onera, cùm id ad eos nõ
ſpectet, ſed ad Iudices, vt dixit *Rota in Romana
cenſus ſcutorum 10. nu. 12. Ianuarij 1629. coram Eminen-
tiſſ. D. Card. Vbaldo, poſt tract. dec. 79. nu. 15.*
77 Maximeq; † eſt etiã conſiderationis reſpe-
ctu allegatę lęſionis, quod, factis per quem ma-
ximis diligentijs, ac perquiſitis cum omni ac-
curatione emptoribus inter concurrentes non
fuit repertus, qui majus pretium, nec tantum
obtulerit, *Ioan. Franc. de Pont. conſil. 53. numero 5. in fin.
& 26.*
78 Teſtes † quoq; debent in æſtimatione fun-
di reddere cauſam ſcientiæ ſufficientem, *Rota
poſt Mangil. de ſubhaſt. deciſ. 38. numero 8. & in recent.*
79 *deciſ. 648. numero 4. parte primâ*, & † talis eſſet, ſi
eſſent vicini, practici, & periti, & deponerent
de quantitate fructuum, *Rota in Spoletana pradij
prima Decembris 1617. & 23. Ianuarij 1619. coram Emi-
nentiſſ. D. Card. Pamphil. poſt tract. deciſ. 44. num. 2. & 3.*
80 *& dec. 47. n. 2.* Et, † cùm de valore deponant tan-
quam ſenſu non perceptibili, debent rationem
ſui dicti reddere etiam non interrogati, *Burat. d.*
81 *dec. 538. n. 16.* & † ratio debet concludere commu-
82 nem æſtimationem *Buratt. ibid.* † Quod tamen
declaratur, vt ſcilicet tunc teſtes etiam non in-
terrogati rationem reddere debeant, ſi depo-
nãt ſuper valore domus, fundi, vel alicujus rei
mobilis pretioſę, quorum æſtimatio intellectu
potiùs, quàm ſenſu corporis colligitur, ſecùs
verò ſi deponant ſuper valore, & ęſtimatione
frumenti, vini, victualium, & ſimilium rerum
conſiſtentium in numero, pondere, & menſu-
ra, in quibus non eſt opus magno diſcurſu, &
ideò in his teſtes probant deponentes, quod res
tantùm communiter valuit abſq; aliâ ratione,
ſi non fuerint interrogati, *Add. ad Buratt. d. dec. 538.
num. 24.*
83 Ratio † tamen reddita per teſtem, *Per hauer-
si lauorato, & metuto*, non eſt ſufficiens ad pro-
bandum valorem, ſed poteſt concludere quo
ad fœcunditatem, & fertilitatem, *Burat. d. dec. 538.*
84 *nu. 7. & 11.* Quemadmodum † non concludit ra-
tio, *Che ſono in buon luogo, fruttano bene, & ſono tenuti
buoni publicamente*, niſi addatur quantitas fru-
ctuum percipi ſolita, vno anno cum alio com-
putato, *Burat. ead. dec. 538. n. 8.*
85 Valorem † non probat deponens per verba
dubitatiua, putà, *Poteua valere*, ſeu per verbum,
86 *Incirca, Burat. d. dec. 538. numer. 10. & 12.* vbi, † etiam,
quod ita deponat in interrogatorijs, & in arti-
87 culis deponat ſimpliciter. † Nec ſi teſtis depo-
88 nat de auditu, *Burat. d. dec. 538. num. 11.* † Nec ſi ſit
vnicus, *Burat. eâdem deciſ. 538. numero 11.*
Non † etiam probant teſtes inter ſe contra- 89
rijs ſuper mutatione valoris, *Buratt. eâdem deciſ.* 90
538. n. 15. † qui licet in dubio mutatus non præ- 91
ſumatur, *Rota poſt Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 38. numero
15.* Prout † eſt ſuſpecta depoſitio teſtis affectata, 92
Rota poſt Mangil. d. deciſ. 38. numero 7. † Nec ei debet 93
dari fides, qui deponit inveriſimilia, *d. deciſ. 38.
nu. 19.* † ſeu eſt ſibi contrarius, *eadem dec. num. 20.* 94
† vel conuincitur de falſo, *ead. deciſ. 18. nu. 20. verſ.* 95
præterea. † Neq; læſio probatur ex teſtibus plu- 96
res exceptiones patientibus, *Rota poſt Mangil. de
ſubh. d. dec. 38. n. 21.*
Et † in concurſu probationum magis cre- 97
ditur teſtibus deponentibus cum rationibus
concludentibus, & vti peritis, & melius infor-
matis, *Rota in Spoletana Prædij prima Decembris 1617.
& 23. Ianuarij 1619. coram Emin. D. Cardin. Pamphilio,
poſt tract. dec. 44. nu. 7. & dec. 47. nu. 5.* & † qui plures 98
numero, *d. dec. 47. nu. 5.* &, † qui patiuntur exce- 99
ptiones vincuntur ab alijs, qui exceptiones
non patiuntur, *d. dec. 47. nu. 6.* † admittunturque 100
exceptiones etiam turbidæ contra illum, qui
probare tenetur, & concludenter non proba-
uit, *Rota d. dec. 47. nu. 7. poſt tract.* & † probare tene- 101
tur juſtitiam, vel injuſtitiam pretij, qui eam al-
legat, tanquam intentionis ſuæ fundamen-
tum, *Rot. eadem dec. 47. nu. 11.*
Stabilium † valor, & annuæ præſtationis, 102
ac juſta penſio rei locatę in ſubhaſtatione ęſti-
mari debet ratione habita ad fructum anno-
rum viginti, & ſic ad rationem quinq; pro cen-
tenario ſecundùm communem opinionem,
Mangil. de ſubh. quæſt. 41. nu. 8. & ibi Rot. dec. 39. num. 2.
vbi, quod tamen, † vt ex quantitate redituum 103
per viginti annos probetur verus valor rei,
non ſufficit locatio. *Burat. dec. 675. num. 9. Vrſell. in
verb. adjudicatio, concl. 52. nu. 11. in fin.*
Quoad domos † earum æſtimatio ad men- 104
ſuram videtur eſſe modus magis certus, quàm
æſtimatio ad corpus, *Card. Caualer. deciſ. 585. nume-
ro 6.* † & pro ęſtimatione facienda poteſt peti, 105
domum aperiri ad effectum eam oſtendendi
peritis æſtimatoribus, docto tamen per peten-
tem de intereſſe, ſicut in rei exhibitione, *Caua-
ler. deciſ. 187. nu. 6.*
Locatio, † & arrendamenta verum valorē 106
non probant, *Burat. in ſæpius alleg. dec. 538. nu. 18. Rot.
recent. dec. 46. in fin. parte 6. poſt Mangil. de ſubh. d. dec.
39. ſub nu. 2. & in Spoletana Pradij prima Decembris
1617. coram Eminen. D. Card. Pamphilio, poſt tract. deciſ.
44. nu. 12.* † cùm potuerit id fieri ex particulari 107
affectione, & non ex eo, quod fuerit juſta, &
communis penſio, *Rot. d. dec. 39. ſub nu. 2. poſt Man-
gil.* † vel etiam potius ad deſtruendum, ita, & 108
taliter, vt ſequentibus annis veriſimiliter non
potuiſſet prædium tantùm locari, *Rota in d. Spo-
letana Pradij prima Decembris 1617. poſt tract. d. dec. 44.
n. 12.* † ſed probari debet juſtus reditus, & quod 109
in loco res tanti reditus tanti valet, *Rota poſt
Mangil. d. dec. 39. nu. 3.*
Non omitto, quod † fruſtratorij ſunt arti- 110
culi ſuper lęſione ſubhaſtationis, vel adjudica-
tionis in articulo, in quo de eâ tunc non agi-
tur, *Rota in Romana Cenſus ſcutorum 10. nu. 11. Ianua-
rij 1629. coram Eminentiſſ. D. Cardin. Vbaldo, poſt tract.
dec. 79. num. 14.*

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIA.

1 Nullitas ſubhaſtationis multipliciter contingit.
2 Subhaſtationis, & deliberationis, ſeu adiudicationis ad validitatem requiritur, vt validus ſit proceſſus.
3 Proceſſus nullus redditur feriarum ratione, ordinis omiſſione, & præpoſteratione, & ex parte perſonæ, vbi exemplum, & n. 5. & 6.
4 Feriis quando renuntiari poſſit.
6 Filius vt agat contra patrem, debet veniam impetrare.
7 Iudiciorum ingreſſu prohibito, eorum etiam finis nullus eſt ipſo iure.
8 Iuris defectus in proceſſu dicitur, ſiue attendatur ratio perſonæ, ſiue temporis, ſiue qualibet alia conſuetudinis, vel Statuti.
9 Subhaſtatio nulla redditur ex recuſatione Iudicis cum appellatione.
10 Et, ſi deficiat iuriſdictio, & n. 11. 12. 13.
11 Auditor Cameræ non eſt Iudex competens in cauſa ordinaria in prima inſtantia inter forenſes parte maximè opponente. Ampl. vt n. 12.
13 Executio facta pendente termino ſuſcepto ad ſoluendum dicitur abſque iuriſdictione, & nulla.
14 Commiſſio ſanatoria defectus executionis, & citationis cum clauſula, Et cujuſcunque alterius defectus proceſſus, non comprehendit defectum iuriſdictionis.
15 Iuriſdictionis defectus non ſanatur, nec ſanatio commiſſa intelligitur ſub generali reſcripto.
16 Subhaſtatio, deliberatio, & adjudicatio nulla, & injuſta eſt, quæ eſt facta in vim ſententiæ, ſeu decreti, & mandati nulli, & injuſti, & n. 18.
17 Et, quando eſt nulla executio, à qua ortum habuit, & nu. 18.
19 Fundamento deſtructo corruit ædificium.
20 Mandatum nullum, & ſpoliatiuum eſt, ſi actum ſit ſine actione, aut illud relaxatum ſit contra non obligatum.
21 Vel ſi contractu imperfecto.
22 Vel ſi non citato poſſeſſore.
23 Vel ſi in vim obligationis cameralis debitis terminis non ſeruatis, vel dictâ obligatione non extenſa, vbi extendi debebat, & numero 24. Lim. vt numer. 54.
25 Vel ſi obſtabat exceptio non adimplementi.
26 Vel ſi eſſet mandatum relaxatum pro adimplemento non ſpecificato, in quo eſſet adimplendum.
27 Vel ſi pro faciendo aliquem conſentire de neceſſitate non conſtito, ſi in obligatione adſit clauſula, Quatenus opus ſit.
28 Vel ſi exequutiuè pro credito exequutiuam viam non habente, vt ſi pro legato, vel ex apoca pactum exequutiuum non habente, vel contra eum, qui illam non ſubſcripſiſſet, & numero vigeſimo nono, 30. 31.
32 Vel ſi contra mulierem pro fideiuſſione facta pro marito, & ſine debitis ſolemnitatibus. Ampl. vt num. 33.
34 Sententia, & mandatum eſt notoriè injuſtum, & nullum, ſi ex actis non juſtificetur.
35 Nulliter, & injuſtè procedit Iudex, qui mandat ſubhaſtari prædia, quæ creditor habet cum vitio ſpolij.
36 Executio nulla, & attentata dicitur, quæ ſit facta pendente termino ad appellandum in caſu appellabili, prout & deliberatio facta poſt appellationem. Ampl. vt n. 37. & 38.
39 Adjudicatio continens enormiſſimam læſionem, & quæ ſit valde minor iuſto pretio, vel nulla eſt ipſo iure, vel annullatur, & reſcinditur, & quare, & nu 40.
40 Dolus re ipſa dolo ex propoſito æquiparatur.
41 Adiudicatio continens magnum exceſſum, & maximè vltra dimidiam, injuſta, & nulla dicitur.
42 Adjudicatio ſimulata non valet, vbi exemplum.
43 Adjudicatio facta adminiſtratoris fauore, ratione non reddita, nulla dicitur, & iniuſta, & quare.
44 Adjudicatio, pro qua gabella ſoluenda eſt ſub nullitatis pœna, ea integrè non ſoluta, nulla eſt. Declar. vt n. 45. 46. 47. 49. & 50.
47 Sententiæ, & adjudicationes tot ſunt, quot ſunt res in eis comprehenſæ, quæ habent pretium ſeparatum, & ſeparatim æſtimatæ fuerunt, & numer. 48.
51 Proceſſus nullus ob non ſolutam gabellam à creditore, qui prius iudicium petitionis bonorum in ſolutum mouit, nullus non dicitur reſpectu tertij creditoris, qui comparuit pro ſuo credito non gabellabili, & quare.
52 Pacto ſtante in contractu venditionis de faciendo conſentire omnem perſonam, non adiecto reſolutiuo, agi ſolùm poteſt ad reſciſſionem, non ad ſubhaſtationem.
53 Nullitas ob non oſtenſionem mandati clauſulam, Oſtendatur, habentis non eſt ad effectum ſpolij conſiderabilis.
55 Clauſula, Arbitrio, in commiſſione nullitatum ſubhaſtationis ſanatoria quid operetur., & n. 56. 57.
58 Exequutio iam perfecta non eſt annullanda ſub prætextu leuium nullitatum, & non iuſtificatarum.
59 Subhaſtatio ritè facta, & perfecta, non vitiatur ex vitio miſſionis in poſſeſſionem ſubſequutæ, & quare, & numer. 60.

De aliquibus caſibus, in quibus eſt nulla, vel iniuſta ſubhaſtatio, & deliberatio, ſeu adiudicatio, præter alios, de quibus ſparſim pertractatum:

INSP. LXI.

NVllitas † ſubhaſtationis multipliciter contingere poteſt, *Mangil. de ſubha. quæſtione 49. nu. 8.* Vnde, † vt valeat ſubhaſtatio, & deliberatio, ſeu in ſolutum datio, illud prius inſpiciendum eſt, vt proceſſus ſit validus, *Aſin. de execut. §. 7. cap. 276. n. 6.* 1 2

Dicitur † autem primò quandoque nullus proceſſus feriarum ratione, *Aſin. de §. 7. cap. 276. n. 10.* Sed, † ſi ſimus in Statutarijs, aduertendum eſt, an Statutum loquatur prohibendo, vel ſimpliciter inducendo ferias, quia, ſi prohiben- 3 4

do,putà,vt non poſſit procedi, tunc,pars ferijs
renunciare non poteſt, *Aſin.de c.276.nu.11.* Si verò
loquatur in arctando,ſed ſimpliciter ferias in-
ducendo ad hominum,& ſubditorum vtilita-
tem, non autem ad Dei cultum, qui inuitos
etiam compellit, tunc renunciari poteſt per
reum,dummodo non fauore actorum, ſeu Iu-
dicum ſint introductæ, *Aſin.ibid.*

5 Secundò eſt alius defectus proceſſus, † qui
ab ordine,& præpoſteratione procedit, *Aſin.de
ca.276.nu.4.*

6 Tertiò eſt alius defectus proceſſus † ex par-
te perſonæ, vt putà; ſi filius exiſtens in pote-
ſtate agat contra patrem venia non impetrata,
*l.lu nulla ff.de iudic. Aſin.de execut.dict.§.ſeptimo, ca.
276. nu.5.*

7 Vbi enim † iudiciorum ingreſſus eſt prohi-
bitus,eorum quoque finis ipſo jure nullus eſt,
8 *Aſin. loco cit.* † Iuriſque defectus eſt, ſiue atten-
datur ratio perſonæ,ſiue temporis,ſiue quæli-
bet alia conſuetudinis,vel Statuti, *Aſin.eod.cap.
276.nu.6.*

9 Quartò ſubhaſtatio nulla redditur † ex re-
cuſatione Iudicis cum appellatione, *Rota diuer.
deciſ.83.numero 2.verſ.ſecundo recuſationis Iudicis,parte*
10 4.Et,ſi deficiat juriſdictio, *Rota poſt Nigr.de ſubha-
ſtatione deciſ.18. numero 1. 4. & 5. & in Romana Vinea
26.Maij 1610. coram Ortembergo, poſt tractat. deciſione
11 22.numero 8.* Vt † ſi A.C.proceſſerit in primâ in-
ſtantiâ in cauſâ ordinariâ inter forenſes,parte
præſertim opponente, *Rota in Spoletana Prædij
nono Decembris 1619.coram Eminentiſſimo Domino Car-
dinali Pamphilio, poſt tractat.deciſione 49.numer.1. vbi
12 nu.ſeqq.* vide † ampliationem in pupillo, & in
caſu ab alio dependenti, *& in eadem 28. Maij
1621.coram Card.Veroſpio ſeniore, poſt tract. dec.54. nu.
1. & 27.Iunij 1621.coram Card.Caualerio,poſt tract. dec.
13 58.num.1* † Vel ſi facta fuerit executio pendente
termino ſuſcepto ad ſoluendum, *Rota in d.Ro-
mana Vinea 26.Maij 1610.coram Ortembergo, poſt tract.
dec.22.nu.7.& 8.*

14 Nec † commiſſio ſanatoria, in quâ tantùm
narrata fuerit nullitas ſubhaſtationis, & deli-
berationis defectu executionis pignorum, &
citationis,& contineat clauſulam,Et quocun-
que alio defectu proceſſus,dicitur comprehen-
15 dere defectum juriſdictionis, quia † is defectus
de jure non ſanatur, nec illius ſanatio com-
miſſa intelligitur ſub generali reſcripto, *Rota
in d. Romana Vinea 26. Maij 1610. coram Ortembergo,
poſt tract.dec.22.nu.10.& 11.*

16 Quintò † ſubhaſtatio,& deliberatio,ſeu ad-
judicatio nulla, & injuſta eſt, quæ eſt facta in
vim ſententiæ, ſeu decreti,& mandati nulli,&
injuſti,vt *habui in tractat.mand. de manuten. obſeru.
12.numero 107.& ibi Rota deciſ.323.numero 5. Mangil.
de ſubhaſtat.quæſt.165.numero 4.& ibi Rota deciſ.3.nu.
5. Gregor.XV. deciſ.373. ſub numero primo Rota in Ro-
mana Vinea 15.Maij 1612.coram ManZanedo,poſt tract.
deciſ.26.numero 2.in Ariminen. Dotis 11. Maij 1620. co-
ram Coccino,poſt tract.deciſ.52.numero 7.11.& ſeqq.*Et
17 † quando eſt nulla executio,à quo ortum ha-
buit, *Nouar.ad l.ſi tempora,num.23. C.de fid.inſtrum.
& iur.haſt.Fiſc.libro decimo, Mangil.de ſubhaſtatione,
quæſtione 153.numero 27. Gregor.XV.deciſ.224.numero
18 2.vbi Add.littera B.* † Dicitur enim executio facta
in vim decreti,& mandati nulli, vel injuſti,&
ſubhaſtatio, & deliberatio in vim exexutionis
nullæ,vel injuſtæ inualida, & injuſta tãquam
proueniens à radice infecta, *Monac.dec. Bonon.63.
nu.36.Vrſill.in verb.adjudicatio.concl.52.num.39.in fi.*&
quia † deſtructo fundamento corruit ædifi- 19
cium, *Monac. vbi ſup.*

Eſſet † autem mandatum præſertim nul- 20
lum,& ſpoliatiuum,ſi actum fuiſſet ſine actio-
ne,aut relaxatum eſſet contra non obligatum,
Rota recent.dec.229.numero 15.parte 7. † vel ex con- 21
tractu imperfecto, *Mangil.de ſubhaſtat. quæſt.103.
numero primo.*Vel † ſi non citato poſſeſſore, *Rota 22
in dict. Ariminen.Dotis 11.Maij 1620.coram Coccino,poſt
tractat.dec.52.nu.7.*

Vel ſi † in vim obligationis cameralis,debi- 23
tis terminis non ſeruatis, *Rota poſt Nigr.de ſubha.
deciſ.25. num. 4. & in Romana Domorum 14. Martij
1618.coram Vbaldo ſeniore, poſt tract. deciſ.46. num.11.* † 24
Vel ipſa obligatione camerali non extenſa in
caſu,in quo extendi debeat, *Rota poſt Zacch.de
oblig.camer. dec.51.n.2.*

Vel † ſi obſtabat exceptio non adimple- 25
menti ex parte obtinentis, *Rota recent. dec.464.in
fin.parte 2.*

Vel † ſi eſſet relaxatum pro adimplemento 26
promiſſorum non ſpecificato in eo, quid eſſet
adimplendum, *Duran.dec.30.n.5.*

Vel † ſi pro faciendo aliquem conſentire,de 27
neceſſitate non conſtito,vbi in obligatione ad-
eſſet clauſula,Quatenus opus ſit, *Rota in Roma-
na Vinea 10.Martij 1623.coram Remboldo,poſt tract.dec.
59. nu.6.*

Vel † ſi executiuè pro credito executiuam 28
viam non habente, *Mangil.de ſubhaſtat. quæſt.195.
numero 4.*Vt † ſi fuerit actum via executiua pro 29
conſecutione legati, *Rota poſt Mangil.de ſubhaſta.
dec.90.num.2.& ſeqq.*quæ eſt etiam *penes Marcheſ.
de comm. parte 2. fol.202.* † Aut ex apocâ priuatâ 30
obligationem cameralem, vel pactum execu-
tiuum non habente, cùm tunc deberet agi or-
dinariè, *Duran.deciſ.37. numero 6.* † Vel ſi actum 31
fuiſſet contra eum, qui apocam non ſubſcrip-
ſiſſet, *Duran.dict.deciſ.37.numer.7. Rota poſt noſtrum
tract.mand.de manut.dec.261.num.4.*quæ eſt etiam
penes Mang.de ſubh. dec.104.

Vel † ſi eſſet contra mulierem pro fidejuſ- 32
ſione facta pro marito, & ſine debitis ſolenni-
tatibus, *Rota in d.Ariminen. Dotis 11.Maij 1620. co-
ram Coccino,poſt tract.dec.52.numero 11.& ſeqq.*& † eo 33
magis ſi fidejuſſio ad menſuram integræ do-
tis, & ſic enormiter mulier læderetur, ex quo
remaneret penitus indotata, *Rota poſt Pacific.de
ſalu.dec.116.nu.7.*

Atque eſſet † ſententia, & mandatum no- 34
toriè injuſtum,& nullum,ſi ex actis non juſti-
ficaretur, *Rota apud Mangil. de ſubhaſtation. deciſ.16.
nu.1. & ſeqq.*

Proceditque † Iudex nulliter, & injuſtè,qui 35
mandat prædia capta ſubhaſtari, quæ haben-
tur per creditorem cum vitio ſpolij, *Mangil.de
ſubh.q.163.n.2.*

Sextò, † Nulla,& attentata dicitur execu- 36
tio facta pendente termino ad appellandum
in caſu appellabili,provt deliberatio facta poſt
appellationẽ, *Burat.dec.362.n.4.*& † fortius ſi fa- 37
cta poſt appellationem,& inhibitionem, *Rot.in
Corduben. Pecuniaria 18. Martij 1624.coram Man-
Zanedo,*

Digitized by Google

38 Zanedo,poſt tract.dec.61. numero 6.& † de facta poſt
ſuperſeſſoriam Eminen. D. Cardinalis Signa-
turæ Præfecti,& proſecuta poſt inhibitionem,
tradit *Rota apud Nigr.de ſubh.dec.3.*& poſt appel-
lationem, & recurſum habitum ad ſignaturã,
&commiſſam cauſam Alteri,qui ad legitimam
executionem procedat, dixit *Rota in Ianuen.Pe-
cuniaria, ſeu Attentatorum 24. Ianuarij 1642. coram
Reuer D.Dunozet poſt tract.dec.112.*

39 Septimò,† Datio in ſolutum,ſeu adjudica-
tio dum continet enormiſſimam læſionem,&
valde minor eſt juſto pretio,vel nulla eſt ipſo
jure,vel irritatur,& annullatur, atq; reſcindi-
tur,*Aſin.de execut.§.4.cap.66.numero 1.Vrſell.in verb.
adjudicatio,concl.2.nu.57.* & eſt ratio,quia † dolus
40 re ipſa,qui dolo ex propoſito æquiparatur,in-
teruenire dicitur, *Aſin.d.cap.66.nu.1.* & † injuſta,
41 ac nulla dicitur adjudicatio,quæ continet ma-
gnum exceſſum,& pręſertim vltra dimidiam,
Duran.dec.37. nu.14.

42 Octauo,† Non valet in ſolutum datio, ſeu
adjudicatio ſimulata,*Aſin.de execut.d.§.4.cap.26.
num.1.cap.28.nu.1.& 2.cap.30.nu.2.* vt quia ſit facta
in fraudem creditorum , vel reperiatur poſtea
idem debitor poſſidere, *Aſin.d.§.4. cap.26.nu.1.&
cap.30.nu.1.& 2.& §.7. cap.275.nu.1.& 2.*

43 Nonò,† Nulla,& injuſta eſt adjudicatio fa-
cta adminiſtratoris fauore, non reddita priùs
per ipſum ratione, cum ſibi ſatisfeciſſe præſu-
matur,vt *habui in tractat.mand.de manuten.obſeruat.
12.num.111.*

44 Decimo,† Nulla eſt adjudicatio, quando
pro ea ſoluenda eſſet aliqua gabella ſub pœna
nullitatis,& illa integrè ſoluta non eſſet, *Aſin.
de execut. §.4.cap.44.nu.1.*

45 Sed † hoc declaratur procedere , quando
adjudicatio facta eſſet pro executione vnius
quantitatis,& ſententiæ, *Aſin.d.§.4.cap.44.num.1.
& §.7.cap.281.nu.2.*

46 Vel † quando facta eſſet adjudicatio de plu-
ribus rebus vniuerſaliter,confuſè,ac ſimul,pro
vno tantùm pretio, *Aſin.de execut.d.§.4. cap.44.
ſub nu.16.& 17.*

47 Secus † ſi in eâdem ſententiâ,vel adjudica-
tione plures res continerentur, & ipſæ quoq;
ſingulæ ſuum pretiũ haberent, nam,cùm tunc
tot ſint ſententiæ & adjudicationes,quot ſunt
res,ſi gabella ſoluta ſufficiat pro vna, vel plu-
ribus rebus,vel bonis adjudicatis,licet non pro
omnibus,pro illis, quas gabella caperet,adju-
dicatio ſuſtineretur , quamuis non ſuſtinere-
tur quoad alias,*Aſin.§.4.c.44.nu.3. & ſequentibus*
48 *& d.§.7.cap.281.nu.3.* Prout † in ſolutum datio-
nes,vel adjudicationes tot eſſe cenſentur,quot
fuerunt res ſeparatim æſtimatæ,*Aſin d.§.7.cap.*
49 *287.nu.1.*Et † in dubio pro illis rebus ſuſtinenda
eſt adjudicatio,& applicanda gabella,quæ ſe-
cundum ordinem ſcripturæ prius nominatæ
reperiuntur,*Aſin.d.§.4 ca.24.nu.13.& ſeqq.*

50 At, † vbi tota ſumma, putà dotis, fuerit pe-
tita,& pro tota ſumma,& dote plures adjudi-
cationes factæ fuerint,& illæ quidem diſtin-
ctæ,& ſeparatæ,an vna gabella,vel plures ſol-
ui debeant, & ob non integram ſolutioné poſ-
ſint aliquę adjudicationes ſuſtineri,aliquæ ve-
rò annullari,ſeu potius annullari omnes,ſunt
hinc inde opiniones vt per *Aſin.de execut. dict.§.
4.cap.44.nu.23.& ſeqq.* Sed in *§.7.c.281.nu.4.* ſentit
veriorem eſſe,quod tot ſint gabellę,quot ſunt
adjudicationes,&quod adjudicationes ſint ſu-
ſtinendæ juxta menſuram gabellæ,ſeu gabel-
larum ſolutarum , non autẽ omnes annullan-
dę,ad ſuſtinendũ actum,quantum fieri poteſt.

Si verò † proceſſus ſit nullus ob non ſolu- 51
tam gabellam à creditore,qui prius ex publico
inſtrumento judicium petitionis bonorũ in ſo-
lutum mouerit,nõ dicitur nullus reſpectu ter-
tij creditoris comparentis pro ſuo credito cõ-
ſequendo non gabellabili, eâ potiſſimùm ra-
tione,quod diuerſę in hoc caſu ſint perſonę,&
de diuerſis debitis agatur, *Aſin.de execut.§.7.c.281.
ſub numero 4. & c.302.nu.1.*

Vndecimò, † Ex contractu venditionis , in 52
quo nullum adeſt pactum reſolutiuum, cujus
vigore poſſit dominium rei venditę retrotrã-
ferri propter pactum de faciendo conſentire
omnem perſonam, ſolùm poteſt agi ad reſciſ-
ſionem,non autem ad ſubhaſtationem, *Mangil.
de ſubhaſt. qu.102.nu.8. Seraph.dec.904.nu.3.*

Nullitas † autem ob omiſſam oſtenſionem 53
mandati,in quo erat clauſula, oſtendatur,non
videtur conſideranda ad effectum ſpolij, *Rota
poſt Mangil.de ſubh.dec.48.nu.8.*

Quemadmodum † nec attenditur nullitas 54
ob omiſſam extenſionem obligationis came-
ralis,ſi de eâ extet commiſſio ſanatoria arbi-
trio, *Rota poſt Zacch.ad Galleſ.de oblig.camer.deciſ.51.
nu.2.& ſeqq.*

Et † vbi adſit commiſſio nullitatum ſubha- 55
ſtationis ſanatoria cum clauſulâ, Arbitrio, di-
rectam juriſdictionem habenti, non intelligi-
tur ſolùm,prout de jure, vt ita intelligitur re-
gulariter,ſed debet aliquod plus remittere,ne
alias ſit ſuperflua, *Rota in Spoletana Pradij 30.Mar-
tij 1615. coram Eminent. D. Card. Pamphilio poſt tract.
dec.34.nu.1.& 2.* † pręcipuè quoad ſolemnitates 56
judicij,& vbi illę ſint turbidę,quidquid aliud
ſit quoad merita cauſę, *d. dec.34. num.3.& 4.poſt
tract.*Ac proinde,† ſtantibus nullitatibus ſub- 57
haſtationis turbidis , ac pretij juſtitia, arbitrio
locus eſt, *Rota in Spoletana Pradij 30.Martij 1615.&
prima Decembris 1617.coram Eminentiſſ.D.Card. Pam-
philio, poſt tract. dec. 34.in fin.& dec.44. num.1.* † Nec 58
ſub clypeo leuium nullitatum , & non juſtifi-
catarum annullanda eſt executio jam perfe-
cta, *Rota poſt Nigr. de ſubh dec.2.nu.7.*

Subhaſtatio † verò ritè facta,& perfecta non 59
vitiatur ex vitio miſſionis in poſſeſſionem ſub-
ſecutę, *Ant.Fab.in Cod.li.8.tit.16.defin.16.*cùm † miſ- 60
ſio in poſſeſſionem non ſit pars ſubhaſtationis,
ſed actus ſeparatus,licèt ſit ſubhaſtationi con-
ſequens, *Ant.Fab loco cit.nu.1.in alleg.*

SVMMARIA.

1 *Creditori,cui res debitoris nulliter à Iudice adjudica-
ta fuit, vel deliberata, competit retentio pro ve-
ro,certo,claro,& liquido credito, donec totum ſibi
ſoluatur, fructibus in ſortem computatis, ex com-
muni,& magis communi,& numer.27.Ampl. vt
nu.2.& 3.*

4 *Ampl. ſiue res pro credito ſit obligata, & hypotheca-
ta,ſiue non.*

Digitized by Google

5 *Pignus judiciale poteſt retineri pro credito chirographario.*

6 *Res in ſolutum data per ſententiam, vel inſtrumentum executiuum habens illius vim videtur quodammodo obligata, & ideò agens ad nullitatem tenetur debitum offerre.*

7 *Retentio pro vero, & liquido credito competit etiam in ſpolio Iudiciali à Iudice ex proceſſu nullo commiſſo concurrente hypothecæ, de qua in continenti doceatur, & n.8. & 14.*

9 *Declar. procedere, vbi poſſeſſio fuerit omiſſa culpa rei conuenti ob contumaciam, ſecus ſi facto Iudicis nulliter & injuſtè euidenter procedentis, vt putà ſine citatione, & intimatione. Ampliat. vt num. 12.*

10 *Contumacia in ſpoliato non citato non poteſt conſiderari.*

11 *Reſtitutio in ſpolio commiſſo à Iudice notoriè nulliter procedente ob omiſſam citationem nec ratione hypothecæ, nec ratione dominij, quod eſt fortius, impeditur, ſed ſpolium prius eſt purgandum ex communi.*

12 *Spoliaſſe dicitur pars, non Iudex, quando Iudex proceſſit ad partis inſtantiam.*

13 *Retentio competit ratione hypothecæ, ſi agatur, ſeu actum fuerit ad recuperandum fundum datum pro maiori quantitate conditione indebiti, ſecus ſi iudicio ſpolij.*

14 *Retentio non competit in ſpolio priuati, ſed in eo ſpolians, antequam audiatur, omnia reſtituere debet vſque ad obolum, & ſi retentio concederetur ſpoliatori, vel ſequeſtrum, ſpoliatus diceretur grauatus, & nu.19. & 20.*

15 *Ampl. vt hæc ſit regula, à qua nec ex reſcripto Principis arbitrium tribuente recedi poteſt, vbi remiſſiuè declaratur.*

16 *Liquidatio fructuum, & expenſarum reſtituendarum pro purgatione ſpolij fieri debet à ſpoliatore, non à ſpoliato.*

17 *Spolium priuati dicitur, & non judiciale, quando Iudex, vel Exequutor non procedit ſeruatis ſeruandis, & quare, & nu.18.*

21 *Retentio in re reſtituenda datur pro melioramentis circa eam factis.*

22 *Secus pro factis extra rem, vel de eis non conſtito, & num.23.*

24 *Retentio rei nulliter creditori adjudicatæ, vel deliberatæ, datur pro credito, pro quo adjudicata, vel deliberata fuit, non autem pro alio, etiam vero & reali. Ampl. vt nu.25.*

26 *Ceſſionarius poteſt, purgato ſpolio, agere ex jure ceſſo, prout poterat cedens.*

27 *Retentio non datur pro credito illiquido, prout nec compenſatio, nec ex eo impeditur reſtitutio in ſpolio.*

28 *Creditum liquidum dicitur, ſi ſuper eo adſit confeſſio partis, vel res iudicata, & ſi ita liquidum, vt contrarium probari non poſſit in petitorio.*

29 *Creditum effectum dicitur illiquidum ex fructibus, & ex penſionibus receptis lite pendente, qui eſſent reſtituendi, ſeu compenſandi, vel ex illis dicitur creditor, & ſpoliator redditus cautus, vt illi res retentio non competat, nec reſtitutionem effugere poſſit, niſi fructibus firmatis & numero trigeſimo.*

31 *Retentio ex defectu crediti non competit pro ſorte cenſus redempti, ad quam agi non poterat, ſiue ſimus in domino cenſus, ſiue in illius ceſſionario, ſed bene competit pro fructibus etiam poſtea decurſis, tanquam res transferit cum ſua cauſa, & num.32. & 33.*

34 *Retentio non datur pro vero credito, vbi adjudicatio eſt non ſolum nulla, ſed etiam injuſta.*

35 *Retentio creditori datur pro vero credito, ſi nulliter à Iudice rem habuerit, ſecus ſi per ceſſionem eius, qui ſubhaſtationi obtulerit.*

36 *Retentio creditori datur in re, quæ alias præter Iudicis auctoritatem ab eo ſine vitio poſſidetur, ſecus ſi cum vitio, vt ſi non in vim mandati, ſed propria auctoritate poſſeſſionem occupauerit, vel Iudex de facto vti priuatus ſine cauſæ cognitione, & non conſtito de debito proceſſerit, quia tunc purgari debet vitium ſpolij, & poſtea agi.*

De Re[illegible]tione rei nulliter ſubhaſtatæ, vel adjudicatæ pro vero credito.

INSP. XLII.

ILli, † qui habuit rem in ſolutum auctoritate Iudicis nulliter procedentis, ſeu etiam ad haſtam nulliter emit rem ſui debitoris, competit retentio pro vero, certo, claro, & liquido credito, & de quo nulla adſit dubitatio, donec totum ſibi ſoluatur, in ſorte fructibus computatis, ſecundùm communem, & magis communem opinionem, *Burſat. conſ.73. numero 28. libro primo, Paciſicus de ſalu. inſp.3. capite 4. num. 27. vbi Rota dec.157. numero 7. & ſeqq. Oſaſc. dec.34. numero 17. Surd. dec.46. nu.9. & 13. Galleſ. de oblig. camer. quæſt.37. nu.32. vbi Zacch. nu 60. vt ibi Rota dec.130. nu. 4. Medic. examinat.56. numero vndecimo. Gratianus diſcept. for. capite 706. nu.11. & 12. Mangil. de ſubha. quæſt. 52. nu. 20. & 24. quæſt.93. num.1. & quæſt.169. nu.1. vbi Rota dec.54. numero 4. in fin. Rota recent. dec.411. num. 20. parte 5. quæ eſt etiam poſt noſtrum tract. mand. de manut. dec.323. numero 20. & in Romana Domus de Barbarellis 26. Aprilis 1591. coram Comitulo, poſt tract. deciſione 4. in fin.* vt in adjudicatione nulla ob exceſſiuitatem tradit *Mangil. de ſubhaſtat. dictâ quæſt. 52. numero 2. & ſequentibus & ibi Rota deciſ.46. numero primo,* vel ob non ſeruatas ſolemnitates, *idem Mangil. ibidem.* 1

Ampl. 1. † vt creditori competat retentio, facta præſertim per eundem oppoſitione aduerſus petitam reſtitutionem rei cum fructibus ex capite nullitatis ſubhaſtationis, quod illi ſoluatur debitum certum, & verum vnà cum damnis, & intereſſe, quia per debitorem ea ſolui debent, ſeu alias cum fructibus debitis compenſari, *Mangil. de ſubb. qu.93. numer.3.* vbi † etiam quod datio in ſolutum eſſet in totum nulla. 2

Ampl. 2. † concluſionem procedere non ſolùm, ſi alias res pro eodem credito ſit obligata, & hypothecata, *Ann. alleg.80. Tepat. var. ſent. titulo 417. capite 9. Gratianus diſcept. forenſ. cap.16. nu.36. Mangil. de ſubhaſt. dictâ quæſtione 52. nu.17. & ſeqq. & quæſt.192. nu.7. & ibi Rota dec.54. nu.6.* vbi de communi *Canaler dec.539. num.8. & habui in tract. mand. de manuten. obſeru.12. nu.190.* Sed etiam ſi pro debito res 3

Digitized by Google

to res non ſit obligata, vel non competat hypotheca, *Mangil.d.q.52.num.7. & 19.q.93. num.2. & q.170.nu.2.Rot.poſt Zacch.ad Gallcſ.de oblig.camer. dec.*
5 *130. num.6. & 7.* Vnde † pignus iudiciale poteſt retineri pro credito chirographario, *Neguſ. de*
6 *pignor.part.1. memb.3. num.48.* Et eſt ratio, quia, † cum res datur alicui in ſolutum ſiue per ſententiam, ſiue ex inſtrumento executiuo, quod habet illius vim, videtur quodammodo talis res obligata; vnde, licet adiudicatio ſit nulla, aliquod tamen ius competit in re, & ideo agens ad nullitatem tenetur debitum offerre, *Gratian.diſcept.for.d.cap.706.n.13.*

7 Ampl.3. † etiam in ſpolio iudiciali, ſeu vbi agatur, vel actum fuerit iudicio ſpolij à Iudice ex proceſſu nullo commiſſi, concurrente hypotheca, de qua in continenti doceatur, *Gabr. de reſtit.ſpoliat. concluſ.2. numero 127. Mangil. de ſubhaſt. q.169.per tot.q.170.nu.4.& q.172.nu.1. Caualer.dec.539.*
8 *n.1. Rot.recent. dec.586. n.4.par.3.* † & quatenus creditum ſit liquidum, *D.Thomat. deciſ.19. num.1. & ſeqq.*

9 Intellige tamen, † iſtam ampliationem intrare, vbi poſſeſſio fuerit amiſſa culpa rei condemnati ob eius contumaciam, ſecundum communem, & veram opinionem, *Mangil. de ſubh.d.q.170 n.4. & 192.nu.8. & ibi Rot.dec.54.num.6. Gratian. diſcept.for.c.73. n.4. quadrageſimo ſeptimo. Caualer.d.dec.539. n.10. Rot.in Peruſina Spolij 19. Ianuarij 1643.coram R.P.D. Roias.poſt tract.dec.109.n.3.* Secus ſi non ex culpa, & contumacia, ſed quia fuerit facta ſpoliatio à Iudice nulliter, & iniuſte euidenter, & notoriè procedente, vt puta, quia
10 fuerit omiſſa citatio, & intimatio, † quo caſu poteſt conſiderari contumacia in ſpoliato,
11 quia † tunc nec ratione dominij, quod eſt fortius, quam hypotheca, regulariter impeditur, vel retardatur reſtitutio in ſpolio, ſed ſpolium prius purgandum eſt, *Gratian.diſcept.forenſ.d.cap. 714.n.48.& 49.* vbi de communi, *Mangil. de ſubh.d. qu.170.in fi. & qu.192. num.9. & per tot. & ibi Rot. d. dec.54.num.6. & ſeq. & per tot.* vbi etiam de communi, *Caualer. dict.dec.539.nu.1. & 10. Rot. in Romana Spolij de Pinis 19. Nouembris 1621. coram Cardin. Veroſpio ſeniore, poſt tract.deciſ.37. numer.1. in Arimin. Spolij 26. Iunij 1632. coram Motmanno, poſt tract. dec. 23.num.10. in Romana Syluæ 12. Decembris 1633. coram Eminen. D.Card.Veroſpio iuniore, poſt tract. deciſ.100. num.1. & in Peruſina Spolij 19. Ianuarij 1643. coram R.P.D. Roias, poſt tract. deciſ.109. numero 1. 3. & 4.*

12 † Præſertim quando Iudex proceſſerit ad partis inſtantiam, cum ipſa tunc dicatur ſpoliaſſe, non Iudex, *Mangil.d.q.192. nu.4. & ibi Rot. d.dec.*
13 *54.n.3.Caualer.d.dec.539.* Quare † competit retentio ratione hypothecæ, quando agitur, ſeu actum fuit ad recuperandum fundum datum pro maiori quantitate conditione indebiti, ſecus ſi remedio ſpolij, *Mangil.de ſubhaſt. q.162.n.10. & ibi Rot. d.dec.54.n.10.*

14 Vel intellige † d.3. ampliationem locum habere, prout concepta eſt, in ſpolio iudiciali, ſecus in ſpolio priuati, cum in hoc ſpolians antequam ſit audiendus, omnia reſtituere debeat vſque ad obolum, *Rot.recent.dec.515. num.1. part.3.* quæ eſt etiam *penes Marcheſ. de commiſſ. part.2. fol.*
15 *244.* † & hæc ſit regula, à qua nec ex reſcripto arbitrium tribuente recedi poſſit, *Rot.recent.deciſ.* *586.num.1.part.3.* vbi declaratur † facta per eundem, non autem per ſpoliatum fructuum, & 16
expenſarum liquidatione, *Rot.in Romana Domorum in Burgo 11.Martij 1620. coram Vbaldo ſeniore, poſt tract.dec.48.n.3.& ſeqq.* † & priuari dicitur, & nō 17
iudiciale, quando Iudex, ſeu Executor non procedit ſeruatis ſeruandis, quia † tunc non 18
præſumitur ſpoliatus tacite conſenſiſſe in dimiſſione poſſeſſionis, prout tacite conſenſiſſe præſumitur, vbi fuerit rite, & recte proceſſum, *Rot.recent.d.dec.515.n.2.& ſeq.par.3.& apud Marcheſ. d.part.2.fol.244.* &, † ſi retentio concederetur 19
ſpoliatori, diceretur ex eo ſpoliatus grauatus, *Rot.recent. d.dec.586. n.1. part.3.* † prout & quoque 20
ſi loco retentionis permitteretur ſequeſtrum, *eadem dec.586 n.1.*

Ampl.4. † vt retentio detur etiam pro me- 21
lioramentis factis circa rem reſtituendam, *l.in fundo. vbi DD.ff.de rei vendic.Mangil.de ſubhaſt.q.193. num.1. verſ. & negatiue.* quamuis † ſecus in factis 22
extra rem, *Mangil. ibid.* & † quando de eis non 23
conſtet, *Caualer. d.dec.539.in fi. Rot. poſt Mangil. de ſubhaſt.dec.54.in fi.*

Decl.1. † principali concluſioni locum eſſe, 24
vbi res ad creditorem prouenerit ex cauſa illius debiti, pro quo prætenditur retentio, ſecus quando quis velit retinere pro alio credito, etiam vero, & reali, ex cuius cauſa res ad illum non peruenerit, *Grat. diſcept.for.cap.706. n.14. Medic.examinat.56. n.1.& 12. Mangil.de ſubhaſt. q.52. n.15.q.169.n.3.q.170. n.3.q.172.nu.3. & qu.192.nu.6.Caualer.d.dec.539. n.4. Rot.recent. dec.411.num.23.par.5. quæ eſt etiam poſt noſtrum tract. mand. de manuten. deciſion.323.& in Peruſina Spolij 19. Ianuarij 1643. coram R.P.D. Roias, poſt tract. deciſ.109. num.36.* Qua de re † non datur retentio pro credito, quod, 25
qui vult retinere, ſoluit alio creditori ceſſione reportata, vbi ad eiuſdem creditoris inſtantiam non fuit res ſubhaſtata, nec ille habuit pecunias vigore ſubhaſtationis, ſed quia erat creditor pretij, ſeu illius reſidui occaſione venditionis factæ de eadem re cum dominij reſeruatione, donec ſibi de illo integre ſatisfieret & ſic ad prædium liberandum, *Rot.poſt Mangil. de ſubhaſt.d. dec.54. nu.9.* nam † tunc poterit, purgato 26
ſpolio, deinde agere ex iure ceſſo, prout agere poterat ipſe cedens, *d.deciſ.54.n.9.*

Declar.2. † concluſionem procedere, prout 27
formata fuit, nempe quando conſtat de credito, & quidem liquido, ſecus econuerſo, quia tunc non datur retentio, nec compenſatio, nec impeditur reſtitutio ſpoliato, *Mangil. de ſubhaſt. q.52.nu.20.& 21.& q.192.n.11. & ibi Rot. dict.dec.54. nu.11 dec.70. in fi. & dec.88.numero 11. Rot. recent. dict. dec.411.num.20.24. & 27. par.5. quæ eſt etiam poſt noſtrum tract.mand.de manuten.deciſ.323.& dixi ibid. obſeru.12. num.100. & 101. Caualer.d.dec.539.nu.5.* † De 28
credito autem aliquando conſtare diceretur, ſi ſuper eo adeſſet confeſſio partis, vel res iudicata, *Mangil.de ſubhaſt.d.q.52.n.24.& q.172.n.4. Caualer.d.deciſ.539.nu.6. & habui dict. tract.mand. de manuten.obſeru.12.num.101.* & ſi eſſet ita liquidum, vt contrarium probari non poſſet in petitorio, *Caualer. d.deciſ.539. num.5.* † Sed ex fructibus re- 29
ceptis, ſeu penſionibus exactis lite pendente, qui eſſent reſtituendi, ſeu compenſandi, creditum, tanquam diminutum, diceretur eſſe-

Digitized by Google

ctum illiquidum, vel ex illis creditor, & ſpoliator redditus cautus, ita vt non competeret ſibi retentio rei, neque ipſe eius reſtitutionem effugere poſſet, *Mangil. de ſubhaſt. dict. quæſt. 172. n. 4. & 5. & ibi Rot. dict. deciſ. 54. nu. 11. verſ. reſpondetur, Caualer. dict. deciſio. 539. num. 5. & 7. Rot. in Peruſina Spolij 19. Ianuarij 1643. coram R. P. D. Roias, poſt*
30 *tract. deciſ. 109. num. 5. & ſeq. & num. 37.* & † non diceretur creditum certum niſi firmatis fructibus, *Rot. in Romana Sylua 12. Decembris 1633. coram Eminentiſſ. D. Card. Veroſpio iuniore, poſt tract. deciſ.*
31 100. *numero ſecundo.* Et † ex defectu crediti non competeret retentio pro ſorte cenſus redempti, ad quam recuperandam agi non poterat, nec debitor moleſtari, ſiue ſimus in domino cenſus, ſiue in illius ceſſionario, *Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 193. per tot. & ibi Rot. dict. deciſ. 54. num. 7. in fi. & numero 8. Caualer. dict. deciſio. 539. num. 2. & 3. & Rot. in Nepeſina de Nardonibus 5. Iulij 1593. coram Ora-*
32 *no, poſt tract. dec. 18. numero primo,* † quamuis competat pro fructibus etiam poſtea decurſis, cum
33 † res tranſeat cum ſua cauſa, & onere, *dict. deciſ. 18. num. 2.*

34 Declar. 3. † ſecus eſſe, vbi adiudicatio fuerit non ſolum nulla, ſed etiam iniuſta, *Mang. de ſubhaſt. quæſt. 192. num. 5. & ibi Rot. d. dec. 54. n. 4. Caualer. d. dec. 539. n. 8.*

35\. Declar. 4. † concluſionem ſibi locum vindicare in creditore, qui ab ipſo Iudice rem habuerit, ſecus ſi per ceſſionem ſibi factam ab eo, qui in iudicio ſubhaſtationis obtulerit, *Mangil. de ſubhaſt. qu. 170. num. 3. & ibi Rot. dict. dec. 54. numero 5.*

36 Declar. 5. † retentionem concedi in re, quæ alias præter Iudicis auctoritatem ſine vitio à creditore poſſideatur, *l. ſi non ſortem, §. ſi centum, vbi gl. in verb. retinebitur, ff. de cond. indeb. l. ſi neceſſarias, §. ſi pignori, ff. de pignor. act. l. ſi ſeruus, ff. de act. empt. l. cum autem, ff. de ſolut. l. primo §. redigitur, & ibi gl. & Bart. ff. quorum legat. Rot. diuerſ. dec. 295. nu. 1. par. 2. & penes Zacch. de oblig. camer. dec. 130. numero 7. & in recent. dec. 411. num. 21. par. 5. quæ eſt etiam poſt d. noſtrum tract. mand. de manutenen. deciſ. 323. numero 21.* Secus autem ſi cum vitio, vt ſi propria auctoritate creditor occupauerit, non in vim mandati Iudicis, vel Iudex de facto vti priuatus ſine cauſæ cognitione, & non conſtito de debito proceſſerit, quia tunc purgari prius debet vitium, & res reſtitui, & poſtea agi, *Medic. examinat. 56. nu. 1. & ſeqq. Mangil. de ſubh. d. q. 52. num. 11. & ſeqq. & q. 93. nu. 7. & ſeq.*

SVMMARIA.

1 *Creditor, & victor in rei, & pignoris ſubhaſtatione, & deliberatione iure creditoris non tenetur promittere de euictione.*

2 *Et, ſi non promittat, de ea regulariter conueniri non poteſt.*

3 *Vendere iure pignoris, & iure creditoris idem eſt.*

4 *Creditor vendens rem iure pignoris, vel creditoris dicitur vendere bona fide, qualem pignori accepit.*

5 *Creditor de euictione non tenetur nec in pignore iudiciali, nec in prætorio, nec in conuentionali, & num. 6.*

7 *Ampl. nec in ſubſidium.*

8 *Ampl. non ſolum in creditore priuato, ſed etiam in Fiſco, & ſiue Fiſcus vendat rem debitoris auctoritate publica inſtantibus creditoribus, ſiue pignus iure creditoris, & n. 9.*

10 *Euictio non debetur ab eo, qui ſub haſta vendidit, ſeu locauit neceſſitate Officij, vbi exempla.*

11 *Creditor de euictione tenetur, vbi non præſtet quatuor, hoc eſt, quod res ſit ſibi obligata, & in ea quantitate, quod in ea ſit prior, & magis priuilegiatus, quod crediderit, rem eſſe debitoris, & quod ſibi liceret vendere ex pacto, vel lege, vel quod ſaltim ita crediderit, & nu. 12. & ſeqq. & nu. 21. & 22.*

14 *Et, ſi pro pluri diſtraxerit tenetur vltra pretium etiam ad intereſſe.*

17 *Et tenetur de euictione, niſi iura, & pignoratitiam actionem cedat, & poſſeſſionem tradat, ſed facta ceſſione nec ad pretij reſtitutionem tenetur, & numero 18.*

19 *Creditor de euictione non tenetur, ſi vendat bona fide, ſecus ſi mala, ſeu doloſe, vt ſi occultauerit, ſeu non detexerit vitium, ſeu ſeruitutem, & n. 20.*

23 *De euictione tenetur, vbi ſubhaſtatio non fuerit rite, & recte facta, & pro eo, quod emptoris intereſt propter nullitatem ſubhaſtationis, vt puta facta de bonis alterius, quam debitoris, etiam ſi id propter imperitiam Executorum euenerit, & n. 24. & 25.*

26 *Creditor curare debet, quantum in ſe eſt, nè quid prætermittatur eorum, quæ tutam venditionem facere poſſunt.*

27 *Creditores, qui non inſteterunt pro ſubhaſtatione, ſed tantum illa facta comparuerunt pro recuperatione eorum crediti, non tenentur ad aliqua damna, & expenſas, ſed ſolum de euictione pro rata pecuniarum ad eos peruenta, quando res fuit male ſubhaſtata, & fructus debentur per debitorem, & nu. 28.*

29 *Creditores, qui inſteterunt pro ſubhaſtatione, ſi res detegatur aliena, & præcedenti ſola proteſtatione, quod ea eſſet talis, non tenentur ad pretij reſtitutionem, ſed ad ceſſionem contrariæ pignoratitiæ contra debitorem, & ipſe ſolus debitor hoc caſu de euictione tenetur, & n. 30.*

31 *Creditor emptori ſub haſta tenetur tantum ad pretium, quo res ſub haſta vendita fuit, non ad verum pretium, & quare. Ampl. vt n. 33.*

34 *Creditor pignus vendens tenetur cauere de euictione, ſi euictio immineat in limine contractus etiam ſubhaſtationis, alias poteſt emptor pretium interim retinere.*

35 *Factum Iudicis reputatur factum partis, & n. 61.*

36 *Creditor de euictione tenetur, ſi rem debitoris ſub haſta vendiderit non iure creditoris, ſed vti dominus.*

37 *Creditor in dubio cenſetur vendere rem debitoris iure creditoris, etiam ſi promittat de euictione, & fortius ſi conueniat, ſe ad eam nolle teneri, nec ad pretij reſtitutionem, ſecus ſi ſimpliciter vendat non nominando ſe creditorem, & numero 38.*

39 *Creditor de euictione tenetur, ſi eam promiſerit.*

40 *Et tunc non vti creditor, nec ex natura rei, ſed ex pacto.*

41 *Fiſcus vendens rem vti ſuam, & promittens de euictione, & ſub pœna dupli, ad ſimplum ſolum tenetur & pretij reſtitutionem.*

Digitized by Google

42 *Fiſcus in Camera Patatina, & Dominio Veneto vendens bona debitoris quam obligationem faciat, & numero 43.*

44 *Euictione ſecuta rei vendita ſub haſta, poteſt emptor agere contra eum, ad cuius inſtantiam res ſubhaſtata fuit, & cui ſolutio facta fuit, ad precij, & ſumptuum litis tantum reſtitutionem, & hac conditione indebiti, & ex æquitate, & ſi pretium non ſoluerit, poteſt à ſolutione ſe defendere, & numero 45.*

46 *Ampl. etiam quod venditor non teneatur de euictione niſi pro dato, & facto ſuo.*

47 *Emptor ad haſtam conuentus à creditore anteriore habet actionem ad pretium contra poſteriorem, cui illud ſoluit.*

48 *Ampl. etiam ſtante pacto, quod creditor non teneretur de euictione, & etiam contra eum, qui venditioni conſenſit, & partem precij recepit, & numero 52.*

49 *Limit. niſi pactum fuerit, vt nec ad pretij reſtitutionem teneratur, quo caſu nec datur emptori retentio, & num. 50.*

51 *Lim. ſecus ſi in creditore concurrant illa quatuor, de quibus hic.*

53 *Emptor ſub haſta, cui à tertio fuit res euicta vti ſua, agere poteſt contra creditorem, ad cuius inſtantiam fuit ſibi deliberata, & qui precium recepit, ad ipſius reſtitutionem, tanquam illud retineat ſine cauſa.*

54 *Fiſcus, re debitoris per ipſum vendita euicta, nec ad precij reſtitutionem tenetur.*

55 *Ampl. etiam re euicta iure fideicommiſſi.*

56 *Creditor, qui bona fide cum neceſſariis requiſitis ſubhaſtare fecit rem debitoris, & creditum ex precio recepit, quod non extet, ſed ſit conſumptum, non cogitur illud reſtituere ex aliquo accidenti, quod in re eueniat in damnum emptoris.*

57 *Creditor in caſibus, in quibus de euictione tenetur tantum pro ea parte, & æſtimatione, qua res euicta fuit.*

58 *Sed reſpectu moleſtiarum in parte ad totale intereſſe tenetur.*

59 *Emptor ad haſtam, ſeu creditor, cui res adiudicata fuit, agnato, ſeu vicino retrahente, de euictione cauere non tenetur, niſi de facto ſuo tantum.*

60 *Nec de ea obligatus eſt nec pro pretio.*

62 *Retractus ratione agnationis eſt actus voluntarius, & ideo agnatus conſulere debet, an ei expediat retrahere.*

63 *Creditor non tenetur ſe præſtare potiorem agnato retrahenti, poſtquam emit, ſeu res fuit ſibi adiudicata, ſed ſolum ſi agnatus emat licitando.*

Creditor, & vendens pignus ad haſtam an teneatur de euictione, & ad quid. Et an de euictione cauere teneatur emptor ad haſtam, ſeu creditor, cui res adiudicata fuit in caſu retractus.

INSP. LXIII.

CReditor, ſeu victor, qui in rei, & pignoris venditione iure creditoris, & vt ſibi obli-
gatæ, & in illius ſubhaſtatione, & deliberatio-
ne de euictione non promiſit († provt promit- 1
tere non tenetur, *Fontanell. dec.222.num.13.*) † de 2
ea regulariter conueniri non valet, *leg. periculum,*
vbi gloſ. Bart. & Salic. ff. de pignor. leg. emptorem, §. ſen-
tentiam, ff. de act. empt. leg. qui hæres, circa med. ff. fa-
mil. erciſcun. leg. 1. vbi gloſ. leg. 2. & l. fin. ac tot. tit. Cod.
cred. euict. pignor. non deber. Neguſ. de pignor. part. 6.
memb. 1. num. 40. vbi vide. *Franc. Baldun. eod. tract.*
cap. 18. colum. 5. circa fin. Aret. in leg. à Diuo Pio, §. ſed
ſi emptor, numero ſecundo ff. de re iudic. Saluſt. Tiber. in
pract. A. C. lib. 1. cap. 43. numero 15. & lib. 3. capit. 16.
numero 7. Carpan. ad Statut. Mediol. lib. 1. capit. 166.
numero 26. vbi allegat. Duen. reg. 169. limitantem in
ſex caſibus. *Tepat. var. ſent. tit. 421. Torniol. conſil. 6.*
numero 207. lib. 2. Franc. Marc. quæſt. 26. parte ſecun-
da Mareſcott. var. reſol. lib. 2. capit. 134. numero 3. Paci-
fic. de ſalu. inſp. 4. cap. 1. numero 145. Mangil. de euict.
q. 44. numero 3. 4. 10. & 12. & quæſt. 46. num. 5. & de
ſubhaſt. quæſt. 20. numero 8. quæſt. 49. numero 5. qu. 126.
numero 15. quæſt. 160. numero 3. quæſt. 173. numero quar-
to, Vincent. de Franc. dec. 200. numero 16. parte prima,
Magon. deciſ. Flor. 137. numero 7. Thomat. deciſ. 81. nu-
mero 12. Fontanell. deciſ. 222. numero 8. & deciſ. 223.
numero 22. Rot. diuerſ. deciſ. 281. num. 33. parte ſecun-
da.

Cum enim † creditor rem vendat jure pi- 3
gnoris, ſeu creditoris, quod idem eſt, *leg. ſi & iu-*
re, ff. de diſtract. pignor. leg. ſi mandatum, §. creditor, ff.
mand. Baldun. de pignor. cap. 18. colum. 5. circa fin. † bo- 4
na fide vendit, qualem pignori accepit, *Baldun.*
ibidem.

Ampliat. primo † tam in pignore iudiciali, 5
quam in prætorio, *Tepat. variar. ſent. dict. titul. 421.*
Mangil. de euict. quæſt. quadrageſima quarta numero 3.
Magon. deciſ. Flor. 32. † & conuentionali, *Mangil.* 6
de euict. quæſt. quadrageſima ſexta ſub nu. 6.

Ampl. ſecundo, † vt creditor nec teneatur 7
in ſubſidium, *Fontanell. deciſ. 222. nu. 16.*

Ampl. tertio † non ſolum in creditore pri- 8
uato, ſed multo magis in Fiſco, *Baldun. de pi-*
gnor. dict. cap. 18. colum. 6. circa fin. Peregr. de iur. Fiſc. lib.
6. titulo 4. de vend. & empt. Fiſcal. num. 36. Mangil. de
euict. quæſt. quadrageſima quarta Fontanell. d. dec. 222.
numero 9. & ſeq. Et quidem † Fiſcus non tene- 9
tur, ſiue vendat rem debitoris auctoritate pu-
blica inſtantibus creditoribus, *Fontanell. dicta de-*
ciſ. 222. numero primo & ſeq. ſiue vendat pignus
jure creditoris, *Fontanell. ibidem numero ſeptimo &*
ſeq.

Ampl. quarto, † vt eo magis de euictione 10
non teneatur, qui officij neceſſitate coactus
rem publice licitanti addixerit, & locauerit,
cum ex eo damnum, intereſſe, vel periculum
ſibi obuenire non poſſit, vt in Exequentibus,
Carpan. ad Statut. Mediol. libro primo cap. 166. n. 25. &
in eo, qui vendidit pignus in vim iudicati ca-
ptum, eſt *tex. in leg. pignori, C. de euict. & tradit Bal-*
dun. de pignor. cap. 18. colum. 6. circa fin & Mangil. de
euict. quæſt. 194. num. 20. & de tutore eſt *tex. in leg.*
aduerſus, in fin. ff. de inoffic. teſtam. & tradit Papon de
arreſt. libro decimo tertio, titul. 9. de vectig. arreſt. 15. &
de Commiſſario, qui rem à Fiſco vindicatam
publice licitanti addixerit, & locauerit, *Papon,*
ibidem,

Declar. ſeu limit. primo † vt creditor de eui- 11
ctione teneatur, vbi non præſtet quatuor, de

Digitized by Google

quibus per gloſ. in leg. 1. in verb. cum iure, & in verb.
iure vendit. Cod. cred. euict. pign. non deb. Tepat. variar.
ſent. titul. 421. Mangil. de euict. q. quadrageſima quarta
12 n. 5. Magon. dec. Flor. 32. † & præcipuè vbi non poſ-
ſit probare, rem ſub haſta venditam ſibi eſſe o-
bligatam, & hypothecatam, vt tradit etiam Te-
pat. var. ſentent. titul. 421. Neguſ. de pign. part. 6 membr. 1
numero quadrageſimo Saluſt. Tiber. in pract. A.C. libro
1. capit. 43. n. 15. Mangil. de euict. qu. quadrageſima quar-
13 ta numero 13. † & ſe eſſe verum creditorem, Man-
gil. de ſubhaſtat. qu. 20. n. 8. & 11. qu. quadrageſima nona
nu. 7. qu. 73. numero 10. & quæſt. 160. numero quarto &
de euict. d. q. quadrageſima quarta n. 9. & 13. & q. 46. n.
14 12 Thomat. dec. 81. nu 17. & 18. † & in ea quantitate,
quam aſſeruit, quia, ſi pro pluri, quam ſit cre-
ditor, diſtraxerit, & de euictione tenebitur,
Mangil. de euict. d. q. quadrageſima quarta n. 6. & 7. &
ſic vltra pretium etiam ad intereſſe, l. controuer-
ſia. & l. ſucceſſores, C. de euict. Mang. d. q. quadrageſima
15 quarta num. 8. † & in concurſu probare debet ſe
potiorem, & anteriorem quolibet alio, d. l. 1. vbi
Bald. C. cred. euict. pignor. non deb. Neguſ. & Saluſt. Tiber.
vbi ſup. Mang. de euict. d. q. quadrageſima quarta numero
decimo quarto & qu. 46. n. 7. & 12. vbi videas, & de
ſubh. d. q. 49. nu. 7. & qu. 160. numero quarto Moniac. dec.
Bonon. 57. nu. 12. & in terminis Fiſci, Peregr. de iur.
16 Fiſc. li. 6. titulo quarto de vend. & empt. Fiſc. nu. 36. † &
inſtrumenta deſuper oſtendere, l. creditor, ff. de
17 act. empt. Tepat. var. ſent. d. titul. 421. † & niſi iura, &
pignoratitiam actionem cedat, & poſſeſſionem
tradat, leg. pen. ff. de diſtract. pignor. leg. in creditore, ff.
de euict. Tepat. loco citato Franc. Marc. quæſt. 926. par-
te ſecunda, Mang de euict. d. quæſt. quadrageſima ſexta
18 nu. 6. vbi quod † facta ceſſione non tenetur ad
pretij reſtitutionem, & num. 12. Magon. deciſ. Flor.
137. num. 7.

19 Declar. ſeu limit. ſecundo, † ſi tamen credi-
tor vendat bona fide, ſecus ſi mala, ſeu doloſe,
Neguſ. de pignor. part. 6. memb. 1. numero quadrageſimo
Saluſt. Tiber. in prax. lib. 1. capite quadrageſimo tertio n.
15. Tepat. var. ſentent. titulo 421. Mangil. de euict. q. qua-
drageſima quarta numero quarto & de ſubh. q. 160. nu.
4. Magon. dec. Flor. 32.

20 Hinc eſt, quod regula † non habet locum,
quando, qui vendidit, & ſubhaſtationem ob-
tinuit, ſciens, & prudens occultauit, ſeu non
detegit vitium, aut ſeruitutem rei ſubhaſtatæ,
Mangil. de ſubhaſt. q. 73. n. 9. Thomat. dec. 81. n. 16. Rot. di-
21 uerſ. dec. 281. nu. 34. part. 2. † vel ſciuit, rem non eſſe
debitoris, ſed alienam, Mangil. d. qu. quadrageſima
22 quarta n. 15. † vel ſibi non licere vendere nec ex
pacto, nec ex legis diſpoſitione, Mangil. d. q. qua-
drageſima quarta n. 16. & q. 46. nu. 7.

23 Decl. ſeu lim. tertio, regulam † non proce-
dere, quando ſubhaſtatio non fuerit rite, & re-
cte facta, Neguſ. de pign. par. 6. memb. 1. numero qua-
drageſimo Saluſt. Tib. in pract. li. 1. c. quadrageſimo tertio
n. 15. Mang. de ſubh. q. 160. n. 4. & 73. n. 7. Thomat. dec. 81.
n. 14. Fontanell. dec. 223. n. 18. Rot. recent. dec. 370. n. 5 par.
24 1. quia † tunc tenetur venditor ſub haſta ad id,
& pro eo, quod intereſt emptoris propter nul-
litatem ſubhaſtationis, vt puta factæ in, & de
25 bonis alterius, quam debitoris, † etiam ſi id e-
uenerit propter imperitiam Executorum, l. 1.
§ illud ſciendum, ff. de ſeparat. l. 2. in fi. C. cred. euict.
pign. non deb. Mang de ſubh. d. qu. 173. n. 7. Thomat. d. dec.
26 81. n. 15. † Tenetur enim creditor curare, quantũ
in ſe eſt, ne quid prætermittatur eorum, quæ
tutam venditionem facere poſſunt, Thomat. d. de-
ciſione 81. nu. 18.

Subdecl. ſeu ſublim. vt, † quando res fuerit 27
male ſubhaſtata, & contingat, ſubhaſtationem
retractari, & ſucceſſiue ſententiam ferri contra
creditores, ad quorum inſtantiam ipſa ſubha-
ſtatio facta fuerit, pro reſtitutione precij, fru-
ctuum, & expenſarum, Creditores, qui non
inſteterunt pro ſubhaſtatione, ſed tantummo-
do, illa facta, comparuerunt pro recuperatio-
ne eorum crediti, non teneantur ad aliqua
damna, & expenſas, cum ipſi non dederint cau-
ſam damno, ſed tantum de euictione pro ea
rata pecuniarum, quæ ad eos peruenerit, Mang.
de ſubhaſt. q. 103. num. 10. & 11. Seraph. deciſ. 1435. num.
2. & ſentit Gluſian. de dat. in ſolut. cap. 18. nu. 276. † Re- 28
peciturque ſolum precium, pro quo delibera-
tio, ſeu datio in ſolutum facta eſt, fructus au-
tem debentur per debitorem, Seraph. loco citato
† Creditores vero, ad quorum inſtantiam fa- 29
cta eſt ſubhaſtatio, ſi res detegatur aliena, nec
videntur teneri ad pretij reſtitutionem ex ſola
proteſtatione, cum eorum mala fides non po-
tuerit induci per ſimplicem proteſtationem,
quod res non pertineret ad debitorem, Seraph.
dict. deciſ. 1433. num. 2. & 3. Vnde † teneretur hoc 30
caſu ſolum debitor de euictione, & creditores
ad nihil aliud, quam ad cedendum emptori
contra debitorem contrariam pignoratitiam
actionem, Mangil. de ſubhaſt. dict. qu. 103. n. 12. Seraph.
d. dec. 1435. nu. 4. vbi tamen non totaliter firmat.
† Teneturque creditor erga emptorem ad eam 31
tantum ſummam, qua vendita, & ſubhaſtata
res fuit, non ad verum pretium, cum majus
damnum emptor paſſus non fuerit, & † for- 32
tius ſi res nihilominus remaneat penes empto-
rem, vt ſi emerit ipſe debitor, cum, ſi res plus
vere valeat, illud plus ſit penes eundem, &
vere habeat, quod petit, Rot. in Forolivien. de Mon-
ſignanis 22. Maij 1595. coram Litta, poſt tract. deciſ.
6. numero primo & tertio licet † aliud ſit, ſi eme- 33
rit tertius, quia ille poteſt prætendere ve-
rum pretium, & quanti pluris eadem res
vendi potuiſſet, dict. deciſ. 6. numero 2. & 3. poſt
tract.

Declar. ſeu limit. quarto, ſecus eſſe, † quan- 34
do euictionis periculum ſuperuenerit in limi-
ne contractus, etiam ſubhaſtationis, tunc enim
emptor cauſatiue per viam exceptionis poteſt
vti remedio, leg. ſi poſt perfectam, C. de euict. & pre-
tium retinere, donec reddatur ſecurus, Mangil.
de ſubhaſt. quæſt. 173. num. 8. 11. & 12. Thomat. dict. deciſ.
81. numero 7. & ſeqq. & numero 13. 19. & 29. Sperell.
deciſ. 78. numero 10. Fontanell. dict. deciſ. 222. numero 17.
vbi tamen id non ponit pro conſtanti, Rot. di-
uerſ. deciſ. 281. numero 35. parte ſecunda, quia † factum 35
Iudicis reputatur factum partis, Sperell. & Rot.
diuerſ. loco citato.

Decl. ſeu limit. quinto, vt † creditor de eui- 36
ctione teneatur, ſi rem debitoris ad haſtam
vendiderit non iure creditoris, ſed vt domi-
nus, Tepat. var. ſent. tit. 421. Mangil. de euict. q. quadra-
geſima quarta numero 4. & 17. & qu. 46. num. 6. Magon.
deciſ. Florenſ. 22. Sed † in dubio cenſetur eam ven- 37
dere iure creditoris, etiamſi promittat de eui-
ctione, & fortius, ſi conueniat, vt de euictione
non

Digitized by Google

non teneatur,nec ad pretij reſtitutionem, *Man-*
38 *gil.de euict.dicta q.46. num.1. & 2.* † ſecus ſi ſimpli-
citer vendat non nominando ſe creditorem,
Mangil.ibidem num.6.

39 Decl. ſeu limit. ſexto, vt † creditor de eui-
ctione teneatur, ſi illam promiſerit, *lege ſi pigno-
ra § ſi creditor, ff.de pignor.act. Baldun. de pignor.cap.
18.col.6.in princ. Neguſ.eodem tract.parte 6.membro 1.n.
40. in fin. verſiculo ſexto fallit. Tepat. var. ſent. tit.421.
Mangil. de euict. quaeſt.44. num.4. & 8. & de ſubhaſt.
quaeſt.67. numero 7. & ſeqq. Magon. deciſ. Flor.32. &
dec.137.numero 7.& 8. Fontanell. dec.222.nu.9. & ſeqq.
Rot. recent. dec.504. numero 2. circa fin. parte 3.* quia
40 † tunc tenetur non vti creditor, & ex natura
rei, ſed ex pacto, *Fontanell.dicta deciſione 222.num.
9. & ſeqq.*

41 Subdecl. ſeu ſublim. in Fiſco, quia † ipſe in
caſu,quod vendat rem vti ſuam, & promittat
de euictione,& ſub pœna dupli, non tenetur
ad aliud, quàm ad ſimplum, & ad precij reſti-
tutionem.*lege ſi procurator, ff.de iur. Fiſc. gl. in lege ſi
dubium ff.de euict.Rebuff.de dilat.articulo 2. gloſſa 1. n.
32.* vbi, quod ita ſeruatur in Regno Franciæ,
*Pariſ.conſ.101.num.14.lib.1. Caballin.de euict.§.1.n.88.
Peregr.de iur.Fiſc.lib.6.tit.4. de vend. Fiſcal.nu.36.* vbi,
quod ita ſeruatur in Dominio Veneto,*Fontanel.*
42 *dicta deciſione 222. in fine, numero 12.& 13.* † In Ca-
mera tamen Patauina, & in toto Dominio Ve-
neto,dum vendunt bona debitoris, Fiſcalis, o-
bligant in caſu euictionis bona illius debito-
ris, & ipſam Cameram, & promittunt, quod
emptor in caſu legitimæ euictionis non extra-
hetur de ſuo poſſeſſu,niſi prius reſtituto precio
cum expenſis, & cum melioramentis in re fa-
43 ctis, *Peregr. dicto num.39. in fine*, vbi, quod † iſta
clauſula in damnum Fiſci deuiaret à regulis
iuris, ſi aliter intelligeretur, quàm de iure ſit
intelligenda.

44 Decl. ſeu limit.ſeptimo,vt † ſecuta euictio-
ne rei venditæ ſub haſta poſſit emptor agere
contra creditorem, & illum, ad cuius inſtan-
tiam fuit facta ſubhaſtatio, & cui fuit facta ſo-
lutio, ad precij tantũ reſtitutionem cum ſum-
ptibus litis, *lege ſi pignora & lege pen. ff.de euict. l.ſi
ob cauſam, C eod. & Baldun de pignor.capite 18. col.6.
circa fin.Mangil.de ſubh.qu.173.nu.5. Thomat. dec.81. n.
6.11.& 19.Fontanell.d.dec.222.nu.16. & deciſ.22.nu.19.
& ſeq.* quem videas *Rot.recent. deciſ.190. nu.8. parte
3.* & de ſtylo regni Franciæ, *Rebuff. in titulo de di-
lat. art.2.gloſ.1. num.32.* & in Dominio Veneto,
*Peregr.de iur.Fiſc.lib.6.titulo quarto de vendit.& empt.
Fiſcal.num.36.* & quidem, tam conditione inde-
biti, quàm ex æquitate, *lege ſi me, & Titium, ff.ſi
45 cert.pet. Mangil.de ſubhaſt.quaeſt.49. nu.2. & 4.* &, † ſi
pretium non ſoluerit, poteſt à ſolutione ſe de-
46 fendere, *Mangil.d.q.173.nu.9.* † Etiam quòd ven-
ditor non teneatur de euictione niſi pro dato,
& facto ſuo, *Thomat.d.deciſ.81.n 11.*

47 Hinc eſt,quod,† ſi contra emptorem ad ha-
ſtam à creditore poſteriore agat creditor ante-
rior, habet ipſe emptor actionem ad pretium
contra ipſum ſecundum creditorem, cui illud
ſoluit, *Fontanell.deciſ.223.n.6.& ſeqq.*

48 Extende primo,† etiam ſi inter creditorem,
& emptorem factum fuiſſet pactum,quod cre-
ditor non teneretur de euictione, *Fontanell. dicta
deciſ.223.n.10.*

Reſtringe,† ſecus ſi pactum etiam fuiſſet, vt 49
nec ad pretij reſtitutionem teneretur, *Add. ad
Bart. in lege emptorem §.qui autem, litera B. ff.de act.
empt.* vbi, quod † iſto caſu nec datur emptori 50
retentio, *Mangil.de euict.quaeſt.46.n.2.*

Reſtringe ſecundo, † ſecus ſi in creditore 51
vendente concurrant illa quatuor, de quibus
per *gloſſ.fin. in lege 1.C.cred.euict.pign.non deb.Mangil.
loc.cit.* hoc eſt,quod res ſit creditori,qui pretium
recepit, obligata, quod ille ſit prior, & magis
priuilegiatus,quod crediderit, rem eſſe debito-
ris,& ſic non fuerit in dolo, & quod ſibi liceret
vendere ex pacto,vel lege, vel ſaltem credide-
rit ſibi licuiſſe. *Fontanell.deciſ.222.n.8.& 20.*

Extende ſecundo, † etiam quoad eum, qui 52
ſolum conſenſit venditioni,& pretium in par-
te, vel in totum recepit, *Fontanell. dicta deciſione
223.n.10.* vbi,quod hæc ſunt bene notanda,quia
quotidie incidunt in praxi.

Hinc etiam eſt, quod, † quando contra em- 53
ptorem ad haſtam egit, & obtinuit tertius ſibi
rem reſtitui vti illius dominus, poteſt emptor
pariter agere contra creditorem, ad cuius in-
ſtantiam fuit ſibi res aliena,& non debitoris de-
liberata, & qui precium recepit, ad ipſius pre-
cij reſtitutionem, tanquam illud retineat ſine
cauſa, *Mangil.de ſubh.d.quaeſt.49.n.3. & 4 Fontanell.
dicta deciſ.223.n.11.& ſeqq.*

Subdecl.ſeu ſublimit primo † in Fiſco,quia 54
ipſe, re debitoris vendita pro credito Fiſcali,
nec ad precij reſtitutionem tenetur, *Peregr.de iur.
Fiſc. lib.6.tit.4.de vend. & empt. Fiſcal.num.36.Fonta-
nell.dec.222.nu.16.* & vide *eundem dec.223.nu.19. &
ſeqq.* † Etiam quòd res ſit euicta iure fideicom- 55
miſſi, *Peregr.loc.cit.*

Subdecl. ſeu ſublim. ſecundo, vt, † ſi credi- 56
tor bona fide,concurrentibus neceſſariis requi-
ſitis, fecerit ſubhaſtare rem ſui debitoris, & ex
precio inde redacto receperit ſuum creditum,
quod iam non extet, ſed ſit conſumptum,nul-
la eſt ratio, ob quam illud poſtea reſtituere
cogatur ex aliquo accidenti, quod eueniat in
re empta in damnum ipſius emptoris, *Fontanell.
d.deciſione nu.19.*

Subdecl.ſeu ſublim. generaliter † ſupradi- 57
ctas omnes declarationes,& limitationes,vt in
mera euictione creditor teneatur ad euictio-
nem pro parte rei euictæ tantum facta æſtima-
tione, *Thomat.deciſ.81.nu.22.* † Sed reſpectu mole- 58
ſtiarum in parte tantum teneatur non ſolum
pro rata, ſed etiam pro totali intereſſe, *Thomat.
dicta deciſ.81.nu.21.& 23.*

Emptor † vero ad haſtam, ſeu creditor cui 59
res à Iudice in ſolutum data fuit, agnato, ſeu
vicino retrahente, de euictione cauere non te-
netur,niſi de facto ſuo tantum, *Mangil.de ſubha-
ſtat.quaeſt.146.nu.2. quarto & ſeqq.* † nec de ea obli- 60
gatus eſt,nec pro pretio, *Mangil.de ſubhaſt.qu.119.
num.8.* Et hoc ideo eſt, quia † factum Iudicis fa- 61
ctum partis reputatur, & quia † retractus ra- 62
tione agnationis eſt actus voluntarius, vnde
agnatus conſulere debet, an expediat retrahe-
re, *Mangil. loco citato.* † Nec creditor tenetur, ſe 63
præſtare potiorem, niſi vbi agnatus emat lici-
tando, ſecus ſi retrahat, poſtquam creditor e-
mit, ſeu illi facta fuit adiudicatio, *Mangil. d.qu.
146.nu.3.& 7.*

Digitized by Google

SVMMARIA.

1 *Debitor, vel eius hæres, non poteſt contra venditionem rei ſuæ à Iudice ſub haſta factam ad creditoris inſtantiam, vel adiudicationem venire, ſed eum agentem repellit exceptio, & de euictione, & defenſione rei tenetur, ac ſi ipſe vendidiſſet, vel in ſolutum dediſſet, cùm id videatur feciſſe creditor vti illius procurator, & nomine, & ex illius pacto expreſſo, vel tacito.*

2 *Factum Iudicis factum partis reputatur.*

3 *Iudex, & alij Officiales in vim eorum officij debitoris bona vendunt, & ideo ea debitor ipſe potius vendere videtur.*

4 *Debitor ſicuti ex venditione pignoris, & ſolutione pretij creditori deliberatur, & pecunia in eius vtilitatem vertitur, & principaliter eius negocium geritur, ita teneri debet de euictione, ne locupletetur cum aliena iactura.*

5 *Debitor, re ſua ſubhaſtata euicta, tenetur ad quodlibet damnum, & intereſſe.*

6 *Declar. vt teneatur tantummodo ad reſtitutionem precij cum vſuris, & fructibus, ſeu quanti interſit emptoris, non autem ad duplum, & num. 7. & 8. Subdecl. vt dicto num. 8.*

9 *Debitor eo magis de euictione rei ſubhaſtatæ tenetur, ſi ita ſe obligauerit, vel fide iuſſorem dederit.*

10 *Debitor de euictione rei ſubhaſtatæ tenetur, ſi ſubhaſtatio, & deliberatio, ſeu adiudicatio fuerit valida, & Iudex ritè, & rectè proceſſerit, & res euincatur à tertio, ſecus ſi nulliter, vel iniuſtè, & quare, & num. 11. 12. & 13. vbi exemplum.*

12 *Factum priuati, non Iudicis, aut partis reputatur, vbi Iudex nulliter, vel iniuſtè procedit.*

13 *Mandatum executum ſuper re vendita cum pacto redimendi pacto durante executum non dicitur contra bona debitoris, ſed ipſius creditoris, & nulliter.*

14 *Creditor ſi craſſo errore putauerit ſibi competere ius vendendi, vel ſcienter abſque facultate vendiderit debitor de euictione non tenetur, niſi in ſubſidium creditore exiſtente, non ſoluendo.*

15 *Hæres debitoris de euictione rei ſubhaſtatæ tenetur, ſi adiuuerit, ſine inuentario, ſecus ſi cum beneficio legis, & inuentarij.*

An Debitor teneatur de euictione rei ſubhaſtatæ.

INSP. LXIV.

1 IN venditione, † & adiudicatione ad creditoris inſtantiam, & à Iudice ſub haſta facta principalis debitor, & eius hæres non poteſt contra huiuſmodi factum venire, ſed eum agentem repellit exceptio, & perinde de euictione, & defenſione rei ſubhaſtatæ, & deliberatæ, ſeu adiudicatæ tenetur, ac ſi ipſe debitor vendidiſſet, ſeu in ſolutum dediſſet, cùm videatur id feciſſe creditor vti procurator, & nomine debitoris, & ex eius pacto expreſſo, vel tacito ex legis diſpoſitione, quia primo ſponte debitum creauit, & † factum Iudicis factum partis reputatur, *l. eleganter, ff. de pign. act. l. 4. C. de euict. Neguſ. de pignor par. 6. memb. 1. n. 13. 37. & 40. verſ. tertio fallit, Luc. Pet. in pract. lib. 8. capite 2. nu. 48. Saluſt. Tiber. in pract. libro 1. capite 43. n. 15. Aſin. de execut. §. 7. cap. 288. num. 1. & ſeqq. Phanut. de inuent. parte 7. n. 268. & 269. Tepat. var. ſent. titulo 419. capite 1. Nicol. Bellon conſ. 24. numero 11. Surd. conſ. 221 ſub num. 26. Mareſcott. var. reſolut. libro 2. capite 134. num. 3. Mangil. de euict. quæſt. 146. numero 1. & 2. & quæſt. 193. numeris 21. & 22. & de ſubhaſt. quæſt. 129. numero 1. & 2. & quæſt. 106. numero 3. Fenzon. ad Statut. Vrb. capite 194. numero 71. in fin. & 72. Greg. XV. deciſ. 119. numero 1. Rot. in Romana Domus de Barbarellis 26. Aprilis 1591. coram Comitulo, poſt tractat. deciſ. 4. numero 1. & 2. & in Romana Nullitatis Contractus 18. Maij 1616. coram Coccino, poſt tractat. deciſ. 38. numero 3. & ſeqq.* 2

Cum † Iudex, & alij Officiales virtute officij ſui nomine ipſius debitoris vendant, qui ideo magis vendere videtur, *Mangil. de euict. q. 193. num. 23.* Et, † quemadmodum debitor fuit liberatus à debito ex ſolutione pretij, & ſic pecunia ex pignore redacta in eius vtilitatem conuerſa eſt, & eius principaliter negocium geſtum eſt; ita teneri debet, ac tenetur de euictione, ne locupletetur cum aliena iactura, *Neguſ. de pignor. par. 6. membro 1. num. 40. verſ. tertio fallit, & verſ. quarto fallit, Mangil. de euict. qu. 44. nu. 27. & qu. 193. num. 2.* 3 4

Ideóque † ipſe debitor tenetur ad quodlibet damnum, & intereſſe, *l. Titius §. fin. cum lege ſeq. ff. de act. empt. Aſin. de execut. §. 7. cap. 288. num. 3.* † hoc eſt ad reſtitutionem tantummodo pretij cum vſuris *lege ſi plus §. 1. ff. de euict. Luc. Pet. in pract. lib. 8. cap. 2. num. 48. Rimiuald. ſen. conſ. 353. num. 34. lib. 2. Burſatt. conſ. 44. numero 30. lib. 1.* & ad fructus, *Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 103. numero 11.* † ſeu ad reſtituendum, vel exburſandum, quatenus intereſſit temporis, *Carpan. ad Statut. Mediolan. libro 1. capite 166. numero 26.* vbi, quod † hoc procedit de iure ciuili, ſecus de iure canonico, ſecundum quod non tenetur ad refundendum pretium, niſi expreſsè cauerit, non autem ad duplum, *Luc. Pet. loco citato.* 5 6 7 8

Ampliantur prædicta † eo magis facta expreſſa obligatione, ſeu data fideiuſſione de ipſa euictione, *Rot. recent. deciſione 545. numero ſeptimo, parte 2.* 9

Intellige tamen primo, vt † debitor teneatur de euictione, quando ſubhaſtatio, & deliberatio, ac adiudicatio eſt valida, & Iudex ritè, & rectè proceſſit, ac res euincitur à tertio, ſecus ſi nulliter, vel iniuſte, *Fenzon. ad Statut. Vrb. capite 194. numero 73. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 20. numero 10. Rot. in d. Romana Domus de Barbarellis 26. Aprilis 1591. coram Comitulo, poſt tractat. deciſio. 4. numero 3. 6. & 7.* quia † ex ea non poteſt dari actio vtilis propter reſolutionem contractus, *Mangil. de ſubhaſt. dicta quæſtione 20. nu. 10.* & † tunc factum reputatur priuati, non Iudicis, aut partis, *Rot. in dicta Romana de Barbarellis 26. Aprilis 1591. coram Comitulo, poſt tract. deciſ. 4. numero 3. & in Ianuen. Pecuniaria, ſeu attentatorum 24. Ianuarij 1642. coram Reuerendiſſimo Domino Dinozetto, poſt tract. deciſ. 112. numero 22. & 29.* Adeò vt, † ſi mandatum fuerit executum ſuper re, quam debitor vendiderit 10 11 12 13

Digitized by Google

diderit creditori cum pacto redimendi, pacto adhuc durante, non dicatur, executum contra bona debitoris, ſed contra bona creditoris, & ſic nulliter, & non teneatur debitor de euictione, quamvis in ſubhaſtatione citatus non oppoſuerit, cum ſciret, ſaluum ſibi eſſe ius ſuum redimendi; *Rot. in dicta Romana Domus de Barbarellis coram Comitulo, poſt tra. 1. deciſ. 4. num. 4. & 5.*

14 Provt, † ſi creditor craſſo errore putauerit ſibi competere ius vendendi, vel ſcienter abſque facultate vendiderit, debitor de euictione non tenetur, niſi in ſubſidium, quando ſcilicet creditor, qui vendidit ſoluendo non eſſet, *Neguſ. de pignor. part. 6. memb. 1. num. 40. verſ. quarto fallit.*

15 Intellige ſecundo, † vt quoad hæredem debitoris ipſe teneatur, ſi adiuit ſine inuentario, *Phanut. de inuent. d. par. 7. n. 268 & 269.* ſecus ſi cum beneficio legis, & inuentarij, *Mangil. de ſubhaſt. q. 119. n. 5. iuncto n. 24.*

SVMMARIA.

1 *Re valide creditori in ſolutum data, vel oblatori deliberata euicta, puta ab anteriori creditore, non retrotrahitur actio ad principium, nec agitur priuatis iuribus, vel actione pignoratitia, nec veteres hypothecæ extinctæ ſuſcitantur, vel reuiuiſcunt ob nouationem inde reſultantem, ſiue datio in ſolutum facta ſit à parte, ſiue à Iudice, cuius factum dicitur partis. Contrarium n. 3. & 4. Decl. vt n. 4. & 5.*

2 *Sed agitur ad intereſſe, & actione vtili ex empto de euictione.*

6 *Declar. vt vti poßit creditor primæuis iuribus, ſi in receptione ea ſibi reſeruauerit in caſu euictionis, vel reſeruauerit Index, quod eſt cautius, vel dictum fuerit citra præiudicium, ſeu citra animum nouandi, vel non recedendo ab hypotheca, & obligatione fideiuſſorum ob periculum, ſi res euincatur, vel debitor non ſit ſoluendo, & num. 7. & 12.*

8 *Adiudicatio, vel in ſolutum datio liberat debitorem. Decl. vt n. 22.*

9 *Lim. niſi fiat cum conditione, & clauſula, vt in caſu moleſtiarum, ſeu euictionis in totum, vel in partem creditor ad primæua iura poßit redire, vt plerumque in ſententiis habetur, quia tunc nec debitor, nec fideiuſſor liberatus intelligitur, ſed vtriuſque liberatio ſuſpenditur, donec rei euictioni locus eſſe poßit, qua ſequuta, poteſt creditor ſuum vtraque actione conſequi, & executiuè agere, ſi ita agere antea poterat, & eſt hæc cautela optima, & de ſtylo. & numero 10. & 11.*

13 *Extende limitationem, vt in datione in ſolutum extra iudicium huiuſmodi clauſula, & reſeruatio etiam non expreſſa habeatur pro appoſita tanquam apponi ſolita, ſecus in ſententia, & numero 15.*

14 *Notarius quilibet rogatus cenſetur à partibus, vt apponat clauſulas conſuetas.*

16 *Sententia ſtrictißimè debet intelligi, nec ex ea plus argui, vel inferri poteſt, quam verba inferant neceſſario. &, quidquid in ea omiſſum eſt, pro omiſſo habetur, nec quidquam ſuppleri poteſt, aut addi, vel minus, niſi eadem die circa acceſſoria, num. 17.*

18 *Datio in ſolutum debitoris, vel decocti, ſed Iudicis cum obligatione de reſtituendo prioribus, & potioribus auocatione, & euictione ſequuta, habetur pro non facta, & datur creditori antiqua actio ſaltem vtilis ex æquitate, & non ſequuta effectuali euictione, hypothecaria, & ſaluianum ratione damnorum, & intereſſe, quaſi re non tradita, & numero vigeſimo. Ampl. vt numero 19.*

21 *Datione in ſolutum, ſeu ſubhaſtatione, & deliberatione nulla exiſtente, & reſoluta, poteſt creditor ad priores oblationes redire, ac ſi datio in ſolutum, ſubhaſtatio, & deliberatio facta non eſſet, & agere contra debitorem pro eodem credito veteri actione pignoratitia, ſeu contraria, & num. 23. Ampl. vt n. 38.*

24 *Nouatio non naſcitur ex datione in ſolutum iudiciali, ſeu ex ſubhaſtatione, & deliberatione nulla.*

25 *Euictione ſequuta, ſubhaſtatio, & deliberatio, ſeu adiudicatio non ſubſiſtit, & pro non facta habetur, & perinde eſt, ac ſi ſolutum non eſſet, & numero 26.*

27 *Debitor non liberatur, ſi pignus venditum non tradatur emptori, & niſi pretium, ſeu illud deueniat ad creditorem irreuocabiliter.*

29 *Cenſus, pro quo facta eſt ſubhaſtatio, & illius hypotheca reuiuiſcit, ſi ſubhaſtatio vti nulla reſoluatur, etiam, quod fuerint ceſſa iura, ex quo titulus reductus fuit ad non titulum, & nu. 30.*

30 *Et debentur illius domino fructus etiam pro tempore, quo pecunias rei ſubhaſtatæ retinuit, & à die motæ litis, vbi ille fuit condemnatus ad reſtitutionem rei cum damnis, & intereſſe, nec admittitur compenſatio cum fructibus rei ſubhaſtatæ, ſuper quibus adhuc lis pendeat. Lim. vt num. 32.*

31 *Compenſatio non admittitur de liquido ad non liquidum, & de quo lis adhuc pendeat.*

33 *Præſtationes annuæ, & reditus vbi debentur de per ſe principaliter, & non acceſſoriè ad capitale, & ſunt ipſamet ſors pro eis peti poſſunt fructus, & intereſſe, ſecus econtra, & n. 34.*

35 *Pignore vendito, vel adiudicato euicto vti alieno, adhuc ſupereſt hypothecaria, & poteſt creditor agere primæua actione, cum videatur ſub hac conditione à priori iure recedere, ſi res ſua, vel emptoris fiat.*

36 *Dotis, & donationis propter nuptias fauore, ſi res ſubhaſtata euincatur, redire poteſt ad primæuam actionem.*

37 *Et in adiudicationis ſententia pro reſtitutione dotis reſeruatio habetur pro appoſita.*

38 *Creditor, bonis debitoris ſubhaſtatis, vel adiudicatis euictis, redire poteſt ad primæua iura vbi debitor non ſit ſoluendo.*

39 *Vel ſi agatur ad effectum retentionis.*

40 *Et vbi pignus vendiderit in caſu ſibi permiſſo & de euictione promiſerit.*

41 *Creditor vendens pignus, & promittens reſtituere pretium, ſeu duplum, aut de euictione, quia aliter vendere non poterat, vel talis erat loci conſuetudo, vel carius vendidit, & ſic ex neceßitate, vel cum vtilitate debitoris, habet regreſſum con-*

Digitized by Google

tra debitorem pro toto eo, quod ſoluit emptori ex cauſa euictionis.

42 *Creditore pignus ſub haſta vendente, & promittente de euictione, tenetur debitor eidem de eum conſeruando indemnem & quidem per fideiuſſorem, non per nudam obligationem, & n.43.*

44 *Ampl. vt pro tali cautione obtinenda poſſit creditor retinere alias res debitoris ſibi pignoratas, ſi habeat, vel poſſit agere contraria pignoratitia, vt eum indemnem conſeruet.*

45 *Extende, vt ius retinendi tranſeat etiam in ſingularem ſucceſſorem & abſque alia ceſſione.*

46 *Euictionis cautio in bonis, quæ venduntur iudiciario nomine, vel Iudicis auctoritate per ſubhaſtationem, ſpectat ad debitorem, non ad creditorem.*

47 *Factum ſubhaſtantis, & vendentis ſuccedit loco facti partis, hoc eſt debitoris.*

48 *Creditor, qui in ſubhaſtatione rei debitoris de euictione promiſit abſque neceſſitate, vel vtilitate debitoris, non poteſt ab eo repetere niſi ſimplum, & ſic debitum.*

49 *Sed, ſi pro euictione coactus fuerit ſoluere duplum, poteſt à debitore repetere vſuras, ſeu fructus rei pignoratæ per ſtipulationem ſibi promiſſos pro omni eo tempore, quo ſubſiſtit conditio ante ſecutam euictionem, & quare.*

Re deliberata, vel in ſolutum data euicta, an creditor agere, ſeu vti poſſit primæuis iuribus, vel aliis.

INSP. LXV.

1 SI res † valde creditori in ſolutum data, vel
etiam oblatori deliberata euincatur, puta
ab anteriori creditore, non retrotrahitur actio
ad principium, neque agitur primæuis iuribus,
actioneuè pignoratitia, neque veteres hypothecæ
iam extinctæ ſuſcitantur, ſeu reuiuiſcunt ob nouationem inde reſultantem, ſiue datio in ſolutum ſit facta à parte, ſiue à Iudice, cum factum Iudicis ſit factum partis, vt ſæpe diximus, ſecundum veriorem, & magis communem opinionem, *Aſin. de execut. §.4. cap.2. nu.2. & 3. & cap.52. nu.2. & §.7. cap.289. ſub num.2. Coſt. de retrotract. cap.8. caſ.27. num.10. & 11. Stacc. de commerc. §.2. gl.5. quæſt.8. nu.290. verſ. exemplifica primo, & verſ. ſeqq. Medic. examin.47. nu.17. & ſeqq. Gratian. diſcept. for. cap.3. num.14. & ſeqq. Mangil. de euict. quæſt.78. n.20. & 21. & de ſubhaſt. quæſt.49. num.6. Rot. recent. deciſ.178. nu.21. par.5. & in Romana Pecuniaria de Luraghis 26. Nouembris 1607. coram Iuſto, poſt tract.*
2 *dec.18 n.1. & 2.* † Sed agitur ad intereſſe, & actione vtili ex empto de euictione, *Aſin. Stacc. & Gratian. vbi ſup. Mangil. de euict. q.46. num.8. & d.q.78.*
3 *n.21. & q.146. nu.22.* † Quidquid in contrarium
quoad dationem in ſolutum extraiudicialem, hoc eſt, quod ſi res euincatur, primæua actione agendum ſit, quia liberatio non ſit ſecuta, videatur diſponere *text. in l. libera. Cod. de ſent.* †
4 quia ille tex. poteſt procedere, vel quando in ſolutum datur ſpecies pro ſpecie, ſecus vbi ſpecies pro quantitate, vel quando ſpecies pro quantitate cum pacto, quod non ſequatur liberatio, niſi res data in ſolutum inconuincibiliter accipientis fiat, ſecus in dubio, ſeu non conſtito de huiuſmodi pacto, *Aſin. de execut. dict. §.4. cap.4. ſub n.2.* Provt propterea nec videtur ſequendus *Ant. Sol. ad decret. Sabaud. lib.3. de form. ac ord. proced. in pignor. ſubhaſtat. & delib. bon. mobil.*
gloſ.1. n.30. dum ait, quod, † ſi creditor, qui emit 5
ad haſtam, moleſtetur actione hypothecaria ab anterioribus creditoribus, poteſt vti iure primæuo, niſi intelligatur in caſu infraſcriptæ primæ, vel ſecundæ limitationis.

Limit. tamen primo, vt † creditor poſſit, 6
vti primæuis iuribus, ſi in receptione in ſolutum ſibi antiqua iura in caſu euictionis reſeruauerit, vel illa ſibi reſeruauerit Iudex, ſeu fuerit dictum citra præiudicium ſeu citra animum nouandi, *Aſin. de execut. dict. §.4. cap.2. nu.4. & cap.52. in fin. & §.7. cap.291. num.1. Coſt. de retrotract. d. cap.8. caſ.27. num.12. Gratian. dict. cap.3. num.14. Medic. d. examinat.47. num.23. Mangil. de euict. dict. quæſt.78. num.23. & quæſt.146. num.22. Rot. poſt Mangil. de ſubhaſtat. deciſ.86. ſub num.4.* & quidem † ſiue 7
iſta proteſtatio, ſeu reſeruatio ſit in decreto Iudicis, ſiue extra decretum, quamvis cautius ſit, vt in decreto exprimi curetur, *dicta deciſ.86. in fin. penes Mangill. Maſtrill. deciſ.119. n.17. & ſequentibus part.1.*

Nam, † quamvis adiudicatio, vel in ſolu- 8
tum datio debitorem liberet, *Inſtitut. quibus mod. toll. oblig. in princip.* † ſi tamen expreſſe cum illa 9
conditione, & clauſula fiat, vt in caſu moleſtiarum, ſeu de euictione in totum, vel in partem ad primæua iura creditor redire poſſit, provt plerunque in ſententiis habetur, neque debitor, neque eius fideiuſſor liberatus intelligitur, ſed vtriuſque obligatio ſuſpenditur, donec ipſi euictioni locus eſſe poſſit, qua ſequuta poteſt creditor ſuum vtraque actione conſequi, *Aſin. dict. §.4. cap.2. ſubhaſtat. num.9.* † & 10
agere executiuè, ſi ita ante adiudicationem agere poterat, *Caball. conſil.111. per tot.* † Eſtque 11
hæc optima cautela, & eſt de ſtylo, ac obſeruantia, *Aſin. dict. §. cap.2. num.4. Anton. Sol. ad dict. decret. Sabaud. lib.3. de form. ac ord. proced. in pignor. ſubhaſtat. & deliber. bonor. mobil. gloſ.1. num.29.* † vbi 12
de proteſtatione, ſe non recedere ab hypotheca, & obligatione fideiuſſorum, ob periculum, ſi res euinceretur, & debitor non eſſet ſoluendo. Et, † quatenus in datione in ſolutum ex- 13
tra iudicium facta huiuſmodi clauſula, ſeu reſeruatio non expreſſa pro appoſita haberi debeat, cum de communi ſtylo, & conſuetudine ſit, vt apponatur, *Aſin. de execut. dict. §.4. cap. 2. num. 4.* † & quilibet Notarius clauſulas 14
conſuetas apponere à partibus rogatus cenſeatur, *Aſin. dict. cap.2. num.5.* nihilominus † in 15
ſententia ſi non reperiatur, non eſt intelligenda, *Aſin. ibidem num.6.* cum † ſententia ſtri- 16
ctiſſimè intelligi debeat, & ex ea plus argui, vel inferri non poſſit, quam verba ipſa neceſſario inferant, *Aſin. præfat. cap. cap.2. num.9.* † & 17
ita ſit ſtricti iuris, vt quidquid in ea omiſſum ſit, pro omiſſo habeatur, nec ſuppleri quidquam poſſit, aut addi, vel minui, niſi eadem die ſuper acceſſoriis, *leg. Paulus, la prima, tum la*

leg.

Digitized by Google

leg. Iudex, & vtrobique Bart. Alex. & alij. ff. de re iud. Aſin. loco citato.

18 Limit.2. † ſecus eſſe, vbi datio in ſolutum
fuerit facta à debitore, ſeu decocto, vel ex eius
bonis à iudice cum obligatione de reſtituen-
do prioribus, & potioribus, & ſecuta fuerit
auocatio, vel euictio ab anterioribus, aſſigna-
tioque non durauerit, quia tunc ea non fuit
propria ſolutio, ſed ſolutio quædam ſub taci-
ta conditione reuocabilitatis, ac ideo, reuoca-
tione ſequuta habetur pro non facta, & datur
creditori antiqua actio ſaltim vtilis ex æqui-
tate, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 950. num. 16. & ſequen-*
19 *tibus* vbi, † etiam quod fuerit euicta ſola poſ-
ſeſſio, & fortius ſecuta in vim ſententiæ im-
miſſione, *Rot. poſt Mangil. de ſubhaſt. dict. deciſ. 85. n. 3.*
20 *& ſeq.* &, † quatenus etiam non fuiſſet ſequu-
ta euictio, poſſet agi primæua actione hypo-
thecaria, & ſaluiano ratione damnorum, &
intereſſe, quaſi re non tradita, *Gratian. dict. cap. 950. nu. 20.*

21 Limit.3. † quando datio in ſolutũ, ſeu ſub-
haſtatio, & deliberatio eſſet nulla, quia tunc,
facta illius reſolutione, & titulo ad non titu-
lum reducto, priores oblationes non dicuntur
extinctæ, ſed integrè retentæ, & poteſt credi-
tor ad illas redire, ac ſi datio in ſolutum, aut
ſubhaſtatio, & deliberatio facta non fuiſſet,
leg. ſi quis antea, §. ſi quis conduxerit, ff. de acquiren. poſſeſſ. Aſin. de execut. §. 4. cap. 52. num. 2. verſ. limitat tamen, & §. 7. cap. 289. num. 3. Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 49. num. 2. & 6. quæſt. 177. num. 2. & quæſt. 17. num. 1. Duran. deciſ. 441. num. 3. Rot. recent. deciſ. 278.
22 *num. 21. & 22. part. 5.* Adeo vt, † donec locus eſſe
poſſit euictioni, debitor non ſit liberatus, ſed
interim liberatio remaneat in ſuſpenſo ex fu-
turo euentu euictionis, quæ ſi non ſequatur,
erit liberatus, ſi vero ſequatur, & creditor co-
gatur ad rem dimittendam, vel ad pretium
23 reſtituendum emptori † poſſit creditor agere
aduerſus debitorem pro eodem ſuo credito
veteri actione pignoratitia, ſeu contraria, *leg. reſcriptum, §. 1. ff. de diſtract. pign. leg. ſi pignor. §. fi. ff. de pignor. act. Torniol. conſil. 6. num. 208. & ſequentibus Baldun de pignor. cap. 18. colum. 6. in princ. Mangil. de euict. quæſt. 45. num. 5. & ſequentibus & num. 20. & de ſubhaſtat. quæſt. 75. num. 2. D. Thomat deciſ. 81. nu. 27.*
24 cum † tunc datione in ſolutum neceſſaria, ſeu
ſubhaſtatione, & deliberatione non naſcatur
nouatio, *Nouar. de dat. in ſolut. ſect. 1. quæſt. 3. num. 10.*
25 ſed quemadmodum, † ſtante euictione, ſub-
haſtatio, & deliberatio, ſeu adiudicatio non
ſubſiſtit, *Aſin. de execut. §. 7. cap. 278. num. 1.* & pro
non facta habetur, *Baptiſt. Martian. inter conſ. di-*
26 *uerſ. conſil. 89. num. 11. lib. 1. folio mihi 217.* ita † eo ca-
ſu perinde eſt, ac ſi ſolutum non eſſet, *leg. qui concubinam. §. ſi heres, ff. de leg. 3. Aſin. de execut. d.*
27 *§. 7. capit. 278. num. 1.* † Nec debitor liberatur, vbi
pignus venditum non tradatur emptori, &
niſi pretium rei ſub haſta venditæ, ſeu res ad-
iudicata deueniat ad creditorem irreuocabili-
ter, *leg. ſextante, §. latinus, ff. de exceptione rei iudic. leg. ſi debitorem, ff. de nouat. Aſin. dict. §. 7. cap. 278. nu. 1. Mangil. de euict. dict. quæſt. 45. num. 6. & ſeqq. & de ſubhaſt. d. quæſt. 175. num.*

28 Quæ † procedunt, ſiue in totum, ſiue in par-
tem ſubhaſtatio nulla declarata fuerit, *Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 174. & D. Thomat. dict. deciſ. 81. num. 26.*

Hinc eſt, quod † reſoluta ſubhaſtatione, ea- 29
que nulla declarata, cenſus, & hypotheca re-
uiuiſcit, & continuat, ſeu durat, etiam quod
in ſubhaſtatione fuerint ceſſa omnia iura, quia
primæua iura recuperantur, ex quo titulus
reductus eſt ad non titulum, in cuius conſe-
quentiam iura fuerunt ceſſa, *Rot. poſt Mangil. de ſubhaſtat. deciſ. 10. num. 8. & ſequentibus* † ita vt poſ- 30
ſit dominus cenſus agere ad fructus, etiam pro
illo tempore, quo retinuit pecunias redactas
ex re ſubhaſtata & à die motæ litis ſuper ſpo-
lio, & nullitate ſubhaſtationis, vbi debitor
cenſus eam recuperauerit, & obtinuerit etiam
condemnationem pro omnibus fructibus à
tempore motæ litis perceptis, & creditor con-
demnatus fuerit ad reſtitutionem dictarum
pecuniarum vna cum damnis, & intereſſe, cum
omnia ad ſuum principium redierint, nec ſit
admittenda compenſatio de damnis, & fru-
ctibus rei ſubhaſtatæ, ad quorum reſtitutio-
nem fuit ſpoliator condemnatus, & de tem-
pore, quo durauit ſpolium, de quibus adhuc
lis pendeat, cum fructibus cenſus debitis cre-
ditori, quia † de re non liquida, & de qua pen- 31
det lis, non eſt admittenda compenſatio, pro-
vt nec de credito vnius ad creditum alterius,
Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 75. num. 1. & ibi Rot. dict. deciſ. 10. num. 9. Rot. recent. deciſ. 370. num. 8. part. 1. licet
† contrarium eſſet quoad fructus ante motam 32
litem, *dict. deciſ. 10. n. 10. & 11. poſt Mangil. de ſubhaſt.*

Provt, † reſciſſa ſubhaſtatione, & venditio- 33
ne, ſeu adiudicatione, ſi agatur de annuis redi-
tibus, ſeu præſtationibus, quæ debentur de
per ſe principaliter, & non acceſſoriè ad aliud
capitale, & ipſæ ſunt ipſamet ſors, & capita-
le, peti tunc poteſt intereſſe fructuum, quia
non eſt intereſſe de intereſſe, nec ſunt fructus
fructuum, ſed ſolum intereſſe ſortis, *Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 97. nu. 6.* at, † quando fructus, & in- 34
tereſſe petuntur non vt ſors, ſed vt intereſſe
acceſſorium ad capitale, & vt fructus ipſius
capitalis, tunc non debentur fructus fru-
ctuum, nec vſuræ vſurarum, nec intereſſe in
ſpecie, *Mangil. dict. quæſt. 97. n. 7.*

Hinc quoque eſt, quod, † ſi pignus vendi- 35
tum, ſeu res data in ſolutum creditori appa-
reat deinde alienum, vel aliena, & ſibi euin-
catur, adhuc ſupereſt hypothecaria, & poteſt
adhuc creditor agere primæua actione, quæ
non fuit ſublata per hanc inutilem dationem
in ſolutum, & pignoris dationem, cum credi-
tor videatur ſub hac conditione à priori iure
recedere, ſi res ſua, vel emptoris fiat irreuoca-
biliter, *leg. pen. §. fin. ff. de except. rei iudic. Pract. Papien. in form. execut. ſentent. diffin. in gloſſa, ſapiens, num. 24. verſ. ſed quid ſi res mobilis. Anton. Fab. in ſuo Codice lib. 8. tit. 18. defin. 5. & ibi in alleg. n. 3.*

Limit. 4. † in dote, vel dotatione propter 36
nuptias, quia eius fauore poteſt rediri ad pri-
mæuam actionem, *Medic. examin. 47. num. 25. & 26. & deciſ. 75. num. 3. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 3. num. 17. Mangil. de euict. quæſt. 78. num. 22.* & quod † 37
in adiudicationis ſententia pro reſtitutione
dotis clauſula, & reſeruatio ex ſpeciali fauore
dotis pro appoſita habeatur, eſt *tex. in l. qui res,*

vbi Bart. in primo notabili, ff. de ſolut. Aſin. de execut. §. 4. cap. 2. in fin.
38 Limitat. 5. † vbi debitor non ſit ſoluendo, *Gratian. d. cap. 3. ſub n. 17.*
39 Limit. 6. † quoad effectum retentionis, *Medic. examin. 24.*
40 Limit. 7. † vbi creditor pignus vendiderit
in caſu ſibi permiſſo, & de euictione promiſe-
rit, & euictio ſequuta fuerit, *Medic. dict. examin.*
47. num. 33. Torniol. conſil. 6. num. 208. & Mangil. de
41 *euict. quæſt. 45. num. 1. & ſeq.* Nam † creditor ven-
dens pignus, & promittens reſtituere pretium,
ſeu duplum, aut de euictione, vel quia aliter
vendere non poterat, vel quia ita erat conſue-
tudo regionis, vel quia cum iſta promiſſione
carius vendidit, & ſic ita promiſit vel ex ne-
ceſſitate, vel cum vtilitate debitoris, habet re-
greſſum contra debitorem pro toto eo, quod
ſoluit emptori ex cauſa euictionis, *Franc. Baldun. de pignor. cap. 18. colum. 5. in fin. Neguſ. eodem tract. part. 6. membr. 1. num. 41. verſic. 7. fallit. Tepat. variar. ſentent. tit. 417. cap. 19. & tit. 421. Mangil. de euict. quæſt. 44. num. 21. & eſt tex. in leg. ſi neceſſarias, §. ſi pignori. ff. de pignor. act.*
42 Immo † in caſu dictæ obligationis factæ per
creditorem tenetur tunc debitor cauere credi-
tori de conſeruando eum indemnem à dicta
euictione promiſſa, *dict. leg. ſi neceſſarias, §. ſi pignori. ff. de pignor. act. Baldun. loco citato Neguſ. d. membr. 1. num. 46. Tepat. d. titul. 417. cap. 19. Mangil. de euict. d. quæſt. 44. num. 25. & ſeqq. & de ſubhaſtat. quæſt. 67. num. 8. & ſeqq. Vinc. de Franc. deciſ. 210. numero*
43 *16. par. 1.* & quidem † per fideiuſſorem, non per
nudam obligationem, *Mangil. de ſubhaſtat. d.*
44 *quæſt. 67. num. 14. & ſeqq.* Et † pro tali cautione
obtinenda poteſt creditor retinere alias res
debitoris ſibi pignoratas, ſi habeat, vel poteſt
agere contraria pignoratitia, vt eum indem-
nem conſeruet, *Mangil. de euict. d. quæſt. 44. nu. 26.*
45 † tranſitque hoc ius retinendi etiam in ſingu-
larem ſucceſſorem, & abſque alia ceſſione,
Mangil. ead. q. 44. n. 18.
46 Debet † enim debitor, non creditor de eui-
ctione cauere, vbi bona venduntur iudiciario
nomine, ſeu Iudicis auctoritate per ſubhaſta-
tionem, *Mangil. de euict. dict. quæſt. 44. num. 27. Rot. poſt Cenc. de cenſib. deciſ. 393. & apud Mangil. de ſub-*
47 *haſtat. deciſ. 81. in fin.* ex quo † factum Iudicis ſub-
haſtantis, & vendentis ſuccedit loco facti par-
tis, hoc eſt debitoris, *Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 119. nu. 9. quæſt. 127. nu. 3. quæſt. 166. num. 1. & q. 199. nu. 5. & ibi Rot. d. dec. 21. in fin.*
48 Sed, † ſi creditor de euictione promiſerit
abſque dicta neceſſitate, aut debitoris vtilita-
te, non poterit à debitore repetere niſi ſim-
plum, & ſic ſuum debitum, *Neguſ. dict. nu. 41. verſ. ſed creditor ex promiſſione, & verſ. ſed ſi creditor in venditione. Tepat. loco ſup. cit. Mangil. de euict. dict. quæſt.*
44. numero 22. & 30. Quamvis, † ſi pro euictione
49 coactus fuerit creditor ſoluere duplum em-
ptori, poſſit repetere à debitore vſuras, ſeu
fructus rei pignoratæ per ſtipulationem ſibi
promiſſos pro omni eo tempore, quo ſubſiſtit
venditio ante ſecutam euictionem, quia licet,
venditione durante, creditor ab emptore pre-
tium habuerit, ex quo tamen coactus fuit re-
ſtituere, conſtat, nihil ei fuiſſe ſolutum, quod
ab eo auferri non potuerit, *leg. nec enim. ff. de pignor. act. Mangil. de euict. d. q. 44. n. 23. & 24.*

SVMMARIA.

1 *Aliud eſt, quod creditor vendat iure creditoris, & aliud, quod curet, vendi pignora per Iudicem.*

2 *Ius offerendi non competit ſecundo, vel poſteriori creditori contra illum, cui res vendita fuit à primo iure creditoris, etiam quod venditio facta fuerit iudicialiter, & ſub haſta, ſecus ſi vendiderit alius, & num. 23. Limit. nu. 24. 25. & 26.*

3 *Emens rem ſub haſta, qui ſit extraneus, emit ad effectum acquirendi ſibi dominium.*

4 *Creditor tempore conſtitutæ hypothecæ acquirit à debitore licentiam, & ius alienandi, & ſubhaſtandi, Ampl. vt nu. 5.*

6 *Venditio iure creditoris fieri dicitur, etiam vbi pignus ad inſtantiam creditoris venditur ſub haſta.*

7 *Creditor anterior vendens iure creditoris transfert in emptorem dominium non affectum.*

8 *Et ex eius venditione in vim licentiæ anterioris tollitur omne ius, & hypotheca poſteriorum, ac ſi bona nunquam eis obligata fuiſſent.*

9 *Reſoluto iure datoris, reſolutum remanet etiam ius acceptoris.*

10 *Emens à Principe, ſeu Fiſco iure creditoris ſub haſta, qui ſit anterior, non poteſt moleſtari, ſed moleſtari poteſt ſolus Fiſcus intra quatriennium.*

11 *Creditor poſterior non poteſt in re vendita per ſubhaſtationem aliquid prætendere circa temporis augmentum.*

12 *Venditio facta per Iudicem ſub haſta non dicitur facta à creditore, ſed à debitore per Iudicem repræſentato, cuius factum debitoris dicitur.*

13 *Venditio facta per viam ſubhaſtationis magis proprie, & ſecundum terminos legales facta dicitur per creditorem, quam per debitorem, & nu. 21.*

14 *Creditor affectat, & inſtat, ſubhaſtationem fieri, reus vero regulariter recuſat, & fugit.*

15 *Subhaſtatio fit ſecundum voluntatem, & ad commodum creditoris, & contra voluntatem, & ad incommodum debitoris.*

16 *Creditor poteſt ſe abſtinere à ſubhaſtatione, & cœptam ſuſpendere, & impedire, ſed hoc non poteſt facere debitor.*

17 *Factum Iudicis vendentis, ſi vti factum debitoris operaretur, vt eſſet locus iuri offerendi, ſequeretur, illi etiam eſſe locum, quando venderet creditor, cuius etiam factum debitoris reputatur, & tamen contrarium eſt verius, & nu. 18. & 19.*

20 *Factum Iudicis factum debitoris dicitur quoad obligandum debitorem de euictione, non quoad reſoluendam hypothecam aliorum creditorum, ſed tunc illius factum dicitur factum creditoris inſtantis, & numero 21.*

21 *Creditor facultatem vendendi iure creditoris exercere poteſt miniſterio Iudicis, & auctoritate, & nomine proprio.*

22 *Iudex vtitur iure creditoris, & auctoritate publica, dum ſuum officium impartitur creditori exequenti, nec id eſt, actorem repræſentare, ſed partibus ſe Iudicem exhibere, & creditorem vti iure ſuo.*

25 *Fiſcus ſi vendiderit rem debitoris eo non citato, vel non ſeruata ſubhaſtationis ſolemnitate, cedere cenſetur tantummodo ius ſuum, & executio facta ſine*

Digitized by Google

ſine præiudicio iuris tertij, & poteſt rem vendicare tam à dominio, quam à quouis ius habente.

27 Ius offerendi an competat ſecundo creditori aduerſus primum, qui rem hypothecatam poſſideat, quia ſibi fuerit addicta vti plus offerenti, eſt valde dubium, ſed negatiua eſt magis communis, & procedit præſertim, quando emit alio mediante, vel iura ab eo reportauit.

28 Decl. d. negatiuam opinionem locum habere, ſi creditor licitauerit, vt extraneus, & alius quilibet, & ſic acquirendi dominij cauſa, & id aliquo modo appareat, vt ſi alium ſuppoſuerit præuio mandato, & n.29.

30 Mandato probato ad licitandum, & acceptato, & procuratore emente etiam nomine proprio dominium rei ipſi domino acquiſitum dicitur.

31 Idem eſt, quod debitor pignus extraneo vendiderit, qui pretium ſoluerit primo creditori, & quod mediante Iudice vendiderit ipſi priori creditori, namq; ſicut extraneus in prioris creditoris locum, ita ipſe prior in locum ipſiuſmet ſucceſſiſſe dicitur, & num.32.

33 Ius offerendi competit ſecundo creditori aduerſus primum, quem pignus ſub haſta emiſſe colligatur vt creditorem, & ſic potius tuendi ſui iuris gratia, quam dominium acquirendi, vt ſi emerit tertio mediante, ipſius nomine ſimulatè appoſito, & nu. 35. & 36.

34 Creditor non poteſt excipere de non dominio debitoris in re, quam vti illius ſubhaſtare fecit.

37 Præſumitur in dubio, creditorem ſub haſta emere tuendi potius ſui iuris gratia, quam dominium acquirendi, & fortius ſi emat pro ſumma creditum non excedente.

38 Ius offerendi non competit ſecundo creditori contra primum, qui pignus ſub haſta emit ipſo ſecundo præſente, & partem in iudicio faciente, vel citato, ſecus ſi non fuerit citatus, vel admonitus, & fuerit ſolummodo præſens incidenter & non ad effectum faciendi partem in iudicio, & num.40.

39 Creditor certus citari debet perſonaliter, non per proclama, vt afficiatur diſpoſitione l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pignor.

41 Ius offerendi non competit ſecundo creditori contra primum, ſi ipſi deliberatio fuerit ritè, & rectè facta, ſecus ſi nulliter, vbi exempla.

42 Et ſecus etiam ſi ſecundus tempore licitationis ſe oppoſuiſſet, & fuiſſet excluſus, quia creditum non iuſtificaſſet, & modo iuſtificet.

43 Cautela pro ſecundo creditore, qui tempore licitationis vult offerre, & pecuniam non habet in promptu, & contra cautela pro primo.

44 Ius offerendi an competat ſecundo creditori contra primum, cui pignus in ſolutum datum fuit à Iudice, eſt valde dubium, ſed, quod non competat, eſt communis, communior, & verior, & de ſtylo Franciæ, & n.45.

45 Et idem procedit, quando bona in ſolutum data fuerint per debitorem in vim pacti.

46 Ampl. ſiue adiudicatio facta fuerit pro executione ſententiæ diffinitiuæ, ſiue ex ſecundo decreto non præcedente, ſententia diffinitiua, ſed ſolo primo decreto, & quare, & numero 47. & ſeqq.

49 Adiudicatio facta per ſecundum decretum habet vim ſententiæ.

50 Ius offerendi non habet locum poſt ſententiam. Decl. vt num.51.

52 Ius offerendi ſublatum dicitur ſecundo creditori, vbi adiudicatio facta ſit primo appretio mediante, & ad diſponendum, habendum, & poſſidendum, non autem reuocabiliter. Lim. vt n.53.

54 Ampl præſertim vbi interceſſerit longum tempus, & quare, & n.55.

56 Ampl. etiam quod in adiudicatione fuerint reſeruata iura poſteriorum, ſi hoc poſteriores impugnauerint, & ſuccubuerint, & non appellauerint.

57 Ampl. etiam reſpectu emptoris, qui à primo creditore, qui licitauerit, emerit iure creditoris, vt poteſt.

58 Ampl. eo magis ſi ſecundus antea in iudicio verbaliter obtulerit, & primus obtinuerit abſolutoriam, quæ tranſitum fecerit in iudicatum fallit vt num.59.

60 Lim. non competere ſecundo creditori ius offerendi aduerſus primum, cui pignus fuit adiudicatum ſi adiudicatio facta fuerit legitimè, & præcedente ſolenni ſubhaſtatione, & emptore non inuento, æſtimatione, & ritè, & rectè, & quare, ſecus econtra, vbi exempla, & nu. ſeqq.

65 Creditor poſterior admittitur ad offerendum primo, cui pignus minus ritè, & rectè fuit adiudicatum, ſi offerat etiam vſuras medij temporis.

69 Æquitas ſuadet vt poſterior creditor admittatur ad offerendum primo, cui facta fuit adiudicatio pro ſumma tantum debita, & non pro ea quantitate, qua res valebat, etiam ſi per Statutum dominium fuiſſet irreuocabiliter quæſitum.

70 Creditor poſterior admittitur ad offerendum primo, cui res fuit adiudicata ex falſa cauſa. Lim. vt num.71.

72 Sententia diffinitiua facit de indebito debitum, de non ente ens, de falſo verum & de albo nigrum.

73 Ius offerendi non competit ſecundo creditori contra primum, cui pignus fuit adiudicatum, ſi ille fuerit citatus, vel præſens.

74 In ſolutum datio alicui facta non præiudicat non citatis, ſeu ignorantibus.

75 Sciens iudicium agitari, & ſubſecutam ſententiam ad fauorem alterius ſibi præiudicat in iure offerendi, niſi appellet, vel in ſententia fuerit ſibi ius reſeruatum, & n.76. & 77.

78 Tolerabilius eſt, vt ſecundus creditor negligens in offerendo, & in mora nihil lucretur, quam quod primus, cui res bona fide fuit adiudicata, ſit in damno.

79 Ius offerendi competit ſecundo creditori aduerſus primum, cui bona fuerint adiudicata in vim reſcripti Principis, diffinitiua ſententia non præcedente, durante biennio à die reſcripto.

80 Nec non vbi alter diſponeret Statutum loci.

81 Vel vbi ipſe debitor rem vendiderit, vel in ſolutum dederit.

82 Cenſus rem ſuppoſitam primo creditore poſſidente ex vltima addictione, ſi ſecundus illi offerat ſortem cum vſuris, & auocet hypothecam, debet primus in ſortem, vel vſuras imputare fructus perceptos.

83 Ius offerendi competens ſecundo creditori non præſcribitur niſi ſpatio 30. annorum.

84 Oblatio in iure offerendi debet eſſe realis, & per

Digitized by Google

actuale depoſitum reſpectu crediti anterioris liquidi, ſed reſpectu non liquidi ſufficit verbalis de ſoluendo, cum liquebit.

De ſecundo creditore offerente poſt deliberationem, ſeu adiudicationem.

INSP. LXVI.

1 QVamuis † aliud ſit, quod creditor vendat iure creditoris, & aliud, quod curet, vendi pignora per Iudicem, *Anton. Fab. in ſuo Co-*
2 *dic. lib. 8. tit. 19. defin. 27. numer. 2. in alleg.* † non tamen competit ſecundo, vel poſteriori creditori ius offerendi contra illum, cui res vendita fuerit à primo creditore iure creditoris, etiam quod venditio ad inſtantiam primi creditoris facta fuerit iudicialiter, & ad haſtam, *l. 1. C. ſi antiq. cred. pign. vend. Papon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arreſt. 3. in fin. Tepat. var. ſent. tit. 420. cap. 8. Menoch. præſumpt. 121. numer. 5. lib. 3. Cardin. Tuſc. in Verb. offerre. concl. 80. numer. 10.* vbi ſecus ſi vendiderit alius. *Morot. de iur. offeren. numer. 16. vbi num. ſeqq.* ponit limitationes *Glaſian. de dat. in ſolut. cap. 31. numer. 400. Donat. Ant. de Marin. quotid. reſolut. cap. 219. numer. 5. qui etiam numer. ſeqq. limitat. Vinc. de Franc. deciſ. 69. numer. 1. & 2. part. 1. Gratian. deciſ. 66. numer. 3. & ſeq. Thomat. deciſ. 74. num. 6.* latè, & magiſtraliter *Duran. deciſ. 445. num. 23. & ſeqq. ac per tot vbi num. 85.* Quod omnes Doctores tenent præter *Caſtill. in deciſ. 91. & numer. 91.* de communi, & receptiſſima omnium Doctorum, & quod opinio contraria Caſtilli non eſt attendenda tanquam noua, & leuiſſimis fundamentis fulcita. *Rot. in Anconitana Prædij 17. Maij 1627. & 4. Februarij 1628. coram Pirouano, poſt tractat. deciſ. 68. numer. 7. & deciſ. 76. numer. 5. & in eadem 18. Iunij 1642. coram R. P. D. Bichio, poſt tractat. deciſ. 108. numer. 18. & 19.*

3 Quia, † dum extraneus emit, emit ad effectum acquirendi ſibi dominium, *Rot. in d. Anco-*
4 *nitana Prædij 4. Februarij 1628. coram Pirouano, poſt tractat. deciſ. 76. num. 5.* &, † cum primus creditor tempore ſuæ conſtitutæ hypothecæ habuerit à debitore licentiam, & ius alienandi, atque ſubhaſtandi, *l. ſi conuenerit. ff. de pignor. act. Donat. Anton. de Marin. d. capit. 219. num. 5. Gratian. dict. de-*
5 *ciſ. 66. numer. 5. Duran. dict. deciſ. 445. numer. 29.* † & maximè vbi concurrat obligatio cameralis, *Duran. d. deciſ. 445. numer. 83. & ſeqq.* dum poſtea
6 vendit iure creditoris († quod fieri dicitur, etiam vbi pignus ſub haſta venditur ad inſtantiam creditoris, *Vinc. de Franc. deciſ. 69. num. 2. Duran. dict. deciſ. 445. ſub numer. 90. Buratt. deciſ. 505. in princ.* quidquid contra videatur dictum *in Anconitana Prædij 17. Maij 1627. & 4. Februarij 1628. coram Pirouano, poſt tractat. deciſ. 68. num. 4. & 6. &*
7 *deciſ. 76. num. 3. & 17.*) † transfert in emptorem dominium non affectum, *Donat. Ant. de Marin. d. capit. 219. numer. 5. Gratian. d. deciſ. 66. numer. 4. Rot. in d. Anconitana Prædij numer. 3. & 2. reſpectiuè, coram Pirouano, & in eadem 18. Iunij 1642. coram R. P. D.*
8 *Bichio, poſt tractat. deciſ. 108. numer. 10.* quoniam † ex venditione in vim licentiæ anterioris ſoluitur, ac tollitur omne ius, omniſque hypotheca poſteriorum creditorum, non ſecus, ac ſi eadem bona nunquam eis obligata fuiſſent, *Donat. Anton. de Marin. loc. citat. Gratian. d. deciſ. 66. num. 5. Card. Caualer. deciſ. 612. num. 55. & 56. & deciſ. 618. num. 22. Rot. in d. Anconitana Prædij 29. Aprilis 1626. coram Remboldo, poſt tractat. deciſ. 67. num. 2. & in eadem 18. Iunij 1642. coram R. P. D. Bichio, poſt tractat. deciſ. 108. num. 10.* cum, † reſolutio iure da- 9
toris, reſolutum remaneat etiam ius acceptoris, *lege ſi ex duobus, §. ſed & Marcellus, ff. de in diem addict. legem, lex vectigali. ff. de pignoribus, Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 31. num. 67. Gratian. diſceptat. 37. numer. 6. & dicta deciſ. 66. numer. 6. Caualer. dicta deciſ. 384. numero quarto, Duran. dict. deciſ. 445. num. 30.*

Quæ † concluſio locum habet eo magis in 10
eo, qui ad haſtam iure creditoris emit à Principe, ſeu Fiſco, nam ille non poteſt moleſtari, ſed moleſtari poteſt ſolus Fiſcus intra quatuor annos, *Tuſc. in verb. emens. concl. 142. n. 6.*

Nec, † re vendita per ſubhaſtationem, po- 11
teſt poſterior creditor aliquid prætendere circa temporis augumentum, *Ann. alleg. 56. Ric. collect. 67. in fin.*

Quibus non obſtat, quod † venditio, & di- 12
ſtractio facta per Iudicem ad haſtam dicatur facta non à creditore, ſed à debitore per Iudicem repræſentato, cum factum Iudicis reputetur factum debitoris, *ad alleg. per Duran. dict. dec. 445. num. 1. & ſeq. & num. 48. & ſeqq. & num. 93. & dixit Rot. in d. Anconitana Prædij 17. Maij 1627. & 4. Februarij 1628. coram Pirouano, poſt tractat. deciſ. 68. num. 5. & deciſ. 76. num. 4. 12. & 13.* Quia † immo 13
venditio facta per viam ſubhaſtationis dicitur magis propriè, & ſecundum terminos legales facta per creditorem, quam per debitorem, & quidem merito, quia † creditor affe- 14
ctat, & inſtat, eam fieri, reus vero regulariter recuſat, & fuit: ac proinde † fit ſecundum 15
voluntatem, & ad commodum creditoris, & contra voluntatem, & ad incommodum debitoris; atque † poteſt creditor ſe abſtinere, & 16
pœnitere, vt illa non fiat, eamque iam cœptam ſuſpendere, & impedire, quod nullo modo poteſt debitor, *Duran. dicta deciſ. 445. numer. 76. & 77.*

Sique † dicta ratio, ſcilicet, vt factum Iudi- 17
cis ſit factum debitoris, operaretur, quod eſſet locus iuri offerendi, ſequeretur illi etiam eſſe locum, quando venderet ipſe creditor, cum etiam † factum creditoris reputetur factum 18
debitoris, *Duran. dict. dec. 445. n. 77. & 78.* & tamen † contrarium eſt verius, *Duran. ead. dec. 445. nu. 5.* 19
& ſeqq. † Diciturque factum Iudicis factum 20
debitoris quoad obligandum debitorem de euictione, quia ex facto Iudicis perinde manet obligatus, ac ſi ipſemet debitor vendidiſſet, *Duran. dict. deciſ. 445. num. 89.* † non autem pro- 21
cedit concluſio quoad reſoluendam hypothecam aliorum creditorum, quia ad hunc effectum factum Iudicis cenſetur factum creditoris inſtantis; adeo vt venditio quoad dictum effectum habeatur, ac ſi facta eſſet ab ipſo creditore inſtante, qui facultatem vendendi, quam iure creditoris habet, vult Iudicis miniſterio exercere, prout ipſi à lege permiſſum

eſt, non

Digitized by Google

eſt, non minus, quam vendere proprio nomine, propria auctoritate, *Durand.d.dec.445.numer.89.*

22 † vtiturque Iudex iure creditoris, publicáve auctoritate, dum impartitur ſuum officium creditori exequenti, quod non eſt actorem repræſentare, ſed partibus Iudicem ſe exhibere, creditoremque vti iure ſuo. *Duran.d.dec.445.num.88.*

23 Vnde † ex dicta ratione, ſeu concluſione non eſt hoc caſu locus iuri offerendi, *Duran.d.deciſ.445.num.93.*

24 Quando † tamen venditio facta per primum creditorem eſſet aliquo reſpectu nulla, vt puta, quia venditum eſſet pignus ante tempus, aut non ſeruata forma iuris, vel pacti, auditur alius creditor, qui velit dictam venditionem inualidam reuocare, & pecuniam offerre, *Neguſ. de pignor.part.5.membr.3.ſub numer.5.verſ. tertio reſtringitur.Morot.de ſecund.credit.offer.num.20. Donat. Anton. de Marin.quotid.reſolut.cap.219.numer.9. Vinc. de Franc.deciſ.224. numer.3.part.1. & Rot. in Anconitana Pradij 29. Aprilis 1626. coram Remboldo, poſt tract. deciſ. 67.numer.6. & in eadem 18. Iunij 1642. coram R.P.D.Bicho, poſt tract.deciſ.108.numer. 27. & ſequentibus* vbi de nullitate ex quo non interuenerint tres oblatores, & quia defecerit citatio ad videndum ſubhaſtari, & deliberari, & decretum

25 Iudicis. Vnde, † quando res vendita fuerit à Fiſco non citato debitore, ſeu non ſeruata ſubhaſtationis ſolennitate, cenſetur tunc Fiſcus cedere ſolummodo ius ſuum, & executio facta ſine præiudicio iuris tertij, & poteſt res vendicari tam à domino, quam à quouis ius habente, *Tuſc.in verb. emens, concluſ. 142. numero 9.*

26 Quemadmodum † poteſt ſecundus creditor offerre illi, qui non emit à primo iure creditoris, ſed iure tantum anterioris creditoris, & pignoris poſſidet, *Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 16. defin.27.in fin.& num.17.& 18.in alleg.Duran.d.deciſ. 445.num.21. & ſeqq.Rot.penes Pacific.de ſalu.deciſ.83. num.6.& 7.& in Firmana Saluiani 24. Maij 1632. & 27.Ianuarij 1633.coram Pirouano.*

27 An autem † quando ipſe primus creditor poſſideat rem hypothecatam, non vti creditor, ſed quia illa fuerit ei vti tertio, & tanquam plus offerenti à Iudice addicta in publica ſubhaſtatione, competat poſteriori creditori ius offerendi, eſt articulus valde dubius, vt ſentit *Felician. de cenſib.tom.2.lib.3.cap.2.num.13.* vbi illum ad partes diſputat, & *Duran.d.deciſ.445.numer.86.* qui tamen inclinant pro negatiua, & dicunt eam magis communem & in primo creditore, qui emit alio mediante, ſeu iura ab eo reportauit, tenuit *Rot. in dict. Anconitana Pradij 26. Aprilis 1626. coram Remboldo poſt tract.deciſ.67. num. 2. & ſeqq.* quibus & ego libenter adhæreo, quamvis contrarium videatur ſentire *Mangil. de ſubhaſtat.quæſt.82.numer.11.& 12.Rot.in dict. Anconitana Pradij 17. Maij 1627.& 4. Februarij 1628.coram Pirouano, poſt tract.deciſ. 68. numer. 1. & ſeqq. & deciſ.76.numer.1. & ſeq.& in eadem 18.Iunij 1642. coram R.P.D.Bicho, poſt tract.deciſ.108.numer.11.& ſeqq.* recedendo à d. alia deciſione *in eadem cauſa facta coram Remboldo 29. Aprilis 1626. poſt tract. deciſ.67.*

28 Quæ tamen negatiua opinio † declaratur primo procedere, quando primus creditor licitauerit vt extraneus, & alius quilibet, & ſic acquirendi dominij cauſa, *Vinc. de Franc. deciſ. 69. numer. 3. & ſeqq. part. 1. & ſentit Felician. vbi ſuprà verſ.tertio quia, & Duran.dict.deciſ.445.numer.86. & 87.* & vt extraneum licitaſſe aliquo modo appareat, *Rot. in dict. Anconitana Pradij 18. Iunij 1642. coram R.P.D. Bicho, poſt tract. deciſ. 108. numer. 25.* prout † vt extraneus, & ad effectum acquirendi dominium licitaſſe dicitur, dum alium ad licitandum præuio mandato ſuppoſuit, *Rot. in d. Anconitana Pradij 29. Aprilis 1626. coram Remboldo, poſt tract.deciſ.67.numer.4.* cum † probato mandato ad licitandum, dicatur dominium acquiſitum domino ex perſona procuratoris oblatoris, qui mandatum acceptauerit, etiam quod proprio nomine emerit, *Rota in dicta Anconitana Pradij 13. Februarij 1637. coram Pirouano, poſt tract. deciſ.97.num.1.& 2.* Vnde habemus, quod † idem eſt, quod debitor pignus vendiderit alteri, & emptor pretium ſoluerit creditori, in cuius locum ſucceſſit, & quod debitor mediante Iudice pignus priori creditori vendiderit; in tantum quod, ſicut extraneus emptor pignoris, ſoluto pretio anteriori creditori, in eius locum ſuccedit, ita etiam, † quando idem creditor anterior à debitore emerit, ipſe etiam in locum ſuimet ipſius ſuccedat, *Ioan. Anton. Lanar. conſ. 29. numer. 2.* 29 30 31 32

Secus † vero eſt, vbi colligi poſſit, ſeu vrgeant coniecturæ, primum creditorem emiſſe vti creditorem, & ſic potius tuendi, & conſeruandi ſui iuris gratia, quam acquirendi dominium, *Vinc.de Franc.dict.deciſ.69.num.5. & ſeq.part.1. Felic. de cenſib.d.tom.2. lib.3.cap.2.numer.13. ſub verſ. tertia eſt.Duran.dict.deciſ.445.num.92. Rot. in d. Anconitana Pradij 4. Februarij 1628. coram Pirouano, poſt tract.deciſ.76.numer.21. & ſeqq.* & ita videntur intelligendi, *Tuſc.in verb. offerre, concl. 77. numer. 36. Morot.de ſecund.credit.offeren.num.19.Donat. Anton.de Marin. quotid. reſolut. dict. capit. 219. numer. 8. Mart. conſil. 95. numer. 9. & 14. Mangil. de ſubhaſtat. dict. quæſt.82.numer.2.& ſeqq. & ſe declarat num.2.& 15. & quæſt.125.numer.1. & ſeq.* & alij tenentes contra primum creditorem, qui licitauit, dari ſecundo creditori ius offerendi, & in his terminis loquitur deciſio *in dict. Anconitana Pradij 17. Maij 1627. & 4. Februarij 1628.coram Pirouano, poſt tract. deciſ.68.numer.7.& 8.vbi numer.11.* quod † non poteſt primus creditor excipere de non dominio communis debitoris, poſtquam pignus tanquam illius ſubhaſtare fecit, *& deciſ.76.numer.6. 15.21.& ſeqq. & 15.Iunij 1642.coram R.P.D.Bicho, poſt tract.deciſ.108.numer.2.11.& ſeqq. vbi numer.33.* quod pariter dare non poteſt de non dominio debitoris. † Colligitur autem, primum creditorem emiſſe vti creditorem, & potius confirmandæ ſuæ hypothecæ gratiam, quam dominium acquirendi, ſi emerit tertio mediante, ipſius tertij nomine ſimulate appoſito, *Rot. in dict. Anconitana Pradij 18. Iunij 1640. coram R.P.D. Bicho, poſt tract.dict.deciſ.108.numer.11.12.24.26.& 28.* † quo caſu facilius etiam in venditione iudiciali competit contra primum creditorem ius offerendi, *ead. deciſ. 108. numer. 15. & ſeqq.* & † eſt in dubio præſumptio, vt creditor emens emat potius tuendi ſui iuris gratia, quam acquirendi dominium, *dict. deciſ.108. numero ſecundo* 33 34 35 36 37

X

Digitized by Google

& 21.poſt tract. & eo magis ſi emat pro ſumma non excedente creditum,*d.dec.108.num.22.*& iure creditoris,*eadem dec.108.n.23.*

38 Declar.2. † d.opinionem negatiuam procedere, vbi res deliberata fuerit primo creditori licitanti ipſo poſteriore creditore præſente, & partem in iudicio faciente, vel citato, qui ſibi ipſi imputare debet, ſi & ipſe non licitauerit, *Theſ.deciſ.157.num.11.*vbi de veriori,& magis communi *& ibi Theſaur.iun. in addict. quos refert Mangil. de ſubhaſt.qu.82.num.20. & qu.125.num.13. & 14. & tenet Papon. de arreſt.lib.18.tit.6.arreſt.2.in fin. Donat.Anton.de Matrim.quotid.reſolut.cap.219. numer.8.in fin.Rot.in dict. Anconitana Prædij 18.Iunij 1642. coram R.P.D.dict.Bicho, poſt tract.deciſ.108.numer.6.7.& 9.*
39 vbi, quod † creditor certus debet citari perſonaliter, non autem per proclama, vt afficiatur diſpoſitione *leg. ſi eo tempore. Cod. de remiſſ. pignor.*

40 Secus autem † quando non fuerit citatus, ſeu admonitus,vt diſtractioni adeſſet,vel fuerit ſolummodo præſens incidenter, non autem ad effectum faciendi partem in iudicio, *Mantic. de tacit.lib.11.tit.31.numer.42. & 43.* & videtur ſentire *Felician.de cenſib.d.tom.2.lib.3.cap.2.num.13.verſ.ſi tamen.in fin. & verſicul. nec obſtat ſecundum*, & in his terminis videntur intelligendi *Morot. de ſecund. credit.offeren.num.40.Mangil.de ſubh.d.qu.82.num.14. & Vinc.de Franc.deciſ.69.num.11. in fin. part. 1. & alij, quos allegat Rot.in dict. Anconitana Prædij 18. Iunij 1642. coram R.P.D. Bicho,poſt tract. deciſione 108. numer.8.*

41 Declar. 3. † non competere ſecundo creditori ius offerendi,quando deliberatio fuit rite, & recte facta,ſecus ſi ſit nulla,*Rot.in d. Anconitana Prædij 18. Iunij 1642. coram R.P.D. Bicho, poſt tract. dec.108.num.27.& ſeqq.* vbi ſi ſimulate fuerit venditio facta ipſimet creditori per interpoſitam perſonam, & non interuenerint tres oblatores, nec citatio,nec decretum.

42 Declar. 4. † dictam negatiuam opinionem locum non habere, quando ſecundus creditor tempore licitationis ſe oppoſuiſſet, & fuiſſet excluſus, ex quo non feciſſet fidem de ſuis iuribus, quia, illis poſtea productis, videretur ex benignitate audiendus, *Theſaur.iun.in addict.ad d. dec.157.Theſaur.ſenior relatus per Mangil.de ſubhaſt.d.*
43 *quæſt.125.numer.12.* † Pro quo etiam eſt cautela, vt, ſi tempore licitationis pecuniam non habeat, proteſtetur de iure ſuo, & petat admitti ad ſoluendum, data ſibi dilatione, quo caſu datur & alia cautela pro primo creditore, vt faciat illi ad ſoluendum terminum præfigere, *idem Theſaur. iun. vbi ſup. relatus per Mangil.d.quæſt. 125.in fin.*

Quid vero dicendum ſit, quando primus creditor rem poſſideat tanquam ſibi à Iudice in ſolutum datam, ſeu adiudicatam, an ſcilicet ſit tunc ſecundus creditor admittendus ad ius
44 offerendi?† videtur pariter articulus admodum dubius ex traditis per *Felician. de cenſibus dict.tom. 2. libro tertio capit. 2. numero decimo tertio*, qui ſub vno, & eodem articulo diſputat, an ſecundus creditor poſſit offerre primo,qui rem hypothecatam poſſideat, non iure creditoris, ſed vti tertius, cui à Iudice fuerit data in ſolutum, vel tanquam plus offerenti fuerit addicta in publica ſubhaſtatione. Sed tamen concluſio firmanda eſt,vt,re per Iudicem adiudicata primo creditori, ceſſet ius offerendi,& adiudicationis reuocatio ad fauorem poſterioris, quæ eſt opinio communis, magis communis,& verior, vt per *Felician.vbi ſup.verſicul.contrariam tamen ſententiam,& Mantic.de tacit.libr.11. titul. 28. numer. 27. & ſeqq.& deciſ. 126. numer. 1. & ſequentib.* & hanc etiam tenet *Tuſc. & per eum alleg. in verb. offerre, concluſ. 77. numer. 35.* † non ſecus ac non intrat 45
ius offerendi, quando bona obligata dantur per debitorem in ſolutum, vel adiudicantur anteriori creditori in vim pacti ab initio in contractu appoſiti, quod creditor illa in ſolutum, ſeu per viam adiudicationis poſſet accipere, tanquam huiuſmodi pactum ſecundi creditoris obligationem præceſſerit, *Duran. deciſ.445.numero 84. & Rot. in dict. Anconitana Prædij 18.Iunij 1642.coram R.P.D. Bicho, poſt tract. deciſ. 108. numer. 5.* (quidquid contra ſentiat *Vrſell. in verb.adiudicatio.concluſ.32.ſub numer.56.*) &,quod ita ſit de ſtylo Franciæ, tradit *Papon. de arreſt. dict. lib. 18. tit. 6. arreſt. 3.* Et † hoc nullam recepit 46
dubitationem, ſi ſecundum Iudicis decretum pro executione ſententiæ diffinitiuæ fuerit interpoſitum, *Mantic. vbi ſup.* Vel † immo proce- 47
dit etiam, ſi res adiudicata fuerit ex ſecundo decreto non præcedente ſententiã diffinitiua, nec pro illius executione, ſed præcedente ſolo primo decreto, quod à lege introductum eſt,
† vt rei finis inueniatur, & ne res, & creditor 48
licet ſemper in ſuſpenſo, & quia † adiudica- 49
tio facta per viam ſecundi decreti habet vim ſententiæ, & † poſt ſententiam non habet 50
locum ius offerendi, *Cephal.conſil.550.numero octauo & 9. libro quarto*, & tradunt *allegati per Mangil. de ſubhaſt.dict.quæſt.82. numero octauo, & 9. & Felician.de cenſib.dict.tom.2.lib.3.cap.2.numer. 13. verſ. pro qua parte, & verſ.ſecundo datio in ſolutum qui tamen ibid.in verſ.ſi tamen quis,& in verſ.nec obſtat ſecundum,* annuit, † hæc vltima poſſe procedere quoad 51
debitorem, non autem quoad ſecundum creditorem, *& Mantic.dict.deciſ.126.numer.2.* † Atque 52
ſublatum dicitur ius offerendi ſecundo creditori, vbi adiudicatio facta ſit appreccio mediante, & ad diſponendum, habendum, & poſſidendum, non autem reuocabiliter, *Merlin.Pignatell.controuerſ.for. cap. 93. numer. 5. & 6. vbi numer. 7.* † niſi ab appreccio pendeat appella- 53
tio.

Ampl. 1. d. concluſio, † vt procedat præſer- 54
tim vbi interceſſerit longum tempus, quia æquitas ſuggerit, vt, † quemadmodum pericu- 55
lum,ſi forte res deterior facta eſſet, ad primum creditorem, cui res adiudicata fuit, ſpectaret, ita etiam commodum debeat pertinere, ſi eius precium vel temporis beneficio, vel alia ratione incrementum acceperit, *Mantic.d.deciſ.126.numer.4.*

Ampl.2. † etiam quod adiudicatio fuerit fa- 56
cta anteriori, ſeu anterioribus creditoribus cum reſeruatione iurium poſteriorum, ſi huiuſmodi ratio,& reſeruatio fuerit per poſteriores impugnata, & contra ipſos obtenta per anteriores abſolutoria cum impoſitione ſilentij, à qua poſteriores non appellauerint, cum ex ea ſublata dicatur eorum hypotheca, & conſequenter

Digitized by Google

ter etiam ius offerendi, Mantic.ead.dec.136.num.4.
& ſeqq.
57 Ampl.3.† vt d.concluſio procedat etiam ad
fauorem emptoris à primo creditore, qui poſt
rem ſibi adiudicatam illi eandem vendiderit
iure creditoris, provt poteſt, nam nec tunc ha-
bet creditor poſterior ius offerendi, Coſt.de port.
rat.qu.65.nu.6.& ſeqq.
58 Ampl. 4. † vt eo magis ſecundus creditor
non poſſit offerre priori, ſi idem antea in iudi-
cio verbaliter tantum obtulerit, & primus ob-
tinuerit abſolutoriam, quæ tranſitum fecerit in
iudicatum, ex quo oblatio non erat ſufficiens,
quia non poteſt poſt rem iudicatam iterum of-
ferre cum effectu, Card.Tuſc.in verb.offerre,concluſ.
59 80.num.7.† Niſi ſecundus tempore primæ obla-
tionis eſſet creditor ſub conditione, & obtu-
liſſet ante conditionis aduentum, quia, etiam
quod hac de cauſa lata fuerit abſolutoria, non
prohibetur, eueniente conditione, poſtea ite-
rum offerre, ſi alias oblationi locus ſit, Tuſc. ibi-
dem num.8.
60 Limitanda vero eſt d.concluſio, † vt proce-
dat primo, quando adiudicatio facta fuerit pri-
mo creditori legitime, Mantic.de tacit.libro vnde-
61 cimo tit.28.numero 29. † præcedente ſolemni ſub-
haſtatione, &, emptore non inuento, æſtimatio-
62 ne, Mantic.dict.dec.126.numero 1.& 3.† & rite, ac re-
cte, Felician. de cenſib.dict.tom.2.lib.3.capit.2.numero
decimo tertio verſ. tertio pro eadem parte, poſt med. &
63 verſ. nec etiam obſtat, cum † tunc non remanſerit
ius hypothecæ aliis poſterioribus creditoribus,
& virtute adiudicationis primus creditor effe-
ctus ſit dominus irreuocabiliter, Felician.d. verſ.
64 tertio pro eadem parte poſt med.† Secus vero econ-
tra, & in his terminis videntur intelligendi Ca-
ſtrenſ.conſ.311.ſub numero 2.lib.2.Rimin.iun.conſ.3.nu-
mero 10.lib.1.Aſin.de execut. §.7. capit. 282. circa fin.
Tuſc.in verb.offerre,concl.77. numero 36.& 37. Morot.
de ſecund.credit.offeren. numero 37.& 38. Cyriac. con-
trou.forenſ. controu. 193. numero 6. Donat. Anton. de
Marin.quotid.reſolut.capit.219.num.3. Mangil.de ſub-
haſtat.quæſt.82. numero 2.& ſeqq. & num.11. & 12.&
Afflict.deciſ.187.ſub numero 2.Theſaur.deciſ.157.num.1.
Vincent.de Franc. deciſ. 12. in princ. & numero ſecundo,
65 parte prima, vbi quod † poſterior creditor tene-
tur dare etiam vſuras medij temporis, & alij
66 contrarium tenentes. † Vt, quia prætenderetur
67 exceſſus, Caualer.deciſ.446.nu.5.† ſeu quod adiu-
dicatio facta fuiſſet vili pretio, Rimin. iun. dict.
conſ.3 numero trigeſimo libro primo, Mart.vot.36.num.
68 vigeſimo primo. vbi de adiudicatione facta Viduæ
69 pro ſuis dotibus de bonis viri. † vel, ſi adiudi-
catio facta fuiſſet pro ſumma tantum debita, &
non pro ea quantitate, quanti re vera res vale-
bat, Mangil.de ſubhaſtat.quæſt.161.nu.10.& quæſt.162.
70 nu.2. quia † tunc ita æquitas ſuadet etiam ſi per
Statuti diſpoſitionem dominium fuiſſet irreuo-
71 cabiliter quæſitum, Mart.d.vot.36.n.22.† aut quod
72 adiudicatio facta fuiſſet ex falſa cauſa, † niſi eſ-
ſet in executionem ſententiæ diffinitiuæ latæ
ſuper præterito debito, quia † ea facit de inde-
bito debitum, de non ente ens, de falſo verum,
& de albo nigrum, Felician.vbi ſup.verſ.retenta ta-
men, Secundo limitanda, & declaranda videtur
73 d.concluſio, † vt procedat, ſi adiudicatio ſecuta
fuerit ſecundo creditore citato, vel præſente,
Felician.vbi ſup. verſ. ſi tamen quis, & verſ. nec obſtat
ſecundum. Mart.dict.vot.30.num.19.& 20. Mantic. dict.
deciſ.126.numero 1.& 3.Rot.in dict. Anconitana Prædij
18.Iunij 1642. coram R.P.D. Bicho, poſt tract. deciſ. 108.
numero 6.7.& 9. & in his terminis forſan intelli-
gendus eſt Carpan.ad Statut.Mediol.lib.1.cap.165.nu-
mero 29.& Gluſian.de dat.in ſolut.cap.31.numero 400.
Nam † in ſolutum datio alicui facta non citatis, 74
ſeu ignorantibus non præiudicat, Aſin.de execut.
§.7.cap.282.ſub numero 2.Rimin.iun.d.conſ.3.num.32.
libro primo. Sed † is, qui iudicium agitari ſciuiſ- 75
ſet, & tacuiſſet, quovſque ſententia ad fauorem
partis prolata fuiſſet, ſibi præiudicaſſet, Aſin.ſub
d.num.2.† niſi à ſententia appellaſſet, quia tunc 76
ius offerendi etiam poſt ſententiam illi compe-
teret, vt in terminis poſſeſſoris hypothecaria
conuenti tradit Aſin.dict.tract. de execut. §. 6. cap.
32.numero 19.& Merlin.Pignatell.controu.forenſ.capit.
3.num.1.& ſeqq. † vel niſi in ſententia fuiſſet illi 77
ius reſeruatum, Cephal.d.conſ.550.num.10.lib.4. Feli-
cian. vbi ſupra, verſ. ſecunda datio in ſolutum. Provt
† tolerabilius eſt, vt ſecundus creditor, qui fuit 78
negligens in offerendo, & in mora, nihil lucre-
tur, quam quod primus creditor, cui res bona
fide fuit adiudicata, ſit in damno, Coſt.de ratiocin.
r.11.qu.65.ſub numero 5.

Tertio limitanda eſt d.concluſio, † vt non 79
procedat, vbi adiudicatio facta fuerit vigore
reſcripti Principis, nulla præcedente ſententia
diffinitiua, quia tunc ſecundus creditor poteſt
offerre primo intra biennium à die conceſſi
reſcripti, l.vlt.C.de iur.domin.impet.Felician.de cenſib.
tom.2.lib.3.cap.2.num.13.verſ.ſecunda eſt, Mantic.de ta-
cit.lib.11.tit.28.numero 28.num.30.

Quarto limitanda eſt, † vbi aliter per Statuta 80
locorum eſſet ordinatum, provt Florentiæ, Feli-
cian.loco citato verſ.tertia eſt.

Præterea † creditor ſecundus poteſt offerre 81
primo, cui debitor rem vendiderit, vel in ſolu-
tum dederit, Rimin.iun. dict.conſ.3.nu.9.lib.1.Aſin.de
execut.§.7.cap.282.circa fin.

Vbi † vero primus creditor ex vltima addi- 82
ctione poſſideat rem ſuppoſitam cenſui, & ſe-
cundus creditor offerat priori ſortem cum vſu-
ris, & auocet hypothecam, iure poſtulat ſecun-
dus, vt primus fructus perceptos imputet in
ſortem, vel vſuras, Felician.de cenſib.tom.2.lib.1.c.3.
numero 7.verſ.occurrit autem.

Hoc † autem ius offerendi quoad ſecundum 83
creditorem, vbi intret, non præſcribitur niſi
ſpacio 30.annorum, Tuſc.in verb.offerre,concl.77.nu.
33.Vinc.de Franc.deciſ.69.nu.12.part.1. Duran.dec.445.
nu.73.Rot.in d.Anconitana Prædij 17. Maij 1627. coram
Pirouano, poſt tract.dec.68.num.14.

Et, † vbi iuri offerendi locus ſit, non ſufficit 84
oblatio verbalis, ſed debet eſſe realis, & per a-
ctuale depoſitum reſpectu crediti anterioris
creditoris liquidi, vt puta ſortis, ſed quoad illud,
quod eget probatione, atque iudicio, vt acceſſo-
ria, ſufficit etiam verbalis oblatio de ſoluendo,
cum liquebunt, Rot.in d.Anconitana Prædij 17.Maij
1627.coram Pirouano, poſt tract.dec.68.nu.12.& 13.

SVMMARIA.

1 Subhaſtationes, & limitationes, cum in facto conſi-

Digitized by Google

ſtant, non præſumuntur, ſed ſunt probandæ. Ampl. vt numero 3.

2 Solennitates in ſubhaſtationibus requiſitæ non præſumuntur.

4 Subhaſtationes requirunt ſcripturam.

5 Et in pignore prætorio, vel iudiciali debet per acta iudicialia conſtare de ſubhaſtationibus, publicis banimentis, pretio, & Iudicis pronunciatione ſuper pignore liberando, vel vendendo, nec quoad pretium ſtatur iuramento creditoris, & nu. 6.

7 Adiudicatio probatur ex actis.

8 Subhaſtationes cum fiant de mandato Iudicis adhibito Notario, indicat hoc, quod debeant in ſcriptis fieri, & ita inductum eſt conſuetudine.

9 Præſumi non debet pro ſubhaſtationibus, vbi de eis non conſtet ex actorum reuolutione.

10 Acta ſubhaſtationis facta in Caſtro, & in loco non inſigni probari poſſunt etiam per teſtes.

11 Nuncij aſſertione ſubhaſtationes, licitationes, & ſolennitates non probantur, tanquam id ad eius officium non ſpectet.

12 Nec ei referenti coram Notario, ſe vendidiſſe ad extinctionem candelæ ſeruatis ſeruandis, ſtandum eſt, niſi id aliunde conſtet, & num. 13.

14 Notarij aſſertioni non creditur circa ſubhaſtationes, cum hoc ſub eius officio non comprehendatur.

15 Nec id probant illius inſtrumenti verba procemialia, ennunciatiua, ſeu narratiua.

16 In illis tantum illi creditur, de quibus eſt à partibus rogatus.

17 Et rogatus de ſola relatione Nuncij, & non de actu ſubhaſtationis, & deliberationis, non dicitur de actu ſubhaſtationis, & deliberationis atteſtare, ſed de ſola relatione, & ſunt ſolennitates aliunde probandæ, & num. 18.

19 Libro Adminiſtratoris, in quo mentio fiat ſubhaſtationum factarum, ſine aliis adminiculis non creditur.

20 Inſtrumentum venditionis, ſeu locationis, in quo fiat ſubhaſtationum mentio, puta per verba factis ſubhaſtationibus, vel habito tractatu, & ſubhaſtationibus præcedentibus, ſubhaſtationem non probant, ex veriori, & quare, & num. 22. Ampl. vt numero 23. & 24. Contrarium num. 21. Lim. vt numero 25.

26 Inſtrumento alienationis rerum Vniuerſitatis non eſt ſtandum quoad ſubhaſtationes, de quibus fiat mentio, ſi tempore inſtrumenti interuenire non potuerint.

27 Subhaſtationes extraiudiciales probari debent per teſtes de auditu, & viſu ſimul, vel Tabellio debet fidem facere, qualiter coram ipſo præconia præceſſerunt diuerſis diebus, & temporibus, & tandem plus offerenti fuit pro tanta quantitate fundus addictus, alias maxima pateretur via fraudibus, & num. 28. & 29.

30 Inſtrumentum aliud quam venditionis atteſtans de quolibet actu, & ſubhaſtationis ſolemnitate, hoc eſt qua die, & in quo loco actus factus eſſet, & coram quibus teſtibus diſpoſitiue, & non enunciatiue probat, & pro eo præſumitur, & aſſerenti contrarium incumbit onus probandi.

31 Subhaſtationis ſummaria recitatio facta in decreto præſentibus partibus, & non contradicentibus probat iſta ſic facta, ſaltim donec contrarium probatum fuerit.

32 Præſumitur ſemper pro Iudicis decreto in ſubhaſtatione interpoſito.

33 Præſumptio eſt pro ſolennitatibus, & quod adfuerit mala fides, conſtito de decreto.

34 Subhaſtationes, & ſolennitates, quæ in decreto, vel inſtrumento non nominantur, non ſufficit allegare, ſed oportet probare.

35 Subhaſtationum, & ſolennitatum enunciatio facta in decreto ſuffragatur in Iudicibus maioribus, non in minoribus.

36 Decretum de deliberando non inducit præſumptionem, quod ſolennitates ſubhaſtationis præceſſerint.

37 Nec vti ſtricti iuris extenditur ad actum ab eo ſeparatum.

38 Solennitates aliud ſunt, aliud decretum.

39 Rem habens ab executore debet habere ſententiam, & acta, per quæ probare poſſit, ſententiam valere.

40 Subhaſtatio, vel adiudicatio, de cuius proceſſu, & ſolennitatibus requiſitis non conſtat, non attenditur.

41 Deliberatio, & adiudicatio probari debet vere, & per acta, non autem præſumptiue, nec per aſſertiones partis, nec per ſolas ſententias.

42 Et ſi ex actis non iuſtificetur, non dicitur conſtare de ſubhaſtatione, & ſententia dicitur notorie iniuſta, & num. 43.

44 Iudex non poteſt aliunde, quam ex actis ſumere informationes, alius pars non poſſet ſuas facere diligentias, & tollerentur ei defenſiones. Lim. vt num. 46. & 47.

45 Quæ non ſunt de actis, non dicuntur eſſe de hoc mundo.

48 Acta ſunt neceſſaria pro iuſtificanda deliberatione, vel adiudicatione, ſi ea deducatur per viam actionis, & ad obtinendam executionem, ſecus ſi per viam exceptionis, vel in antiquis, & nu. 49.

49 Præſumitur pro ſententia, & decreto Iudicis, vbi concurrit antiquitas temporis, & enunciatio ipſarum ſolennitatum, ſaltim in genere, & etiam abſque enunciatione, ſi præterierit longiſſimum tempus, puta 30. annorum.

50 Solennitates omnes interueniſſe præſumuntur ex curſu 30. annorum, videlicet æſtimatio, citatio, adiudicatio, & ſimilia, etiam ſi non fuerint enunciata, & ſolennitas ſubhaſtationis eo magis præſumitur ſpatio 40. vel 50. annorum, & numer. 51. & 53. Ampl. vt num. 52.

53 Ius ſuum nemo præſumitur per longum tempus indiſcuſſum relinquere.

54 Præſumuntur curſu temporis ſubhaſtatio, deliberatio, & cætera, quæ ad earum, & adiudicationis perfectionem requiruntur. Decl. vt nu. 59.

55 Præſumitur appretiationis ſolennitas ex vetuſtiſſima poſſeſſione.

56 Solennitates, & præſertim ea, quæ ante, vel poſt actum interuenire poſſunt, ſpatio 30. annorum præſumuntur.

57 Poſſeſſor ex decreto an teneatur exhibere omnes proceſſus ad illud iuſtificandum, & validum docendum, & quod ſolennitates ſint ſeruatæ, vel ſit ſtandum verbis narratiuis, quibus prolixa, & plena omnium ſolennitatum mentio facta ſit, alij dixerunt, quod non, alij, quod ſic, alij diſtinxerunt, vt hic.

58 *Solennitates, & requiſita ad perfectam deliberationem, vel adiudicationem curſu longiſſimi temporis præſumitur, ſi præceſſerint ſententiæ vſque ad mandati executiui relaxationem.*

60 *Acta non ſunt neceſſaria pro ſuſtinenda deliberatione, vel adiudicatione, vbi probentur deperdita. Ampl. vt num. 63.*

61 *Acta præſumuntur ablata ab eo, cuius illa non reperiri intererat.*

62 *Eorum perditio probatur, ſi appareat de diligentia facta in reperiendo proceſſus in actis cauſæ.*

64 *Tenuta capta probatur præſumptionibus, & quibus, & numero 65.*

65 *Tenutæ recuperatio præſupponit capturam.*

66 *Præſumitur pro Iudicis decreto, in quo ſolennitates in ſpecie ſint enunciatæ.*

67 *Subhaſtatio an probetur ex confeſſione facta in teſtamento, vel vltimo elogio, & quid ſi cum iuramento.*

Subhaſtatio, illiuſque ſolennitates quomodo probentur.

INSP. LXVII.

1 SVbhaſtationes, ac licitationes, † cum in facto conſiſtant, non præſumuntur, ſed debent
particulariter probari, *Munnoz. de ratiocin. adminiſtr. cap. 16. num. 34. in fin. Mangil. de ſubhaſt. qu. 188. n.*
2 *2. & 4.* prout † non præſumuntur ſolennitates in
iis requiſitæ, *Iodoc. de ſubh. c. 3. nu. 7. & vide Caball.*
3 *melliloq. 820.* & † eo magis vbi agitur de præiu-
4 dicio tertij, *Mang. d. n. 4.* † Requiruntque ſubhaſtationes ſcripturam, *Bertach. in verb. ſubhaſtatio. Mang. de ſubh. qu. 2. ante n. 1. & q. 12. n. 1. & ſeqq.* Vnde
5 † reſpectu pignoris prætorij, vel iudicialis debet per acta iudicij cauſæ, ſeu curiæ conſtare de ſubhaſtationibus, publicis bannimentis, pretio, & Iudicis pronunciatione ſuper pignore liberando, vel vendendo, *Seraph. de priuil. iuram.*
6 *priuileg. 45. num. 2.* vbi, quod † non eſt ſtandum iuramento creditoris, quoad pretium. Quemad-
7 modum † adiudicatio probatur ex actis, *Rot. in Romana Spolij 20. Februarij 1603. coram Ortembergo,*
8 *poſt tract. dec. 14. nu. 4.* Nam, cum † ſubhaſtationes fiant de mandato Iudicis, adhibito Notario, indicat hoc, quod debeant fieri in ſcriptis, & ita inductum eſt conſuetudine, *Mangil. d. qu. 22. nu. 2.*
9 Adeo vt † non ſit pro ſubhaſtationibus præſumendum, vbi de eis non conſtet ex actorum reuolutione, *Mangil. de ſubh. qu. 188. nu. 2.* Sed tamen
10 † acta ſubhaſtationis factæ in Caſtro, & loco non inſigni probari poſſunt etiam per teſtes, *Grat. diſcept. for. cap. 503. num. 26.*

11 Nec † ſubhaſtationes, & licitationes, ac ſolennitates probantur per aſſertionem Nuncij, *Greg. XV. deciſ. 485. num. 10. Rot. poſt Nigr. de ſubh. dec. 6. num. 5. Vrſell. in verb. adiudicatio. concl. 52. num. 59.* vbi,
12 quia id ad illius officium non ſpectat, † nec ei referenti coram Notario, ſe vendidiſſe ad extinctionem candelæ ſeruatis ſeruandis, eſt ſtan-
13 dum, *Mangil. de ſubh. qu. 187. nu. 1. Greg. vbi ſup.* † niſi id aliunde conſtet, *Mangil. loco citato Rot. poſt Nigr. d. dec. 6. num 5. & 6. Vrſell. vbi ſup.*

14 Neque † etiam de illis creditur aſſertioni Notarij, cum id nec ad eius officium pertineat, *Mangil. de ſubh. qu. 148. nu. 5. in fin. & qu. 187. n. 2. Greg. d. dec. 485. ſub numer. 10.* † Nec verba inſtrumenti 15
proœmialia, & enunciatiua Notarij, in quo dicat, puta, domum fuiſſe ſubhaſtatam ad inſtantiam N. creditoris in ſcutis tot N. plus offerenti pro ſcutis tot probant, ſubhaſtationem fuiſſe factam, quia † in illis tantum illi creditur, de qui- 16
bus eſt rotus à partibus, *Buratt. dec. 49. nu. 10. & 11.*
Et, † ſi ille ſit ſolum rogatus de relatione Nun- 17
cij, & non de actu ſubhaſtationis, & deliberationis, non dicitur de actu ſubhaſtationis, & deliberationis atteſtare, ſed de ſola relatione
Nuncij *Greg. vbi ſup.* & † ſunt ſolennitates aliun- 18
de probandæ, *Greg. ibidem.*

Nec † quoque creditur libro Adminiſtrato- 19
ris, in quo facta ſit mentio ſubhaſtationum factarum, niſi alia adſint adminicula, *Munnoz. de ratiocin. adminiſtr. c. 16. num. 34. in fin. & num. 35.*

Quemadmodum † nec probatur ſubhaſtatio 20
ex venditionis, ſeu locationis inſtrumento, in quo fiat ſubhaſtationum mentio, puta per verba, factis ſubhaſtationibus, vel, habito tractatu, & ſubhaſtationibus præcedentibus, *Angel. in leg. ſciendum, nu. 12. ff. de verb. oblig. Bertach. in verb. ſubhaſtatio. Iodoc. de ſubh. c. 5. n. 19. Rebuff. de præcon. licitat. & ſubh. art. 7. gl. 1. num. 24. Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1. nu. 65. in fin. Roland. d. conſ. 92. num. 41. Aſin. de execut. § 6. cap. 29. num. 1. & ſeqq. Munnoz. de ratiocin. adminiſtr. dict. cap. 16. num. 35. & 36. Nouar. in l. fin. C. de vend. rer. Ciuit. lib. 11. ſub num. 2. Mangil. de ſubhaſt. qu. 148. nu. 2. & ſeq.* vbi de veriori, & allegat alios in hoc arti-
culo *qu. 200. nu. 26.* Quidquid † contra videatur 21
ſentire *Redoan. de reb. Eccleſ. non alienan. in rub. ſed ſi ſit. § & an præſumatur, nu. 12. folio mihi 195.* vbi quod ſubhaſtatio, tractatus, & huiuſmodi probantur per inſtrumentum factum ſuper principali contractu, & *allegati per Mangil. dict. quæſt. 148. numer. 1.* Nam, cum † ſubhaſtationes neceſſariæ ſaltim omnes non potuerint fieri tempore confectio-
nis inſtrumenti; ſed debuerint ipſum inſtru- 22
mentum, & diuerſis temporibus præcedere, huiuſmodi inſtrumentum ſubhaſtationem, vel licitationem præceſſiſſe probare non dicitur, *Ang. Bertach. Iodoc. de Simoncell. Aſin. Munnoz. &*
Mangil. loco citato † neque etiam inter ipſas par- 23
tes, *Angel. & Aſin. vbi ſup.* & † eo minus contra 24
tertium, *Mangil. dict. quæſt. 148. num. 5.* † niſi de ſub- 25
haſtationibus aliter appareat, *Simoncell. & Aſin.*
vbi ſup. Et, quod † inſtrumento alienationis re- 26
rum Vniuerſitatis non ſit ſtandum, in quo fiat mentio de ſubhaſtationibus, ſi tempore confecti inſtrumenti non potuerint interuenire, tradit *Nicolaus Loſeus de iur. vniuerſit. par. 3. cap. 5. numero 9.*

Sed † ad probationem talium ſubhaſtatio- 27
num neceſſario, requiritur probatio per teſtes
de viſu, & auditu ſimul, † vel, ſi hoc deficiat, Ta- 28
bellio debet fidem facere, qualiter coram ipſo præconia præceſſerunt diuerſis diebus, & temporibus, & tandem plus offerenti fuit pro tanta quantitate fundus addictus, *Munnoz. de ratiocin. adminiſtr. cap. 16. numer. 36.* vbi, quod, † ſi hoc 29
non fieret, maxima pateretur via fraudibus, & refert, ac ſequitur *Mangil. de ſubh. d. qu. 148. numero 3. & ſeq.*

Sique † aliud inſtrumentum, quam venditio- 30

Digitized by Google

nis teſtaretur de quolibet actu, & ſubhaſtatic-
nis ſolemnitate, ſcilicet, quando, & qua die a-
ctus factus eſſet, in quo loco, & coram quibus
teſtibus diſpoſitiue, non autem enunciatiue,
tunc tale inſtrumentum probaret, & pro eo præ-
ſumeretur, & aſſerenti contrarium incumberet
onus probandi, Rebuff. de præcon. licit. & ſubhaſt. art.
7. gloſ. 1. nu. 23. & 24. Mangil. de ſubhaſt. d. qu. 148. nu.
31 6. & 7. & poſt Nigr. eod. tract. dec. 6. num. 5. † Iſta enim
ſummaria recitatio facta in decreto præſenti-
bus partibus & non contradicentibus probat,
acta ſic facta, ſaltim donec fuerit probatum
contrarium, Rebuff. loco citato numero vigeſimo quinto
32 † Præſumiturque ſemper pro Iudicis decreto
in ſubhaſtatione interpoſito, Mangil. de ſubhaſt. q.
33 200. nu. 6. ac, † de eo conſtito, interueniſſe præſu-
muntur ſolennitates, & malam fidem abeſſe,
Rebuff. loco citato num. 23.
34 Secus † vero eſſet, ſi ſubhaſtationes, ſeu ſo-
lennitates in decreto, ſeu inſtrumento non no-
minarentur, ſed eas emptor, vel alius allegaret,
quia teneretur probare, Mangil. de ſubh. qu. 148. nu.
7. & qu. 188. num. 3.
35 Solaque † enunciatio in decreto ſuffragare-
tur in Iudicibus maioribus, ſecus in inferiori-
bus, Mangil. d. qu. 188. num. 3.
36 Decretum † itaque de deliberando non in-
ducit præſumptionem, quod ſolennitates ſub-
haſtationis præceſſerint, Mangil. ead. qu. 188. num. 2.
37 & per tot. † nec extenditur ad alium actum ab
eo ſeparatum, vt ſunt ſubhaſtationes cum ſit
38 ſtricti iuris, Mangil. dict. quaeſt. 188. num. 5. † & aliud
ſint ſolennitates ipſæ, & aliud decretum, Man-
39 gil. ibidem in fin. † Sed habens rem ab Executore
debet habere ſententiam, & acta, per quæ pro-
bare poſſit, ſententiam valere, Tepat. var. ſentent.
40 titul. 417. capite 5. Nec † ſubhaſtatio, ſeu adiudi-
catio, de cuius proceſſu, ſolennitatibuſque à
iure requiſitis non conſtet, attenditur, Mangil.
de ſubhaſt. quaeſt. 200. numero octauo, Vrſell. in verb. ad-
iudicatio. concluſ. 52. numero 46. Rot. diuerſ. dec. 143. nu.
41 3. part. 2. † Debetque conſtare de deliberatione
ſeu adiudicatione vere, atque per acta, non au-
tem præſumptiue, per aſſertionem partis, neque
per ſolas ſententias, Mangil. de ſubhaſtat. quaeſt. 29.
42 numero 4. & 26. quia, † ſi non iuſtificetur ex actis,
43 nec dicitur liquere de ſubhaſtatione, † quo ca-
ſu ſententiæ dicuntur notoriæ iniuſte, Mangil. d.
44 quaeſt. vigeſima ſexta numero 5. cum † Iudex non
poſſit aliunde, quam ex ipſis actis ſumere in-
formationes, alias pars non poſſet ſuas facere
diligentias, & tollerentur illi defenſiones, &
45 † quæ non ſunt de actis, dicuntur non eſſe de
46 hoc mundo, Mangil. dict. quaeſt. 26. numero 26. † Niſi
factum eſſet notorium, quia tunc poſſet Iudex
etiam extra acta moueri, Mangil. eadem quæ. 26. nu-
47 mero 27. † Vel niſi ageretur de liquidatione,
quia in ea vti difficilis probationis poſſet Iudex
capere informationes etiam extraiudiciales,
Mangil. d. qu. 26. num. 28.
48 Limitatur tamen primo, † vt acta non ſint
neceſſaria, deliberatio, ſeu adiudicatio deduca-
tur per viam exceptionis, ſed ſolum ſi per viam
actionis ab obtinendum illius executionem,
Mangil. de ſubhaſt. dict. qu. 200. nu. 9. Rot. diuerſ. dict. dec.
143. num. 6. & 7. par. 2. Vrſell. loco citato.
49 Limit. ſecundo † ſecus eſſe in antiquis, quia
præſumitur pro ſententia, & decreto Iudicis,
vbi concurrit antiquitas temporis, & enuncia-
tio ipſarum ſolennitatum ſaltem in genere, &
etiam abſque enunciatione, quando præterijt
longiſſimum tempus, puta 30. annorum, Mangil.
de ſubh. dict. quaeſt. 200. numero 7. & 11. Rot. diuerſ. dict.
deciſ. 143. numero 8. parte ſecunda cum † generaliter, 50
vbi lapſum eſt tempus 30. annorum, omnes ſo-
lennitates interueniſſe præſumantur, videlicet
æſtimatio, citatio, & adiudicatio, & ſimilia,
etiam ſi non fuerint enunciatæ, Mangil. dict. quaeſt.
200. numero decimo ſeptimo verſ. & generaliter, & n. 28.
Vrſell. in verb. adiudicatio. concluſ. quinquageſima ſecun-
da nu. 38. 45. & 50. † Eoque magis ſolennitas ſub- 51
haſtationis vti extrinſeca præſumitur ſpatio 40.
annorum, Mart. conſ. ſexageſimo quinto numero 13.
† quod locum habet in omnibus Tribunalibus, 52
& etiam in omni negocio ſiue ad Eccleſiam,
ſiue ad minorem pertinente, Mart. ibidem. † Et 53
fortius ſpacio 50. annorum, ita vt, ſtante execu-
tione, ſeu immiſſione in vim ſententiæ, ex man-
dati, & lapſu 30. annorum, non ſit præſumen-
dum, illum, contra quem mandatum executum
fuit, & illius hæredes tamdiu ius ſuum indiſcuſ-
ſum dimiſiſſe, Mangil. dict. quaeſt. 200. num. 10. Rot. di-
uerſ. d. deciſ. 143. num. 9. parte 2. Vrſell. in dict. verb. adiu-
dicatio. numero 51. Curſu namque temporis præ- 54
ſumitur ſubhaſtatio, deliberatio, & cætera, quæ
ad perfectam ſubhaſtationem, deliberationem,
& adiudicationem requiruntur, Mangil. de ſub-
haſt. d. quaeſt. 147. numero ſecundo & quaeſt. 200. num. 5.
Seraph. deciſ. 242. nu. 4. & deciſ. 994. num. 4. & † pro- 55
pter vetuſtiſſimam poſſeſſionem præſumitur ſo-
lemnitas appreciationis, Rot. diuerſ. dict. deciſ. 143.
numero decimo part. 2. † Atque poſt ſpacium longi 56
temporis triginta annorum huiuſmodi ſolem-
nitates cenſentur adhibitæ in venditione, &
præſertim eæ, quæ poſſunt adhiberi ante, vel
poſt ipſum actum, Gratian. diſcept. forenſ. capit. 564.
numero 25. & 26. Quare Papon. de arreſt. libro decimo
octauo titul. 6. arreſt. 30. in hac materia ait, quod
† in dubio, verum poſſeſſor ex decreto ad illud 57
iuſtificandum, & validum dicendum, & quod
obſeruatæ ſint ſolennitates, teneatur omnes
proceſſus exhibere, vel ſit ſtandum verbis nar-
ratiuis, quibus prolixa, & plena omnium ſolen-
nitatum mentio facta ſit, nonnulli dixerunt,
quod non, per cap. fin. de probat. leg. quicunque, §. fin.
ff. de publican. & leg. ſciendum, vbi gloſ. ff. de verb. oblig.
alij quod ſic, per gloſ. in leg. 1. Cod. de fid. inſtrum. &
iur. haſt. Fiſcal. libro decimo & leg. cum precibus, ff. de
probat. & alij diſtinxerunt, vt ſi decretum re-
cens ſit, ſolum non ſufficiat, ſed inſtrumenta vi-
dere oporteat, ſi vero ſit antiquum, veluti quin-
que, ſex, decem, viginti annorum, ſufficiat abſ-
que inſtrumentis, per leg. ſi filius. Cod. de petit. hæ-
red. & leg. qui in aliena. §. ſed & ſi non adierit. ff. de
acquir. hæred. &, quod minus tempus requiritur,
ſi quid in loco aduerſe ex vi maiore accide-
rit.
Sublim. primo, † vt curſu temporis ſolenni- 58
tates, & requiſita ad perfectam deliberatio-
nem, ſeu adiudicationem præſumantur, ſi præ-
ceſſerint ſententiæ vſque ad relaxationem man-
dati executiui concurrente lapſu longiſſimi
temporis, Mangil. dict. qu. 148. num. 4. de ſubhaſt.
Sublim. ſecundo, † limitationem procede-
re con-

Digitized by Google

re concurrente obſeruantia pacifica, ſecus ſi
non pacifica, ſed res fuerit in litem deducta, vel
etiam per plures annos continuata, *Mangill de*
ſubhaſt. d. quaſt. 200. num. 7. Seraph. d. quaſt. 984. nu. 4.
60 Limit. tertio,† ſecus eſſe, vbi probaretur, acta
fuiſſe deperdita, *Mangil. d. quaſt. 200. numer. 13. Rot.*
diuerſ. d. deciſ. 143. num. 11. par. 2. Vrſell. in verb. adiudi-
61 *catio. concl. 42. num. 52.* vbi quod † acta præſumun-
tur ablata ab eo, cuius illa non reperiri in-
62 tererat, *& numero 53.* quod ad probandam perdi-
tionem actorum ſufficit, quod appareat de di-
ligentia facta in reperiendo proceſſus in actis
63 cauſæ. Et † eo magis ſi extaret Principis decre-
tum, quod mandaret, mandata illius Iudicis, ſeu
Tribunalis executioni demandari, *Vrſell. ibidem*
num. 54.

64 In caſu,† quod non conſtet de capta tenu-
ta, illa probatur præſumptionibus, *Rot. diuerſ. dec.*
146. numer. 6. in fin. part. 2. inter quas enumeratur
primo enunciatio, quæ de ea fieret per relatio-
nem ad acta, *d. deciſ. 145. numero 7.* ſecundo tacita
partis confeſſio reſultans ex eius non reclama-
tione in actu intimationis ſibi factæ de tenu-
65 tam recuperando, cum † recuperatio præſup-
ponat capturam, *Rot. eadem deciſ. 146. num. 7.* tertio
amiſſio actorum, *vt ibidem.* quarto præſumptio,
quæ capitur pro decreto Iudicis mandantis, ea
fieri, quæ tenutam ſubſequuntur, & quæ non
niſi ea præcedente fieri potuiſſent, & eo magis
dum ſolennitas captationis tenutæ fuit ſpecifi-
ce enunciata, *ead. deciſ. 146. nu. 7. in fin. par. 2. diuerſ.*
66 cum † præſumatur pro Iudicis decreto, in quo
ſolennitates in ſpecie ſint enunciatæ, *d. deciſ. 146.*
num. 7.

67 An † autem ſubhaſtatio probetur ex confeſ-
ſione facta in teſtamento, vel vltimo elogio, &
quid, ſi cum iuramento, videas *Bald. conſ. 475. n. 5.*
lib. 5. relatum per *Iodoc. de ſubhaſt. cap. 5. numer. 20. &*
Mangill. eod. tract. quæſt. 200. num. 26.

SVMMARIA.

1 *Bannimenta nulla poſſunt reiterari.*
2 *Subhaſtatio nulla ex breuitate temporis poteſt iterum fieri, & num. 3. vbi exemplum.*
4 *Actus nullus non impedit, quin poſſit fieri validus.*
5 *Executio remanet in ſuo robore ad effectum deueniendi ad nouam ſubhaſtationem, quamuis tenuta fuerit iam ſubhaſtata, pretium ſolutum, & ſatisfactum creditori, vbi id non habuerit effectum, & oblator nec precium, nec rem habeat.*
6 *Adiudicatio nulliter facta poteſt de nouo fieri, ſed per illius inſtantiam dicitur renunciatum primæ. Decl. vt num. 7.*
8 *Actus nulliter factus habetur, ac ſi factus non ſit.*
9 *Signatura in commiſſione nullitatem ſubhaſtationis ſanatoria quomodo reſcribat. & numero 10. 11. & 14.*
12 *Proceſſus qui, & quomodo reiterandus in ſubhaſtatione ſtante reſcripto, vt Iudex ex integro procedat, & nu. 13.*
14 *Arbitrium datum in reſcripto temperat iuris rigorem, & ſeruat æquitatem.*
15 *Expenſæ an, & quando reſici debeant ſtante clauſula in commiſſione, Refectis expenſis arbitrio, & num. 16. & 17.*

Subhaſtatio, vel Adiudicatio nulliter facta an poſſit iterum valide fieri, vel Principis reſcripto ſanari.

INSP. LXVIII.

CRidæ nullitatis vitio laborantes poſſunt 1
iterari, *Gluſian. de bon. ad crid. ponen. cap. 25. n.*
319. & † Subhaſtatione nulliter facta ex breui- 2
tate temporis poteſt iterum fieri, adeo vt, † ſi 3
res minoris fuerit ſubhaſtata cum termino octo
dierum ad offerendum, ea poſſit iterum præco-
nizari cum termino dierum 20. & licitatores
admitti præuio Iudicis decreto, quo mandetur,
iterum ſubhaſtari, tanquam nulliter facta ſub-
haſtatio, ex regula, quod † actus nulliter factus 4
non impedit, quo minus poſſit fieri validus,
Luc. Pet. in pract. lib. 8. c. 2. n. 36. † nec executio amit- 5
tit vires ſuas quin ex ea poſſit iterum ad ſubha-
ſtationem deueniri, quamvis etiã tenuta fuerit
iam ſubhaſtata, pretium ſolutum, & ſatisfactum
creditori, vbi id non habuerit effectum, &
oblator neque rem, neque precium habeat, *Rot.*
recent. deciſ. 431. in fin. par. 1.

Quemadmodum † & adiudicatio nulliter 6
facta poteſt de nouo fieri, & per inſtantiam fa-
ctam nouæ adiudicationis dicitur primæ re-
nunciatum, *Vrſell. in verb. adiudicatio. concl. 52. nu. 41.*
& 59. Rot. recent. dec. 528. nu. 1. par. 4. Sed tamen † ha- 7
bet neceſſe creditor, facta ceſſione nullitatis,
agere ex integro, iuris ordine ſeruato ad ipſam
nouam adiudicationem, *Rot. in Romana Cenſus*
ſcutor. 10. num. 12. Ianuarij 1628. coram Eminen. D. Card.
Vbald. poſt tract. dec. 79. num. 12. † cum actus nulliter 8
factus perinde habeatur, ac ſi factus non ſit, *d.*
dec. 79. num. 13.

Signatura † tamen aliquando reſcribit, Pro- 9
cedendum eſſe ad vlteriora in ſubhaſtatione
prout de iure, reiectis nullitatibus, & conſtito
prius de bono iure, vt per *Rot. deciſ. 13. ſub num. 5.*
poſt Zacch. ad Galleſ. de oblig. camer. & apud Fenzon. ad
Statut. Vrb. deciſ. 173. verſ. præterea. † Aliquando vero 10
reſcribit, vt ad nouam ſubhaſtationem, & deli-
berationem procedatur, purgato ſpolio, ad
Rot. recent. deciſ. 143. numero primo, & in fin. par. 1.
† vel, vt Iudex ex integro procedat. † Quo caſu, 11
ſi nullitas ſubhaſtationis proueniat ex proceſſu 12
ipſius ſubhaſtationis, eſt cauſa ſubhaſtationis
tantum denuo inchoanda, & à principio reaſ-
ſumenda, ac reiterandus totus illius proceſſus,
nec propterea ſufficit reiterare ipſas ſolas ſub-
haſtationes, ſeu bannimenta, & proclamata, vt
videtur ſentire *Mangil. de ſubhaſtat. quæſtione 94.* 13
per tot. ſed,† ſi nullitas procedat non à proceſſu
ſubhaſtationis, & executionis, ſed à proceſſu,
ſententia, & mandato, cuius vigore executio, &
ſubhaſtatio facta eſt, renouandum eſt etiam to-
tum primum principale Iudicium, cum eius
nullitas influat in omnes actus ſubſequentes, &
vitium in primo perſeueret in ſubſequenti,
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 734. num. 1. & ſeq. Mangill. de
ſubhaſtat. d. quaſt. 94. nu. 2.

Sique † reſcriptum dicat; Refectis expenſis 14

Digitized by Google

arbitrio, tunc tale arbitrium temperat iuris rigorem, & ſeruat æquitatem, *Gratian. dict. diſcept. 734.num.51.* Ideoque, licet alia verba reſcripti denotarent, primam ſententiam eſſe circumſcribendam, & non conſiderandam tanquam nul-
15 liter latam, † quod facit, vt expenſæ refici debeant, cum pars fuerit grauata litigare in iudi-
16 cio nullo; attamen, † ſi conſtaret de bono iure partis, & de iuſtitia ſententiæ, non eſſent, ſtante d.clauſula Arbitrio, expenſæ reficiendæ, *Gratian.*
17 *d.diſcept.734.num.52.& 53.* &, † vbi proceſſus fuiſſet valide inſtructus, & ſola ſententia nullitatem pateretur, tunc expenſarum refectio reſpiceret expenſas ſolius ſententiæ, non autem proceſſus, *Grat.ibid.num.54.*

SVMMARIA.

1 *Res quæ obligationem exiuit ex venditione ſub haſta ad creditoris inſtantiam, in eamdem non reincidit, ſi ad debitorem redeat ex alia cauſa.*

2 *Obligatio bonorum futurorum non comprehendit præſentia.*

3 *Obligatio bonorum præſentium remittitur, & extinguitur ex conſenſu præſtito per creditorem ſubhaſtationi, & ex ſubhaſtatione ſequuta.*

4 *Bona ſubhaſtata, quæ redeant ad debitorem, ſeu detentorem ex eadem cauſa, ſimili, vel connexa, redeunt in primæuam obligationem, & num.5. vbi de fundo cenſus. Ampliat. vt num.6. & 8. Contrarium, vt num.7.*

9 *Res ſubhaſtata ad debitorem reuerſa, quia ſubhaſtatio fuerit ex cauſa, quæ ceſſauerit, & creditoribus ex ea ſatisfactum non fuerit, vel ſatisfactio non durauerit, reincidit in obligationem.*

Res, quæ ſemel obligationem exiuit ſubhaſtatione mediante, an rediens ad debitorem in obligationem reincidat.

INSP. LXIX.

RES † obligata, quæ iam obligationem 1
exiuit per venditionem ſub haſta factam ad creditoris inſtantiam, in eamdem non reincidit, ſi ad debitorem redeat ex alia cauſa, *leg. fin.C. de remiſſ.pignor. Mangill. de ſubhaſtat.quæſt.149. num.1.* quia in obligatione bonorum futurorum 2
non potuerunt venire, quæ tempore contractus erant in debitoris bonis, cum hæc venirent in obligatione præſentium, † quæ per con- 3
ſenſum præſtitum ſubhaſtationi, & ſubhaſtatione ſequuta fuit remiſſa, & extincta, *l.cum te. & l. ſi probaueris, C.de remiſſ.pignor. Mangil.dict.quæſt.149. num.1.& 3.*

Limitat. † tamen primo dicta concluſio, vt 4
non vendicet ſibi locum, ſi eadem bona redeant in debitorem ex eadem, ſimili, vel connexa cauſa, ex qua fuerunt ſubhaſtata, *Mangill.de euict.quæſt.46.num.10. & de ſubhaſtat. dict.quæſt.149. numero ſecundo.* Vnde † ſi debitor redimat rem 5
ſubiectam cenſui à poſſe creditoris, quia eam ſibi adiudicare feciſſet per primum, & ſecundum decretum, poteſt nihilominus pro annuis ſequentibus cenſibus ab eodem creditore moleſtari, *Intrigliol.de cenſibus quæſt.67.num.5.* & † hoc 6
procedit etiam in redimente, qui non eſſet debitor, ſed detentor, & tertius poſſeſſor, *Add. ad Intrigliol. dict. quæſt. 67.* † contra ipſum Intriglio- 7
lum contrarium ibi ſentientem, & † abſque 8
difficultate, ſi fuerit in redemptione conuentum ſuper futuris cenſibus, *Intrigliol. dict. quæſt. 67.num.6.& 7.*

Limit.ſecundo, † quando ſubhaſtatio fuerit 9
ex cauſa, quæ ceſſauerit, & deuenerit ad non cauſam, ita vt creditoribus ex ea ſatisfactum non fuerit, ſeu ſatisfactio non durauerit, nam tunc res ſubhaſtata ad debitorem reuerſa reincidit in obligationem, *Mangil. de ſubhaſt.d.quæſt. 149.num.3.& ſeqq.*

Et ex his præſenti Tractatui finis impoſitus ſit ad laudem, & gloriam Dei Optimi Maximi.

FINIS.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
PRÆSENTIS TRACTATVS SVBHASTATIONIS.

ABſens, & non comparens citandus eſt per contradictas vel edictum. inſp.23.nu.37.

Abſens quoque poteſt proclamata ſcire, inſp.29.nu.61.

Abſenti creditur cum iuramento, quod proclamata ignorauit. inſp.29.nu.64.

Abſurdum eſſet, vt, qui male, vel nimium obtuliſſet, vel vt morem gereret debitori, poſſet ſe liberare, alium non idoneum ſupponendo. inſp.35.num.212.

Abundans cautela nulliter etiam adhibita non nocet, inſp.30.num.66.& 67.

Accollatio non liberat debitorem ſeu cenſus impoſitorem, inſp.37.nu.33.

Particularis debiti ſatis eſt in deliberatione ex creditorum conſenſu. d.inſp.37.n.56.& 59. Et pro ſolutione deſeruit. d.inſp.37.n.57. Ampl. etiam quod debitum accollatum, puta cenſus, detegatur extinctum, dum accollans ſit paratus ſoluere in pecunia, d.inſp. 37.num.58. Decl. vt non ſufficiat ſola promiſsio de accollando, & quare. d.inſp.37.num.60.& ſeqq.

Acta Subhaſtationis factæ in Caſtro, & loco non inſigni probari poſſunt etiam per teſtes, inſp.67.num.10.

Non ſunt neceſſaria pro ſuſtinenda deliberatione, vel adiudicatione, vbi probentur deperdita. d.inſp. 67. num.60. Ampl. vt num.63.

Præſumuntur ablata ab eo, cuius illa non reperiri intererat, d.inſp.67.nu.61.

Eorũ perditio probatur, ſi appareat de diligentia facta in reperiendo proceſſus in actu cauſæ. d.inſp 67 n.62.

Sunt neceſſaria pro iuſtificanda deliberatione, vel adiudicatione per viam actionis, & ad obtinendam executionem, ſecus ſi per viam exceptionis, vel in antiquis. d.inſp.67 nu.48.& 49.

Actio pignoratitia contraria competit contra creditorem etiam Fiſcum, vt rem indebite venditam reſtituat, inſp.58.num.159.

Actis non exhibitis, & integris non poteſt nullitas ſententiæ allegari, & probari ſeu ex illius capite dari de ſpolio, inſp.58.num.108.

Eis integris non inſpectis non poteſt dici conſtare de nullitate, vel iniuſtitia, nec eſſe ſublatam præſumptionem ſententiæ rectitudinis, & ritit udinis. d. inſp.58.num.112.

Vide etiam in verb. Tranſportatio.

Actor, & reus quis ſit in ſubhaſtationis iudicio, inſp.18. num.22.

Actum quid non dicitur, dum alquid ſupereſt agendum, inſp.18.nu.255 inſp.22.nu.244.& inſp. 58.nu.44.

Actus executionis, & expoſitionis ad haſtam ſeu incantationis non ſunt præiudiciales, & poſſunt reparari in vltimo actu deliberationis, vel adiudicationis, inſp.22 num.130.

Actus omnis in abſentia partis factus intimari debet intereſſe habenti inſp.23.num.124.

Geſtus ex capite incongruo poteſt non ſuſtineri ex congruo. d.inſp.22.num.222.

Non dicitur perfectus, qui ſit partim factus, & partim non. d.inſp.23.num.245.

In vltimo inſtanti, & vltimis verbis perficientur, inſp. 35.num.134.

Voluntarius dici non poteſt factus ab eo, qui cogi poterat, inſp.44.nu.24. Vide etiam in verb. Voluntaria, Voluntarium, Voluntas.

Non debet valere vltra intentionem agentium, inſp. 50.num.10.

Nullus non impedit, quin fieri poſsit validus, inſp.68. num.4.

Nulliter factus habetur, ac ſi factus non ſit. inſp.68.n.8.

Addicere denotat actum venditoris, quando tradit, inſp.1.num.48.

Addictio dicitur traditio, quæ fit pluris licitanti. d.inſp. 1.num.48.

In ſubhaſtationibus fit ſemel tantum. inſp.35 nu.64.

Addictione alicui facta bona fide, alius quantumvis plus offerens non auditur. inſp.35.nu.59. Ampl. vt nu.6.& ſeqq. Alias nullus eſſet licitationis finis, & addictio eſſet inanis, eluſoria, & nullius auctoritatis, dict. inſp.35.num.60.

Adjudicare idem eſt, quod applicare. inſp. 42. num. 18. ſeu addicere. d.inſp. 42.nu 19. Vel, iudicio peracto, rem controuerſam actori adijcere. d.inſp.42.num. 20. Et rei dominium alicui judicio ſuo attribuere. d.inſp.42.nu.21.

Importat tranſlationem dominij, ſeu poſſeſsionis, vel quod res loco pigneris, vel in cuſtodiam ſecundum ſubiectam materiam, d.inſp.42.num.21.

Aliquando exponitur pro iudicare ad ſe ſpectare d. inſp.42.num.28.

Adjudicare pignus, addicere, & in ſolutum dare quomodo diſtent d.inſp.42.num.22.

Adjudicari poſſunt bona abſque ſubhaſtatione, ſi ea ſint decocta, & conſentientibus omnibus creditoribus, vel eorum maiori parti, ſi non adſint creditores hypothecarij, inſp.41.num. 57. Ampl. vt nu.58.

Adjudicatur pignus creditori, dum ei datur in ſolutum, inſp.41.num.44.

Adjudicatio eſt Iudicis ſeu inſolutũ datio. inſp.42.n.42.

Proprie locum habet in iis, qui habent cauſam mixtam, hoc eſt in communibus iudiciis. d.inſp.42.n.27.

Et in diuiſione fit etiam vni ſoli, quando res commode diuidi non poteſt. d.inſp.42.nu 26.

Et facienda eſt ei, qui habet prædium vicinum. inſp. 36.num.75.

Fit à Iudice iudicialiter, & datio in ſolutum à parte parti extraiudicialiter. d.inſp.42.num.29.

Et res & pignus addici dicitur creditori, cum ei judicialiter in debitoris aſsignatur pro debito, nec quidquam plus creditor offert. d.inſp.42.n.33.& ſeqq.

Non eſt proprie datio in ſolutum, nec alienatio. d.inſp. 42.num.26 & 37.

Non comprehenditur ſub Statuto loquente de datione in ſolutum. d.inſp.42.num.38.

Et datio in ſolutum differunt non ſ., & quare. d.inſp.

Digitized by Google

42.num.39.& num.47. Nec eumdem titulum, & nomen habent.d.inſp.42.nu.40.

Seu datio in ſolutum, quæ fit à Iudice creditori, longe differt à venditione, vel datione in ſolutum neceſſaria, quæ ſponte fit à debitore, & in pluribus, inſp. 44.n.33.34.& 37 contrarium num.64.

Pignoris creditori fit tantummodo in ſubſidium & omni fraudis ſuſpicione ceſſante.inſp.42.num.16.

Et in ſolutum datio vim habet ſolutionis. d. inſp. 42. num.3.

Solutio cenſetur, d.inſp.42.num.4.

Eſt ſolutio ficta, tanquam fiat non in pecunia, ſed in bonis, & reguletur non à credito in libello deducto, nec ab actione intentata, ſed à quodam precio imaginario, d.inſp.42.num.5.& ſeqq.

Fit auctoritate Principis per Iudicem ſua ordinaria facultate vti legis miniſtrum d. inſp.42.nu.10.

Eam non poteſt ipſe creditor ſibi ipſi facere, ſed poſt immiſſionem ex primo decreto, & terminum ad reluendum, vt illis de credito ſatisfiat, & res, eiuſque poſſeſſio acquiratur, eam facere debet Iudex. d.inſp.42.n.11.& ſeqq.

Non præſumitur, ſed ab allegante probari debet. inſp. 23.num.213.

Probatur ex actis.inſp.67.num.7.

Non ſufficit, vt ſit iuſſa fieri, niſi fiat.d.inſp.23.nu.236. Nec ex huiuſmodi iuſſione inducitur titulus putationis, vt excuſet à fructuum reſtitutione, vel in ſortem imputatione.d.inſp.23.num.237.

Requirit conſenſum de præſenti provt venditio, nec ſufficiunt verba de futuro.d.inſp.23.num. 238. vbi exemplum.

Simplex abſque mandato de immittendo, vel corporea traditione non parit effectum poſſeſſionis.d.inſp.23. num.241.

Pignoris dicitur neceſſaria, quia, emptore, & iuſto precio non reperto, creditor inuitus in ſubſidium cogitur aliud pro alio, rem pro pecunia capere contra iuris regulas, ſed eſt emptio voluntaria. inſp. 43.nu 21.& ſeqq.

Fieri poteſt per Iudicem inuito etiam creditore, vbi emptor non reperitur.d.inſp.43.nu.42.

Etiam à Iudice in ſolutum facta creditori, & venditio, & ſubhaſtatio dicitur voluntaria partis. inſp. 44.num.1.15.17.& 18. Vel ipſius factum voluntarium directè ad rem creditori acquirendam ordinatum.dict.inſp.44.num.1.

Et voluntaria alienatio.d.inſp.44.n.3. Non neceſſaria vti orta ex illius obligatione.d.inſp.44.nu.4.

Et dominij tranſlatio à Iudice facta in ſubhaſtatione ab ipſo debitore facta exiſtimatur.d. inſp. 44.numero 12.

Quamvis attenta origine voluntaria videatur, non tamen tale dici poteſt, ſed ſecundum quid.d.inſp.44. num.22.

Et ſubhaſtatio quatenus dicatur voluntaria, eſt cauſatiua, non præciſe, d.inſp.44.nu.30.& 31.

Subhaſtatione non præcedente, non valet, præſertim contra pupillum.inſp.45.nu.6.

Valet factis ſubhaſtationibus, d.inſp.45.num.10.

Creditori non fit, quando alterius adeſt oblatio, d.inſp. 45.num.15. Sed ſolum in ſubſidium, hoc eſt, ſi factis ſubhaſtationibus, emptor, vel iuſtum precium non fuerit repertum, vel oblationes non fuerint legitimæ, vel qui obtulerit, non reperiatur, vel non ſit idoneus, & factis, ac relatis diligentiis, & viſo, quanti res vendi potuerit, d.inſp.45.nu.16.& ſeqq.

Iuſta ſine ſubhaſtatione tenet, ſi appellatum non ſit, d.inſp.45.nu.38.

Facta pro vero debito valet ſaltim de æquitate, licet deficiat aliqua ſolennitas.d.inſp.45.n.39.

Sine ſubhaſtatione nulla eſt contra minorem indefenſum.d.inſp.45.nu.46.

Fieri debet creditori pro iuſto precio, ſecundum æquiorem.inſp.43.nu.41.

Reï captæ in cauſam iudicati fit vel pro iuſta, & certa æſtimatione, vel ſimpliciter, & indeterminatè pro debito, inſp.46.nu.1.

Non ſubſiſtit, quando fit pro ſumma incerta, vel ſine certo pretio.d.inſp.46.num.3.

Facta pro quantitate incerta nec valet, nec transfert dominium, inſp.11.num.70.

Facta pro certa ſumma non præiudicat aliis creditoribus, ſi res ſit minoris valoris.d.inſp.46.nu.12.

Si fiat pro ſumma tantum debita, & non pro quantitate valoris rei nullum ſit damnum aliis creditoribus ſi res maioris ſit valoris, quia poſſunt offerre, d. inſp.46.nu.30.

Vera, & formiter facta dicitur, quando præceſſit appretium.inſp.47.num.26.

Fieri poteſt iuxta æſtimationem faciendam à tertio perito d.inſp.47.nu.80.

Facta creditori impugnari non poteſt ex eo ſolo, quod de æſtimatione in actis non conſtet, ſed oſtendendo, eam factam eſſe viliori precio, & ſunt iſta duo inter ſe diuerſa.d.inſp.47.nu.108.

A debitore infringi non poteſt; nec ab hærede.inſp.17. num.108. ne res ſemper ſit in ſuſpenſo, & vt detur rerum finis.d.inſp.17.nu.109.

Vel venditio ad haſtam nec ex reſcripto Principis reſcindi poteſt, nec duplicato precio reſtituto.d.inſp.17. nu.136. Et eo magis ſtante Statuto.d.inſp. 17.nu.117.

Cui obſtat exceptio, non ſubſiſtit.d.inſp.17.num. 123. Ampl.vt nu.124

De bonis fideicommiſſariis tenet conditione pendente, & reſoluitur illa purificata.inſp.18 n.221.& ſeq.

Et venditio nulla adiudicatio, & venditio non dicitur non tranſit in iudicatum, d.inſp.18.nu.284.& 285.

Seu adiudicatio debitore, aut parte non audita, nec citata non tenet.inſp.23.num.192.

Si aliquis obtulerit, fieri non poteſt, niſi eo citato ad deponendum, & intimato d.inſp.23.num.20. & inſp.34.nu.98.

Nominis debitoris fieri poteſt, etiam debitore debitoris non citato.d.inſp.23.num.109.

Contra formam Statuti non confirmati valida eſt. inſp.24.num.35.

Nulla, & iniuſta eſt facta creditori credito non liquidato, & incerto.inſp.26.nu.12.13.15.& 16.

Fieri poteſt, & ſolet pro ſumma debita liquidata, & interuſurio d.inſp.26.nu.14.

Fieri debet pro credito petito, & ex actis certo, & liquido, & Iudici noto.d.inſp.26.num.17.

Nulla eſt, quæ facta eſt etiam pro expenſis, à quibus fuit appellatum.inſp.39.nu.29.

Et immiſſio data in vim rei iudicatæ non facta obligatione de reſtituendo prioribus, & potioribus, vt mandat ſententia, eſt notorie iniuſta. inſp.40.n.19.

Seu venditio, quæ probetur facta pro paruo precio, ex quo valeret in duplo plus, cenſetur facta mala fide in gratiam creditoris, vel emptoris, & nulla eſt, vel reſcindenda.inſp.47.nu.119.

Non dicitur exceſſiua, ſi facta ſit pro concurrenti quantitate crediti, quamvis ſumma non ſit expreſſa, inſp. 52.num.

Digitized by Google

50.numero 76.

Rei maioris æſtimationis non reſcinditur ſi tantum verum creditum ſit petitum, d.inſp.50.n.61.

Si facta fuerit pro longè minori pretio, admittitur debitor ad integram ſolutionem debiti, d.inſp.50.numero 21.

Facta duobus creditoribus, quorum vnus ſit verus creditor, alter non, ſuſtinetur pro parte veri creditoris, d.inſp.50.n.81.

Valere poteſt reſpectu vnius perſonæ, & non reſpectu alterius, d.inſp.50.nu.84.

Facta creditori certæ rei non aufert ius pignoris alteri prius acquiſitum, inſp.54.nu.14.

Vel deliberatio facta intelligitur, prout de iure fieri potuit, inſp.52.nu.4.

Nihil habet commune cum poſſeſſione, inſp.53.n.55.

Incerta ratione loci, & quota non ſubſiſtit, d.inſp.53.numero 60.

Cum læſione vltra dimidiam reſcindi debet in totum, inſp.59.nu.9.

Continens enormiſſimam læſionem, & quæ ſit valde minor iuſto pretio, vel nulla eſt ipſo iure, vel annullatur, & reſcinditur, & quare, inſp.61.n.39.& 40.

Continens magnum exceſſum, & maxime vltra dimidiam iniuſta, & nulla dicitur, d.inſp.61.nu.41.

Simulata non valet, d.inſp.61.n.42.vbi exemplum.

Facta adminiſtratoris fauore ratione non reddita nulla dicitur, & iniuſta, & quare, d.inſp.61.nu.43.

Pro qua gabella ſoluenda eſt ſub nullitatis pœna, ea integrè non ſoluta, nulla eſt, d.inſp.61.num.44.45.46.47.49.& 50.

Vel in ſolutum datio liberat debitorem, & quidem ipſo iure, & quare, inſp.42.n.8.& 9.& inſp.65.nu.8. Decl.vt d.inſp.65.n.22. Lim.niſi fiat cum conditione, & clauſula, vt in caſu moleſtiarum, ſeu euictionis in totum, vel in partem creditor ad primæua iura poſſit redire, vt plerunque in ſententijs habetur, quia tunc nec debitor, nec fideiuſſor liberatus intelligitur, ſed vtriuſque liberatio ſuſpenditur, donec rei euictioni locus eſſe poſſit, quæ ſequuta poteſt creditor ſuum vtraque actione conſequi, & executiuè agere, ſi ita agere antea poterat, & eſt hæc cautela optima, & de ſtylo, d.inſp.65.n.13.& 15. Et in datione inſolutum extra iudicium huiuſmodi clauſula, & reſeruatio etiam non expreſſa habetur pro appoſita, tanquam apponi ſolita, ſecus in ſententia, d.inſp.65.nu.13.& 15.

Facta per ſecundum decretum habet vim ſententiæ, inſp.66.nu.49.

Nulliter facta poteſt de nouo fieri, ſed per huiuſmodi inſtantiam dicitur renunciatum primæ, inſp.68.num.8.

Adjudicatione facta de aliqua re pro concurrenti quantitate crediti ante liquidationem, & declarationem portio dicitur incerta, inſp.26.nu.18.

Prohibita per Statutum, Conſtitutionem, vel pactum, aut alias, ſi debitor impediat, ne pignoris emptor reperiatur, poteſt dominium à Principe impetrari, inſp.42.n.17.

Facta creditori, ipſius efficiuntur fructus percepti, ex quo titulus ſatis eſt ad eos lucrandos, inſp. 55. numero 37. Ampl.data maxime tituli validitate, d. inſp.55.nu.38.

Receditur à priori contractu, ſatisfit creditoribus, & inducitur ſolutio. inſp.53.n.32.& 33.

Facta ex primo decreto in vim Statuti Vrbis, non ſequitur, vt poſſint bona æſtimari, & plus offerenti dari vel creditori adiudicari pro menſura debiti, & tertia parte pluris, nec quod quis ex huiuſmodi datione efficitur dominus, d.inſp.53.n.49.

Seu venditione ritè, & rectè facta, non datur locus reuocationi, nec pœnitentiæ, inſp.17.n.120.

Adiudicationis remedium conceſſum eſt creditori in debitoris odium, & ad euitandum illius calliditatem curantis, ne bonorum emptor reperiatur, inſp. 43.nu.4.& ſeqq.

Sententia, & immiſſio redditur notoriè iniuſta, & nulla, ſi de ſubhaſtatione in actis non conſtet, inſp. 45.n.7.& 8.Ampl.vt num.9.

Vide etiam in verb. Datio inſolutum. Decretum, Deliberatio, Mandatum, Nullitas, Sententia.

Adminiſtrator cautius agit, ſi bona alienanda, vel locanda per tempus 20. dierum ad minus ſubhaſtare faciat, & faciat etiam per Notarium adnotare in præconiorum calce, quod nihil ſeu tantum, & non plus fuit oblatum, inſp.30.nu.39.

Publicus, vel Eccleſiæ, aut minoris tenetur ex neceſſitate plus in tempore offerenti dare, alias dicitur in dolo, inſp.35.n.38.& 39. Ampl.vt n.40.

Ægidiana, vide ſub littera E.

Æquipollens, vide ſub littera E.

Æquitas, vide ſub littera E.

Æſtimatio, & Æſtimator, vide ſub litera E.

Agi non poteſt nec ordinariè aduerſus merces, & gregem in alium alienatas ante iudicium, tanquã ea libera ab hypotheca alienãtis trãſierint, inſp.18.n.140.

Agnati, & cognati debitoris in licitatione iuſtum pretiũ offerentes non præferuntur extraneis offerentib. plus iuſto pretio, ſed ecõtra, & quare, inſp.36.n.59. 60.& 64. Contrarium n.63. Decl.vt n.61.62.& 65.

Alienatio improba non aufert ius proprietatis, inſp.24. num.10.& inſp.53.n.75.

Rei debitoris per viam ſubhaſtationis iudiciaria procedit ex facto debitoris, & habetur, ac ſi ipſe vẽdat, vel det in ſolutum, & ex ipſius venditione, & in ſolutum datione laudemium debetur, inſp.48.n.7.

Quæ fit ſub haſta, dicitur ex cauſa neceſſaria, inſp.32. num.76.

In fraudem parata executionis dicitur, ſi ſit voluntaria, non ſi neceſſaria, & cauſam habens antiquiorem, & ante iudicium, inſp.18.nu.191.

Alienatione per teſtatorem prohibita non intelligitur prohibita alienatio pignoris iudicialis, vel prætorij, & neceſſaria, inſp.44.n.108.

Alienationes bonorum minorum hodie ex conſuetudine totius Orbis ſuſtinentur etiam abſque ſubhaſtationibus, inſp.4.n.35. Alia vide in verb. Minor, Res, Reſtitutio, & Subhaſtatio.

Quæ fiunt per Iudicem de bonis debitorum per viam ſubhaſtationis, & adiudicationis pro ſolutione æris alieni, dicuntur coactè fieri, & ex neceſſitate, & cauſa neceſſaria, quæ ortum habuit ex obligatione, non ex cauſa voluntaria, inſp.44.n.26.

Alimentorum alicuius in deductione debet haberi ratio illius ætatis iuxta l.hæreditatum, ff. ad leg.Falcid.inſp.60.nu.60.

Aliud eſt ius dationis in ſolutum extraiudicialis, aliud eius, quæ fit à Iudice, inſp.44.n.35.

Aliud eſt, quod creditor vendat iure creditoris, & aliud, quod curet, vendi pignora per Iudicem, inſp.66.n.1.

Apparere eſt præſto eſſe obſequijs, & iuſſionibus Magiſtratuum, inſp.1.n.50.

Apparitor, Præco, Baiulus, & qui incantat, denunciat debitori, vt hic, inſp.23.n.176.& ſeqq.

Digitized by Google

Apparitor, *Præco, & Satelles non habet cognitionem cauſæ, nec iuriſdictionem. inſp. 56. nu. 7.*

Apparitores *dicti ſunt ab apparendo. inſp. 1. num. 49.*

Apparitores, *& Cohortales ijdem ſunt, d. inſp. 1. nu. 51.*

Appellare *bonum eſt in caſu grauaminis, inſp. 56. nu. 45.*

Tutius eſt in ſubhaſtationibus in vim rei iudicatæ à decreti interpoſitione, & læſionem vltra dimidiam ſuo tempore proponere, quàm poſt decreti rem iudicatam remedium l. 2. experiri, inſp. 59. n. 2.

Non poteſt licitator ad ſolutionem differendam, ex quo cauſa eſt executiua. inſp. 4. nu. 88.

Quando poſſit tertius impugnans executionem. inſpectione 8. nu. 71. 74. & 85.

Appellari *non poteſt a ſententia ſpolij iudicialis ſub prætextu mixturæ ex tacita reuocatione nullitatis, ſi ad ſolum poſſeſſorium ſit reſtricta, inſpectione 58. nu. 154.*

Debet à tenuta conceſſa non ſeruato Statuti ordine, cùm ſit iniuſta nonnulla. inſp. 56. nu. 47.

Debet, ſi creditum pro quo facta eſt executio, non ſit liquidum, inſpectione 24. nu. 55

Appellatio *ſuſpenſiua regulariter non datur in materia ſubhaſtationis, nec à facta executione, capta tenuta, i. decr. vel expulſio manu mil. inſp. 56. nu. 1.*

Nec ab ordinatione, quod loco pignoris viui ſupponatur mortuum, nec viuū conſumetur d. inſp. 56. n. 2.

Nec ne pignus vendatur, ſeu quo minus illud vendere liceat dicta inſpectione 56. nu. 3.

Nec à decreto de ſubhaſtando d. inſp. 56. numero 4.

Nec à decreto de dando cautionem de reſtituendo prioribus, & potioribus inſpectione 40. nu. 11.

Non admittitur à ſubhaſtatione, quæ ſit in vim obligationis cameralis, & mandati relaxati, ſeu in vim ſententiæ, & mandati à quo non detur appellatio dicta inſp. 56. nu 14. & 16. Ampl. vt nu. 15.

An detur à decreto dationis in ſolutum d. inſp. 56. nu. 17 & 18.

Non prohibetur in ſubhaſtatione, ſi cauſa adferatur, propter quam pignus vendi non poſſit, &, ſi vellet vendi res magni valoris pro paruo credito, vel debitor eſſet paratus ſoluere, & poteſt adiudicatio ſuſpendi, & reuocari per appellationem, & reſtitutionem, vel ius offerendi, niſi lapſum ſit tempus ſtatutarium ad reluendum, ſed ſecus per reclamationem d. inſp. 56. nu. 19.

Datur ex omiſſo ſtylo, vel obſeruantia, & ordine, non autem nullitas cauſatur inſp. 23. n. 158. & 166.

Datur in ſubhaſtatione, ſi ex eiſdem actis de euidenti conſtet iniuſtitia d. inſp. 56. nu. 21.

Admittitur à ſubhaſtatione, & deliberatione, vel adiudicatione indebitè facta etiam ſtante Statuto appellationem reijciente d. inſp. 56. n. 22.

Et ab exceſſiua executione reſpectu rei, ſiue crediti, ſiue cauſæ d. inſp. 56. nu 25. & inſp. 18. n. 45.

Et, ſi deceptio ſit in pretio, cùm nemo decipi debeat ſub Prætoris clypeo, & venditio ſequuta reſcinditur, dicta inſpectione 56. nu. 26. & 27.

Denegatur in executione, ſubhaſtatione & deliberatione, ac adiudicatione, quæ ſit ritè & rectè facta, ſecus è contra, d. inſp. 56. n. 28. Ampl. vt n. 35.

Admittitur, ſi ſolemnitates diligenter obſeruatæ non fuerint, dicta inſpectione 56. nu 31.

Vel, ſi fuerit proceſſum parte non citata, ſeu non ſtatuto termino ad allegandum d. inſp. 56. n. 32.

Vel æſtimatoribus non ritè electis, ac ab eorum æſtimatione & à decreto adiudicatiuo in vim eiuſdem, dicta inſpectione 56. nu. 33.

Vel, ſi confirmetur tenuta, & mandetur ſubhaſtari bona, & plus offerenti deliberari, & ſatisfieri creditori, & fortius ſi condemnetur in expenſis dicta inſpectione 56. nu. 37.

Et à ſententia in qua in concurſu creditorum, & oblationum facta ſit adiudicatio mulieri pro dote, legitima, & quarta facto depoſito ſcutorum tot pro creditoribus dicta inſpectione 56. nu. 38.

Non permittitur à ſententia, per quam ſecundum decretum declaretur nullum d. inſp. 56. nu. 74.

Non calumnioſa terminum ſuſpendit ad redimendum inſpectione 17. nu. 160.

Præſupponit actum validum, nec à nullo opus eſt appellare dicta inſpectione 56. nu. 30.

Admiſſa quoad acceſſoria non reddit totam cauſam appellabilem dicta inſpectione 56. nu. 40.

Dum pendet, omnia ſuſpenduntur, nec poteſt creditor variare, aut ad primæua iura redire, nec currit tempus ad redimendum, niſi à die ſententiæ confirmantis dicta inſpectione 56. nu. 43.

Cui renunciatum fuit, non attenditur dicta inſpectione 46. nu. 45.

Appellatione *pendente, locus eſt iuri offerendi, & multo magis iuri reluendi, & quare inſp 17. n. 136.*

Interpoſita non debet Apparitor, Præco, vel Satelles ceſſare, ſed tenetur ad vlteriora procedere, & ſubhaſtationes, & mandata proſequi vſque ad completiones in eo, quod ſpectat ad eius officium, nec in hoc dicitur innouari dicta inſpectione 56. nu. 6. 8. & 10. Ampl. vt nu. 13.

Interpoſita ab adiudicatione & apprecio confirmato, fructus interim percepti per creditorem ſunt ipſius, et econtra verò debitoris inſp. 55. nu. 25.

Legitimè & in tempore interpoſita, & admiſſa, ſuſpenditur executio, ſecus econtra d. inſp. 56. n. 39.

Appellatione *dationis in ſolutum iudiciariæ non venit datio in ſolutum extraiudicialis, niſi ſit per Principis reſcriptum inſp. 24. nu. 95. & 96.*

Nec appellatione dationis in ſolutum voluntariæ venit neceſſaria, quæ ſit à Iudice, niſi exprimatur dicta inſpectione 44. nu. 97.

Apprecio *facto ad inſtantiam vnius creditoris, poteſt illud iterum fieri ad inſtantiam alterius inſpectione 19. nu. 61*

Apprecium *non eſt faciendum per ſubhaſtationem, ſed per appreciatores cum interuentu Iudicis ſecundùm veram, claram, & indubitabilem practicam inſpectione 49. nu. 12.*

Vide etiam in verb. Æſtimatio, Pretium, Valor.

Approbatio *poſterioris licitationis non ſufficit pro liberatione primæ, niſi ſit plena inſpectione 35. nu. 241. & ſequentibus.*

Arbitrio *non eſt locus ad cumulandum petitorium cum ſpolio in vim reſcripti, vbi de ſpolio conſtet inſpectione 58. nu. 92.*

Arbitrium *intelligitur prout de iure inſpectione 59. numero 43.*

Datum ex reſcripto temperat iuris rigorem, & ſeruat æquitatem inſpectione 68. nu. 14.

Vide etiam in verb. Clauſula, Arbitrio.

Articuli *ſuper læſione ſubhaſtationis, vel adiudicationis ſunt fruſtratorij in cauſa, in qua de ea non agitur. inſp. 60. d. 110.*

Aſſignatio *pignoris facta creditori per Iudicem de illius conſenſu habet vim ceſſionis, & dationis in ſolutum, & ex ea ſequitur liberatio debitoris inſp. 43. nu. 24.*

Atte-

Digitized by Google

Atteſtationes *Doctorum circa conſuetudinem faciunt præſumptionem, ex qua transfertur onus concludenter probandi contrarium ſtylum loci in aduerſarium, & quod fuerit introductum ab habentibus facultatem, inſp.4.n.41.*

Auctio *idem eſt, quod ſubhaſtatio, inſp.1.n.11.*

Auctionem *vincere, ſeu ſuperare eſt maius in licitatione pretium offerre, inſp.1.n.33.*

Auctiones *admittunt ſubhaſtationem Executores, inſp. 18.nu.16.*

Factæ non ſeruato iuris ordine ſunt ipſo iure nullæ, inſp. 20.nu.27.

Auditor *Cameræ, non eſt Iudex competens in cauſa ordinaria in prima inſtantia inter forenſes, parte maxime apponente, inſp.61.num.11. Ampl. vt numero 12.*

B

Bannimenta *dicuntur medium executionis, inſp.13. num.46.*

Bannimenta, *ſeu ſubhaſtationes coram quibus fiant. 29.n.8.9.10.12.& 13.*

Bannimenta, *& edicta debent eſſe certa, d.inſp.29.numero 14.*

Claris litteris, d.inſp.29.nu.15.

Palam, & publicè, d.inſp.29.n.16.& 17. alias dolus præſumeretur, ſi in angulo, d.inſp.29.n.18.

Exprimi debent alta voce, & quare, d.inſp. 29.n.15.& 28. non ſecreto, & clandeſtine, & quare, d.inſp.29. nu 21.& ſeqq.

Facienda ſunt ſermone patrio, vulgari, & ſecundum loci conſuetudinem, & quare, d.inſp.29.nu.24.& ſeqq.

Emittenda, & publicanda ſunt in loco publico, & euidenti, non remoto, & quare, d.inſp.29.nu.27.& ſeqq. Et in diuerſis locis, vel vno, ſeu pluribus pro conſuetudine, vel ſtylo, d.inſp.nu.30.31.& 35. Et eo loci, ſeu locis, vbi res ſitæ ſunt, vel in proximo, non in alieno, & quare, d.inſp.26.n.32.47.& 49. Vel partim in loco rerum ſitarum, & partim in loco viciniori mercati, d.inſp.29.n.33. Vel in loco etiam habitationis eius, cuius ſunt res, præſertim ſi ſint pupilli, d.inſp.29.nu.34.& 50. Et in foro publico, ac in proximo emptorio, & foro, d.inſp.29.n.36. Et in die fori territorij, & ad quem maximus populus poſſit accedere, & quare, dict.inſp.29.numero 37.& 38.

Quando, & in quibus locis fiant in Curia Capitolij Vrbis, Peruſia, & Macerata, d.inſp.29.nu.44.& ſeqq.

Non ſunt facienda ſuper ipſo fundo, & re capta, & inclamata, ſed in Ciuitate, & loco vicino, & conſueto, in locis, vbi frequentes homines conuenire ſolent, vt id ad populi notitiam deueniat, d.inſp.29. nu.51.& 53.

Publicari debent, & affigi ad fores Eccleſiæ, ſi id Statutum, vel conſuetudo diſponat, alias addictio, & adiudicatio nulla eſt, d.inſp.27.nu.52.& 54.

Loco publico Ciuitatis peſte impedito, fieri, & multiplicari debent in loco proximo, d.inſp.29.n.66.

Fiunt, vt perueniant ad aures emere volentium, & creditorum, d.inſp.29.n.57.58.& 76.

A quibus proferri debent, inſp.29.n.72.& ſequentibus.

Tot requiruntur, & cum eo termino, quot, & quem requirit conſuetudo, ſtylus, vel Statutum, inſp.30. n. 51.& ſeqq. Decl. vt n.53.& ſeqq.

Nulla poſſunt reiterari, inſp.68.nu.1.

Bannimentum *factum ex abundanti vltra requiſitum numerum non nocet, ſi non ſit etiam ſolito termino, inſp.30.nu.65.*

Bannum *ſuper oblationibus ad haſtam intelligitur de validis, & ad obligandum efficacibus, inſp. 55. numero 157.*

Vide etiam, Cridæ, Edicta, Subhaſtationes.

Beneficiatus *poteſt fructus beneficij ſubhaſtare ad ſuam conditionem meliorem faciendam, inſp.9.nu.18.*

Beneficio *l. omnis, & l. bene à Zenone. C. de quadr. præſcriptio; locus eſt, ſi Princeps, vel Fiſcus vendat rem alienam præuia ſubhaſtatione inſp.3.num.36. Ampl. maxime ſi venditio ſit ex cauſa oneroſa, d. inſp.17.nu.37.*

Beneficium *ex propria culpa reportare quis non debet, inſp.17.n.97.*

Bona *adepta per actionem hypothecariam ſubhaſtare licitum eſt, inſp.38.nu.44.45.& 57.*

Aduentitia filijfamilias an poſſint ſubhaſtari pro ipſius debito in præiudicium patris, inſp.18.nu.251.& ſeqq.

Debitoris in ſolutum dari debent, vel vendi, emptore reperto, ſi creditor voluerit, inſp.27.nu.27.

Debitoris venduntur ad vtilitatem creditoris; vt ſuum conſequi poſſit, inſp.37.nu.79.

Debitoris, & pignora beneficio legis adiudicantur, & in ſolutum dantur creditoribus volentibus, non inuitis, inſp.43.n.1.19.& 20. Lim. vt n.38.& ſeqq.

De iure non poſſunt oblatori vendi niſi iuſto oblato pretio. inſp.34.nu.141.

Demania, vide Demania bona.

Eccleſiaſtica, vide Eccleſiaſtica bona.

Ex ſaluiano capta poſſunt abſque Principis licentia ſubhaſtari, ſi id permittat Statutum, vel ſtylus, vt in Prouincia Marchiæ, in qua tamen hodie contrarium ſeruatur, inſp.38.n.36.& 41. Et, ſi in ſeruatione terminorum ſubhaſtationis pars non opponat. d.inſp.38. nu. 42. Et etiam quando deinde actum fuiſſet petitorio, & immiſſus, docto de validitate crediti, victor remanſiſſet, d.inſp.38.nu.43.

Executa obligata remanent creditori ab illa die & poſſunt à quocunque peti hypothecaria, ac ſi debitor obligaſſet inſp.11.n.6.& 7.

Fideicommiſſo ſuppoſita poſſunt ſubhaſtari pro debito fideicommittentis, inſp.18 nu. 210. Ampl. vt n. 211. & 216. Ampl. vt etiam hæres poſſit illa ad d. effectum alienare, ſi creditores vrgeant etiam quod non ſit deſuper facta executio, & ſine ſubhaſtatione. d.inſp.18.n.212.& ſeqq. Reſtringe vt n.2.5.

Fideicommiſſo ſuppoſita, ſeu alteri ulteriori conditioni an, & quando vendi poſſint à Fiſco pro debito, & onere reali ordinario, ſeu extraordinario, d. inſp.18.nu.225.& ſeqq.

Fideicommiſſo ſuppoſita ſubhaſtantur pro dotis reſtitutione in ſubſidium, & fideicommiſſarijs citatis, & etiam pro alimentis debitis deſcendentibus, dict. inſp.18.nu.229.& 230.

Illa cenſentur ſubhaſtanda, quæ in cedula ſubhaſtationis ſunt deſcripta, inſp.52.n.38.

In executionem capta clarè, & explicitè deſcribi debent, & eorum quantitas, & qualitas adnotari cum die, & Executore, alias admittitur iuramentum in litem, & quando ſecus, inſp.14.numero 80. & 81.

Mobilia, emptore non reperto, non tenetur creditor in

ſolutum accipere, ſed recurrere poteſt ad ſtabilia, eaque ſubhaſtare, inſp.43.num.44.

Pro derelictis habere cenſetur paſſus ſecundum decretum, & deſinit eſſe dominus, inſp.53.n.2.

Quæ ad haſtam venduntur, vendi dicuntur etiam ad diſcurſum, inſp.1.nu.35.

Quæ fuerunt patris quoad proprietatem, & matris quoad vſumfructum, præſumuntur à filijs poſſideri vti hæreditaria patris, & ſuper illis vti talibus poteſt fieri executio. inſp.18.n.80.

Reperta in domo viri eiuſdem præſumuntur, & quare, & quæ vxoris, d.inſp. 18. num.7. Et exiſtentia in domo vxoris, præſumuntur vxoris, d. inſp. 18. num.8.

Sola debitoris, & quæ ſubhaſtari poterant in ſubhaſtatione in dubio comprehenſa cenſentur pro illius validitate, & iuſtitia, & qui contrarium dicit, debet probare, inſp.52.nu.10.& 11. Et, quatenus in bonis ſubhaſtatis comprehendantur ædificia, & melioramenta ab alio facta, adhuc valet ſubhaſtatio, & quare, & melioramenti debetur æſtimatio, d.inſp. 52.n.12.& 13.

Subhaſtata plus offerenti addicuntur, ſi pretij iniuſtitia non ſit magna in debitoris damnum, inſp. 34. n.148. Ampl. vt n.149.& 150.

Subhaſtata, quæ redeant ad debitorem, ſeu detentorem ex eadem cauſa, ſimili, vel connexa, redeunt in primæuam obligationem, inſp. 69. n. 4. & 5. vbi de fundo cenſus. Ampl. vt n.6. Contrarium n.7.

Bonis *viliori pretio deliberatis, quam fuiſſet antea æſtimata, tenet deliberatio, nec tenetur creditor ad illa in ſolutum recipiendum, inſp.43.n.33.*

Bonorum *apprehenſio in executionem ſententiæ facit pignus, non ſolutionem, inſp.7.n.6.*

Fideicommiſſariorum, feudalium, & emphyteuticorum fructus, & commoditates poſſunt pro debito capi, & ſubhaſtari, & adiudicari, prout obligari, & vendi, an requiratur Domini directi licentia, nu. 233.& ſeqq.

Hæreditariorum in ſubhaſtatione non præſumitur pretij aliquid reſidui ſuperfuiſſe, quod ad hæredem beneficiatum deuenerit, niſi probetur, inſp.39.n.31.

Vide etiam in verb. Executio, Pignus, Res.

Bona *fides in dubio præſumitur, inſp.4.n.30.*

In dubio præſumitur in eo, qui emit auctoritate Iudicis, vel ſub haſta, inſp.25.n.2.3.& 13. Ampl. vt n.7. 8.& 9. Et contrarium aſſerenti incumbit onus probandi, vt n.14.

Poſtulat, vt executor rei iudicatæ pignus ſub haſta diſtrahat. inſp.7.n.5.

In creditore non inducitur ex ſolo mandato de adiudicando, inſp.25.n.16.

Ceſſare dicitur à die motæ litis, & eo magis poſt ſententiam, inſp.55.n.8.& 10.

Præſumitur ex poſſeſſione quæſita auctoritate Iudicis ordinatè procedentis, & econtra mala, inſp.55.nu. 85.& 86.

Bona *fide agi non videtur, quando quid fit, non requiſito eo, cuius intereſt, inſp.23.n.30.*

Sineque fraude fieri debet ſubhaſtatio, alias poteſt retractari, inſp.25.n.1.

Emere dicitur, qui palam contrahit, & emit. d. inſp. 25.nu.12.& 13.

Dicitur Officialis, & Adminiſtrator emere, ſi emat pretio ab alio oblato, inſp.32.nu.65.

Bonæ *fidei præſumptio oritur ex poſſeſſione quæſita medio Iudice ordinatè procedente, inſp.55.n.39.*

Bononiæ *Conſtitutio, & Statutum, circa ſubhaſtationes faciendas, inſp.24.nu.130.*

Breue, *ſeu Decretum mandans, bona vendi, & auctioni ſubijci, intelligitur per viam ſubhaſtationis, inſp.1. num.14.*

Bulla *Pij V. ſuper cenſibus dicitur ius commune, inſp.39. num.15.*

C

Caducitas *non inducitur ex alienatione rei emphyteuticæ ſubhaſtatione iudiciali mediante, inſp.18. num.239.*

Calor *vnius, vel alterius plus iuſto pretio licitantis non attenditur, ſed iuſta, & communis æſtimatio. inſp. 35.num.16.*

Camera *Apoſtolica admittitur ad offerendum, & obtinendum adiudicationem pro pretio æſtimando in ſubhaſtatione Caſtrorum Status Eccleſiaſtici, inſp. 32.num.73.*

Candela *accenſa oblatione facta per aliquem, ſi alter deinde, ea adhuc accenſa, offerre inceperit, & ea extincta, deſiuerit, res debetur oblatori primo licet ſecundus plus obtulerit, cum primo ius quæſitum ſit inſp.35.n.124.129.& ſeqq. Decl. procedere, ſi fuerit declaratum, quod dabitur plus offerenti candela accenſa, d.inſp.35.n.125.& ſeqq.& 132.*

Extincta in multitudine oblationum, & non atteſtante Notario ad illas recipiendas deputato, quod aliquis plus obtulerit, factum dicitur remanſiſſe in ſuſpenſo, d.inſp.35.n.271.

Capturæ *perſonæ locus eſt deficientibus bonis, & diſcuſſis etiam bonis fideiuſſoris, ſi adſit, inſp.14.nu.17. & 19.*

Caſtra *Baronum Status Eccleſiaſtici ſubhaſtantur per congregationem ad id deputatam, inſp.16.n.48.*

Pro ſatisfaciendis creditoribus ſubhaſtantur fideicommiſſis etiam non obſtantibus, inſpectione 18. numero 247.

Caſus *publicæ exactionis eſt magis priuilegiatus, quam caſus exactionis priuatæ, inſp.47.nu.92.*

Cauſa *neceſſaria alienandi alienationis, & venditionis naturam non alterat, & quare, inſp.32.n.77.*

Cauſa *ſemper attenditur, per quam ad pignus deuentum fuit, inſp.41.n.25.*

Cauſæ *cognitio neceſſaria eſt in ſubhaſtatione rei debitoris, inſp.23.n.1.*

Plena cognitio adhibenda eſt in cridis, & quare, dict. inſp.23.num.131.

Cognitionis defectus quando poſſit opponi. d. inſp. 23. numero 3.

Cautela *pro ſecundo creditore, qui tempore licitationis vult offerre, & pecuniam non habet in promptu, & contra cautela pro primo, inſp.66.n.43.*

Pro oblatore, vbi in re detegatur aliquod onus reale, inſp.34.n.109.

Vide etiam in verb. Abundans cautela.

Cautela *de reſtituendo prioribus, & potioribus creditoribus, & de contribuendo cum æqualibus quando locum habeat, vel non, inſp.40.num.3.4.5.8. 9. 11. & ſeqq.*

Videtur creditoribus oneroſa, ſed magis oneroſum eſt, vt emens inſcius, & bona fide auctoritate publica decipiatur, d.inſp.40.n.10.

Operatur, vt pecunia præſumatur ſemper extare, & poſſit vendicari, ac ſi non eſſet ſoluta, d. inſp.40.n. 22. Et, vt nec debitor ſit liberatus, nec creditum

extin-

Digitized by Google

extinctum.d.inſp.40.nu.27.Et, vt poſſint ex ea anteriores, & potiores pecuniam auocare, & contra poſteriores agere, vt reſtituant.d.inſp.40.n.24.

Cautione *præſtita per creditorem de reſtituendo,tenetur debitor aliam præſtare de conſeruando eum indemnem.inſp.33.num.18.*

Cautionis *de reſtituendo conditio vtilis eſt etiam creditoribus,& quare,d.inſp.33.nu.29.*

Cedens *bonis re integra ante diſtractionem, & adiudicationem poteſt illa,ſoluere paratus,recuperare, inſp.17.num.30.*

Cedentis *bona ſunt auctoritate Iudicis ſubhaſtanda, & plus offerenti deliberanda, non apprehendenda auctoritate propria,inſp.7.num.25.*

Cenſus *abſque ſubhaſtatione, ſi Statutum de ea diſponat, nec vendi,nec creditori adiudicari poteſt, inſp. 7.num.40.*

Capi poteſt in executionem, & ſubhaſtari iuxta formam,de qua hic,inſp.14.num.120.& ſeqq.

Pro quo facta eſt ſubhaſtatio, & illius hypotheca reuiuiſcit, ſi ſubhaſtatio, vti nulla reſoluatur, etiam quod fuerint ceſſa iura, ex quo titulus reductus fuit ad non titulum,inſp.65.nu.29.& 30.Et debentur illius domino fructus etiam pro tempore, quo pecunias rei ſubhaſtatæ retinuit,& à die mota litis, vbi ille fuit condemnatus ad reſtitutionem rei cum damnis, & intereſſe, nec admittitur compenſatio cum fructibus rei ſubhaſtatæ, ſuper quibus adhuc lis pendeat, d. inſp. 65. numero. 30. Lim. vt num.32.

Cenſus *dominus, poteſt pro aliquibus fructibus totum fundum ſubhaſtare,& quare.inſp.28.num.30.*

Habens ius prælationis in venditione fundi illo vti poteſt etiam in eius ſubhaſtatione,& diſtractione neceſſaria, & inter plures præfertur, qui habet anteriorem impoſitionem,inſp.36.num.5.& 8. Ampl. vt num.10.

Præferri debet in datione fundi in ſolutum,quæ fit ab ipſo debitore d.inſp.36.num.15.

An ſit præferendus in addictione, & adiudicatione fundi cenſiti, quæ facta ſit, vel fieri velit à Iudice creditori.d.inſp.36.nu.11.12.& 15.

Cenſui *rem ſuppoſitam primo creditore poſſidente ex vltima addictione, ſi ſecundus illi offerat ſortem cum vſuris, & auocet hypothecam, debet primus in ſortem, vel vſuras imputare fructus perceptos, inſp.66.nu.82.*

Certus *certificari non debet,inſp.36.nu.37.*

Ceſſante *iure creditoris ceſſat etiam ius oblatoris. inſp. 17.nu.94.*

Ceſſio, *vel renunciatio executioni quando non ſufficiat ad euitandam ſententiam reuocatoriam, inſp. 50. num.119.*

Ceſſio *iurium competentium ab eo facta,qui paſſus fuit ſubhaſtationem,quid operetur,inſp.53.n.23.*

Ceſſionarius *poteſt,purgato ſpolio,agere ex iure ceſſo, prout poterat cedens,inſp.62.nu.26.*

Circuitus *ſunt euitandi.inſp.40.nu.15.*

Citanda *eſt pars, & debitor, antequam procedatur ad pignorum venditionem, & quare, inſp. 23. nu.119. & 120. Non, vt ſoluat,& quare, ſed, vt ſciat fieri ſolutionem, & vt venditioni aſſiſtat, ſi vult, ſeu ad videndum mandari conſignari pignus ad effectum ſubhaſtandi, ſeu pignus vendi, vel ſubhaſtari, d. inſp. 23.num.121.122.123.124.125.127. & 128.*

Citandus *eſt mortuo debitore, illius hæres, ſeu ille, qui eſt in prima cauſa ſucceſſionis, & quando, & quomodo detur curator hæreditati iacenti, d. inſp. 23. num.13.& ſeqq.& num.48.& 49.*

Et nominatim poſſeſſor alias nulla eſt ſubhaſtatio, & ſpoliatiua,& ex ea non acquiritur poſſeſſio manutenibilis, d.inſp.23.num.25.& ſeqq. Decl. vt num. 33.& 34.

Debitor,& poſſeſſor in crediti probatione, vt de eo dicatur conſtare,inſp.26.num.31.

Citandus *non eſt ille, cui nulla competit defenſio, inſp. 23.num.66 & 111.Decl.vt nu.112.*

Citari *debet admiſſus ad cauſam, qui proteſtatus fuit inſp.23.num.23.*

Et vxor, quæ intimauit,bona empta eſſe cum pecuniis dotalibus, vel ea eſſe fundum dotalem, dicta inſp. 23.num.24.

Et intereſſe habens, alias illi non præiudicatur, dict. inſp.23.nu.28.& 29. Ampl.vt nu.31.Vide etiam in verb. Intereſſe.

An,& quomodo debeant alij creditores,& ius prætendentes,inſp.23.n.71.& ſeqq.& nu.79.

Debet tam creditor, quam oblator à debitore, qui appellauit à pronuncia,quod bona vendantur oblatori, ſub prætextu maiorem oblatorem inueniendi. inſp.56.num.54.

An debeant in deliberatione facienda alij oblatores. inſp.56.num.55.

Debet maior oblator,& etiam debitor in deliberatione facienda inferiori,& citationi forma,& quare, inſp.34. num.94. & ſeqq. Et, ſi ipſe maior non compareat, nec cedulam conſignet, habetur pro renunciante,d.inſp.34.num.97.

An debeat in æſtimatione pars ad intereſſendum tali die,& hora,quatenus velit,inſp.47.n.62.

Citatio *debitoris perſonaliter, vel domi, ſeu præſentia requiritur, in ſubhaſtatione iudiciali, alias nulla eſt, & ſpoliatiua, inſp.23.num.4.7.8.& 9. Ampl. vt num. 5. Lim. vt num. 10. Contrarium num. 18. Concilia vt nu.12.*

Per edictum contra intereſſe putantes quando non ſuffragatur,d.inſp.23.nu.31.& 32.

Requiritur in omni actu, in quo quis lædi poteſt, alias nulliter agitur, nec ſufficit geſtorum notitia, d.inſp. 23.num.39.

Non requiritur in ipſa executione facienda,d.inſp.23. nu.98. Decl. vt nu.101. & ſeqq. Ampl. etiam quod incipiatur à ſtabilibus,d.inſp.32.n.99.

Non requiritur in relatione Nuncij,d.inſp.23.n.106.

Non requiritur,quando pignora exponuntur venalia, vel incantantur, d. inſp. 13. num.107. & 108. Lim. vt nu.109.

De iure communi requiritur ad videndam interponi primum debitum,d.inſp.23.nu.117.

Vel præſentia partis, aut procuratoris eſt neceſſaria in vltimo actu, ſeu ſecundo decreto deliberationis,vel adiudicationis,& quare, alias dari poteſt de nullitate, d.inſp.23.num.189. & 190. Lim.vt num.206. & 207.

Ad videndum deliberari non poteſt præſumi,non conſtito de decreto,nec de termino ad deliberandum,d. inſp.23.num.24.

An requiratur in relatione æſtimatorum, inſp. 47. n. 74.& ſeqq.

Citatione *omiſſa contra vnum ex litis conſortibus,nulla eſt ſubhaſtatio etiam quoad citatos,& in totum indiuiduitatis ratione, inſp.23.n.35.Lim.vt nu.36.*

Citationes *in tenutis præcedere debent, ſeu requiruntur*

Digitized by Google

alias nullæ ſunt,d.inſp.23.nu.118.

Citationi *per edictum non eſt locus niſi in ſubſidium, quando factis diligentiis, citandus non reperitur, d.inſp.23.23.nu.196.Ampl.& decl.vt nu.197.*

Citationis *defectus probatur ex actorum inſpectione, inſp.23.num.89.Decl.vt num.91.& ſeqq.Et ex confeſſione procuratoris aduerſarij,dicta inſp.23. numero.90.*

Ad reluendum forma,d.inſp.25.nu.146.& 147.& de forma in dominio Veneto.nu.148.

Ad videndum deliberari, vel adiudicari defectus eſt inſanabilis; non obſtante reſcripto cum clauſula Arbitrio.dicta inſp.23.numero 202. Ampl.vt num.203.

Non neceſſaria omiſſio, vel ſi ea non ſit legitima, aut facta ſit ex abundanti, non cauſat nullitatem. d. inſp.23.nu.264.

Citationis, *& cauſæ cognitionis omiſſio quando non reddat executionem, & pignus iudiciale nullum, ſed appellandum ſit, inſp.11.nu.54.*

Citatus *in ſubhaſtatione, & deliberatione, vel adiudicatione, qui ſe non oppoſuit, dicitur ſibi præiudicaſſe, inſp.23.nu.268.*

Clauſula, *Ad omne mandatum Domini, non eſt neceſſaria ad effectum agendi executiue, ſed ſolet apponi ad maiorem cautelam, & pro faciliori executione inſp.40.nu.20.*

Arbitrio, in commiſſione nullitatum ſubhaſtationis ſanatoria quid operetur, inſp.61.num.55. & ſeqq. Vide etiam in verb. Arbitrium.

Sine præiudicio legitimæ executionis, operatur, vt, pendente iudicio ſuper nullitate ſubhaſtationis illius, executio impediri non poſſit,inſp.56.nu.36.

Sine præiudicio obligationis cameralis, &c. præſeruat ius etiam quoad ſubhaſtationem, eiuſque proceſſum.inſp.18.nu.107.

Sine præiudicio obligationis cameralis, proceſſus executiui, mandatorum relaxatorum, & quorumcunque iurium partium, quid operetur, inſp. 50. num.114.

Cognatus *vide in verb. Agnati.inſp.32.nu.42.*

Cognitio *ſummaria ceſſat poſt rem venditam, vel inſolutum datam.inſp.18.nu.277.*

Collectæ *quomodo exigantur,inſp.11.nu.53.*

Colluſio *in oblatore ſuppoſito quando præſumatur inſp.32.nu.42.*

Colono, *& inquilino an teneatur ſtare, qui ſuccedit ſubhaſtatione, & adiudicatione, ſecundoque decreto mediante.inſp.44.nu.69.& ſeqq.*

Commiſſio, *quæ non apparet, non præſumitur,inſp.11. num.58.*

Sanatoria defectus executionis, & citationis cum clauſula, Et cuiuſcunq; alterius defectus proceſſus, non comprehendit defectum iuriſdictionis. inſpect. 61.nu.14.

Commiſſione *reiectionis attentatorum obtenta cum clauſula, Conſtito de bono iure,debet doceri de iuſtitia crediti,& pretij.inſp.49.nu.57.*

Compenſatio *ad impediendam pignoris diſtractionem fit ipſo iure, ſi creditum compenſandum ſit liquidum,ſecus ſi non liquidum,vel ſi exceptio requirat altiorem indaginem, vel creditum non probetur niſi ex poſitionibus habitis pro confeſſatis, ſeu ex partito, vel iuramento litis deciſiuo, inſp. 50. num.33.35.& 36.*

Non fit, dum non fuit de ea oppoſitum, & non agitur de impediendo vſurarum curſu d. inſp. 50. n. 34.

Non admittitur de liquido ad non liquidum, & de quo in adhuc pendeat inſp.65.nu.31.

Compenſationis *ad effectum ſatis eſt quod fructus ſint aliquo modo debiti inſp.55.nu.10.*

Condemnatus *ante executionem habet quatrimeſtre ad ſoluendum.inſp.12.nu.2.*

Lim. non procedere in debitore condemnato, ſed in alio.d.inſp.12.nu.3.

Nec in condemnato actione reali, vel depoſiti; d. inſp.12.nu.4.

Nec in caſu deſertæ appellationis, niſi durante quatrimeſtre.d.inſp.12.nu.5.

Nec in condemnato ab arbitratore d.inſp.12.n.6.

Nec in criminalibus, & debito occaſione delicti. d. inſp.12.nu.7.

Nec in cauſis breuibus.d.inſp.12.nu.8.

Nec in iis, in quibus prouidet lex, Statutum, vel conſuetudo.d.inſp.12.nu.9.

Nec in Principe, & Iudice Supremo,à cuius ſententia non appellatur.d.inſp.12.nu.10.

Nec in cauſis miſerabilium perſonarum, vel piis, & aliis, in quibus Iudex nullo petente ſupplere tenetur, vt in alimentis d.inſp.12.nu.11. Diſtinguitur, quando habeat locum quatrimeſtre, & quando præceptum de ſoluendo infra decem,& quid ſtante Statuto, quod inſtrumenta exequantur ſicut ſententiæ, & rei iudicatæ, d.inſp.12.nu.12.13. & 14.

Conditio *melior eſt occupantis.inſp.19.n.32.*

Melior debitoris, & creditorum fieri poteſt ex dilatione ſubhaſtationis,inſp.34.nu.93.

Melior, quæ dicatur, reſidet in arbitrio Iudicis. inſp. 35.nu.165.

Melior oblationis ex quibus conſideretur, inſp. 35. num.165.

Semper ineſſe dicitur, vt primus offerens liberetur, ſi ſecundus plus offerens ſecurum fecerit Fiſcum, vel Commune, ſeu alium venditorem. inſp. 35. num. 184.& 205.

Conditiones *apponi poſſunt, & ſæpe apponuntur in venditionibus, quæ ſub haſta fiunt circa precij diſtributionen, & creditorum cautelas. inſp.40.n.2.*

Conductores *quando petere poſſint liberationem à conductione, vel mercedis remiſſionem. inſp.33. nu.30.& 31.*

Conductores *Fiſcales,finita cõductione,ſunt liberi,nec in eis locum habet tacita reconductio,nec reconducere tenentur.inſp.34.nu.18.19.& 29.vbi limit. & ſublimit.*

Veteres præferuntur nouis, ſi augmenta à nouis propoſita velint ſuſcipere.inſp.36.nu.81.Lim. vt num.83.

Conductori *quomodo ſuccuratur, vbi fructus pendentes ſint in ſubhaſtatione comprehenſi.inſp.52.num. 49.& 50.*

Confeſſione *aduerſarij probatur dominium, quando de eo incidenter tractatur.inſp.58.nu.163.*

Confeſſus *habetur pro iudicato.inſp.14.nu.111.*

Congregatio *Baronum facultatem habet ſubhaſtandi ſine ſolemnitatibus.inſp.20.nu.50.*

Conjecturis *non eſt locus in claris.inſp.46.nu.9.*

Conſenſus *tam Iudicis quam offerentis iungi debent ad emptionis ,& venditionis effectum. inſpect. 34. num.119.*

Præſtitus dicitur per creditorem deliberationi facienda non præſenti pecunia, & debitor liberatus, ſi idem creditor acceptauerit oblatores in debitores, inſp.37.nu.64.

Sufficit poſſidentis ad ſuſtinendam ſubhaſtationem, ſi poſſi-

Digitized by Google

poſſideat iure dominij, ſecus ſi iure pignoris, inſp. 58. num. 126.

Partis circa ſubhaſtationem nō probatur ex aſſertione Iudicis extra ea, quæ ſunt de actis. inſp. 58. n. 127.

Etiam procuratoris ſufficit ad validitatem deliberationis, vel adiudicationis d. inſp. 58. nu. 128. Decl. vt n. 138. Et etiam tutoris, vel curatoris habentis adminiſtrationem, ſecus econtra, vt ſi ad lites tantum ſit deputatus, d. inſp. 58. n. 129. & 130.

Præſtitus in genere ſubhaſtationi faciendæ intelligitur de faciendа rite, & recte, & non impedit iudicium ſpolij. d. inſp. 58. nu. 136. Ampl. vt num. 137. Et ſic præſtitus pro fructibus non iuſtificat, fructus deberi, ſed intelligitur pro debitis tantum, d. inſp. 58. nu. 138.

Præſtitus ſubhaſtationi, quæ non habuit effectum, non præiudicat. d. inſp. 58. nu. 142.

Non attenditur præſtitus ſubhaſtationi, ſi deinde non per viam conſenſus, ſed iuſtitia ad ſubhaſtationem proceſſum fuerit, d. inſp. 58. nu. 146.

Non reſtrictus ad particulare creditum, intelligitur etiam reſpectu creditorum, de quibus adhuc in actu non conſtabat, inſp. 11. nu. 36.

Conſequens qui vult, videtur velle etiam ſuum neceſſarium antecedens, inſp. 13. n. 73. & inſp. 23. n. 126.

Conſequenti conceſſo, conceſſum dicitur antecedens, inſp. 11. nu. 35.

Conſequentia non concludit, Res fuit vendita ſub haſta, ergo iuſto precio, vel, Non fuit repertus, qui plus obtulerit, ergo pluris non valebat, inſp. 49. nu. 3. 4. & 5.

Conſors plus offerens præfertur in venditione, quæ fit per Fiſcum de re cum eo communi, inſp. 36. n. 74.

Conſtitutio Cardinalis Vrbini Peruſiæ vrgens circa executionem inſtrumentorum in forma Cameræ abſque eorum productione quando locum habeat, vel non inſp. 26. nu. 49.

Gregorij XIII. ſuper iure congruo in vrbe, vel ſimilis loquens de fundo, vel domo, quæ ſponte venditur, non procedit in venditione, quæ fit per viam ſubhaſtationis ex Iudicis decreto ad creditoris inſtantiam, quæ ſponte dici non poteſt, & ita obſeruatur in Camera Apoſtolica, & obſeruandum eſt, & conciliari poſſunt opiniones, inſp. 36. num. 26. & ſeqq. Ampl. vt num. 30. & 31.

Conſtitutum appoſitum in ſecundo decreto dat ſolum emptori, ſeu adiudicatario facultatem poſſeſſionem capiendi propria auctoritate, inſp. 55. num. 56. Lim. vt num. 57.

Conſuetudo, vel Statutum poteſt ſolemnitati ſubhaſtationis derogare, inſp. 2. nu. 20.

De non ſubhaſtando res minorum, quæ alienantur, eſt valida inſp. 4. n. 37. & inſp. 20. nu. 9. Et poteſt iuri communi quoad ſolemnitatem ſubhaſtationis derogare, d. inſp. 4. nu. 38.

Particularis non probatur ex inſtrumentis, niſi etiam probetur, illis adhibitam eſſe fidem, inſpect. 4. num. 45.

Vel ſtylus deliberandi pignora non præſenti pecunia valet, & eius eſt maxima vis, inſp. 37. num. 39. & 40. Sed vt in facto conſiſtens, & contra ius, eſt concludenter probandus, & in ſpecie, d. inſp. num. 44. Nec attenditur, vbi probatur obſeruantia diſſormis, d. inſp. 37. n. 45.

Admittens poſt elapſum terminum nouum oblatorem augentem tertiam, vel maiorem partem eſt ſeruanda, inſp. 35. nu. 94.

Et obſeruantia ſubhaſtandi bona capta per Saluianum ſine Principis reſcripto eſt valida. inſpect. 38. nu. 37. Contrarium n. 38. Et an probetur per fidem Aduocatorum, & Curialium, & quomodo probari debeat, d. inſp. 38. nu. 39. & 40.

Vide etiam in verb. Statutum, & in verb. Stylus, & in verb. Vſus.

Contractu tranſlato in ſecundum, ſeu vltimum oblatorem, primus vel non eſt obligatus, vel in obligationem non reincidit, inſp. 35. nu. 233.

Palam facto, ceſſat omnis fraudis ſuſpicio, inſp. 25. n. 11.

Contractus abſolutus non dicitur, donec contrahentes loquuntur, inſp. 35. nu. 132.

Subhaſtationis publicæ facta habet pro ſe præſumptionem iuſti pretij, non conſtito de magno exceſſu, vel maiori oblatore, inſp. 49. num. 20. 21. & 50. Lim. vt num. 53.

Subhaſtationis reſcindi non poteſt ſub prætextu læſionis vltra dimidiam. d. inſp. 49. n. 28.

Reſcindi non poteſt ſub aſſertione fraudis, vel læſionis, d. inſp. 49. num. 64.

Contractus, & obligationes dum ſunt in fieri, nihil ſunt, nec attendi debent, niſi inſpecta concluſione, & in oblatione, & vltimo illius verbo, inſp. 35. nu. 133. & 135.

Qui per ſubhaſtationem celebrantur, non habent contractum in ſcriptis, nec obligant niſi oblatione ſcripta, d. inſp. 35. num. 165.

Contrahentis vtriuſque æqualis ius eſſe debet, d. inſp. 35. num. 124.

Contrahere ab initio eſt voluntatis, ſed ex poſt facto perſiſtere eſt neceſſitatis, inſp. 44. n. 32.

Contrahitur in ſubhaſtatione, & vltima pignorum addictione quædam emptio, & venditio, cum bona ſuccedant loco pecuniarum, & creditum loco pretij, inſp. 44. nu. 55. & 56.

Contumacia in ſpoliato non citato, & intimato, non poteſt conſiderari, inſp. 62. num. 10.

Conuentio, vt pignus poſſit diſtrahi ſine ſubhaſtatione, non valet, inſp. 11. n. 7. Lim. vt nu. 11. & ſeqq.

Curator dandus eſt bonis cedentis, & in ſubhaſtatione citandus, inſp. 23. nu. 70.

Creditor affectat, & inſtat, ſubhaſtationem fieri, reus vero regulariter recuſat, & fugit, inſp. 66. num. 14.

An, & quando in ſubhaſtatione citare debeat alios creditores, & ius prætendentes, inſp. 23. nu. 71. & ſeqq. & num. 29.

Anterior vendens iure creditoris transfert in emptorem dominium non effectum. inſp. 66. n. 7. & ex eius venditione in vim licentiæ anterioris tollitur omne ius, & hypotheca poſteriorum, ac ſi bona nunquam eis obligata fuiſſent, d. inſp. 96. n. 8.

Anterior comparens poſt addictum pignus non auditur iudicio executiuo, ſed ordinario, inſp. 19. num. 82. An, & quando poſſit agere contra pecuniam debitoris ad ſecundum creditorem peruentam, d. inſp. 19. nu. 87. & 88. Agens contra poſteriorem ex cautione de reſtituendo quid probare debeat, inſp. 40. num. 26. Non cogitur rem vendere, ſed poteſt retinere loco pignoris, donec ſibi ſoluatur, inſp. 19. num. 48. Bona debitoris in ſolutum accipiens emere præſumitur eo pretio, quo ſibi adiudicatur, inſp. 44. num. 61. Et poteſt iuribus debitoris vti, & ſe defendere ſicuti emptor ex perſona venditoris, à quo in ipſum omne ius tranſit, d. inſp. 44. nu. 62. & 63.

Digitized by Google

Capto pignore ſatisfieri poteſt ex illius fructibus, quamvis hoc illi non ſit vtile,inſp.28.n.16.& 17.

Certus citari debet perſonaliter, non per proclama, vt afficiatur diſpoſitione l. ſi eo tempore. Cod. de remiſſ.pign.inſp.66.num.39.

Cogitur oſtendere debitori rem mobilem habentem in pignus ad effectum vendendi data cautione de pretio ſoluendo, vel deponendo,inſp.18.n.186.

Conſentiens ſubhaſtationi habita fide de pretio ſibi ſoli præiudicat, non alijs creditoribus,inſp.37.num.90. & ſeqq.

Cui facta fuit adiudicatio pignoris pro parte crediti vera, & pro parte non vera, poteſt pro parte vera rei incumbere ad effectum excomputandi cum fructibus, & debet procurare, vt ſingulo anno fructus percepti, deductis expenſis, æſtimentur, inſp. 50.n. 77.& 78.Ampl.vt nu.79.

Cui nulliter, vel inordinatè, & non ſeruatis ſolennitatibus facta fuit adiudicatio, an teneatur etiam ad fructus à die commiſſi ſpolij, vel à die motæ litis,inſp.55.nu.117.& ſeqq.

Cum potuerit ſubhaſtationibus offerre, ſibi debet imputare, ſi poſtea cogatur in ſolutum accipere, & duriorem viam pati, ac pignus pro toto debito capere,licet minus valeat,inſp.43.n.39.& 40.

Curare debet,quantum in ſe eſt,ne quid prætermittatur eorum,quæ tutam venditionem facere poſſunt. inſp.63.num.26.

Curare debet, vt pretium rei vendendæ licitantium calore, quoad fieri poteſt, augeatur, quod euenire poteſt,ſi licitatio duret per aliquot dies, & quare, inſp.30.n.20.& 21.

Debet diligenter animaduertere,quomodo pignus accipiat,inſp.46.n.26.

Dum ei à debitore ſit ſolutio,debet deſiſtere à venditione bonorum,inſp.17.n.91.Ampl.vt n.95.

Emptore non reperto,vel non iuſto,poteſt facere ſibi pignus adiudicare,inſp.32.n.10.

Emptor ſub haſta tenetur tantum ad precium, quo res ſub haſta vendita fuit, non ad verum pretium,& quare,inſp.63.n 31.Ampl.vt.n.33.

Et victor de euictione promittere non tenetur in rei,& pignoris ſubhaſtatione,& deliberatione iure creditoris,inſp.63.n.1.

De euictione,ſi non promittat, regulariter conueniri non poteſt,d.inſp.63.n.2.

De euictione non tenetur nec in pignore iudiciali, nec prætorio, nec in conuentionali, d.inſp.63.n.5.& 6. Ampl. nec in ſubſidium, d.inſp.63.n.7. Ampl. non ſolum in creditore priuato, ſed etiam in Fiſco, & ſiue Fiſcus vendat rem debitoris auctoritate publica inſtantibus creditoribus,ſiue pignus iure creditoris,d.inſp.63.n.8.& 9.

De euictione tenetur, vbi non præſtet quatuor, hoc eſt, quod res ſit ſibi obligata,& in ea quantitate,quod in ea ſit prior, & magis priuilegiatus, quod crediderit, rem eſſe debitoris, & quod ſibi liceret vendere ex pacto, lege,vel quod ſaltim ita crediderit, d.inſp.63.n.11.& ſeqq.& 21.& 22.& ſi pro pluri diſtraxerit, tenetur vltra pretium etiam ad intereſſe,d.inſp.63.nu.14.

De euictione tenetur,niſi iura, & pignoratitiã actionẽ cedat, & poſſeſſionem tradat,ſed facta ceſſione, nec ad pretij reſtitutionẽ tenetur, d.inſp.63.n.17.& 18.

De euictione non tenetur,ſi vendat bona fide, ſecus ſi mala,ſeu doloſe,vt,ſi occultauerit,ſeu non detexerit vitium,ſeu ſeruitutem,d.inſp.63.n.19.& 20.

De euictione tenetur,vbi ſubhaſtatio non fuerit ritè,& rectè facta, & pro eo, quod emptoris intereſt propter nullitatem ſubhaſtationis,vt puta facta de bonis alterius,quã debitoris,etiam ſi id propter imperitiã Executorum euenerit,d.inſp.63.n.23.& ſeqq.

De euictione cauere tenetur,ſi euictio emineat in limine contractus etiam ſubhaſtationis,alias poteſt emptor pretium interim retinere, d.inſp.63.n.34.

De euictione non tenetur, ſi rem debitoris ſub haſta vendiderit non iure creditoris, ſed vti dominus, dict. inſp.63.n.36.Et in dubio cenſetur vendere rem debitoris iure creditoris, etiam quod promittat de euictione,& fortius ſi conueniat, ſe ad eam nolle teneri, nec ad pretij reſtitutionem, ſecus ſi ſimpliciter vendat,non nominando ſe creditorem, dicta inſp.63.nu.37.& 38.

De euictione tenetur,ſi eam promiſerit, d.inſp.63. nu. 39. & tunc non vti creditor, nec ex natura contractus,ſed ex pacto,vt n.40.

De euictione vbi tenetur tenetur tantum,pro parte,& æſtimatione, qua res euicta fuit. d.inſp.63. nu. 97. ſed reſpectu moleſtiarum in parte ad totale intereſſe tenetur,d.inſp.53.n.58.

Ei debitoris bonis ſubhaſtatis, vel adiudicatis, redire poteſt ad primæua iura, vbi debitor non ſit ſoluendo, inſp.65.n.38.Vel vbi agatur ad effectum retentionis, d.inſp.65.n.38. & vbi pignus vendiderit in caſu ſibi promiſſo, & de euictione promiſerit, d. inſp.65.num.40.

Ex obligatione camerali agere poteſt contra debitorem debitoris ſic etiam obligatum ad mandatum executiuum, & cum illo ad executionem, & ſubhaſtationem,inſp.14.n.127.& 129.Ampl.vt n. 128. & 130.& ſeqq.Lim.& declar.vt n.134.

Exequi poteſt in vno ex pignoribus ſibi obligatis bene viſo, illudque diſtrahere,d.inſp.14.n.45.& 49.

Executionem proſequens contra debitorem,qui ſoluit, & à debito liber eſt, debet in expenſis,damnis,& intereſſe condemnari, prauia nullitatis omnium declaratione, inſp.17.n.1.

Facultatem vendendi iure creditoris exercere poteſt miniſterio Iudicis, & auctoritate,& nomine proprio.inſp.66.n.21.

Grauaretur,ſi executio primo facienda eſſet in nominib.debitorum,inſp.14.nu.55.

Habens obligationem cameralem poteſt facere executionem realem, & perſonalem, & incipere à captura, etiam diſcuſſione bonorum non facta, & quod debitor ſit ſoluendo, dummodo ceſſet dolus, inſp.14.num.46.& ſeqq.

Habens ſpecialem hypothecam in vna re,non poteſt,ea non diſcuſſa, aliam ſubhaſtare, ſed in hac præferuntur alij,inſp.19.n.73.Decl.vt hanc exceptionem non poſſit opponere debitor,d.inſp.19.n.74.

Habet actionem ad pretium, de quo habita fuit fides in ſubhaſtatione, ad effectum agendi ordinariè, ſi ipſe, & non Executor vendiderit, ſecus ſi Executor.inſp.37.n.99. & 100.

Hypothecarius præfertur perſonali,inſp.19.n.79.

Immiſſus ex primo decreto poſſidet ad commodum debitoris,inſp.13.nu.40.Et dicitur iudiciali pignore capto,quaſi procurator illius,& eſt illi oneroſus,& quare, d. inſp.13.nu. 41.& 42. Et illi competit in huiuſmodi ſtatu manutentio,d.inſp.13.nu.43.Lim. vt num.44.

In adiudicatione rei maioris valoris poteſt illam retinere,ſoluendo illud,in quo excedat, & dicitur in eum integrum

Digitized by Google

integrum dominium tranſlatum.inſp.50.nu.65.& 66.Lim.vt nu.68.

Impedire poteſt, vt venditio non fiat, & iam cœptam ſuſpendere.inſp.34.nu.157.

exigendo debet eſſe debitori minus grauis, quam fieri poſſit,inſp.14.nu.8.

In venditione pignoris debet præſtare ſe creditorem,& potiorem.inſp.40.nu.4.& 7.

In pari cauſa præfertur extraneo, & quare, inſp. 36. nu.50. Ampl. etiam ſi extraneus ſit debitoris agnatus, vel cognatus,d.inſp.36.nu.51. Et quid in Tribunali Auditoris Cameræ in ſubhaſtatione Officiorum.d.inſp.26.nu.52.

In venditione pignoris poteſt habere fidem de precio, & ex ea ſequitur debitoris liberatio. inſp.37.num. 72.Ampl.vt nu.73.74.& 75.vbi Limit.& declar. remiſſiue.

Inuitus non cogitur acceptare pro toto credito pignus minoris valoris.inſp.46.nu.22.

Licitare poteſt, & licitat, non ſecus, ac tertius,& extraneus,durantibus ſubhaſtationibus, & ante decretum, & ſine fraude. inſp.32. nu.8. 9.10.& 12. Ampl.vt nu.18.& 21.Decl.vt nu.22. Contrarium. n.24.& Decl.vt nu.25.Ampl.etiam vt nu. 30. & 35. Secus in pignore conuentionali, & in eo, quod non auctoritate Iudicis.d.inſp.32.nu.21.

Licitare poteſt vt extraneus, & vt creditor,& quando vt extraneus.d.inſp.32.n.31.& 33.& 34.

Non obtinet bonorum debitoris diſtractionem, niſi in eis habeat ius pignoris conuentionalis,aut prætorij, vel iudicialis,inſp.11.n.1.

Non poteſt dici in poſſeſſione eſſe ex primo decreto,vbi Baiulus, Nuntius, vel Executor illum in eam non induxerit. inſp.14.n.101.

Non debet eſſe deterioris conditionis, quam extraneus. inſp.32.nu.13.

Non cogitur licitare inuitus, ſed eſt in eius facultate, d.inſp.32.n.14.& 17.Lim.vt num.15.

Nō eſt cogēdus accipere vnā rem pro alia inſp.43.n.3.

Nolens à debitore bona in ſolutum accipere electionem habet,ea ſub haſta plus offerenti vendendi,& pretium recipiendi.d.inſp.43.nu.30.

Non facit fructus ſuos ex prætēſa adiudicatione, de qua nō cōſtet,& vbi ea fuit tantū iuſſa fieri.inſp.55.n.63.

Non cogitur pignus in ſolutum accipere,d.inſp.43.nu. 12.Ampl.vt nu.24.& ſeqq.

Non poteſt cogi ad emendum bona debitoris nulla præuia licitatione, ſed ea poteſt, ſi velit,iuſta æſtimatione recipere pro concurrente crediti quantitate,& habet in iis electionem.d.inſp.43.nu.23. & 26.

Non tenetur in plus, quam res per ſubhaſtationem vendita ſit,& in illius vtilitatem verſum ſit,vel ad eius manus peruenerit.inſp.49.n.26.Lim.vt nu. 81.

Non tenetur, ſe præſtare potiorem agnato retrahenti, poſtquam emit,ſeu res fuit ſibi adiudicata,ſed ſolum ſi agnatus emat licitando.inſp.63.n.63.

Non poteſt excipere de non dominio debitoris in re, quam vt illius ſubhaſtare fecit.inſp.66.nu.34.

Pignus habens pro ſecuritate poteſt etiam in aliis bonis executionem facere.inſp.27.nu.29.

Pignus poſſidens non poteſt ſecundū ius commune illud ad haſtam vendere, & quare.inſp.38.nu.15.& 16.

Pignus vendere poteſt debitoris proteſtatione non obſtante,niſi debitum offerat,inſp.17.n.4.8.& 9.

Poſſidens bona debitoris non ſibi adiudicata,nec in ſolutum data fructus accipiens non facit ſuos,ſed in ſortem computat.inſp.55.nu.66. Ampl. idem eſſe in poſſidentem vim ſententiæ cum clauſula, Detinen. ſeu retinen. donec, & quouſque, & c.& quare,d. inſp.55.nu.67.& 68.

Poſterior,qui poſſideat per conſtitutum, auocat poſſeſſionem ab eo, qui emit ab anteriori,donec anterior diſcutiat alia bona debitoris,inſp.18.nu.280.

Poſterior,qui ab anteriori coactus fuit ex præſtita cautione reſtituere,poteſt ſimile mandatum contra alium poſteriorem obtinere docto de anterioritate, & abſque actorum tranſportatione.inſp.40.nu.28. & 29.& quare.nu.80.

Poſterior non poteſt in re vendita per ſubhaſtationem aliquid prætendere circa temporis augmentum. inſp.66.nu.11.

Poſterior admittitur ad offerendum primo, cui pignus minus rite, & recte fuit adiudicatum, ſi offerat etiam vſuras medij temporis.inſp.66.nu.65.

Poſterior admittitur ad offerendum primo, cui res fuit adiudicata ex falſa cauſa d. inſp.66. nu. 70. Lim.vt nu.71.

Præſertim poſterior quando cogatur capere pignora in ſolutum pro toto debito, etiamſi minus valeant. inſp.43.nu 37.

Poteſt pignus conuentionale priuatim vendere, & vt bonus Paterfamilias cum determinatione debitori, & bona fide,inſp.7.n.19.& 20.

Poteſt etiam alium ad offerendum, & emendum ad haſtam ſupponere. inſp. 32. n.35. Ampl.etiam in quolibet alio,d.inſp.32.n.36.69.& ſeqq.

Poteſt fauori ſuo, & ſolemnitati interuenientis pecuniæ in ſubhaſtatione renunciare, ſibique præiudicare. inſp.37.nu.81.& ſeqq.

Poteſt ſe abſtinere à ſubhaſtatione,& cœptam ſuſpendere,& impedire,ſed hoc non poteſt facere debitor. inſp.96.nu.16.

Poteſt variando mutare ſibi cauſam pignoris,tam in conuentionale,& prætorio,quam in iudiciali.inſp. 27.nu.34.

Primus an poſſit offerre ſecundo habenti à debitore pignus de ipſius conſenſu.inſp.17.nu.18.& 19.

Primus admittitur, & præfertur, etiam ſi non ſententiam ſeu mandatū,ſed ſolum creditum habeat cum priori hypotheca,inſp.19.n.36.Lim.vt nu.42.& 43. Et etiam quod debitor habeat alia bona,& ſit ſoluendo d.inſp.19.nu.37.& 38.Contrarium nu.39.

Prior comparens etiam in termino deliberationis admittitur refectis expenſis hucuſque factis, præſertim ſi debitor non ſit ſoluendo.d.inſp.19.nu.27.

Qui obtulit, & deliberationem obtinuit, non poteſt pœnitere,& contra fideiuſſorem ſe retinere,maxime ſi ſententia tranſitum fecerit in iudicatum. inſp.14.nu.72.

Qui pignus ad haſtam vendere fecit,vel eius hæres non poteſt illud ab emptore euincere, neque etiam pro alia cauſa,vel credito.inſp.54.nu.43.& ſeqq.

Qui ab oblatore ceſſionem reportauit, ſi ſuccumbat in ſpolio,an teneatur ad fructus à die commiſſi ſpolij, vel à die motæ litis,inſp.55.nu.113.& 114.

Qui bona fide cum neceſſariis requiſitis ſubhaſtare fecit rem debitoris, & creditum ex precio recepit, quod non extet,ſed ſit conſumptum,non cogitur illud reſtituere ex aliquo accidenti, quod in re eueniat in damnum emptoris.inſp.93.nu.56.

Qui in ſubhaſtatione rei debitoris de euictione promiſit abſque neceſſitate, vel vtilitate debitoris,non poteſt ab eo repetere niſi ſimplum,& ſit debitum,inſp.65. num.48. Sed, ſi pro euictione coactus fuit ſoluere

Digitized by Google

duplum, poteſt à debitore repetere vſuras, & fructus rei pignoratæ per ſtipulationem ſibi promiſſos pro omni eo tempore, quo ſubſiſtit venditio ante ſecutam euictionem, & quare, d. inſp. 65. nu. 49.

Qui plus debito petiit, non excuſatur prætextu bonæ fidei, quia dicitur in culpa, inſp. 55. nu. 80. Etiam ſi ſit pupillus, vel minor & etiam ſi id facto ſui procuratoris euenerit, d. inſp. 55. nu. 81.

Satisfieri debet tam de ſorte, quam de intereſſe, & litis expenſis, inſp. 29. nu. 13. Ampl. etiam in intereſſe ſubhaſtatione pendente, inſp. 29. nu. 14.

Secundus comparens in ſubhaſtatione, vel adiudicatione animo non contradicendi, ſed ſibi ſatisfaciendi, & vt eligat æſtimatorem, non eſt in expenſis condemnandus, & quare, inſp. 19. nu. 61. & 62.

Sequeſtro obtento poteſt etiam ad executionem procedere, & quare, inſp. 27. nu. 32. Lim. vt nu. 33.

Si faſſus fuerit, pretium recepiſſe, quod re vera fuerit reportatum, vt ſæpe in ſubhaſtationibus accidit, datur illi actio contra emptorem pro eius ſolutione, nec liberatur, ſi velit ſoluere intereſſe, inſp. 37. nu. 101. Vel datur actio ad vendicandam rem venditam, d. inſp. 37. nu. 202.

Si habeat pignus, & fideiuſſorem, pignus reſtituens, vt vendi poſſit, ſibi non præiudicat quoad fideiuſſorem, inſp. 27. nu. 30. Lim. vt nu. 31.

Si ſimpliciter in ſolutum pignus acceptet, acceptare intelligitur pro toto debito, nec poteſt illud pro certa quantitate retinere, & reliquum petere, quod remiſiſſe videtur, inſp. 46. nu. 27. Ampl. vt nu. 28. & 29.

Subhaſtare faciens rem debitoris, neceſſitate, & bona fide ceſſante, dicitur in dolo, inſp. 28. nu. 42.

Tempore conſtitutæ hypothecæ acquirit à debitore licentiam, & ius alienandi, & ſubhaſtandi, inſp. 56. n. 4. Ampl. vt nu. 5.

Vendere debet pignus ſolemniter ſeruatis ſeruandis, & ſecundum formam iuris, inſp. 20. nu. 10. & ſeqq. Et in adiudicatione, & liberatione ſeruare debet ordinem iudiciarium, & iuris, & ſolitam ſolemnitatem, d. inſp. 20. nu. 12. & ſeqq. Ampl. etiam in Fiſco, & eius ceſſionario, & in ſubhaſtatione in vim licentiæ Principis, d. inſp. 20. nu. 16. & 17. Et etiam ſi licentia habeat clauſulam, Sublata, & decretum irritans, d. inſp. 20. nu. 19.

Vendens, & Executor diſtrahens rem captam in cauſam iudicati tenentur de dolo debitori, inſp. 25. numero 20.

Vendens pignus debitoris loco ſuccedit, & tanquam illius procurator vendere cenſetur, inſp. 37. nu. 76. & 77.

Vendens rem iure pignoris, vel creditoris dicitur vendere bona fide, qualem pignori accepit, inſp. 63. num. 4.

Vendens pignus, & promittens reſtituere pretium, ſeu duplum, aut de euictione, quia aliter vendere non poterat, vel talis erat loci conſuetudo, vel carius vendidit, & ſic ex neceſſitate, vel cum vtilitate debitoris, habet regreſſum contra debitorem pro toto eo, quod ſoluit emptori ex cauſa euictionis, inſp. 65. num. 41.

Verus non eſt ille, cui obſtat exceptio compenſationis, & contrarium Iudicis decretum tanquam ex falſa cauſa nullum dicitur, inſp. 50. nu. 27.

Victus in cauſa appellationis rem ſibi adiudicatam reſtituit cum legitimis accuſationibus, inſp. 13. numero 124.

Creditore vno immiſſo, omnes alij immiſſi cenſentur inſp. 19. nu. 15. Ampl. & declar. vt nu. ſeqq. & nu. 69. & 78.

Priore poſtpoſito eſt executio retractanda, d. inſp. 19. numero 47.

Creditores concurrentes ſubhaſtationi, quæ fit ab alio, dicuntur voluntarij, non neceſſarij, & quare, inſp. 19. num. 3. & 4. Qui poſſunt adeſſe, & probare, bona eſſe debitoris, d. inſp. 19. num. 5. Non autem impedire, vel differre d. inſp. 19. num. 6. & 46. Et reſpectu diſtractionis rei venire debent, & audiri ante diſcuſſionem, & deliberationem, vel adiudicationem, non poſt, d. inſp. 19. num. 10. 11. 12. & 81. Saluo ſibi iure ſuper pretio, vt num. 12. Reſpectu vero pretij admittuntur vſque ad illius diſtributionem, dict. inſp. 19. nu. 14.

Et intereſſe habentes citati in termino non comparantes an ſibi præiudicent, & audiantur vlterius, inſp. 23. nu. 73. & ſeqq.

Cauti curare ſolent, vt quàm primum bona executa ſubhaſtentur, & de pretio ſibi ſatisfiat, vel ea eiſdem adiudicentur, inſp. 21. nu. 81.

Citati in confectione inuentarij bonorum defuncti poſſunt in eorum æſtimatione licitare, & pretium augere, inſp. 52. nu. 48.

Et ij, quorum nomine facta eſt ſubhaſtatio, tenentur oblatori rem deliberare, inſp. 34. nu. 32.

Hypothecarij poſt detractionem expenſarum ſubhaſtationis cæteris præferuntur, & inter eos locum habet regula, qui prior in tempore, inſp. 41. num. 16. & 17. Ampl. vt num. 18. & 25.

Etiam anteriores, qui inſtiterunt pro ſubhaſtatione, vel in ea ſpecialiter citati fuerunt, & ſibi ſatisfieri non curarunt, nec ſe oppoſuerunt nec appellauerunt, nec obtulerunt, non poſſunt contra bona ſubhaſtata redire, ſed eſt eis conſultum pretio penes tertium exiſtente, inſp. 54. num. 23. 24. 25. & 27. Ampl. vt nu. 26. 29. & 31.

Qui non interuenerunt pro ſubhaſtatione ſed tantum, illa facta, comparuerunt pro recuperatione eorum crediti, non tenentur ad aliqua damna, & expenſas, ſed ſolum de euictione pro rata pecuniarum ad eos peruenta, quando res fuit mala ſubhaſtata, & fructus debentur per debitorem, inſp. 63. numero 27. & 28.

Qui inſtiterunt pro ſubhaſtatione, ſi res detegatur aliena, ex præcedenti ſola proteſtatione, quod ea eſſet talis, non tenentur ad pretij reſtitutionem, ſed ad ceſſionem contrariæ pigneratitiæ contra debitorem, & ipſe ſolus debitor hoc caſu de euictione tenetur, d. inſp. 63. num. 29. & 30.

Creditores collocandi ordo, & materia vbi tractetur, inſp. 41. num. 10

Creditori media ſubhaſtatione ſatisfit vel in pretio ex re redacto, vel ex integræ, ſeu partis rei adiudicatione, inſp. 22. num. 60

Cui addicta eſt res cenſui ſuppoſita, an liceat percipere annuum reditum, & ex reditu alium reditum, inſp. 17. num. 177.

Cui res addicta eſt in pignus prætorium, offerri poteſt debitum cum expenſis, & reditibus, ſtante maxime enormiſſima læſione, etiam poſt 30. annos, d. inſp. 17. num. 78.

Primo ad prælationis effectum in pignore ab alio capto ſufficit aſſerere, quod debitor alia bona non habeat, inſp. 19. num. 40.

Integre ex retractu pignoris non ſatisfacto, remanet ius

Digitized by Google

ius pro reſiduo, inſp.27.n.35.& 38. Lim.vt n.39.

Tutius eſt, & vtilius remedium licitationis, quam adiudicationis & addictionis in diem, inſp.32.n.26. & ſeqq. Ampl.vt n.30.

Satisfactum dicitur per adiudicationem, nec debitor conqueri poteſt de iniuſtitia pretij, vbi probetur, rem tunc plus non valuiſſe, inſp.45.n.43.

Per haſtam præiudicari non eſt iuſtum, inſp.14.n.20.

Permiſſum eſt ſub haſta pignora vendere & pecunia præſente & habita de ea fide, ſeu non contradicente, inſp.37.n.84.& 85. Ampl.vt n.86.

Cui res debitoris nulliter adiudicata fuit à Iudice, vel deliberata competit retentio pro vero, certo, claro, & liquido credito, donec totum ſibi ſoluatur, fructibus in ſorte computatis, ex communi, & magis commum, inſp.62. n.1.& 27. Ampl. vt nu.2.& 3. Ampl.ſiue res pro credito ſit obligata, & hypothecata, ſiue non, d.inſp.62.n.4.

Creditoribus *non licet inuadere bona debitorum auctoritate propria ſine Iudicis mandato, inſp.11. num.73.*

Paribus exiſtentibus præfertur in pignore ille, ad cuius inſtantiam captum fuit in vim rei iudicatæ, inſp. 19.nu.39 & 31.

Chyrographariis, & librariis, aliiſque hypothecam non habentibus, ſed tantum perſonalem actionem, vel etiam hypothecam, ſed in chyrographo non habente requiſita l.ſcripturas, ſatisfit vltimo loco, inter eos temporis anterioritate non attenta, & quomodo fiat diſtributio, inſp.41.n.29.& ſeqq. Sed occupantis eſt melior conditio. vt n.32.

Se opponentibus ſine diſtrahendi non datur inclamationum, & auctionum exemplum, ſed modica tantum dilatio, & quare, inſp.19.n.25.

Nec vtraque pars præiudicare poteſt, inſp.31.n.5.

Pluribus licitantibus, eorum ſtatur ſententiæ, quæ eſt humanior, & in paritate ſtatur eis, qui ſunt etiam debitoris agnati ſeu cognati, ipſique præferuntur, inſp.36.nu.53.& ſeqq. Secus iſta duplici qualitate non concurrente, d.inſp.36.n.56. Et, vbi omnia ſint paria, illius creditoris iudicio ſtatur, illéque præfertur, cui maior pecuniæ ſumma debetur, & vbi omnium ſumma eſt æqualis præualet numerus perſonarum, d.inſp.36.n.57.& 58.

Poſterioribus petentibus ad venditionem impediendam, bona adiudicari, & anterioribus contradicentibus, obtinere debet pars maior reſpectu crediti, non quæ ſit maior reſpectu numeri perſonarum, & procedit hoc inter creditores non habentes hypothecas, inſp.43.n.35.& 36.

D

Dans *in ſolutum extraiudicialiter in caſu euictionis tenetur ad pretij reſtitutionem, & quodlibet aliud intereſſe, ſecus ſi iudicialiter, inſp.44.n.39*

Datio *in ſolutum, & adiudicatio ſunt duæ ſpecies alienationis, inſp.42.n.30.*

Appellari ſolet, & propriè, quando debitor ſponte dat creditori aliquam rem pro debito, d.inſp.42.n.32.

Facta per Iudicem eſt adiudicatio d.inſp.42.n.43.

Eſt duplex, extraiudicialis, & iudicialis, d.inſp.42. num.48.

Iudicialis ſpecies eſt executionis realis, d.inſp.42.n.49

Tam facta à parte, quam facta à Iudice obligationem extinguit, & fideiuſſores liberat, d.inſp.42.n.50.

Non differt an ſit facta per Iudicem, vel per debitorem, quia factum Iudicis factum partis reputatur, d.inſp.42.n.51.

Alia eſt voluntaria, alia coacta, ſeu neceſſaria, d.inſp. 41.nu.52.

Quæ ſit à Iudice de nomine debitoris, differt ab ea, quæ à debitore de Iudicis mandato, vt hic, inſp.14.n.118.

Dici non poteſt, cum venditur tertio plus offerenti, inſp. 36.nu.14.

Vel adiudicatio quomodo petenda, inſp.42.n.14.& 15.

Fit etiam interueniente iudicio, d.inſp.42.n.45.

Et adiudicatio aliquando confunduntur, & vna accipitur pro alia, d.inſp.42.n.46.

Et acceptio procedit ex neceſſitate conſequendi creditum cauſatiua, non præciſa, quia ſi creditor non acceptet, ſeu nolit bona in ſolutum, ſibi non ſatisfiet, inſp.43.n.17.& 18.

Quæ ſit via iudicij interueniente bonorum æſtimatione, & ob pecuniam creditori debitam ex contractu voluntario alienationis, & venditionis voluntariæ ſpecies videtur, inſp.44.n.20.& 21.

Tunc tantum dicitur neceſſaria, cum debitor cogitur in iudicio, d.inſp.44.n.27.

Iudicialis fit à perſona publica, extraiudicialis à priuata, d.inſp.44.n.36.

Extraiudicialis, & voluntaria fit à domino, ſed quæ à Iudice, non fit à domino, nec de eius conſenſu, ſed eo inuito, d.inſp.44.n.37.

A parte facta potentior eſt, quam quæ à Iudice, d.inſp. 44.n.40.

Voluntaria, & extraiudicialiter facta ſimilis eſt venditioni, in omnibus illius vicem ſuſtinet, vel immo venditio dicitur, & quòd in hac dicitur, in illa locum habet, d.inſp.44.n.41.& ſeqq. Secus eſt in datione in ſolutum neceſſaria, & iudiciali, cum ea non ſit, nec dicatur venditio, d.inſp.44.n.45.& 46. & ab ea differat, vt n.76. Decl.vt n.78.

A Iudice facta de ſpecie pro quantitate vicem venditionis obtinet, ſed, ſi data ſit ſpecies pro ſpecie, habet ſe ad inſtar permutationis, d.inſp.44.n.47.& 48.

Iudicialis venditionis naturam ſortitur, d.inſp.44.n. 49. Seu illi eſt ſimilis, & æquiparatur, d.inſp.44. n.50.& 51. Et habet illius vim, ac eiſdem terminis, & regulis metitur, d.inſp.44.n.52.

Et in ea ſeruanda ſunt, ac interuenire debent omnia, quæ ſeruanda ſunt, & requiruntur in venditione, d.inſp.44.n.53. Eaq; requirit rẽ, pretium, & cõſenſũ per ſe, vel relationem & conſenſum, vt requirit vẽditio, d.inſp.44.n.54. Et large loquendo dicitur vẽditio, & mera, d.inſp.44.n.58.& 59. Et eſt vẽditione firmior, & magis caret ſuſpicione, d.inſp.44.n.60

Iudicialis, & extraiudicialis habent eandem vim, d. inſp.44.n 65.

Iudicialis non eſt vera emptio, & venditio, nec illius appellatione venit, inſp.44.n.67.& 68.

Iudicialis communiter dicitur neceſſaria, d.inſp. 44.n. 71.& 76.

Fit creditoribus, & ſubhaſtatio etiam extraneo, d. inſp.44.n.101.

Etiam rei immobilis iudicialiter facta abſque ſubhaſtatione valida eſt ex æquitate, ſi probetur pluris tunc nec per viam ſubhaſtationis vendi potuiſſe, inſpect.45.n.28.

Sine ſubhaſtatione valida eſt, ſi ab allegante probetur, rem eſſe minoris valoris, quam creditum, inſp.45. n.34.& 35. Contrarium nu.36. Alias illam paſſus habet intentionem fundatam ſuper ſubhaſtationis defectu, vt nu.40.

Digitized by Google

Simpliciter facta pro debito non expreſſa quantitate valet, vt facta pro toto debito, & ſic non incerta, inſp.46.n.13.& 14. Ampl.vt nu.15. Et res ſic data in ſolutum cedit pro toto debito, ſiue maioris, ſiue minoris ſit æſtimationis, quaſi pro toto debito æſtimata intelligatur, & ſic hac præſumptio iure, & de iure. d. inſp.46.n.16.& ſeqq.Decl.vt nu.19.20. 21.24.& 25.

Facta non dicitur, nec debitor liberatus, niſi lata ſententia graduatoria, & citatis ad actum ſubhaſtationis, & deliberationis, & adiudicationis creditoribus,& adiudicatione ſequuta,inſp.53.n 52.

Et aſſignatio bonorum facta creditoribus non præiudicat debitori, ſi ſit incerta ratione perſonarum, ſeu quantitatis, temporis, loci, & quotæ, nec tollit, nec dat dominium, nec poſſeſſionem, ſecus ſi ſit certa, d.inſp.53.n.59.

Continens magnam deceptionem in æſtimatione nulla eſt, d.inſp.53.n.74.

Non impedit repetitionem indebiti ob rei indicatæ auctoritatem, d.inſp.53.n.76.

Debitoris,vel decocti,ſeu Iudicis cum obligatione de reſtituendo prioribus, & potioribus, auocatione, & euictione ſequuta, habetur pro non facta, & datur creditori antiqua actio ſaltim vtilis ex æquitate, &,non ſequuta effectuali euictione,hypothecaria, & Saluianum ratione damnorum, & intereſſe, quaſi re nõ tradita,inſp.65.n.18.& 20. Ampl.vt n.19

Alicui facta non præiudicat non citatis,ſeu ignorantibus,inſp.66.n.74.

Minoris de ſtabilibus pro pecunia ſine ſubhaſtatione, & decreto eſt inualida, inſp.4.n.4.

Rei,quæ non ſit debitoris,non valet, inſp.18.n.96.

Datio omnis in ſolutum origine inſpecta,& debiti occaſione dicitur voluntaria, & ſic tam facta à debitore, quam à Iudice, inſp.44.n 6.7.8.& 17.

Datio omnis in ſolutum,vel adiudicatio,quæ fit à Iudice, debet eſſe ex cauſa,& inſtrumento vero,& ex cauſa iuſta ad illum effectum concludente, alias nulla eſt, inſp.50.n.5.& ſeqq.

Prætorium conſtitutum ex immiſſione ante ſententiam ceſſat per ſolutionem expenſarum,& cautionem, ſed quando acquiſitum fuit in executionem rei iudicatæ non ceſſat niſi ſolutione, inſpectio. 11. num.1.& 18.vbi ratio.
Prætorium,& iudiciale vnum pro altero interdum vſurpatur, inſp.11.nu.20.
Conuentionale quando, & quomodo vendi poſſit,inſp. 11.num.22.& 23.
Conuentionale creditor vendere non cogitur, prout

nec fructus, qui ſeruando ſeruari non poſſunt, d. inſp.11.num.24.& 25.

Iudiciale, vel prætorium, poſtquam eſt captum, vendi poteſt, inſp.11.num. 26.Decl.ſi tamen pignus captum ſit,ſeu inductio facta per Nuncium,ſeu executorem,ſecus ſi per alium, d.inſp.11.num.27.

Prætorium,vel iudiciale non conſtituitur nudo Iudicis verbo, ſed requiritur mandatum, vel corporea traditio,inſp.11.num.55.& 56.

Pignus quoque prætorium ob contumaciam aliquando ſubhaſtatur, & adiudicatur, ſeruatis ijs,quæ ſeruantur in iudiciali, inſp.13.num.76.& 77. licet in Vrbe ſiue reus compareat, ſiue non,ſemper ad ſententiam diffinitiuam procedatur, & ad pignus iudiciale,vt num.78.

Iudiciale, vel prætorium vendi debet, vel adiudicari à Iudice cauſæ, ſi ſit Ordinarius,& res in eius iuriſdictione,inſp.16.num.7.8.& 9.Vel etiam ſi Delegatus, ſi hoc habeat in facultatibus, alias ſecus,d.inſpect.16.num.10.& ſeqq.

Iudiciale non recuperatur, nec reſoluitur expenſarum refectione,& cautione,vt prætorium,inſpectio.17. num.5.

Quando dicatur addictum,inſp.18.num.42.

Addictum creditori proficit vſucapioni, inſpect.18.numero 17.

Iudiciale magis afficit rem, quam prætorium,inſp.19. num.21.

Habens iudiciale ob ſententiam præfertur priori habenti ſolum actionem perſonalem, inſpect.19.num. 75.& 78.

Debet eſſe tale, vt ad eius diſtractionem poſſit deueniri.inſp.27.num.13.

Vendi poteſt & propter debitum, & propter alias acceſſiones,inſp.39 num.12.

Semper, ſeu vt plurimum pluris æſtimatur,quam debitum,inſp.39.num.16.

Adiudicari poteſt per Iudicem, vel in ſolutum dari creditori, quotieſcunque illius emptor, vel pretium iuſtum non inueniatur, & creditor licitare nolit, inſp.42.num.1.2.14.& ſeqq.

Vbi datur à Iudice creditori in cauſam iudicati, vix in iure reperitur, id appellari datio in ſolutum, inſp.42.num.31.

Dari poteſt in ſolutum creditori, & iuſto pretio, & etiam pro quantitate ſui crediti, vbi alius vltra non offerat,inſp.46.num.2.

Conuentionale in ſolutum datum intelligitur acceptum pro eo,quod valet,inſp.46.num.24.

Datum fuiſſe in ſolutum pro toto debito,ſiue plus,ſiue minus valeat, de conſenſu creditoris, & debitoris, & pretium ex ex redactum quomodo probetur, inſp.46.num.25.

Conuentionale venditum iuxta formam inſtrumenti pro minori pretio, quam valeret etiam mediante ſubhaſtatione repeti poteſt, & venditio reſcindi, inſp.49.num.80.

Iudiciale poteſt retineri pro credito chyrographario, inſp.62.num.5.

Pignora *antiquitus ſub haſta præcipue vendebantur, cum inter duas haſtas iudicabatur, inſpectione. 1. num.9.*

In cauſa iudicati diſtrahi ſolebant per Apparitores, inſpect.1.num.40.

Iudicialia aliter vendi non poſſunt, quam per ſubhaſtationem,inſp.7.num.13. Ampl. etiam in captis ob Rei, ſeu debitoris contumaciam non præcedente ſententia,d.inſp.7.num.14. Ampl.etiam in conuentionalibus, d.inſp.7.num.15.Contrarium num. 17. & ſeqq. Decl.vt num.16.

Conuentionalia de conſuetudine, & ſtylo præſertim Curiæ, vendi ſolent cum ſubhaſtatione, & ſeruatis ſeruandis, vt iudicialia ad ſuſpicionem fraudis remouendam,inſp.7.num.24.

Ante ſententiam capta recuperantur,inſpect.11.numero 43.

Quando capi poſſint non præcedente ſententia, inſpect. 11.num.44.

In executione capta cadunt in cauſam iudicati, inſp. 13.num.5.

Emptore non reperto pro vltimo executionis actu, & fine in ſolutum dantur creditori, inſpectione 13. num.59.

Penes tertium deponuntur, nè debitor interim conſumet,vel alienet,inſp.14.num.82.

Si penes Executores comburentur, debitoris periculo pereunt,inſpect.14.numero 91.Niſi executio retractetur vti indebite, & nulliter facta,quia tunc teneretur creditor ad intereſſe, dicta inſpectio. 14. num.92.

Propria data per matrem,vel vxorem debitoris ad ipſius carcerationem effugiendam debent reſtitui, inſp.18.num.5.

Mobilia ſi debitor velit ad alium locum aſportari, vt carius vendantur,id eius ſumptibus faciendum eſt, inſp.29.num.67.

Mobilia ſubhaſtanda ſi aſportari non poſſint,affigitur ſchedula,inſp.29.num.69.

Et res ſub haſta poſita ſubhaſtantur,& licitantur mediantibus bannimentis,vel edictis,inſpectio.25.numero 5.& 6.

In Vrbe qui non permittantur emere, inſp 32.num.60. & 61.

Bona,& vectigalia ſubhaſtata dari debent plus,& vltimo offerenti, qui libere maiorem ſummam, & meliorem conditionem in tempore obtulerit,& ille eſt alijs præferendus,inſp.35.num.3. Ampl.vt num. 4.& ſeqq.54.& ſeqq.& 71.& ſeqq. Decl. vt num. 14.15.17.18.95.& ſeqq.

Non ſunt ſtatim adiudicanda parti,ſed poni prius debent ad incantum,& ſubhaſtari, inſp.45.n.1.& 2.

Et bona in executione capta ſubhaſtanda ſunt ad effectum ſciendi valorem, inſp.45.nu.11. Ampl. etiam in pignoribus conuentionalibus, d. inſp. 45.num. 12. Et debent alteri, quam creditori adiudicari, ſi quis ſit, qui obtulerit, d.inſp.45.num.13.

Subhaſtaturus debet prius eorum valorem explorare, inſpect.47.num.2.

Et bona,quæ à creditore,vel Iudice venduntur,de iure communi non indigent æſtimatione, ſed ſubhaſtatione,& licitatione præcedente plus offerenti conceduntur,inſp.47.num.3.

Pignore *capto in cauſam iudicati,debet de iure debitor expectari per duos menſes incipiendos poſt quatuor menſes; qui eidem dantur ante executionem ad ſoluendum,inſp.15.num.1.& 2.Quod immutatum hodie non dicitur,vt num.3.Lim.vt num.6.7. 8. & 9. Vel ſaltem per aliquod tempus, d.inſpect. 15.num.4.*

Aliquo capto,non poteſt creditor, illo dimiſſo, ad aliud ſe conuertere,inſp.27.n.1.Ampl. etiam quod creditor electionem habeat, niſi expectato an illud ſufficiat pro ſatisfactione,d.inſp.27.n.2. Declar.procedere, facta deliberatione,& re non integra,ſecus è cōtra, d.inſp.

Digitized by Google

d inſp.23.num.3.Subdecl.niſi adſit legitima cauſa, d.inſp.27.num.4.& ſeqq.vbi exempla.

Oblato non idoneo, poteſt debitor ad carceres duci, inſp.27.num.19.

Conuentionale creditum excedente vendito per creditorem ex iudicijs decreto, venditio non retractatur ſed pretium ſuperfluum reſtituitur debitori, inſp. 50.num.101.

Vendito duplo minus iuſto pretio, cenſetur venditio facta mala fide re ipſa, & ob gratiam emptoris, inſp. 34.num.143.Et eſt venditio nulla, vel reſcindenda, d.inſp.34.num.144.

Vendito, vel adiudicato euicto vti alieno, adhuc ſupereſt hypothecaria, & poteſt creditor agere primaua actione, cum videatur ſub hac conditione à priori iure recedere, ſi res ſua, vel emptoris fiat, inſpectio. 65.num.35.

Pignoribus *captis deuenitur ad banimenta pro eorum futura venditione, inſp.13.n.45. & 47.& ſubhaſtatis, deuenitur ad eorum venditionem, & diſtractionem, d.inſp.13.nu.54.*

Leuatis, vel capta tenuta, eſt id notificandum debitori cum ſubhaſtationibus futuris, inſp.23.num.113. & 114.Decl.& ſubdecl.vt num.115.& 116.

In manibus Curiæ exiſtentibus, Iudex illa venalia facit exponere, inſp.29.num.1.

Pignoris *venditio fieri debet per viam ſubhaſtationis, inſp.7.nu.2.& 5.Tam ſi vendat Iudex, quam ſi creditor, d.inſp.7.num.3.*

Iudicialis, vel prætorij venditio, & ſubhaſtatio facienda eſt auctore Prætore, ſeu Iudice, inſpectio.13. nu. 48.& 49. Alias poteſt retractari, dicta inſpecti. 13. num. 50.Nec fieri poteſt auctoritate partis, niſi ſit pignus conuentionale, vel ei Iudex auctoritatem conceſſerit, prout poteſt, inſpectio.13.numero 51. 22. & 53.

Diſtractio, & deliberatio, vel adiudicatio dicitur ſecundum decretum, inſp.13.num.61.

In venditione quædam ſunt obſeruanda, quæ magis ad venditionem pertinent, quam ad emptorem, inſp. 25.num.19.

Pretium prius in vſuris, poſtea in ſortem imputatur, inſpect.39.num.15.

Diſtractionem facit creditor, vt ſolum conſequatur, quod ſibi debetur, d.inſp.39.num.17.

Pretij quod ſupereſt, ſolutis creditori debito, ac expenſis, reſtitui debet debitori, vel ad eius commodum, eo recuſante, deponi, d.inſp.39.num.18.& 19.Ampl. vt num. 20. 23. & 27.Vel deponi debet ad luitionem aliorum creditorum, vt num.22. Vel pro expenſis liquidandis, vt num. 28. Lim. vt num.24. & 25.

Vide etiam in verb.Bona, Res.

Pluribus *ſucceſsiue idem precium offerentibus primus eſt præferendus, inſp.35.num.262. & 264.Et quid, ſi per ſchedulas.nu 263.Sed, ſi omnes concurrant eodem temporis momento.& ſint æque idonei, ſit inter eos diuiſio.vel gratificationi locus eſt, d.inſp.35. num.265.& 266.Niſi concurrant conductores antiqui, quia illi præferuntur, vt numero 267.Vel agatur cum Camera Apoſtolica, ſeu Patauina, quia tunc denuò res ſubhaſtatur, dicta inſpectione 35.num.268.*

Plus *eſt facere, quàm ore pronunciare, inſp.22.num.9.*

Obtuliſſe non videtur, qui modicum plus obtulit, & cum conditione, quod creditor caueat, inſpectio.35. num.147.

Vt quis dicatur obtuliſſe tam ad effectum prælationis, quam ad effectum liberandi primum, ſeu penultimum oblatorem requiritur idoneitas facultatum, maior promiſsio, vtilitas & conueniendi facultas, inſp.35.num.161.

Pœna *ſtellionatus punitur offerens fraudulenter plus iuſto pretio, non vt emat, ſed vti ſuppoſitus ad impediendum, vel ad inducendum alium ad carius emendum, inſp.35.num.252.*

Nec non ſubhaſtans ſcienter affirmans, plus ſibi dari, vel offerri ab alio, quam re vera detur, vel offeratur, vel alium ad id faciendum ſupponens, dicta inſpectio.35.num.251.& 252. Ampl. vt ſubhaſtans teneatur etiam ad reſtitutionem falſi pretij actione condictionis indebiti, &, ſi non fuerit facta ſolutio, non poſſit emptor aſtringi, dicta inſpectio. 35.num.254.& 255.

Portio *rei in ſolutum datæ pro quantitate crediti ante illius liquidationem dicitur incerta, nec datio dominium transfert, inſp.53.num.42.*

Poſſeſſio *capi non poteſt in vim mandati de adiudicando ſine nouo iudicis miniſterio, & mandato de immittendo, inſp.23.nu.242.*

Adepta ex primo decreto poſt longum tempus faceret præſumere ſubhaſtationem, & deliberationem, vel adiudicationem ſecutam fuiſſe, niſi contrarium probaretur, inſp.30.num 33.

In vim ſubhaſtationis, & deliberationis, vel adiudicationis eſt legitima, & manutenibilis. inſp.53.nu. 15.Ampl.vt nu. 22.

Omnis tam naturalis, quam ciuilis rei deliberatæ, vel adiudicatæ. immiſſione ſecuta. dicitur à primo poſſeſſore amiſſa, & ſecundo acquiſita, inſpect. 53. numero 20.

Data, vel accepta quando intelligatur, ſiue vera ſit, ſiue ficta.inſp.53.num. 21.

Ex conuentionali pignore, & iudiciali transfertur ſequuta immiſſione, & apprehenſione, inſpectio. 53. num.58.

Non probatur ex inſtrumento inter partes facto, in quo aſſeratur, bona ad actorem ſpectare, & quare, inſp.58.num.57.& 58

Probanda eſt tam in iudicio manutentionis, quam in iudicio ſpolij, ſed in hoc plene, inſpectio.58.num. 49. & 50.

Poſſeſſione *non priuat executio, ſeu ſubhaſtatio, & deliberatio, vel adiudicatio, ſi poſſeſſor non habeat ſe pro ſpoliato, inſp.58.num.4.*

Debitoris de medio ſublata, non poteſt in eo conſiderari ſpoliatio, inſpectio.58.num.149. Ampl.vt numero 150.

Poſſeſſionibus *viliori pretio diſtractis, plus exactor ex gratia, quam debitor ex pretio conſequeretur, inſp. 34.num.145.*

Poſſeſſionis *apprehenſio deducitur ex decretis, quod procedatur ad ſubhaſtationem, & plus offerens in poſſeſſionem mittatur, inſp.11.num. 37. Et probatur ex mandato de conſignando pignora in executionem capta, d.inſp 11.num.38.*

Dimiſſio in vim cenſurarum cum proteſtatione præſeruatiua iurium non inducit approbationem ſubhaſtationis, vel deliberationis, inſp.58.num.145.

Poſſeſſor *ex decreto an teneatur exhibere omnes proceſſus ad illud iuſtificandum, & validum docendum, & quod ſolemnitates ſint ſeruatæ, vel ſit ſtandum verbis narratiuis, quibus prolixa, & plena omnium ſolemnitatum mentio facta ſit,*

Digitized by Google

aliÿ dixerunt, quod ſit, aliÿ diſtinxerunt, vt hic, inſp. 67. num. 57.

Poſſeſſiones in vim iudicialis adiudicationis nullæ, ſi eorum dolus, fraus, vel falſitas non ſubſit, non poſſunt meliorationes bona fide factas amittere, nec condemnari ad fructuum reſtitutionem, niſi reſtitutio ob alias æquas rationes facienda ſit, inſpectio. 55. num. 46.

Poſſidens vigore adiudicationis nullæ non tenetur ad fructus conſumptos in iudicio ſingulari, inſpectio. 55. num. 52.

Ex ſubhaſtatione iniuſta, vel nulla propter defectum ſolemnitatum, vel alias iure reſiſtente in mala fide, & non facit fructus ſuos, inſpectione 55. numero 18.

Precarium ex Formulario Bononiæ quid contineat, inſp. 35. num. 115.

Præceptum de non alienando, & ſequeſtrum in fructibus fieri poteſt poſt factam in re executionem, inſpectio. 18. num. 165. & 166.

Precium, vide Pretium.

Præco quomodo proclamet, inſp. 29. num. 76.

Non debet mentionem facere de tempore, quo res ſtetit ſub haſta, inſp. 30. num. 46.

Præcones qui ſint, inſp. 1. num. 41.

Præconi, & Nuncio creditur de factis bannimentis, & quare, inſp. 29. num. 111. Ampl. vt num. 112. Contrarium num. 113. Decl. vt num. 114.

Præconibus proclamantibus fit venditio ſub haſta, inſp. 1. num. 39.

Præconis inclamatio dicitur præconium, inſpect. 1. numero 42.

Præconizatio ad inſtantiam vnius creditoris aliÿs etiam prodeſt. inſp. 19. num. 1.

Præferri debet, qui plus obtulit, & alium in licitatione vicit, inſp 36. num. 71.

Prælatio inter creditores aliter conſideratur pignoribus ab aliquo non captis, vt hic, inſp. 19. num. 33. & ſeqq.

Ratione iuris congrui locum habet etiam in ſubhaſtatione, inſp. 36. num. 17. Et in adiudicatione, quæ fit à Iudice pro executione rei iudicatæ, ſecundum veriorem, & communiorem, licet ſint, qui contrarium ſentiant, d. inſpect. 35. num. 18. Et tam in adiudicatione facta tertio, quam in facta creditori, dicta inſpectio. 30. num. 20. & 21. Contrarium in facta creditori, ibid.

Prælationis ius habens ſi eligat viam licitationis, & ab alio ſuperetur, non poteſt ad ius prælationis redire, inſp. 36. num. 32. Ampl. vt num. 33.

Admittitur, ſi incontinenti poſtulet, ſecus ſi ex interuallo, inſp. 36. num. 78. 79. & 80. vbi ratio.

Præſcriptio Statutaria quoad bona adiudicata locum habet in adiudicatione, quæ ſubſiſtat, ſecus econtra, inſp. 17. num. 238.

Præſentia quando non præſumatur, inſpectio. 24. numero 51.

In loco domicilij præſumitur, niſi probetur abſentia, inſp. 29. num. 60.

Perſona in ſubhaſtatione, & licitatione non requiritur, ſed etiam inter abſentes obligatio contrahitur, & venditio, inſp. 34. num. 57. 59. 63. & 64. Decl. vt num. 67. & 68. Sed, qui offerunt, vt plurimum ſunt præſentes, d. inſp. 34. nu. 58. Et venditor, cuius præſentia videtur requiri, præſumitur ſemper adeſſe, inſp. 34. num. 60. & 62.

Præſtationes annuæ, & reditus vbi debentur de per ſe principaliter, & non acceſſorie ad capitale, & ſunt ipſamet ſors, pro eis peti poſſunt fructus, & intereſſe, ſecus econtra. inſp. 65. num. 33. & 34.

Præſumi non debet, alia bona adfuiſſe, vel viliora, ſeu rem non pati commodam diuiſionem, ſed eſt probandum, inſp. 28. num. 54.

Nec pro ſubhaſtationibus, vbi de eis non conſtet ex actorum reuolutione, inſp. 97. num. 9.

Præſumitur in dubio pro Iudice, & Executore, & quod fuerit ſeruata forma iuris, & mandati, & quod mobilia non fuerint reperta, inſpectio. 14. num. 34. & 35.

Et pro executione, & creditur Nuncio, & Executori, inſp. 18. num. 44.

Et pro validitate ſubhaſtationis, & pro Iudice, eiuſque decreto in ea interpoſito, inſp. 20. num. 43. inſpect. 49. num. 70. & inſp. 67. numero 32. Lim. vt d. inſp. 20. num. 49.

Et pro validitate ſubhaſtationis, & citationis interuentu ex longa poſſeſſione 20. vel 30. annorum, niſi probetur contrarium, inſp. 23. num. 67.

Et pro decreto, vbi in eo adhibita ſit cauſæ cognitio, & tenere debet, alias omnes ſecuritates huius mundi ſuſpenderentur, & promptiſſimis calumniÿs exponerentur, inſp. 55. num. 93. & 94.

Et appreciationis ſolemnitas ex vetuſtiſſima poſſeſſione, inſp. 67. num. 55.

Et pro Iudicis decreto, in quo ſolemnitates in ſpecie ſint enunciatæ, inſp. 67. num. 66.

Præſumptio eſt, vt, quæ fiunt in præſentia Iudicis, iuſte, & legitime fiant, inſp. 4. num. 63.

Iuſti pretij ceſſat, ſi probetur illius iniuſtitia in magno exceſſu, inſp. 49. num. 76.

Doli, & colluſionis quando colligatur ex perſona offerentis, inſp. 35. num. 261.

Iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium, inſp. 46. num. 18.

Cedit veritati, ſi contrarium probatur, inſp. 49. n. 70.

Et pro ſententia, & decreto Iudicis, & quod omnia rite, & recte facta ſint, inſp. 58. num. 75. Ampl. vt num. 80. Præſertim vbi concurrit antiquitas temporis, & enunciatiua ipſarum ſolemnitatum, ſaltem in genere, & etiam abſque enunciatione, ſi præterierit longiſſimum tempus, puta 30. annorum, inſp. 67. num. 49.

Eſt, creditorem, ſub haſta emere tuendi potius ſui iuris gratia, quam dominium acquirendi, & fortius ſi emat pro ſumma creditum non excedente, inſp. 66. num. 37.

Eſt pro ſolemnitatibus, & quod abfuerit malæ fides, conſtito de decreto, inſp. 67. num. 33.

Præſumuntur curſu temporis ſubhaſtatio, & deliberatio, & cætera, quæ ad earum, & adiudicationis perfectionem requiruntur, inſp. 67. nu. 54. Declar. vt num. 59.

Pretium iuſtum ſemper in dubio præſumitur, quod ab alio reperitur, inſp. 36. nu. 64

Oblatum à ſciente rei conditionem in dubio præſumitur iuſtum, & non exceſſiuum, inſp. 55. num. 36.

Ex ſubhaſtatione repertum cenſetur datum creditori, vel ſtat per eum, quin recipiat, & debitor liberatus cenſetur, etiam de ſolutione non conſtito, inſp. 37. nu. 105. & ſeqq.

Subhaſtationis in creditore licitante eſt ipſum debitum, inſp. 37. num. 109. Ampl, etiam in adiudicatione, d. inſp. 37. num. 109.

Redactum, & receptum ex pignore non poteſt conuerti, nec compenſari, niſi in cauſam, ex qua captum, & ven-

Digitized by Google

& venditum fuit. inſp. 39. num. 4. Et in pluribus cauſis electio eſt creditoris, non debitoris, & quare. d. inſp. 39. num. 5. 6. & 11. vbi ampliatio, ſeu illatio. Decl. vt num. 8. 9. & 10.

Quod ſupererit in ſubhaſtatione, non eſt præſumendum, ſed probandum ab allegante, inſp. 39. nu. 30.

Ex pignore redactum prius cedit in antiquius debitum, & deinde in poſterius, ſi quid remaneat. inſpect. 41. num. 23. & 24.

Iuſtum dicitur, quod eſt ſecundum communem æſtimationem. inſp. 43. num. 31. Nec pro illius iuſtitia habenda eſt ratio precij per ſubhaſtationem reperti, ſed rei qualitatis, & redituum. d. inſp. 43. nu. 32.

Ante æſtimationem eſt incertum. inſp. 47. n. 1.

Iuſtum vt cognoſcatur, practica clara, vera, & indubitabilis eſt, vt eligantur periti ad illud æſtimandum. inſp. 47. num. 44.

Iuſtum non eſt conſtituendum ex præterita emptione, ſed ex præſenti æſtimatione. inſp. 47. num. 67.

Rei curſu temporis variatur, & poteſt etiam augeri. inſp. 47. num. 68. & ſeqq.

Iuſtum vt plurimum ex ſubhaſtatione colligitur. inſp. 47. num. 104.

Iuſtum eſt quod pro qualitate rei, & redituum quantitate inuenitur, non quod per ſubhaſtationem. inſp 49. num. 11.

Commune, & verus valor attendi debet, quod per æſtimationem iudicatur, non quod maius precium per ſubhaſtationem poſſet offerri, & quare, inſpect. 49. num. 13.

Iuſtum dicitur, quod quis ex ſubhaſtatione, & ab alio conſequi valet. inſp. 49. num. 30. & 31.

Vile dici non poteſt vbi res publice ſubhaſtata fuit, inſpect. 49. num. 34.

Iuſtum diſcernitur per ſubhaſtationem. inſp. 49. nu. 35.

Iuſtum, & æquior ratio æſtimationis melius, quam per ſubhaſtationem, & licitationem haberi non poteſt, ſaltim præſumptiue, & ex præſumptione vehementi, vrgentiſſima, & violenta. inſpect. 49. num. 36. & ſeqq.

Iuſtum præcipue præſumitur redactum ex ſubhaſtatione Iudicis auctoritate, atque decreto, vel præſentia. inſp. 49. num 40. & 51. Lim. vt num. 55.

Iuſtum, & verum valorem ex ſubhaſtatione non probari, & poſſe dari de læſione vltra dimidiam, opinio procedit reſpectu excluſionis contrariæ probationis, & precij ſecundum communem valorem, & æſtimationem, & rei qualitatem, & reditus, inſp. 49. num. 71. & 72.

Oblatum ab vno dicitur ex particulari affectione, non ex communi æſtimatione, nec ideo eſt attendendum, inſp. 49. num. 72.

Iuſtum ſecundum communem valorem, & æſtimationem, ac rei qualitatem, & reditus colligi debet non ex vnius, vel etiam alterius licitatoris oblatione, ſed ex communi æſtimatione, & rei qualitate, & quantitate redituum, & ab eo, quod à pluribus offertur. inſp. 49. num. 73. & ſeqq.

Succedit loco rei. inſp. 54. num. 25.

Fundi metiri debet habita totius fundi conſideratione, non illius particulæ tantum fructiferæ. inſp. 60. num. 52.

Pretij iuſtitia operatur, vt non ſit conſiderandum, cui res vendatur. inſp. 32. num. 66.

Certitudo eſt de licitationis, & ſubhaſtationis forma, alias non ſubſiſtit. inſp. 33. num. 20.

Iuſtitia ad effectum adiudicationis apparere non poteſt, niſi per relationem peritorum. inſp. 47. n. 45.

Qualitas, & quantitas iudicat id, quod venditur. inſp. 62. num. 42.

Sola modicitas non ſufficit ad præſumendum dolum ſufficientem ad contractum reſcindendum. inſpect. 57. num. 30.

Iuſtitiam, vel iniuſtitiam probare debet, qui eam allegat, vti ſuæ intentionis fundamentum. inſpect. 60. num. 101.

Pretio in ſubhaſtatione, & deliberatione non recepto, poteſt Iudex uerum vendere, & rem venditam reuocare. inſp. 37. nu. 18. & 19.

Iuſto præſumitur res vendita, quæ plus offerenti deliberata fuit. inſp. 49. nu. 18. & 60. ſecus ſi adiudicata fuerit creditori, cum tunc peritorum æſtimatio requiratur, vt num. 60.

Publicæ auctionis ſolutio ei, cui Iudex iuſſit, eſt ſoluens ſecurus, etiam ſi deinde pecunia deperdita ſit. inſp. 54. nu. 3. vbi exempla.

Ab emptore ſub haſta Iudicis depoſito pro ſatisfaciendo creditoribus cum obligatione de reſtituendo prioribus, & potioribus, qui poſtea publicis edictis vocati fuerint, & facta inter comparentes diſtributione, poſſunt nihilominus anteriores, & potiores, qui non comparuerint, vel pulſare poſteriores, qui precium receperint, & eorum fideiuſſores, vel hypothecam vti non extinctam medio etiam Saluiano exercere contra eadem bona, tanquam ea non conſiderentur diſtracta, & tranſierint in emptorem cum eodem onere. inſp. 54. num. 8. & ſeqq. Decl. vt num. 12. Ampl. vt num. 13. 15. & 17. Lim. vt num. 16.

Rei ſubhaſtatæ creditori non ſufficiente, debent eidem adiudicari fructus ſubhaſtatione pendente maturati, & ad manus debitoris non peruenti. inſpect. 52. num. 23.

Pro quo facta eſt ſubhaſtatio læſionem ſuperante, ſtandum eſt pro validitate actus, & ſubhaſtationis ſuſtentatione. inſp. 59. num. 45.

Præualet, quod nouiſſime factum eſt. inſp. 15. nu. 31.

Primum decretum ordinatur ad ſecundum. inſpect. 13. num. 63.

Vt in bonis debitoris executis præcedat, non eſt neceſſe. d. inſp. 13. nu. 71. Intellige vt nu. 72.

Non requiritur in pignoribus conuentionalibus, & quare. d. inſp 13. num. 75.

Et ſecundum decretum locum habet etiam contra Vniuerſitatem, inſp. 20. num. 7.

Primi decreti effectus qui ſit. inſp. 13. nu. 24.

Primo, & ſecundo decreto non videtur locus in executionibus in vim ſententiæ, & mandati executiui, in quibus deinde deuenitur ad venditionem, & ſubhaſtationem, ad cuius effectum factæ dicuntur, non immiſſionis. inſp. 13. num. 6. & 7. Sed ſolum in immiſſione ratione contumaciæ, in qua non ſit adiudicatio. d. inſpect. 13. num. 8.

Primo decreto non ſubſiſtente, multo minus ſubſiſtit ſecundum. inſp. 18. num. 201.

Princeps, vel Imperator ratificare poteſt venditionem factam per Miniſtrum, vel aſſertum Procuratorem ſine ſubhaſtatione. inſp. 3. num. 33.

Non ligatur Statuto de ſubhaſtatione diſponente. inſp. 3. num. 21.

Principis licentia intelligitur ſeruatis de iure ſeruandis. inſp. 20. num. 18.

Licentia requiritur pro ſubhaſtatione bonorũ ex Saluiano auocatorum, & commiſſio obtenta in Signatura Gratiæ, & de illius tenore: cauſis, & in reſcri-

Digitized by Google

pto.inſp.38.nu.27.& ſeqq. Alias ſpolij actio competeret,vt nu.35.

Bona ſubhaſtanda an,& quando Officiales,& Adminiſtratores emere poſſint.inſp.32.nu.57.

Prior *in tempore potior eſt in iure. inſp. 18. num. 129. inſp.19.num.31.35.& 71.*

Priuatus *non ſolet teneri ad ſubhaſtationem in rerum ſuarum venditione.inſp.9.nu.14.Lim.niſi in caſu, quo ius commune, vel municipale aliter diſponat. d.inſp.9.num.15.*

Poteſt meliorem conditionem reijcere,& primam acceptare.inſp.35.num.41.

Probatio *ex adiudicatione Iudicis probat etiam inter alios.inſp.53.num.38.*

Ambigua non releuat.inſp.60.num.21.

Læſionis non ſufficit præſumptiua,ſed debet eſſe concludens,& concludentiſſima,& eo magis ſtante Iudicis decreto.inſp.60.nu.1.2.5. & 6.Et idem eſt in iuſtitia pretij.d.inſp.60.nu.3.Ampl.vt num.4.

Probationes *factæ in hoc iudicio ſummario probant etiam in plenario,& quare.inſp.18.n.278.*

Probationum *in concurſu magis creditur teſtibus deponentibus cum rationibus concludentibus,& vti peritis, & melius informatis, & ijs, qui ſint plures num.inſp.60.nu 97.& 98.*

Probatis *extremis,in actis,& ſolemnitatibus iudicij media non præſumuntur.inſp.23.num.217.*

Proceſſus *ex obligatione camerali in Prouincia Marchiæ,inſp.11.num.46.*

In Vrbe faciendus, & diligentiæ pro ſubhaſtatione rerum mobilium. inſp.24.num. 39. & ſeqq. 59. & ſeq.70.& ſeqq.& 114.

In Vrbe faciendus pro adiudicatione.inſp.24.num.115. & ſeqq.

Peruſiæ faciendus in ſubhaſtatione, deliberatione, & adiudicatione.inſp.24.num.131.& ſeqq.

Maceratæ faciendus pro ſubhaſtatione,& deliberatione & adiudicatione. inſp.24.n.126.& ſeqq.

Faciendus pro executione obligationis cameralis, in qua non ſit conſenſum in mandatum.inſp.26.n.50.

Nullus redditur feriarum ratione, ordinis omiſſione, & præpoſteratione, & ex parte perſonæ.inſp. 61. nu.3.5.& 6.vbi exemplum.

Nullus ob non ſolutam gabellam à creditore, qui prius iudicium petitionis bonorum in ſolutum mouit, nullus non dicitur reſpectu tertij creditoris, qui comparuit pro ſuo credito non gabellabili,& quare.inſp.61.num.51.

Qui, & quomodo reiterandus in ſubhaſtatione ſtante reſcripto,vt Iudex ex integro procedat. inſp.68.nu. 12.& 13.

In proceſſu obligationis cameralis, vel alio executiuo non pronunciatur liquidando, ſed conceditur executio.inſp.11.num.47.

Procurator *ſpecialis Principis vendit abſque ſubhaſtatione inſp.3.nu 12 Ampl.etiam in Procuratore cum libera.d.inſp.3.num.23.*

Eſt pica,& organum principalis.d.inſp.3.nu.24.

Licitans pro ſuo principali ad quid teneatur inſp.34. num.128.& 129.

Non poteſt nocere domino minori.inſp.55.nu.82.

Procuratoris *factum, & minor ætas excuſat, ne quis lædatur,non autem operatur.vt quis cum alterius damno lucretur,inſp.55.num.83.*

Promiſſio *de accollando non eſt accollatio inſp.37.n.62.*

De ſoluendo pretium pretij loco ſubrogatur. inſpect. 37.num.87.

Promiſſum *quod eſt in ſubhaſtatione, repetitum cenſetur in inſtrumento, quod poſtea ſequitur venditionis.inſp.35.num.281.*

Pronunciatione *facta, inſtrumentum eſſe exequendum pro ſumma in eo contenta, pignoribuſque in ſolutum conceſſis,ſuſtinetur datio,quia pronunciatio verum debitum irretractabile facit. inſp. 50. num.94.*

Publicanus *multarum vti non Officialis in publicis conductionibus non remouetur.inſp.32.nu.72.*

Publice *intereſt, non facile ſubhaſtationes publicas ex cauſa læſionis in pretio irritas fieri. inſp.57.nu.45.*

Pupillus *pati poteſt ſecundum decretum.inſp. 21. nu.5.*

Et minor ſi in ſubhaſtationibus non ſit defenſus, eæ ſunt nullæ. inſp.23.num.41.& 42.Lim.vt nu 46. & ſeqq. Et quando non dicatur defenſus num. 58. & ſeqq. Et de exceptionibus competentibus. num. 62.& ſeqq.

Pupillo *non ſemper vtilis eſt ſubhaſtatio, nec eam expectare expedit.inſp.4.nu.52.*

Pupillo, *& minore non legitime citato, nulliter proceſſum dicitur.inſp.23.nu.40.50.& ſeqq.*

Q

QValitas *probitatis in quolibet à natura præſumitur.inſp.47.num.58.*

Qualitates *omnes à Statuto requiſitæ ſunt ſeruandæ,& probandæ.inſp.47.nu.57.Lim. & ſublim.vt n. 58.*

Quæ *non ſunt de actis, non dicuntur eſſe de hoc mundo inſp.67.num.45.*

Qui *Iudicis auctoritate, & debitore citato emit, iuſte poſſidere dicitur.inſp.23.num.6.*

Qui *per alium facit ad incantum promittere, ipſemet promittere dicitur.inſp.32.num.37.*

Qui *durante termino poſt oblationem alicuius, & ante illi factam deliberationem non licitarunt, præſumuntur, noluiſſe plus offerre, & eis eſt imputandum, ſi ante addictionem non licitarunt. inſpect. 35.num.68.& 70.*

Qui *non habet,vnde ſoluat, dicitur habere vel ſimilis eſt habenti exceptionem peremptoriam,inſpect.35.numero 177.*

Quod *à Notario,& teſtibus ſcribitur,ab eiſdem videri debet.inſp.14.num.96.*

Quod *alteri prodeſt, & ſibi non nocet, denegari non debet.inſp.19.num.65.*

R

RAtificare *dicitur ſubhaſtationem, qui pro eodem credito carceratus acceptat deinde excarcerationis decretum, & comparitionis ſui procuratoris executionem, & non impedit aduerſarij manutentionem.inſp.58.num.125.*

Ratificatio *geſtorum per aſſertum procuratorem quando dicatur facta,& operetur,inſp.22.num.7.*

Tacita ſubhaſtationis nullæ per lapſum quinquennij poſt maiorem ætatem an, & quando inducatur. inſp. 20.num.32.& ſeqq.

Ratihabitio *retrotrahitur, & mandato æquiparatur. inſpect. 20.num.8.*

Reditus *ex nummis prouenientes ſolet Iudex decernere redimendos ex pecunia rei ſubhaſtatæ, ſi ſufficiat. inſp.53.num.43.*

Reintegrationi *non eſt locus contra ſpoliantem,qui poſſeſſionem dimiſit,nec contra eum,qui nec eſt in lite,*

nec

Digitized by Google

nec penes quem reſidet vitium ſpolij. inſp.58.n.33. Lim.niſi conſtet de dolo,vel colluſione,ſeu ſpolium ſit violentum, & attentatum. d.inſpect.58.nu.34.

Relatio *facienda de factis bannimentis, & praeconiis. inſp.29.num.107.& ſeqq.*

Remedium *competens non ſuffragatur, ſi non illud, ſed aliud fuerit intentatum, inſp.13.num.14.*

Remedium *l. 2. Cod.de reſcind.vend.an competat pro reſciſſione venditionis factae per legitimam ſubhaſtationem dolo, & fraude remotis ſunt hinc inde opiniones, ſed affirmatiua eſt communis, magis communis, receptior, verior, & in praxi ſeruatur. inſp.59.num.1.vſ 13.*

Procedit non ſolum in venditione per ſubhaſtationem, ſed multo magis in adiudicatione ſecundum communem, communiorem, & veriorem, quam Rota etiam ſequitur. d.inſp.59. num. 47. Contrarium num.10. Ampl. etiam ſi praeceſſerit aeſtimatio. d.inſpect.59.num.8.

Locum habet in ſubhaſtatione etiam ſtante pacto de vendendo ad diſcurſum,ſeu ſubhaſtationem,ſi laeſio ſit enormiſſima ex magis communi. d. inſp.59.nu. 11. Et etiam ſi pactum ſit iuratum, & quare. d. inſp.59.num.12.& ſeqq.

Procedit in ſubhaſtatione,etiam ſi laeſioni,& quidem enormiſſimae fuerit renunciatum, ſi laeſio ſit enormiſſima, vel valde vltra dimidiam. d. inſp.59.nu. 15.& 16.

***Et ſiue res tradita fuerit meliorem conditionem offerenti** abſque Iudicis decreto, ſiue cum decreto, niſi ſit decretum Curiae Supremae. d. inſp. 59. num.17.*

Et etiam in locatione gabellarum panis,vini,carnium, & ſimilium.d.inſp.59.num.19.

An locum habeat in ſubhaſtatione annuorum redituum conſiſtentium in ſpe vt in pedagis,& vectigalibus.d.inſp.59.num.20.

Intentari poteſt etiam à ſecundo creditore. d. inſp. 59. num.21.

Procedit, ſi venditio ſub haſta facta fuerit per Officialem,ſecus ſi per ipſum dominum,vel per Officialem cum domini auctoritate.d.inſp.59.num.22.

Ceſſat vbi venditor ſeu locator ſciebat valorem,& reditum rei ſubhaſtatae, & promiſit non contrauenire,vel iurauit.d.inſp.59.num.23.

Procedit in ſubhaſtatione neceſſaria, ſecus in voluntaria.d.inſp.59.num.24.Decl.vt nu.25.

Non procedit,vbi quis fuerit ad emendum coactus occaſione publici debiti, vel ſubhaſtatio facta fuerit à Fiſco de re ſua.d.inſp.59.num.26.

Non competit ementi ſub haſta.d.inſp.59.num.30.

Nec creditori, qui rem minoris valoris in ſolutum accepit pro toto debito,& quare.d.inſp.59.nu.31.

An procedat ſtante Statuto, quod factis ſubhaſtationibus res adiudicetur plus offerenti. d. inſp.59.num. 33.& ſeqq.

Ceſſat in venditione rei ad tempus.d.inſp.59.num.36.

***Procedit in re locata minus dimidia iuſti pretij**, quo locari conſueuit.d.inſp.59.num.37.*

Non procedit in terminis Decreti, ſeu Conſtitutionis Sabaudiae poſt rem iudicatam.d.inſp.59.nu.38.

Nec contra eum, qui emit à licitante, niſi licitans non ſit ſoluendo.d.inſp.59.num.39.

Generaliter durat 30.annorum ſpacio,niſi aliud Statutum diſponat.d.inſp.59.num.49.& 50.

Remedio *can. reintegrandae. fere ſemper agitur, non autem directo,& ex interdicto. Vnde vi, & in eo, vel non probatur,vel non concludenter mala fides poſſeſſoris.inſpect.55.num.96.*

Requiſita *ad effectum,vt dominium,& poſſeſſio rei deliberatae, vel adiudicatae à debitore perdatur, & emptori,ſeu creditori acquiratur.inſp. 53. num.39. 40.41.43.45.46.52.63.& 77.*

Res *in neceſſitate oblata vendi ſolet viliſſimo precio. inſpect.1.num.59.*

Patrimonialis Principis, vel Fiſci non poteſt vendi ſine ſpeciali Principis mandato.inſp.3.num.30

Debitoris Fiſci vendi poteſt abſque ſpeciali Principis mandato.inſp.3.num.31.

Minoris, quod vni potius, quam alteri detur, non refert,vbi inter aliquod temporis ſpacium eſt luenda. inſp.4.num.77.

Non recipiens commodam diuiſionem adiudicari poteſt vni ex ſociis.inſp.8.num.4.& 6.

Tota vendi poteſt, donec integre ſolutum non ſit. inſp. 17.num.231.

Praeſumitur poſſidentis, niſi aliter conſtet ex inſpectione.inſp.18.num.3.& 4.

Immobilis; ſuper qua facta eſt executio,in Francia traditur viro probo, & quare, & is poteſt locare plus offerenti Iudicis auctoritate,domino,& licitatore,ad intereſſe habente citato.inſp.18.num.164.

Empta cum pacto redimendi an, & quando ab emptore poſſit ſubhaſtari ex credito contra venditorem.inſp.18.num.288 & ſeqq.

Litigioſa non poteſt in pignus capi.inſp.18.num.291.

Pluris valoris,quam ſit debitum,vendi poteſt per creditorem.inſp.28.num.1.

Magni valoris pro paruo credito non debet in executionem capi,nec ſubhaſtari,& deliberari,vel adiudicari.inſp. 28.num 5.& 12.Decl.vt num.6. Ampl. vt nu.13.& ſeqq.Lim.vt nu.21.22.23.& 27. Sublim.vt nu.28.& 29. Alias debitor grauatur,d.inſp. 28.num. 7. Et Iudex; & Executor excedit modum in exequendo.d.inſp.28.n.8. Et poteſt appellari. d. inſp.28.num. 9. Et venditio retractari vti facta cum fraude,& mala fide.d.inſp.28.nu.10.

Tota maioris eſt aeſtimationis, quam ſi in partes diuidatur.inſp.28.nu.24.

Magna, quae commode diuidi non poteſt, poteſt tota ſubhaſtari, & precij reſiduum debitori dari, & in caſu recuſationis deponi.inſp.28.nu. 52. vbi limit. Sed commode diuiſibilis poteſt ſubhaſtari,& adiudicari pro rata, quam capit creditum, & expenſis & gabella,ſi ea ſoluenda ſit.d.inſp.28.num.53.

Tota vendi poteſt ratione partis.inſp.28.nu.55.& ſeqq. vbi exempla.

Habita pro derelicta donata videtur capienti.inſp.34. num.517.

Licitata remanet penes eum, qui fuit acceptatus.inſp. 35.num.1.

Vendita remanere debet penes eum, qui fuit acceptatus,& admiſſus pro idoneo,non probato,quod alius plus obtulerit.inſp.35.nu.207.

Minus vendi videtur,ſi fides habeatur de pretio,quam ſi numeretur.inſp.37.nu.24.

Per anteriorem creditorem auocata à poſteriore non poteſt ad anterioris inſtantiam ſubhaſtari praefixo termino poſteriori ad illam liberandam, ſed tantum retineri donec ex fructibus ſatisfactio ſequatur.inſp.38.num.20.& 21.

Vna pro alia inuito creditore ſolui poteſt per debitorem in caſu neceſſitatis, & in ſubſidium, hoc eſt, ſi emptor non inueniatur pro iuſto pretio, & ad effugiendam carcerationem. inſp.43 nu.43.

Digitized by Google

Quotidie adiudicatur pro iuſta, ſeu certa æſtimatione, vt eſt, quando ſententia illam adiudicat pro debita quantitate. inſp.46.num.4.& 5.

Tanti valet, quanti vendi poteſt. inſp.47.num.103.

Tanti valet, quanti vendi poteſt in loco publico. inſpect.49.num.29.

Subhaſtata ſi detur plus offerenti, dari dicitur iuxta loci publici æſtimationem, quæ eſt vera, & legitima. inſp.49.num.33.

Quæ per decretum adiudicatur, libera tradi ſolet ab omni ære alieno, & hypotheca. inſp.54.nu.5.

Quæ per ſecundum decretum deliberatur, vel adiudicatur, libera tradi, & tranſire ſolet ab omni onere, & ſeruitute, nulla facta reſeruatione. inſp.52. num.1. Decl. vt num.3.

Nulliter ſubhaſtata, & vltra ſummam debitam recuperari poteſt, & cum fructibus conditione indebiti vel ſine cauſa. inſp.58.nu.155. Et rei vendicatione factæ dominij exacta probatione. d. inſpect.58. num.156.

Nulla eſt pluris, aut minoris pretij, quam prout emptorem inuenit. inſp.59.num.32.

Plus, & minus valet conſiderata illius bona, & mala qualitate. inſp.60.num.51.

In ſolutum data per ſententiam, vel inſtrumentum executiuum habens illius vim videtur quodammodo obligata, & ideo agens ad nullitatem, tenetur debitum offerre. inſp.62.num.6.

Quæ obligationem exiuit ex venditione, ſub haſta ad creditoris inſtantiam, in eadem non reincidit, ſi ad debitorem redeat ex alia cauſa. inſp.69.num.1.

Ad debitorem reuerſa, quia ſubhaſtatio fuerit ex cauſa, quæ ceſſauerit, & creditoribus ex ea ſatiſfactum non fuerit, vel ſatiſfactio non durauerit, reincidit in obligationem inſp.69.num.9.

Re *aliqua non executa cum executis ſub haſtata, ſubhaſtatio nulla eſt, & reuocanda. inſp.11.nu.29.*

Per aliquem, vel ad eius inſtantiam ſub haſta poſita, & alio precium offerente Notario ſcribente, dicitur inter eos contracta obligatio, & emptio perfecta per contractum iudicialem, à quo non licet diſcedere. inſp.34.n.33.& ſeqq. & 40. vbi decl. & n.43.44. & 45. Ampl. vt n.48.52.53.& 69.

Venali ad haſtam expoſita, incerta eſt perſona, cum qua futuris contractus eſt celebrandus, ſed talis incertitudo non vitiat, & exponens contrahere dicitur cum certa, hoc eſt cum eo qui plus obtulerit. inſp.34.num.41.42.48.49.55.& 65.

Alicui pendente termino deliberata, poteſt etiam alius durante termino offerre, & ei res deliberanda eſt, & quare. inſp.35.num.103. Decl. & Subdec. vt nu. 109.& ſeqq.

Deliberata, vel adiudicata pro debito anteriori cum onere ſoluendi onus cenſus vel ſimile poſteriùs non poteſt petenti fructus cenſus opponi de anterioritate, & quare. inſp.54.num.47.

Extraneo deliberata vel creditori adiudicata, qui in eius eſt poſſeſſione poteſt retinere vſumfructum, quem prius habebat. inſp.52.num.7.

In cauſa executionis præuia ſubhaſtatione extraneo, vel illius loco creditori plus offerenti addicta reſciſſioni non eſt locus, niſi prætextu veræ læſionis vltra dimidiam vltra quadriennium, & illa probata. inſp.59.num.48.

Valide creditori in ſolutum data, vel oblatori deliberata euicta ab anteriori creditore, non retrotrahitur actio ad principium, nec agitur primæuis iuribus, vel actione pignoratitia, nec veteres hypothecæ extinctæ ſuſcitantur, vel reuiuiſcunt ob nouationem inde reſultantem, ſiue datio in ſolutum facta ſit à parte, ſiue à Iudice, cuius factum dicitur partis. inſp.65.nu.1. Contrarium nu.3.& 5. Decl. vt nu. 4 & 5 Sed agitur ad intereſſe, & actione vtili ex empto de euictione. d. inſp. 65.num.2. Decl. vt vti poſſit creditor primæuis iuribus, ſi in receptione ſibi reſeruauerit antiqua iura in caſu euictionis, vel reſeruauerit Iudex, quod eſt cautius, vel dictũ fuerit citra præiudicium, ſeu citra animum nouandi, vel non recedendo ab hypotheca, & oblatione fideiuſſorum ob periculum, ſi res euincatur, vel debitor nõ ſit ſoluendo. d. inſp.65.nu.6.7.& 12.

Rei *propriæ ſubhaſtatio non ſubſiſtit. inſp. 18.num.187.*

Mobilis venditio fit intimato debitore, vt hic. inſp.23. num.129.

Fiſcalis venditio ſemper facta cenſetur ſub pacto addictionis in diem, ſecus in re Ciuitatis, niſi illa talem legem habeat. inſp.35.num.111.& 112.

Communis duas partes, ſeu partem maiorem habens in illius ſubhaſtatione præfertur, non contra, ſi æquale precium offerat. inſp.36.nu.68.& 70. Lim. vt num.73. Ampl. etiam in adiudicatione. d. inſp. 36.num.69. Lim. vt num.73.

Rem *eſſe ſubhaſtatam, & præconizatam idem ſunt. inſp. 1.num.43.*

Habens ab Executore debet habere ſententiam, & acta, per quæ probare poſſit, ſententiam valere. inſp.67.num.39.

Hypothecatam dominus alienare poteſt, & quare. inſp. 38.num.19.

Res *dicuntur ſubhaſtatæ, quæ ſub haſta venales propoſitæ ſunt. inſp.1.num.37.*

Quæ publice vendebantur, Præconis voci, & haſtæ ſubijciebantur, & licitatione vincenti addicebantur. inſp.1.num.44.

Quæ cum ſubhaſtatione carius vendi poſſunt, vt annui reditus, ſine ea vendi non poſſunt. inſp.7.n.39.

Eccleſiæ, & minorum ab initio ſolemniter obligatæ in ſubhaſtatione pro debito non requirunt aliam ſolemnitatem, quam quæ requiritur in prophanis, & rebus maiorum, niſi pro maiori cautela. inſp. 21.num.1.

Minorum diſtrahi poſſunt abſque iudicis decreto, & autoris, vel curatoris auctoritate cum ſola ipſius citatione. inſp.21.n.3.& 4.

Plures diſtrahendæ proclamari debent, & vendi ſeparatim, & quare inſp.20.nu.70.& 71.

Vilius emuntur in ſubhaſtatione. inſp.51.n.4.

Res *plures habens pignoratas, ſi ex ſubhaſtatione, vel adiudicatione vnius poſſit ſatiſfieri, & fortius ſi plus redigi, non debet ex æquitate diſtrahi alia. inſp.28.n.35.& 36. Alias poteſt dari de exceſſu. d. inſp.28. nu.57. Et ſubhaſtatio alterius eſt in totum vitioſa, & ita practicatur. d. inſp.28.n.38. Nec diſtrahi debet res maxima, nec melior, ſi poſſit vilior, & ſufficiat. d. inſp.28.nu.39.& 40.*

Reſciſſionis *inſtrumenti adiudicationis, & venditionis remedio, puta ex capite læſionis agi poteſt ab illam paſſo, quod eſt petitorium, citato poſſeſſore, inſpect. 58.nu.157.& 158.*

Reſoluto *iure datoris reſolutum remanet etiam ius acceptoris. inſp.66.num 9.*

Reſpublica *non cenſetur ſuis ſubhaſtatoribus mãdaſſe, vt poſſint idoneum licitatorem dimittere, & non idoneum acceptare. inſp.35.num.213. Maxime ſi id in frau-*

Digitized by Google

in fraudem Fiſci redundet.d.inſp.35.num.34.

Reſtitui qui poteſt, poteſt, etiam facta ſub haſtatione, & licitatione, ſtante læſione, petere, bona iterum ſubhaſtari,inſp.57.num.3.

Reſtitutio in integrum datur Eccleſiæ, Reipublicæ, Ciuitati,Fiſco,& minori,atque mulieri,præſertim viduæ, & miſerabili læſis etiam contra proclamata, & & venditiones ſub haſta factas, ſi probetur læſio, & adfuiſſe, qui tunc plus licitaretur, vel interueniſſe dolum, & decretum fuiſſe ex falſa cauſa.inſp.57.num.1.2.& 6.

Datur tam ad retractandam venditionem, quam ad nouam oblationem admittendam. inſpect.57.num. 4.& 5.

Datur etiam in venditione per minorem facta cum ſubhaſtatione auctoritate tutoris, vel curatoris, & Iudicis decreto.inſp.57.num. 22.

Et etiam quod res ſit æſtimata.d.inſp.57.nu.13.

Et præſertim re nondum totaliter abſoluta, & inſtrumento non celebrato.d inſp.57.nu.14.

Et ſi in venditione rei minoris extraiudicialiter non interuenerit ſubhaſtatio,& alius plus offerat.d.inſpect.57.num.15.

Competit in ſubhaſtatione,etiam ſi interuenerit citatio, præſentia,vel conſenſus,vel adſit dolus, deceptio,falſa cauſa,vel enormis læſio.d.inſp.57.nu. 17.

Non competit ex omiſſo lucro.inſp.57.num.22.

Nec minori, nec Piæ cauſæ,nec Fiſco competit re maiori oblatori ſubhaſtationibus factis deliberata.d. inſpect.57.num.26.

Conceditur, ſi quis tertio pluris licitetur, & inſtam vberioris pretij oblationem faciat,ſi modicum plus offerat.d.inſp.57.nu.27.& 28.

Et ſi læſio ſit notabilis, & vera, & ad nouum incantum ſit expediens deuenire.d.inſp.57.num.29.

Datur,& alia maior admittitur oblatio lapſo termino, ſi læſio ſit ſaltim in ſexta parte.d.inſp.57.n.33.

Minori, & aliis ſimilibus conceditur etiam ob minorem læſionem, quam vltra dimidiam ſolemnitatibus etiam in ſubhaſtatione adhibitis. d. inſpect. 57. num.37.

Nec requiritur magnus exceſſus, ſed in minoribus, Eccleſiis, & Vniuerſitatibus ſat eſt probatio minoris læſionis.d.inſp.57.num.38.

Non datur in rebus,quæ fortuitis caſibus ſunt ſubiectæ, niſi ſordes,vel gratia probentur.inſp.57.nu.54.

In Fiſco, exiſtente alio plus offerente,eſt exorbitans à iure communi.inſp.57.nu.57.

Datur poſt adiectionem,ſi nouus oblator veniat antea abſolutam decreti executionem,hoc eſt pretij numerationem,ſecus ſi poſt.inſp.57.num.60.& 61.

Reſtitutioni ſi ſit locus, illa procedit,ſiue de læſione detur per debitorem, ſiue per ſecundum creditorem, & vtroque caſu eſt iterum ſubhaſtatio facienda, & quare.inſp.57.num.10.& 11.

Locus eſt, ſiue læſio conſiſtat in augmento pretij,ſiue in diminutione.inſp.57.num.21.vbi exemplum.

Reſtitutionis cauſa commiſſa cum clauſula, Provt de iure, ea in termino præfixo non probata, non eſt reſtitutioni locus.inſp.57.num.59.

Vide etiam in verb. Ignoranti, Minor.

Reſtitutio in ſpolio commiſſo à Iudice notorie nulliter procedente ob omiſſam citationem nec ratione hypotheca nec ratione dominij,quod eſt fortius,impeditur,ſed ſpolium prius eſt purgandum ex communi. inſp.62.num.11.

Retentio quando,& pro quibus detur creditori contra debitorem volentem reluere,ſeu redimere rem ſubhaſtatam. inſp.17.nu.114. & ſeqq.

Competit etiam pro expenſis non liquidis ad effectum ſaltim excludendi ſpolium. inſpect.59.n.33.

Pro vero, & liquido credito competit etiam in ſpolio Iudiciali à Iudice ex proceſſu nullo commiſſo, concurrente hypotheca,de qua in continenti doceatur. inſp.62.nu.7.8. & 14. Declar.procedere.vbi poſſeſſio fuerit amiſſa culpa rei conuenti ob contumaciam,ſecus ſi facto Iudicis nulliter, & iniuſte, & euidenter procedentis,vt puta ſine citatione, & intimatione. d.inſp.62.nu.9.Ampl.vt n.12.

Competit ratione hypothecæ,ſi agetur,ſeu actum fuerit ad recuperandum fundum datum pro maiori quantitate conditione indebiti, ſecus ſi iudicio ſpolij. inſp.62.nu.13.

Non competit in ſpolio priuati,ſed in eo ſpolians,antequam audiatur,omnia reſtituere debet vſque ad obulum,&,ſi retentio concederetur ſpoliatori, vel ſequeſtrum,ſpoliatus diceretur grauatus.d.inſp.62. num.14.19.& 20.Ampl.vt hæc ſit regula,à qua nec ex reſcripto Principis arbitrium tribuentes recedi poteſt.d.inſp.62.n.15.vbi declaratur remiſſiue.

In re reſtituenda datur pro melioramentis circa eam factis, ſecus pro factis extra rem,vel de eis non conſtito.d.inſpectio.62.n.21.& ſeqq.

Rei nulliter creditori adiudicatæ, vel deliberatæ datur pro credito pro quo adiudicata,vel deliberata fuit, non autem pro alio etiam vero, & reali.d.inſp.62. nu.24. Ampl.vt nu.25.

Non datur pro credito illiquido, provt nec compenſatio, nec ex ea impeditur reſtitutio in ſpolio.d.inſp. 62.nu.27.

Ex defectu crediti non competit pro ſorte cenſus redempti,ad quam agi non poterat,ſiue ſimus in domino cenſus, ſiue in illius ceſſionario, ſed bene competit pro fructibus etiam poſtea decurſis, tanquam res tranſierit cum ſua cauſa.d.inſp.62.n.31.& ſeqq.

Non datur pro vero credito, vbi adiudicatio eſt non ſolum nulla,ſed etiam iniuſta. d.inſp.62.n.34.

Creditori datur pro vero credito, ſi nulliter à Iudice rem habuerit,ſecus ſi per ceſſionem eius,qui ſubhaſtationi obtulerit. d.inſpect.63.n.35.

Creditori datur in re,quæ alias præter Iudicis auctoritatem ab eo ſine vitio poſſidetur, ſecus ſi cum vitio, vt ſi non in rem mandati, ſed propria auctoritate poſſeſſionem occupauerit,vel Iudex de facto vti priuatus ſine cauſæ cognitione, & non conſtito de debito proceſſerit,quia tunc purgari debet vitium ſpolij, & poſtea agi. d.inſp.62.n.36.

Retractus in materia venditionis appellatione venit etiam datio in ſolutum neceſſaria facta per Iudicem & ſubhaſtatio. inſp.36.n.19.

Retractus ratione agnationis eſt actus voluntarius, & ideo agnatus conſulere debet,an ei expediat retrahere, inſp.63.nu.62.

Reuocata adiudicatione, vel deliberatione conceditur victori reuocatio executionis eodem modo, & priuilegio, quo prius eadem executio. & deliberatio, ac adiudicatio commiſſa fuerit. inſpecti.56. n.73.

Reuocatio fieri poſſe non videtur, ſi ex ea auferatur Ius parti quæſitum. inſp.56.n.65.

Adiudicationis factæ de re, quæ erat in obligatione,ſi cauſa in totum, vel in partem detegatur falſa, an ſpectet ad primum Iudicem, vel ad Iudicem appellationis. inſp.56.nu.71.& 72.

Reuocationi ſecundi decreti non videtur eſſe locus,niſi

Digitized by Google

quando cauſa illius interpoſitionis non ſubſiſtant, vel dolo, & fraude fuerit extortum, inſp.56.num. 67 & 68.

Reus volens de alio ſuo iure docere auditur etiam poſt adiudicationem.inſp.17.num.115.

In venditione, & adiudicatione pignoris citatus non comparens, nec excipiens non debet eſſe melioris conditionis, quam ſi comparuiſſet, inſpectione 23. num.269.

Non cogitur tenutam reluere, ſed tantum proſequi cauſam adiudicationis, libello reſpondere, & ad ſimilia, inſp.23.nu.174.& 175.

Et poſſeſſor à die mota litis conſtituitur in mala fide, & excitatur ad inquirendum de viribus ſuæ poſſeſſionis, inſp.55.num.9.

Vide etiam in verb. Actor.

Rota ſeruat, quod æſtimatio locum tantum habeat in ſubhaſtatione, & adiudicatione quæ fit pro exactione publicarum functionum, & pro debito Fiſci, ſecus in ea, quæ fit pro debito priuato, inſpectio. 47.num 91.& 93.

Inſpicit rei veritatem, & ne partes grauentur expenſis, & vt circuitus, & litium longitudines tollantur, inſp.50.num.105.

S

SAluianum paſſus, etiam ſi ſit debitor, non poteſt cogi ad ſoluendum, ita vt alias diſtrahi poſſit pignus, inſpectio.38.n.14.

Saluiani natura repugnat, & iuris diſpoſitio, vt res in eo iuditio auocata poſſit vendi.inſp.38.nu.13.

Saluiano, & hypothecaria ſimul intentatis, & ſubſecuta ſententia in ſola forma Saluiani, adhuc ſubhaſtatio nulla eſſet, ſi ſequeretur licentia à Principe non obtenta inſp.38.num.54.

Satisfacere, & ſoluere à pari procedunt, inſp.53.nu.34.

Sciens iudicium agitari, & ſubſecutam ſententiam ad fauorem alterius ſibi præiudicat in iure offerendi, niſi appellet, vel in ſententia fuerit ius ſibi reſeruatum, inſp.66.num.75.& ſeqq.

Scienti cauſam agi, & ſententiam latam eſſe res obeſt iudicata præſertim, ſi interuenerit & citatus fuerit, inſpectio 19.num.86.

Scientia fraudis in debitore alienante ex quibus probetur, inſp.18.num.196.

Bannimentorum, & edictorum in præſente præſumitur, inſp.29.num.59.

Alienationis minuitur ea ſola ſubhaſtatione, adeo vt ſuperflua ſit alia intimatio, & perquiſitio vicini, inquilini, ſeu affictuarij, aut conſortis, & quare, inſp.36.num.35.36.& 38.

Secundum decretum eſt maioris præiudicij, quam primum, inſp.17.num.62.

Pro ſui validitate præſupponit primum, inſp.13.num. 64. Et ad ipſum deueniri non poteſt, niſi primum præceſſerit, & legitime, d.inſp.13.num.65.

Et nullum, ſi nullum ſit primum, d.inſp.13.num.66.

Non poteſt fieri niſi bonis prius expignoratis, ac factis ſubhaſtationibus, d.inſp.13.num.69.& 70.

Non interponitur ſine ſubhaſtatione, inſp.45.num.3.

Interponi debet cauſa plene cognita, inſp.23.num.2.

Aliud eſt, aliud venditio, quæ eſt illius executio, ſeu executionis perfectio.inſp.17.num.57.& 58.& vim habet adiudicationis, vt ibid.num.59.

Dolo extortum non falſa narratiua lapſi termini ad reluendum non valet, inſp.23.num.167.

Secundo decreto interpoſito, & adiudicatione facta in executionem ſententiæ condemnatoriæ iam latæ ſuper credito certo, etiam quod plus debito fuerit petitum, & adiudicatio facta in parte ex falſa cauſa, ea non retractatur in totum ſed pro parte tantum non debita, niſi ſententia eſſet ſolum declaratoria, inſp.50.nu.95.96.& 97.

Sententia nulla eſt reuocanda, quæ ſubhaſtationem nullam approbat inſp.16.num.35.

Vt bona alicui vendantur, ius non tribuit, ſed obligat ad venditionem, & obligatio ſolutione diſſoluitur, inſp.17.num.79.

Lata ad fauorem tertij venientis ad impediendam executionem non nocet debitori.inſp.18.nu.102.

In Saluiano exceſſiua, & iniuſta, ſi immittat, donec ex fructibus, vel ex ſubhaſtatione immiſſo fuerit ſatisfactum, inſp.38.num.23.

Adiudicationis, & illius immiſſio dicitur notorie iniuſta, ſi in actis non conſtet de valore, vel æſtimatione rei, inſpectio 43.num.38.

Adiudicans bona pro ſumma debita intelligitur pro iuſta æſtimatione, inſp.47.num.89.

Semper recipit interpretationem, vt dicatur lata, prout de iure ferri debet, inſp.47.num.90.

Condemnans ad duas præſtationes, & illius executio ſi non valet reſpectu vnius, an valeat reſpectu alterius, inſp.50.num.25.

Poteſt quoad vnum caput eſſe nulla, & quoad aliud valida, inſp.50.num.88.

Diffinitiua condemnatoria facit de indebito debitum, inſp. 50. num. 91. Et poſtquam tranſiuit in iudicatum, firma manet, etiam ſi ſit lata ex falſa cauſa, inſp.50.num.92.

Reuocatoria executionis iuſta exiſtente, iuſta etiam eſt condemnatio ad fructuum perceptorum reſtitutionem, inſp.55.num.79.

Ex qua quis eſt in poſſeſſione, cuius nullitas, vel iniuſtitia non probatur, non poteſt dici ſpoliatiua, nec ex ea competere ſpolium, inſp.58.num.73.

Lata in ſpolio ſub prætextu nullitatis ſubhaſtationis dicitur iniuſta, ſi omnia ſubacta ſubhaſtationis, & deliberationis, vel adiudicationis non fuerint tranſportata, vel repetita, ſi fuerint penes eundem Notarium, inſpect.58.num.113.& 114. Ampl. vt num. 115.

Et mandatum eſt notorie iniuſtum, & nullum, ſi ex actis non iuſtificetur, inſp.61.num.34.

Sententia ſtrictiſſime debet intelligi, nec ex ea plus argui, vel inferri poteſt, quam verba inferant neceſſario, & quidquid in ea omiſſum eſt, pro omiſſo habetur, nec quidquam ſuppleri poteſt, aut addi, vel minui, niſi eadem die circa acceſſoria, inſp.55. num.16.& 17.

Diffinitiua facit de indebito debitum, de non ente ens, de falſo verum, & de albo nigrum, inſp.66.nu.72.

Sententia lata graduatoria, admittuntur nouæ oblationes, ſed non oppoſitiones, ſeu interceſſiones, inſp. 19.num.81.

Subhaſtationis reuocata, ſi res puta equus reſtitui non poſſit, non ſufficit ſoluere pretium ſubhaſtationis, ſed debetur verus valor domino contradicente, & probante, inſp.49.num.81.

Sententiam ſuam Iudex exequi non poteſt in alieno territorio, inſp.16.num.22.

Sententiæ hypothecas non important, ſed nudam actionem ex iudicato, & ius exequendi, inſpect.19.n.8.

Adiudicationis ſunt notorie nullæ, non conſtito in actis de ſubha-

Digitized by Google

de ſubhaſtatione, nec de bonorum valore, inſp.45. num.41.

Et adiudicationes tot ſunt, quot ſunt res in eis compre- henſæ, quæ habent precium ſeparatum, & ſeparatim æſtimatæ fuerunt, inſp.61.num.47.& 48.

Sequeſtrum in vim mandati non reuocatur cautione, inſpect.18.num.167.

Signatura in commiſſione nullitatum ſubhaſtationis ſanatoria quomodo reſcribat, inſpectio. 68.num.9.10. 11.& 14.

Solemnitas ſubhaſtationis inducta eſt de iure ciuili, inſp.1.nu.53.propter venditiones faciendas plus offerenti maiori, & iuſto pretio, d.inſp.1.nu.54.61 & 62. ob publicam vtilitatem, d.inſp.1.num.55.& ad fauorem debitoris, & cuius bona alienantur, d.inſp. 1.nu.56. vt fraudibus obuietur, & ne res vili precio vendantur, d.inſp.1.num.57.58.& 60.

Non eſt leuis, inſpect.20.numero 7.Lim.vt num. 8. vbi exemplum.

In Eccleſiaſticis bonis alienandis de conſuetudine non ſeruatur, & contrarium tenentes loquuntur contra communiorem, & in puncto iuris, inſpect. 2.n. 18. & 21.Ampl.tam in ijs, quæ poſſint ſine ſolemnitatibus alienari, quam in alijs, quæ non poſſint, d. inſp.2.num.19.

Non requiritur niſi in venditione pignoris capti pro executione rei iudicatæ, non in alijs, niſi ſint bona minorum, Eccleſiæ, Decurionum, vel Fiſci, inſp.7. num.18.

Tanta vitari, & tolli non debet, inſp.54.num.51.

Solemnitas proclamationum, & licitationum in auctionibus vti ſubſtantialis, iuris publici, & fauore omnium creditorum introducta remitti non poteſt, inſp.31.num.1.& ſeqq.

Solemnitates adhibendæ in actibus minorum non ſunt adhibendæ in actibus gerendis per minorem procuratorem ab alio conſtitutum, inſp.3.nu.25.

Statuti circa voluntarias rerum minorum alienationes non intrant in neceſſarijs, inſp.21.nu.6.

Non dicuntur iudicium, ſed iudicij præparatoria, inſp. 56.num 72.

In ſubhaſtationibus requiſitæ non præſumuntur, inſp. 97.num.2.

Aliud ſunt, aliud decretum. inſp.67.num.38.

Omnes interueniſſe præſumuntur ex curſu 30. annorum, videlicet æſtimatio, citatio, adiudicatio, & ſimilia, etiam ſi non fuerint enunciata, & ſolemnitas ſubhaſtationis eo magis præſumitur ſpatio 40. vel 50. annorum, inſpectio.67 numero 50. 51. & 53. Ampl.vt num.52.

Et præſertim ea, quæ ante, vel poſt actum interuenire poſſunt, ſpatio 30. annorum præſumuntur, inſp.67. num.56.

Et requiſita ad perfectam deliberationem, & adiudicationem curſu longiſſimi temporis præſumuntur, ſi præceſſerint ſententiæ vſque ad mandati executiui relaxationem, inſp.67.num.58.

Solemnitati priuati fauore introductæ renunciari ab eodem poteſt. inſp.31.num.10.

Solemniter fieri dicitur venditio, quæ fit ſub haſta, inſp. 1.nu.38.

Soluere quem compellit Iudex in modicis cauſis abſque libello, & iuris ordine, inſpectione vndecima, numero 52.

Soluitur in adiudicatione aliud pro alio creditore volente, inſp.43.num.2.

Solutio pretij poſt deliberationem non ſuffragatur, inſpect.37.num.26.

Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio, inſpectione 53.numero 35.& pignus, & hypotheca, inſpectione 17. numero 93. & cauſa, & liberatur debitor, & eſt locus abſolutoriæ, ſiue in prima inſtantia, ſiue in appellatione, inſpectione 17.num.135. & 137.

Vni facta non inducitur liberatio quo ad alios, inſp. 34.num.112.

Solutionem oblatam à debitore in iudicio ſubhaſtationis ſi creditor nolit recipere, & ad vlteriora procedat, poteſt debitor appellare, & appellatio ſuſpendi, & operatur, vt non ſit interim admittenda licitatio, inſp.17.nu.83.84.& 86.& vt ſubſecuta venditio vel adiudicatio nulla ſit, & reſcindenda, d. inſp.17.num.87.& 88.

Pretij oblator recuſare non poteſt ſub prætextu nullitatis ſubhaſtationis, & eo minus ſi fuerit in amicum lectus, & conueniri dicitur ex proprio facto, vel contractu, & redditur ratio, inſp.54.nu. 85. & 86.Ampl.vt num.86.

Solutionis loco in materia ſubhaſtationis eſt, quidquid datur de contrahentium conſenſu, inſpect.37.num. 53.Ampl.vt num.54.Decl.vt num.55.

Spolians dicitur pars, non Iudex, quando Iudex proceſſit ad partis inſtantiam, inſp.62.num.12.

Spoliatus ille dicitur, cuius nomine alter poſſidet, inſp. 38.num.33.

Eſt ante omnia reſtituendus omni exceptione, & cognitione poſtpoſita ſuper meritis, nec impeditur replicatione, Dolo petis, quod ſtatim reſtituturus es, inſp.58.num.95.& 96.

Auctoritate ſententiæ validæ, ſed iniuſtæ non reſtituitur, inſp.58.num.104.vbi exemplum.

Spoliatio à quolibet priuato, inſp.58.num.21.

Ad effectum obtinendi in ſpolio ſatis eſt detentatio, & facti inſiſtentia, vt puta quia titulus, & poſſeſſio eſſent infectæ ob clauſulam, ſublata, & decretum irritans, inſp.58.num.56.

Spolium non reſultat ex immiſſione ad effectum ſubhaſtandi cum mandato ſeruatis ſeruandis relaxato, inſp.13.num.32.

Reſtituere tenetur ipſe creditor, ſi in deliberatione alterius perſonam interpoſuerit, ex quo eadem reputatur, vel reſtituere tenetur emptor, & ſecundus poſſeſſor, inſp.58.num.38.& 39.

Influit paſſiue in hæredem, & quemcumque ſucceſſorem, inſp.58.num.22.etiam ſingularem, vt num.22. & in bonorum emptorem, ſeu licitatorem, cui res ſub haſta fuit deliberata, vt num.21.

Tranſit paſſiue in quemcumque poſſeſſorem, & accipientem poſſeſſionem in vim decreti nulli, vel iniuſti, inſpect.58.num.26.& 27.

Iudiciale purgandum eſt, non ſecus ac priuatum, inſpectione 58. numero 40. & ſuper eo pronunciandum eſt, dicta inſpectione 58.numero 41. ſiue illud acciderit ex facto Iudicis, ſiue ex facto Principis abſque cauſa cognitione, dicta inſpectione 58. numero 42.tam reſpectu poſſeſſionis, & illius dimiſſionis, vel tranſlationis, dicta inſpect.58.nu.43. quam reſpectu reſtitutionis fructuum, d. inſpect. 58.num.43.

Duobus probatis extremis dicitur clarum, & competit ſpoliatio, reintegratio, & illius ſequuta ſententia eſt iuſta, inſpectione 58.n.64.& 65. Decl.procedere in ſpolio extraiudiciali, ſecus in iudiciali, quia in eo requiritur etiam vitium, & iniuſtitia ſpolia-

Digitized by Google

tionis,alias ſententia eſt notorie iniuſta,& competit illam paſſo manutentio, d.inſp.58. num.66.& ſeqq.Lim.vt nu.70.

Non competit contra poſſidentem auctore Pratore,& habentem ab eo cauſam,inſp.58.nu.71.& 72.

Purgatum non dicitur, nec illius actio conſumpta ob alias obtentam reintegrationem,quæ effectum non habuerit, inſpectione 58.numero 89. vbi exemplum.

Competit etiam poſt annum non obſtante Statuto Vrbis prohibente poſt annum dici de nullitate, inſpectio.58.num.90. Ampl.eo magis in pupillo, qui in Statuto non comprehenditur,dicta inſpectio.58.numero 91.

Non retardatur exceptionibus requirentibus altiorem indaginem, & petitorium reſpicientibus, inſpect.58.num.94.

Vt excludatur,ſatis eſt vt non dicatur de nullitate notoria, & euidenti iniuſtitia, ſeu quod non ſit ita clara, vt aliquo colore, vel velamine offuſcari non poſſit,inſp.58.num.102.& 103.

Ad excuſandum, & dandum de iniuſtitia illius ſententiæ admittitur etiam noua iurium productio, inſp.58.num.106.

Non cenſetur purgatum,vel remiſſum ex reemptione rei nulliter,vel iniuſtè ſubhaſtata,vel ex ſubſecuta etiam poſſeſſione, niſi data, & probata ſpecifica ſcientia nullitatis,vel iniuſtitiæ tam in facto,quam in iure,nec ſufficit præſumpta,inſpectione 58.numero 139.

Non competit immiſſione rite, & recte facta in hypothecaria, & ſubhaſtatione nulliter ſubſecuta ex quo creditor,& non debitor tunc poſſidebat,inſp.58. num.147.

Priuati dicitur, & non iudiciale, quando Iudex, vel Executor non procedit,ſeruatis ſeruandis, & quare,inſp.62.num.17.

Quando dicatur violentum, & attentatum, inſp. 55. num.110.

Spolij violenti, vel attentati qualitate ceſſante, non fit condemnatio niſi in fructibus, qui vere probentur percepti,inſp.55.num.99.

Actio competit ei, qui paſſus fuit executionem iniuſtam, vel notorie nullam,ſi habuerit ſe pro ſpoliato,inſp.58.num.16.

Actio datur aduerſus poſſeſſorem, etiam ſi ille emerit à non legitimo poſſeſſore titulo, & bona fide, inſp. 58.num.29.

Remedium eſt perſonale in rem ſcriptam, inſp. 58.numero 32.

Actio competens auctori tranſit in illius hæredem, & ſucceſſorem vniuerſalem,& ſingularem,& etiam abſque ceſſione, vel cum ceſſione omnium iurium, inſp.58.num.35.& 36.

Primum extremum, & antiquior poſſeſſio probatur per executionem, ſubhaſtationem, & deliberationem, vel adiudicationem contra agentem,& prætenſum debitorem obtentam,& ſi in illis Nuncius, vel Miniſter publicus aſſerat,ea geſta eſſe tanquam ſuper bonis,& iuribus ipſius,inſpect.58.num.51.& 52.& ex inſtrumento immiſſionis, & probatione poſſeſſionis per teſtes, d. inſpect.58.num.53. & ex confeſſione aduerſarij, vel eius auctoris etiam in alio iudicio, qua nulla maior eſt probatio, d. inſpect.58.num.54. Ampl.vt num.55.

Secundum extremum, & moderna poſſeſſio probatur ex inſtrumento deliberationis, & adiudicationis, & emptionis, inſpect.58.nu.59.& 60. & ex depoſitione teſtium,d.inſp.58.nu.61.& ex leuioribus probationibus,dicta inſpectio.58.nu.62.& ex ſola litis ſuſtentatione cum adminiculis,d.inſpectio. 58.numero 63.

Actio præſcripta dicitur, ſi à die executionis lapſi ſint 30. anni. & contra Eccleſiam 40.inſpectio. 58.numero 83.

Proceſſum annullare non poteſt,vel claudere os Iudici, & parti clauſula,Sublata,vel Decretum irritans, inſp.58.num.63.

Spolio agens ob nullitatem ſubhaſtationis probare debet, quid ſuperfuerit deductis expenſis,etiam de illarum liquidatione non conſtito,inſpectio.39.numero 30.

Quis agere poteſt,ſi poteſt dicere de nullitate ſententiæ, inſp.58.num.48.

Agens ex perſona auctoris probare debet, ſe eſſe illius hæredem, vel ſucceſſorem, & defuncti,ſeu auctoris poſſeſſionem,& ſpoliationem,inſpectio.58.num.84. & 86.

Non eſt locus,vbi quis ceciderit à poſſeſſione facto proprio, & ſubhaſtationi conſenſerit, puta terminum ſuſcipiendo, & quare,inſpect.58.num.120. & 121. vel citationi ad videndum ſubhaſtari acquieſcendo, vel claues dando, vel ſubhaſtationem ratificando per pretij, vel illius reſidui receptionem, d. inſp.58.num.122.123.& 134.

Spoliorum Eccleſiaſticorum effectus, qui emere prohibeantur,inſp.32.nu.58.

Æſtimandi ſunt, antequam ſubhaſtentur, inſp. 47. num.15.

Sportulæ ſubhaſtationis an ſolui debeant à proprietario,vel ab opponentibus,inſp.18.nu.292.

Statutum dans iudicem ſubhaſtationum, qui ſit laicus, non comprehendit Eccleſiam,inſpectione 16.numero 37.

Anconæ loquens de reluitione pignoris in adiudicatione facta creditori obſeruatur etiam in adiudicatione facta tertio, licet de iure contrarium videatur verius,inſpectio.17.nu.133.& inſpectio.44.numero 105.

Diſponens, vt quicumque præter debitorem infra certum tempus poſt adiudicationem, vel venditionem audiatur, amplectitur etiam debitorem,inſpectio. 18.num.281.Et non procedit in eo,qui fuit ſpecialiter citatus, vel præſens, vel nullum ius habet in bonis, & requiritur,quod ius haberet de tempore adiudicationis,& venditionis,inſpectione 18.num. 282.& 286. Ac intelligitur,ſi valide fuerit proceſſum, ſecus ſi nulliter ipſo iure, inſpectio.18.numero 283.

Concedens creditoribus tempus aliquod ad proſequendum ius ſuum poſt adiudicationem, & rem iudicatam, & terminum ſtatutarium non habet locum in eo,qui ſciuit,& non comparuit,inſp.19. num.85.

Conſuetudo, vel ſtylus multis in locis extare ſolet circa executiones, ſubhaſtationes,licitationes, deliberationes, & adiudicationes faciendas, inſpectio.24. numero 1. & 2.Quorum effectus,& finis idem eſt, quamvis inter ſe diuerſa ſint, dicta inſpectio. 4. nu.3.Et ſunt ad vnguem ſeruanda tam in tempore,quam in forma,alias nulliter agitur,& quare, & ſunt reſtituendi fructus percepti, & qui percipi potuerunt, d.inſp.24.num.5. & 7.Ampl.vt num.6. 9.16.18.& ſeqq.

Ne particulare, vel ſtylus, aut Conſtitutio generalis, & ius

& ius commune ſit in ſubhaſtationibus ſeruandum, & attendendum? & quo ordine, inſp. 24. num.12.& ſeqq.& num.23.& ſeqq.

Non confirmatum à Papa non valet, inſpectione 24. num.34.

Quod non eſt in obſeruantia, non attenditur, inſpect. 24.num.36.

Loquens de ſubhaſtationibus in cauſis ciuilibus non habet locum in Fiſcalibus, inſp.24.num.37.

Loquens de alienatione voluntaria non procedit in neceſſaria, inſp.24.num.38.

Piſauri, & alia multa Italiæ mandant, deliberationem fieri cum termino vnius menſis, inſpectio.24. num.81.

Vrbis non ſeruatur in executione coram A. C. ſed ſtylus ipſius Tribunalis, inſp.24 num.129.

Loci venditionis ad haſt... ne, an contractus, quoad lucrum rata rei, quæ venditur, attendatur? inſpect.29.num.68.

Quod in venditione neceſſaria ex ſubhaſtatione competat agnatis, & vicinis ius retrahendi eodem pretio reſtituto, locum habet ex æquitate etiam in herede debitoris cum beneficio legis, & inuentarij, inſp.36.numero 42. Decl. vt reſtitui debeant etiam meliorationes, & expenſæ, d.inſp.36.num.43.

Loquens de venditione comprehendit etiam dationem in ſolutum voluntariam, & extraiudicialem, inſp. 44. num.79. Et an comprehendat dationem in ſolutum neceſſariam, & iudicialem, d.inſp.44. nu. 80 82.& 83.

Loquens de vendendo, vel vendente rem duobus non habet locum in datione in ſolutum neceſſaria, vel adiudicatione, inſp.44.num.93.

Loquens de ſubhaſtatione, vel datione, in ſolutum neceſſaria, vel adiudicaria non habet locum in voluntaria datione, & ſolutione debitoris, inſpectione 44.num.94.

De vna ad aliam in ſolutum dationem non extenditur, inſp.44.num.98.

Simpliciter loquens de datione in ſolutum non intelligitur de neceſſaria, ſed de voluntaria tantum, inſp. 44.num.99.

Loquens de datione in ſolutum non habet locum in ſubhaſtatione, inſp.44.num.100.

Loquens de datione in ſolutum, quæ fit per Ius dicentem, comprehendit etiam neceſſariam, & factam per ſubhaſtationem inuito debitore, inſpectio.44. num.104.

Vt immobilia, ſeu bona alienari non poſſint in non ſubditos, & aduenas, vel forenſes, locum habet in alienatione voluntaria, non in neceſſaria, & in adiudicatione, inſpectio. 44.num.106. Contrarium, num.107.

Vel conſuetudo permittens Vaſſallo venditionem Feudi pro debito neceſſario intelligitur de neceſſitate, quæ à mera voluntate à principio originem non habeat per allegantem probanda. inſpectio.44.nu. centeſimodecimo.

Dans formam probandi valorem immobilium ſeruandum eſt, alias nulliter agitur, inſp. 47.nu.60.

Vrbis de æſtimatione facienda in adiudicatione eſt ordinatorium, & ſeruandum ſolum in foro Capitolino, inſpect.47.num.114.

Minuens æſtimationem attenditur, inſpectio. 51. numero 3.

Concedens adiudicatario lucrum tertiæ partis viget Romæ, & procedit etiam in mobilibus, & eſt ordinatorium, & locum habet ſolum in Foro Capitolino, inſp.51.num.4.5. & 6. Nec non viget Mediolani, & in Ducatu Sabaudiæ, & detrahitur tertia pars eius, quod à peritis æſtimatur, vt num. ſeptimo & octauo.

Peruſinum diſponit, adiudicationem fieri cum lucro quartæ partis, inſp.51.num.9.

Super lucro in adiudicatione an habeat locum in oblatione, quæ fit de bonis per heredem debitoris cum beneficio legis, & inuentarij? inſpectione 51.num. 11. & 12. Et an procedat contra tertium poſſeſſorem? dicta inſpectione 51. numero 13. Et quid in concurſu aliorum creditorum? dicta inſpectio. 51. num.14.

Prohibens appellationem in datione in ſolutum non tollit querelam nullitatis, inſp.56.n.29.

Diſponens, adiudicationem ſub certa forma valere, nec poſſe adiudicatarium conueniri, intelligitur reſpectu via ordinariæ, non reſpectu beneficij reſtitutionis in integrum, inſp.57.num.19.

Vrbis admittens reſciſſionem in contractibus ob læſionem vltra tertiam partem vti deciſorium procedit etiam in ſubhaſtatione, inſp.57.num.41.

Statuti forma in æſtimatione non ſeruata æſtimatio, & adiudicatio, quæ ab ea vim, & firmitatem accipit, nulla eſt, inſp.47.num.59.

Statuto diſponente, quod in ſubhaſtatione prius ſatisfiat ei, qui prius ſententiam obtinuerit, & fideiuſſerit, etiam ſi ſit in credito poſterior, an ſit iudicandus prior, qui ſententiam poſteriorem habeat, & quid in Fiſco? inſpect.41 num.38.

Mandante, vt de emptione, & venditione ſoluatur gabella, an ea ſolui debeat de adiudicatione, & de addictione facta perſonæ à creditore ſuppoſitæ, & de illius ceſſione ad fauorem creditoris, inſp.44.n. 48.& ſeqq.

Diſponente, vt de contractu ſolui debeat gabella, an ea ſoluenda ſit ex adiudicatione? inſp.44.num.89. 90.& 92.

Prohibente iudicialem dationem in ſolutum in perſonam forenſis, poteſt tamen idem creditum conſequi per viam ſubhaſtationis, & venditionem faciendæ capacibus, & ita practicatur, inſpectio.44.num. 102. Sed ſi ex Statuto forenſis datio in ſolutum forenſi licita ſit, & Statutum alienantis mandet, idem ius ſeruari forenſi, quod ſeruatur in loco forenſis Cui loci alienantis, eſt ſine dubio tunc licita etiam datio in ſolutum, d.inſp.44.num.103.

Diſponente, quod creditore agente poſſint ei debitoris bona in ſolutum concedi nõ dicitur tunc neceſſaria ſubhaſtatio, niſi contra minorem 14. annorum, ſed illud eſt ſtricte intelligendum, inſpectio.45.numero 47.& ſeqq.

Diſponente, vt ad æſtimandum eligantur duo viri practici, & legales, non poteſt, qui eligit impugnare perſonas, ſed eorum dictum, inſp.47.num.83.

Stante de æſtimatione facienda in caſu adiudicationis, ea requiritur, alias nulliter agitur, & quare, & de aliquibus Statutis, inſp. quadrageſima ſeptima, num.113.& 114.

Statuta, conſuetudines, & ſtyli circa formam ſubhaſtationis, & adiudicationis ſubrogata dicuntur in locum ſolemnitatis iuris communis, & redditur ratio, inſpectio.24.num.27.& 26. Et ſunt ordinatoria, non deciſoria, dicta inſpectione 24. numero 28.

Loci contractus ſeruantur in deciſorijs, & Statuta loci

iudicij in ſolemnitatibus,& ordinatorijs, inſp.29. num. 59.& 65.

Loquentia de æſtimatione facienda adiudicationem tantum reſpiciunt,non venditionem,niſi etiam exprimant, vt Statutum Vrbis, inſpectione 47. num. 31.& 32.

Recipiunt à iure communi interpretationem paſſiuam,inſp.47.num.33.

Quæ mandant, res ſubhaſtatas, emptore non reperto, dari in ſolutum creditori cum lucro tertiæ partis, ſunt rationabilia,inſp.51.num.1.

Vide etiam in verb.Conſuetudo, & in verb.Stylus.

Stylus *contrarius particularis non dicitur probatus,nec ex eo generali conſuetudini derogatum,ſi conſtet de ſtyli varietate,inſp.4.num.44.*

Vel conſuetudo non ſubhaſtandi poteſt iure communi derogare,inſp.9.num.4.

Quomodo probetur,inſp.24.num.8.

Quando dicatur reſpicere deciſoria, & non ordinatoria,inſp.24.num.98.

Vide etiam in verb.Conſuetudo,& in verb.Statutum, & in verb.Vſus.

Subhaſtanda *ſunt pignora, & bona,in quibus facta eſt executio,vel tenuta capta pro ſententiæ executione, inſpect.7.nu.4.*

Subhaſtans *licet poſteriorem licitationem approbare dicatur,poteſt tamen etiam adhuc acceptare primam, inſp.35.num.240.*

Subhaſtantes *poſſunt maiorem oblationem non acceptare,inſp.35.num.187.*

Subhaſtare *quid ſit,inſp 1.num.10.*

Subhaſtatio *affert commodum, emolumentum,æquum, & bonum,inſp.1.num.3.*

Non eſt ſurda aure prætereunda,ſed altius inſigenda animo,atque memoriæ,inſp.1.num.4.

Fuit antiquitus introducta.inſp.1.num.5.

Vocatur ab haſta, inſp.1.num 19.vel ab haſtario, quod ſecundum Papiam locus eſt venditionis bonorum proſcriptorum, ſeu quæ venduntur in publico, inſpect.1.num.20.

Quid ſit,inſp.1.num.24.

Dici poteſt auctio ab augendo per augmentum pretij, inſpect.1.num.34.

Eſt, cum quid publice venditur plus offerenti, & pretium creditoribus aſſignatur, inſp.1.num.36.

Alia eſt voluntaria, alia neceſſaria, inſpectione. 25. num.63.

Voluntaria eſt, quæ fit à priuato de re propria, vt carius vendat,inſp.1.nu.64.

Neceſſaria eſt in re Eccleſiæ, Fiſci, Reipublicæ, minorum & condemnati,inſp.1.num.65.

Dicitur venditio neceſſaria, non voluntaria, inſp. 1. num.66.

Alia eſt iudicialis,alia,extraiudicialis,& quæ,inſp.1. num.67.& 70.

Nihil aliud eſt,quam venditio iudicialis,inſpect.1.numero 68.

Quando fit de re Eccleſiaſtica, fit ad firmandum contractum.inſp.2.num.14.

Competit de iure ciuili,inſp.2.num.24.

Requiritur in alienatione bonorum patrimonialium Principis, inſp.3.num.1.Decl.vt num.20.22.23.26. 28.& 29.

Cameræ,d inſp.3.num.2.

Spoliorum Eccleſiaſticorum,inſp.3.num.3.

Fabricæ Sancti Petri,d.inſp.3.num.4.

Fiſci, ſeu confiſcatorum, & incorporatorum, d.inſp.3. num.5.Decl.vt nu.32. & 35. vel acceptatorum vti vacantium,d.inſp.3. nu.6.Et in alienatione bonorum ſuorum,quam alterius,& priuati propter ſolutionem onerum, & debiti, d.inſp.3.num.7.Et in annuis reditibus perpetuis,d inſp.3.num.8.

Frequens eſt in prædijs,quæ nunciantur, & Fiſco vacare cenſentur.inſp.3.num.9.

Dicitur ea venditio, quæ iure haſtæ Fiſcalis,& auctio fit à Fiſco de bonis caducis, vel commiſſis, & obligatis,inſp.3.num.10.

Neceſſaria eſt etiam in rerum Fiſcalium, & vectigalium locatione, inſpect.3.num.11. Contrarium numero 12.

Et an ſit facienda diſtinctio inter locationem perpetuam & temporalem,dicta inſpectione tertia,num. 13.14.& 16.

Requiritur in alienationibus Theſaurariarum, Dohanarum,Gabellarum,& aliorum iurium,bonorum, & redituum in Vrbe, & Statu Eccleſiaſtico ad Cameram ſpectantium,inſpectione tertia, nu. decimoſeptimo.

Ea opus eſt in conceſſione rerum Demanij ſterilium ſub annuo reditu.inſp.3.num.18.

Non requiritur in venditione Proregis de re Regis vti illius Procuratoris ſecundum conſuetudinem, inſp. 3.num.26.28.& 29.vbi declar.

Requiritur in venditione, quæ fit per Regiam Cameram Fiſci nomine,inſp.3.num.27.

Requiritur in alienatione rerum Decurionum,inſp.3. nu.38.Lim.niſi ſint mobilia,d.inſp.3 num.39.

Requiritur in alienatione bonorum Reipublicæ, Ciuitatis, Pagorum, Collegiorum, & Vniuerſitatum, quæ ab Adminiſtratoribus reguntur, inſpect.3. nu. 40. Contrarium num. 47.& 48. Declar.vt num. 45.46.49.50.51.52.& 53. Ampl.ſiue fiat venditio de rebus ſuis,ſiue de alienis propter debitum, d. inſp, 3.num.41.Ampl.etiam in locatione,d.inſpect.3.numero 42.

Hodie eſt in vſu tam in vendendis,quam in locandis bonis publicis,inſp.3.num.44.

Neceſſaria eſt in venditione Gabellarum,Vectigalium, & publicorum redituum, inſp.3.num.54. Ampl.vt finito tempore primæ locationis fieri debeat noua ſubhaſtatio,d.inſp.3.num.55.

Requiritur in venditione immobilium, & pignorum ob collectas non ſolutas,inſp. 3.nu.56. Secus in mobilibus, & ijs, quæ in numero, pondere,vel menſura conſiſtunt,niſi cadat affectio,dicta inſpectio 3. n.57.58.& 59.

Requiritur in alienatione bonorum pupilli, & minoris,alias nulla eſt,inſp.4.n.1. Contrarium num.18. 19.34.35.36.& 46.Ampl.1.vt ſubhaſtatio ſit neceſſaria etiam in annuis reditibus, & mobilibus,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, dicta, inſpect.4.n.8. Ampl. 2. etiam in locatione,d.inſpect.4.num.9.Et tam in perpetua, quam in temporali à tutore, vel alio adminiſtratore facienda, alias tenetur de eo, quod percipi potuerit, & forte locatio nulla eſt, d. inſp.4.n.10.& 11.Ampl.3.ſiue alienet pupillus,ſiue tutor, & miniſter,dicta inſpectione 4.numero 12. Ampl.4.eo magis ſtante conſuetudine, vel Statuto, dicta inſpectione 4. numero 13. Ampl.5.vt ſubhaſtatio requiratur iudicialis coram ſolo tutore,dicta inſpectione 4.num.14.Decl.1.procedere de iure Ciuili, ſecus de iure Canonico, ſecundum quod ſufficit bona fides,dict.inſpect.4 nu.15.16.Decl.2.procedere, ſi ita ſit conuentum,ſecus econtra,d.inſp.4. num.17

Digitized by Google

nu.17. Decl. 3. procedere in venditione, quæ fit per Iudicem abſque tutore, vel curatore, ſecus in ea, quæ fit à tutore, vel minore cum decreto Iudicis, d. inſp. 4. num. 18. 20 & 21.

Sine dubio requiritur in bonis pupilli, quidquid ſit quo ad bona adulti, inſp. 4. num. 6.

Requiritur in executionibus, & tenutis captis in vim mandati Iudicis pro executione rei iudicatæ, inſp. 4. num. 26.

Non requiritur in venditione, & locatione, quæ fit de re minoris in caſu licito, & bona fide, ac iuſto pretio, inſpectione quarta, num. 28. & 29. vt ſi fiat pro ſoluendo debito, vel in vtilitatem pupilli, vt num. 31.

Quatenus ſit neceſſaria in alienatione rei minoris, intelligitur non ad conualidandum contractum, ſed ad excludendam reſtitutionem in integrum, inſp. 4. nu. 32.

Ea non adhibita in alienatione rei minoris, alia non redditur nulla, ſed peti poteſt in integrum reſtitutio, ſi alius plus offerat, inſp. 4. num. 4.

Inducta eſt ad euitandam fraudem, qua ceſſante ceſſat & diſpoſitio, inſp. 4. num. 55.

Fieri ſolet ad probandam diligentiam inſpect. 4. numero 56.

In venditione rei minoris requiritur, quando decretum Iudicis venditionem præceſſit, ſecus quando ſubſequitur, inſp. 4. nu. 58. 61. & 67.

Non eſt neceſſaria, quando vendit tutor, vel minor cum Iudicis decreto, inſp. 4. num. 62.

Non eſt neceſſaria rei minoris, quam tutor, vel curator tradere condemnatus eſt, inſp. 4. num. 70.

Non requiritur in mobilibus minorum, quæ ſeruari non poſſunt, & vendi poſſunt in foro, vt ſunt victualia, & ponitur ratio, inſpect. 4. nu. 71. Decl. vt nu. 72. & 74.

Non requiritur in alienatione rei minoris, quæ quotidie deterioratur, vel eſt in periculo, ne amittatur, inſp. 4. num. 75.

Non requiritur in re minoris danda pignori, inſp. 4. num. 76.

Requiritur in venditione facienda per Executorem teſtamentarium pro executione vltimæ voluntatis, inſpect. 5. nu. 1. Contrarium num. 3. Lim. vt num. 9. Sublim vt nu. 11. Alias venditio nulla eſt, dicta inſpect. 5. num. 2. Ampl. præcipuè in ſtabilibus, & etiam in Executore abſolutam auctoritatem habente, dicta inſpectio. 5. num. 4. Ampl. eo magis ſi bona ſint minorum, d. inſpect. 5. num. 5. Ampl. etiam in venditione iuris luendi, d. inſp. 5. numero 6. Ampl. præſertim ſi ita ſit de conſuetudine loci, vel Statutum vigeat, d. inſp. 5. num. 7.

Requiritur in venditione bonorum abſentium, inſp. 6. num. 1. Lim. vt num. 4.

Non requiritur in venditione bonorum præſentium, inſp. 6. num. 2. Lim. niſi ſint bona minorum, d. inſpect. 6. num. 3.

Requiritur in venditione bonorum debitoris pro ſatisfaciendis creditoribus. inſp. 7. num. 1.

Bonorum debitoris tunc ſolum neceſſaria dicitur, cum debitor cogitur in iudicio, inſp. 7. num. 23.

Et locus eſt etiam in diuiſionibus faciendis, inſpect. 8. nu. 1. Declar. procedere, vbi res non patiatur commodam diuiſionem, dicta inſpect. 8. nu. 2. vbi exemplum. Et vbi creditor, vel ſocius ſit pauper non habens pecuniam ad effectum offerendi, dicta inſpect. 8. num. 3.

Non eſt neceſſaria ad effectum vtendi beneficio auth. hoc niſi, C. de ſolut. dummodo alias diligentia probetur, inſp. 9. nu. 1. & 2. Ampl. eo magis ſtante ſtylo, vel conſuetudine, d. inſp. 9. nu. 3.

Non requiritur in donatione, inſp. 9. num. 16.

Vel adiudicatio pro debito ante diei, vel conditionis aduentum eſt iniuſta, & ſpoliatiua, inſpectio. 10. num. 6.

Nulla eſt, ac ſpoliatiua facta non præcedente requiſita menſuratione, inſpect. 1. num. 65. Lim. vt num. 66. Vel ſi eſſet facta pro ſorte, & fructibus non ſolutis, illis alter non liquidatis, d. inſp. 1. num. 97. Vel pro expenſis non taxatis, d. inſp. 11. num. 78. Vel pro damnis, & intereſſe non liquidatis, d. inſpect. 11. num. 69.

Eſt vnus ex modis ſuccurrendi creditori mandatum habenti in actione perſonali ad quantitatem, vt ei ex pignore ſatisfiat, inſp. 13. num. 2.

Cum mandato contra vnum relaxato ſuper re alterius non citati nulla eſt, etiam ſi & ipſe ſit debitor, inſp. 18. num. 79.

Facta ſeruatis ſeruandis præſumitur etiam iuſta, inſp. 18 num. 273.

Fieri debet ſeruatis ſeruandis cum ſolemnitatibus valide, & illius forma diligenter ſeruata, inſp. 20. num. 2. & ſeqq.

Dicitur valida ſi appareat facta ſeruatis ſeruandis, & præcedentibus mandatis, & eo ipſo, quod non conſtat de contrario, inſpectio. 20. numero 40. & ſequentibus.

Dicitur nulla, ſi non fuerit proceſſum ſeruatis ſeruandis ex Statuto, & iure communi, inſpectio. 10. nu. 45. & ſeqq.

Facta contra aliquem vti mortuum, vel abſentem quando valeat, vel non, inſp. 23. num. 22.

Et adiudicatio facta non citatis citandis nulla eſt, inſp. 23. num. 22.

Quando teneat, vel non in qua citatus ſit aliquis vti debitoris procurator, inſp. 23. num. 82. & 83.

Sine intimatione, & propalatione fieri non poteſt, inſp. 23. num. 23.

Et deliberatio, vel adiudicatio facta durante termino licitationibus faciendis, ſeu ad reluendum aſſignato, vel alia durante dilatione nulla eſt, inſp. 23. nu. 168. & 170.

Noua fieri non poteſt durante termino debitori dato ad ſatisfaciendum, vel concordandum, inſpectio. 23. num. 169.

Contra formam mandati Iudicis nulla eſt, & exceſſiua, inſp. 23. num. 228. & 230.

Et deliberatio, vel adiudicatio facta non executa, vel non expirata, aut non reproducta intimatione decreta nulla eſt, inſp. 2. num. 252. Ampl. vt num. 253. 256. & 257. Lim. vt num. 260. & ſeqq.

Non ſubſiſtit facta ſub conditione, inſpectio. 23. num. 229.

Facta, quæ fieri non poterat, quando dicatur nulla, inſp. 23. nu. 266.

Nulla eſt, ſi non fuerit ſeruata forma particularis reſcripti, inſp. 24. num. 8.

Et deliberatio nulla eſt facta per Curſorem, qui non ſit de turno, inſp. 24. num. 18.

Sine credito non iuſtificatur, inſp. 26. num. 1.

Iuſtificari debet ex actis ante eam productis, non ex poſt, inſp. 26. num. 28.

Etiam nulla, dummodo pro debito, tenet tam contra debitorem, quam contra habentem ab eo cauſam

Digitized by Google

poſt illam,inſp.26.num.42.

Confirmata ob non oblatum debitum retrotrahitur in omnibus ad tempus diſtractionis, inſpectio. 26. num.43.

Facta de pluribus prædijs, cum vnum ſufficeret, non dicitur nulla, ſed poteſt à grauamine appellari, inſp.28.num.49.& 50.

Rei Vniuerſitatis loco ſoluto in Officialium præſentia iuſta,& legitima præſumuntur, inſp.29.num.11.

Fit in quadriuijs ſono tubæ iuxta Statuta loci ſolutionis, ſeu contractus, inſpect. 29. num.53. Contrarium firmatur, num.56.

Nulla eſt, ſi proclamata facta ſint in die contractus,& non ante,inſp.29.num.110.

Facta cum vno tantum termino eſt valida, inſp. 30. numero 4.

Et deliberatio facta ſine fraude,& colluſione valet, ſecus è contra,inſp.32.num.41.

In perſonam alicuius probatur ex illius inſtrumento, inſpect.34.num.84.

Perfecta non dicitur, niſi deliberatione ſequuta, inſp. 34.num.136.

Non debet eſſe gratioſa inſp.34.nu.147.

Fit,vt plus offerens conſequatur.inſp.35.num.7.

Et incantus fieri ſemper ſolet ad inſtantiam creditoris, inſp. 37. num. 103. Et alicuius inſtantiam eam fuiſſe factam probatur ex Breue illius nomine obtento,inſpect.37.num.104.

Deliberatio,& adiudicatio conuenit actioni perſonali,non reali,inſpectio.38.num.11. Declar. vt numero 32.

Eſt de adiudicationis forma,inſp.45.num.4.

Eſt inuenta ad euitandas fraudes, inſpectio. 45. num. 5.& 42.

Fieri ſolet ad probandam diligentiam, quæ ſufficit quomodocumque probata,inſp.45.num.29.

Eſt fruſtratoria,quando pretium eſt adeo manifeſtum, vt non poſsit adeſſe aliqua colluſio, quod res debitoris minus vendatur,inſp.45.num.32.

Inuenta eſt non ſolum ad fraudem remouendam, ſed etiam, vt debitoris conditio melior reddatur in inueniendo forte emptorem emacem, inſpectio. 45. num.37.

Non eſt in adiudicatione neceſſaria,quia ea non eſt ordinis iudiciarij, niſi certis caſibus, inſpectio. 45. num.45.

Fit,quando res eſt venalis pro ſatisfaciendo creditoribus,ſecus quando debetur ipſa res, vt in muliere agente ad dotis aſſecurationem, quia tunc ſola æſtimatio eſt neceſſaria,inſp.45.num.50.& 51.

Et deliberatio, & adiudicatio, & alia ad illarum perfectionem requiſita quando præſumantur, ad effectum præſertim lucrandi fructus,vel non,inſp. 45.num.52.& ſeqq.

Modus eſt probandæ æſtimationis, & valoris, inſp. 47.num.101.

Non probat iuſtum pretium,inſp.49.num.10.

Licitatio, & deliberatio facit præſumere, rem iuſto pretio venditam fuiſſe, & tollit omnem cauſam conquerendi, & non poteſt prima facie opponi, quod non ſit facta iuſto pretio, inſp. 49. num. 17. Ampl. vt num.40.& 50. Decl.vt num.51. 53.55.56. 58.59.60.& 61.

Cum decreto Iudicis ſolemniter facta in venditione rei minoris operatur,vt non poſsit minor dicere ſe læſum, quantumcumque fuerit ſtrangulatus,præſertim ſi fuerit pro ſoluendo Fiſco publico debito,inſp. 49.num.46.& 47.

Et Iudicis decretum facit ſolam præſumptionem iuſti pretij, non autem plenam, & neceſſariam probationem, nec præſumptionem iuris, & de iure, vt contrarium probari non poſsit, ſed iuris tantum, & poteſt probari contrarium,inſp.49.num.61.65.& ſeqq.& num.71.

Pro minus debito ſuſtinetur, & ſubſequens exceſſiua redditur inualida,inſp.50.num.108.

Et adiudicatio æſtimatione non præcedente, vel citato pro minore putatiuo curatore nulla eſt, inſp. 55. num.44.

Firmat contractum, eique perpetuo robur attribuit, & nihil efficacius ad hoc fieri poteſt, inſp. 53.num. 24.& ſeqq.

Dicitur effectum habuiſſe, ſi ille, cui bona deliberata, vel adiudicata fuerint, eadem poſtea vendiderit, ſeu locauerit,inſp.53.num.47.

Et deliberatio, vel adiudicatio nulla, vel iniuſta, ſeu facta contra legem, & forma non ſeruata non transfert dominium, nec vllum ius, ſed potius incommoda,inſpectio.53.num.65.67 & 68.nec priuat dominum,& debitorem poſſeſſione, ſed ex ea debetur illi nihilominus manutentio, vel reintegratio, vt num.66.

Tollit præſcriptionem contra vendentem,inſp.53.numero 79.

Et deliberatio, vel adiudicatio contra debitorem obtenta innuit bona prius fuiſſe per eundem poſſeſſa, inſp.58.num.10.

Deliberatio, & adiudicatio nulla,& iniuſta eſt,quæ eſt facta in vim ſententiæ, ſeu decreti, & mandati nulli, & iniuſti, inſpectio.61.num.16. Et quando eſt nulla executio,à qua ortum habuit, dicta inſpectio. 61.num.17.

Nulla redditur ex recuſatione Iudicis cum appellatione, inſp.61.num.9 Et ſi deficiat iuriſdictio. d. inſp. 61.num.10.& ſeqq.

Rite facta, & perfecta non vitiatur ex vitio miſsionis in poſſeſsionem ſubſecuta, & quare, inſpectio. 61. num.59 & 60.

Fit ſecundum voluntatem,& ad commodum creditoris,& contra voluntatem,& ad incommodum debitoris,inſp.66.num.15.

Vel adiudicatio, de cuius proceſſu, & ſolemnitatibus requiſitis non conſtat, non attenditur, inſpectio. 67.num.40.

An probetur ex confeſsione facta in teſtamento, & vltimo elogio, & quid ſi cum iuramento, inſpect.67. num.67.

Nulla ex breuitate temporis poteſt iterum fieri, inſp. 68.num.2.& 3.vbi exemplum.

Subhaſtationis materia eſt practicabilis, frequens, & quotidiana,inſp.1.num.1.& in praxi commendabilis,d.inſp.1.num.2.

Iudicium non habet vim ſolutionis, donec creditori pecunia non ſit ſoluta,d.inſp.17.num.78.

Appellatione venit ſolemnis,inſp.20.num.1.

Forma, inſpectio.29.numero 81. 82.86. 88. 89. 90. 93. & 94.

Solennitati quoad bona debitoris Fiſci non poſſunt Officiales,nec emptor renunciare,& quare,inſp.31. num.6.& 8.

Publicæ prætextu non debet via fraudibus aperiri, inſp.34.num.146.

Retractatio,reiteratio,vel prorogatio,aut nouus terminus,vel ſecundum bannimentum,poſtquam aliquis

tam

iam obtulit, non conceditur ad effectum, vt alius ſuperueniens offerre poſsit. inſpect.35.nu.50. Ampl. vt num.54. & ſeqq.& 71.& ſeqq. Lim. vt numero & ſeqq.

Requiſita, quibus non concurrentibus venditio poteſt retractari. inſp.35.num.98.& 99.

Solemnitas, & efficacia magna eſt, nec alia tutior eſt, ſiue cum Eccleſia, ſiue cum minore, & alijs omnibus, inſp.49.nu.22.& 25. Et facit ceſſare omnem fraudis, & doli ſuſpicionem. d.inſp.49.numero 23. Lim. vt num.24.

Et deliberationis, ſeu adiudicationis ad validitatem requiritur, vt validus ſit proceſſus. inſp. 61. num.2.

Summaria recitatio facta in decreto præſentibus partibus & non contradicentibus probat acta ſic facta, ſaltem donec contrarium probatum fuerit. inſp.67.num.31.

Subhaſtatione publica probatur precium, vel æſtimatio fructuum, & rei ſubhaſtatæ. inſp. 49.num.15.

Regulariter res, & pignora venduntur viliori precio, quam valeant, & raro iuſto. inſp.49.num.1. & 2.

Et deliberatione ad inſtantiam vnius, vel etiam maioris partis creditorum facta alijs non citatis, vel non legitime comperti non citatis, nec interuenientibus, vel non conſentientibus contra rem ſubhaſtatam Saluianum. inſp.54.num.18.

Et adiudicatione non ſequuta, vel re non tradita culpa, vel negligentia debitoris fructus ſpectant ad creditorem, vel emptorem pro rata pretij ſoluti, vel excomputati à die factæ, vel faciendæ adiudicationis, vel venditionis ex l.curabit. inſp.55.n.69 & 70. Ampl. etiam in adiudicatione facta ſub conditione iuxta æſtimationem faciendam. d.inſp.55.nu.71.

In totum, vel in partem ex falſa cauſa etiam per errorem facta, & exceſsiua, & nulla declarata, tenetur adiudicatarius vti in mala fide, & eius hæres bona, & fructus reſtituere, vel in ſortem imputare. inſp.55.n.73.& 75. Ampl. vt num.76.

Et adiudicatione annullata, ſi fructus percepti per creditorem ſuperent intereſſe pecuniæ pro qua bona debitoris addicta ſint, an pro rata ſortem extenuent: inſp.55.nu.123.

Subhaſtationem ſi non proſequatur creditor, quia interim illi fuerit ſatisfactum, vel ex alia cauſa, poteſt eam reaſſumere, & continuare alius creditor ſoluendo ſumptus à primo factos. inſp.19.num. 60.

Subhaſtationes concedi debent per Iudicem competentem. inſp. 56.num.32 Nec validæ ſunt factæ à Iudice, de cuius facultate non conſtat. inſp.16.nu.33.

Non ex abrupto, ſed ex cauſa, & re bene penſata concedendæ ſunt. inſp.19.nu.9.

Et diſtractiones fieri poſſunt tam præſente, quam abſente debitore. inſp.23.nu.135. Decl. vt nu. 136.

Fiunt ex Iudicis decreto præuia citatione, & de illius forma. inſp.23.num.138.139.141. & 142. Et in vim mandati Iudicis de ſubhaſtando, de quo conſtet. d. inſp.23.nu.140.

Fiunt palam, & publice, & omnibus innoteſcunt. inſp. 25.num.6.

Illis interuenientibus dicitur contractus palam factus. inſp.25.num.10.

Fieri debent ex decreto Iudicis, ſeu Superioris, de quo conſtet, alias nulliter proceditur. inſpect. 29. numero 2. & 3.

Factæ in die, qua ſunt decretæ, nullæ ſunt. inſpect.29. num.4.

Publicæ, & proclamata, vel edicta omnibus innoteſcunt, inſp.29.num.62. Ampl. vt num 63.

In alienatione, & diſtractione, ſeu locatione rerum immobilium Eccleſiæ Fiſci, & Reipublicæ, Ciuitatum, & minorum durare debent ad minus per 20. dies, vel huiuſmodi tempus in eis aſsignari debet ad offerendum, & reluendum, alias nulliter agitur. inſp.30.num.12. Ampl. vt nu.23.& ſeqq.& nu. 39. Decl. vt nu.41.& 42. Ampl. etiam in alienatione, quæ fit per Executores teſtamentarios. d. inſpect.30.num.28. Ampl. quoque, vt tale tempus poſsit etiam augeri, & prorogari vſque ad annum, ſed non minui. inſp.30.n.29. & 30. Contrarium n. 31. Lim. vt nu. 32. Lim. ſecus eſſe de iure Canonico. d. inſp.30.nu.33. Lim. ſecus eſſe de conſuetudine totius Orbis. d.inſp.30.num.34. Sed contrarium eſt in minoribus, ſecundum Rotam, vt num.38. Et in Fiſco tale tempus eſt in arbitrio Officialis, & non eſt hæc dilatio neceſſaria, vbi eſt fruſtratoria. d.inſp.30. nu. 35. vbi exemplum. Et in bonis non dotalibus Hoſpitalis eſt pariter in arbitrio Iudicis. d.inſp.30.n. 36. Vt etiam in alienatione Theſaurariarum, Dohanarum, Gabellarum & aliorum iurium, bonorum & redituum Cameræ Apoſtolicæ. d.inſp 30.nu. 37.

Durare debent per tempus datum à lege, conſuetudine, vel Statuto, alias nulliter agitur. inſp.30.num. 49. & 50.

Saltim plerunque verum valorem inducunt, & iuſtum precium. inſp.49 num.19.

Sæpe miſerabilibus debitoribus de nihilo valent. inſp. 49.nu.8. Ampl. vt num.9.

Et licitationes cum id facto conſiſtant, non præſumuntur, ſed ſunt probandæ. inſp.67.numero 1. Ampl. vt num.3.

Requirunt ſcripturam. inſp.67.num. 4. Et in pignore prætorio, vel iudiciali debet per acta iudicialia conſtare de ſubhaſtationibus, publicis bannimentis, pretio, & Iudicis pronunciatione ſuper pignore liberando, vel vendendo, nec quoad precium ſtatur iuramento creditoris. d.inſp.67.nu.5.& 6.

Cum fiant de mandato Iudicis adhibito Notario, indicat hoc, quod debeant in ſcriptis fieri, & ita inductum eſt conſuetudine. d.inſp.67.n.8.

Extraiudiciales probari debent per teſtes de auditu, & viſu ſimul, vel Tabellio debet fidem facere, qualiter coram ipſo præconia præceſſerunt diuerſis diebus, & temporibus, & tandem plus offerenti fuit pro tanta quantitate fundus addictus, alias maxima pateretur via fraudibus inſp.67.n.27.& ſeqq.

Et ſolemnitates, quæ in decreto, vel inſtrumento non nominantur, non ſufficit allegare, ſed oportet probare. inſp.67.num 34.

Subhaſtationum loco vox Præconis ſatis eſt. inſpect. 29.num.74.

Et ſolemnitatum enunciatio facta in decreto ſuffragatur in iudicibus maioribus, non in minoribus. inſp. 67.num.55.

Subhaſtationibus pluries factis inſtantium plurium creditorum, & emptore, ſeu iuſto pretio non reperto, debet Iudex, inſtante præſertim magno creditorum numero, æſtimatione mediante illis bona iuxta graduationis ordinem adiudicare, aliquibus etiam alijs inuitis. inſp.43.num.34.

Factis admittitur etiam alia oblatio. inſp.35.n.104.

In ſubhaſtationibus, quæ non fiunt pro executione ſententiæ, facta per aliquem oblatione, non licet à contractu quidquam demare, aut minuere. inſpect. 52.num.24.

E 4

Vide etiam in verb. Adiudicatio, Diſtractio, Licitatio Venditio, Executio.

Superior, *vel Iudex vbi manum iniecit, aliorum poteſtas coercetur.inſp.14.num.86.*

Supponentes *perſonas, quæ offerant precia exceſſiua, vel non iuſta in fraudem tertij, carent commodo actus, & puniuntur.inſp.35.num.260.*

T

TEmpus *ſecundum ad effectum ſubhaſtationis, conſiderandum inſp.15.num.5.*

Statutarium ad redimendum pignus ſubhaſtatum non currit contra pupillum, ſed bene contra adultum, cui tamen competit reſtitutio in integrum, & menſis in eo eſt 30. dierum, & mora purgatur per vnam diem tantum.inſp.17.num.151.& 153.Eſtque tempus continuum non vtile, & feriæ computantur, vt num.156.& quo die incipiat, num.157. & 158. Et an currat ignoranti, vel legitime impedito, & an creditori conditionali, & an cedi poſſit.inſp.17.num.159.161 & 162.

A Statuto, vel conſuetudine datum ad redimendum rem addictam in ſubhaſtatione videtur procedere in addictione facta extraneo, vel creditori vt extraneo plus licitanti, alias nullo tempore excluditur debitor, niſi aliter Statutum dictet, vel conſuetudo.inſp.17.nu.171.

Intra quod tertius recurrere debet ad impugnandam executionem conſumatam, ius commune non ſtatuit, ſed loci Statuta ſolent diſponere.inſpect.18.numero 272.

In ſubhaſtationibus conſideratur.inſp.30.nu.1.

Tertium in ſubhaſtatione pignorum, & in alia ſubhaſtatione neceſſaria eſt, dum res ſtat ſub haſta. d.inſpect.30.nu.2.& 3.

Quo res ſtare debeat ſub haſta in bonis priuatorum, eſt in arbitrio venditorum, Et Iudicis, ſicut olim erat in omnibus.inſp.30.nu.43.Ampl.vt num. 44. Lim. vt num. 48. & ſeqq. Et in Iudicis arbitrium eſt deſignatum per dictionem, Diu, in venditione, & adiudicatione, quæ fit ex interlocutoria, vt in pignoribus iudicialibus.d.inſp.30.nu.45.Et communiter eſt dierum octo, vt num.47.

Bannimentorum, & edictorum, vt compleatur, expectari debet, alias nulliter agitur. & locus eſt reuocationi inſp.30.nu.53.55.& 58. Et quid ſi interueniat aliquod ſolemne Feſtum? num.56.& ſeqq.

Intra quod poſt primum decretum ſit interponendum ſecundum, non eſt à iure præfixum, ſed eſt Iudici arbitrarium.inſp.30.num.70.Et alij de minori, alij de maiore ſentiunt.d.inſp.30.num.71.

Inter primum, & ſecundum decretum intercedens eſt ad fauorem debitoris, & quare.inſp.30.num.76.Et quanto eſt longius, eo minus poteſt debitor, & ab eo cauſam habens conqueri de breuitate.d.inſpect.30.num.77.

Ad redimendum non currit à die factæ deliberationis, vel adiudicationis, ſed à die illius notificationis, vel captæ poſſeſſionis.inſp.53.nu.78.

Temporis *ſingula momenta conſiderantur quoad fructuum acquiſitionem, & reſtitutionem.inſpect. 55. num.107.*

Tempore *durante quolibet illius momento recipitur quis ad plus offerendum.inſp.35.num.105. Ampl.vt num.106.& 107.*

Longo intercedente inter deliberationem, & depoſitum ſeu ſolutionem pretij dicitur debitor grauatus, ſi res detur pro pretio tempore deliberationis reperto.inſp.60.nu.32.

Tempora *tria conſiderantur in executione contra debitorem, & quæ.inſp.12.num.1.*

Vide etiam in verb. Dilatio, Pignus. Terminus.

Tenuta *capta abſque Iudicis commiſſione non ſuffragatur.inſp.17.num.57.*

Capta in vim ſententiæ, & mandati executiui habetur pro primo decreto, & eius loco ſuccedit.inſp.13.num.20.& 21.

Non eſt actus deciſorius, ſed præparatorius ad ſubhaſtationis executionem.inſp.17.nu.74.

Capi non poteſt contra tertium poſſeſſorem.inſpect. 58. num.9.

Capta probatur præſumptionibus, & quibus. inſpect. 67.num.64.

Conceſſa in bonis alienari prohibitis, vel fideicommiſſo ſubiectis non tenet, prout nec ſubſecuta deliberatio, vel adiudicatio.inſpect.18.num.199.200.& 202. Ampl.vt num.203.& 204.

Tenutam *videtur tacite Iudex confirmare, dum poſtea mandat, rem ſubhaſtari.inſp.13.num.72.*

Tenutæ *adeptio actus eſt, qui poteſt, & ſolet fieri inter abſentes.inſp.24.num.50.*

Recuperatio præſupponit capturam.inſp.67.n.65.

Vide etiam in verb. Executio, Pignus, Bona, Res, Immiſſio, Miſſio.

Terminus, *& dilatio data debitori ante ſubhaſtationem prodeſt etiam aliis creditoribus ſuperuenientibus, nec locus datur illius reiterationi.inſp.19. num. 22.*

Ad reluendum eſt omnino dandus, alias ſubhaſtatio dicitur nimis feſtinanter facta.inſp.23.num.199.& ſeqq.Lim.vt num.154.157.158.& 159.

Ad reluendum iam elapſus eſt parti intimandus, alias poteſt prætendi ſpolium.inſpect.23.n.160. Lim. vt n.ſeqq.& num.165.

Omnis in omni materia incipit à die ſcientiæ.inſp.24.num.52.

Menſis in deliberatione aſſignandus maior eſt termino iuris communis, cum ille ſit dierum 30. & hic dierum 20.inſp.24.num.85.& 111.

Menſis, & decem dierum in deliberatione appoſitus currit à die intimationis.inſp.24.n.111.Conceditur ex æquitate ad fauorem debitoris, vt interim poſſit ſoluere, & pignus luere, vel facere plus offerre. inſp.24.num.86.& ſeqq.

Ad licitandum, & præconiorum in Curia Capitolij Vrbis.inſp.30.num.60.& 61.

Bannimentorum in Ciuitate Peruſij.inſp.30. nu. 62.

Bannimentorum in Ciuitate Macerata, & Prouincia Marchiæ. inſp.30.num.63.

Præconiorum in Dominio Veneto. inſpect.30.num.64. & 65.

Subhaſtationum quando poſſit per Iudicem abbreuiari.inſp.30.num.68. Illius nullitas poteſt per Papam ſanari.d.inſp.50 nu.69.

Subhaſtationis intelligitur peremptorius. inſp.35.num. 51.Ampl.vt num.52.

Termini *ad ſoluendum ſuſceptio facta per Curatorem non impedit ſpolium ex capite nullitatis ſubhaſtationis, vel adiudicationis, & quare.inſp.58. n. 131.*

Suſceptio probare poteſt veritatem crediti, non ſanare nullitatem ſubhaſtationis, vel adiudicationis.inſp. 58.num.132.

Termino *aliquo in præcepto de ſoluendo non aſſignato, intelligitur aſſignatus conſuetudinarius decem*

dierum

dierum.inſp.12.num.15.

Aliquo licitatori aſsignato ad dandum fideiuſſores,& alio longiori ad eos adprobandum, ſecundus incipit vna cum primo, & poteſt interim alius offerre. inſp.30.num.84.

Ad licitandum elapſo, perfecta cenſetur gabellatio, contractus, & licitatio quoad vltimum,& meliorem licitatorem,ſeu facientem meliorem conditionem, & res ei liberata, vel liberanda eſt,& pœnitentiæ non eſt locus.inſp.35.num.19.& 20. Ampl.vt num.54.& ſeqq.& 71.& ſeqq.

Termini qui aſsignantur in ſubhaſtatione rerum Vniuerſitatis ſunt extraiudiciales.inſp.35.num.53.

Vide etiam in verb .Dilatio, & in verb. Tempus. Pignus, Executio.

Tertius dicitur, qui venit ad cauſam quæ inter alios agitur,& quare.inſp.18.num.21.

Veniens pro ſuo intereſſe impedit executionem rei iudicatæ, & trium conformium, & eſt audiendus. inſp.18.num.30.31.& 36.Ampl.vt nu.32.

Ad impediendum inſtare debet, vt Iudex ad executionem non properet.inſp.18.n.37.Et admittitur etiam poſt ſententiam diſcuſsionis, ſed intra terminum ſubhaſtationi præfixum, & ante addictum pignus, non poſt.inſp.18.nu.38.& ſeqq.

Auditur, etiamſi de iure ſuo doceat apparenter, & ſummarie, vel per vnum teſtem, & ſemiplenam probationem.inſp.18.nu.49.& ſeqq.& antequam poſſeſsio ab eo auferatur, vt num.54.& executiue, vt num.15. Nec illi ſummaria cognitio præiudicat, ſi poſtea agat ordinarie.d.inſp.18.num.56.

Poſſeſſor abſens,& non citatus executionem,& ſubhaſtationem impedit.inſp.18.num.61. Ampl. vt nu.62. 63.64.& 87.Lim.vt nu.86.

Poſſeſſor non eſt in poſſeſsione turbandus.inſp.18.nu.66. Nec ea per executionem priuatur.d.inſp.18.nu.67. Et poteſt in eadem ſine pœna permanere,& manuteneri.d.inſp.18.nu. 68.& 69. Nec conueniri poteſt actione perſonali,nec executiue,neque in vim obligationis cameralis,ſed ordinarie tantum,& remediis contra tertios poſſeſſores competentibus.d. inſp. 18.n.70. & ſeqq. Et nulliter contra eum proceditur via executiua, & pro executione mandati contra alium relaxati,& appellari poteſt.d.inſp.18.num. 73.& 74.

Poſſeſſor dicitur etiam ille,contra quem eſt mandatum relaxatum ſub vno nomine,& exequitur in bonis, quæ poſsidet ſub alio nomine, & ipſam executionem impedit.inſp.18.num.75.

Non habens probationes in promptu,ſed petens terminum, & volens probare per teſtes,& articulos dare non impedit executionem, & quare. inſpect.18. num.103.

Non poſsidens non impedit regulariter executionem, ſiue creditum contineat obligationem cameralem, ſiue non.inſp.18.num.104.

Niſi ſit vxor, non poteſt ſub prætextu anteriori hypothecæ executionem, & ſubhaſtationem poſterioris creditoris impedire. inſp.18. num.126.Ampl.vt nu. 127.Lim.vt nu.128.130.& 131.

Quando non ſit audiendus pro recuperatione rei ſuæ niſi ſoluto debito creditori. inſp.18.nu.190.

Siue habeat intereſſe, ſiue non, vel ſit creditor, ſeu in credito obligatus, ſubhaſtationem impedit oblatione, & ſolutione, vel depoſito ipſius debiti.inſp. 18. num.157.& ſeqq.vbi ampl.

Comparens auditur etiam poſt pignus addictum, & executionem perfectam.inſp.18.num.268.Sed agere debet ordinarie iudicio reſciſsionis, vel rei vendicationis.inſp.18.nu.274. & 275.& facere plenas probationes ſeruatis debitis terminis. d.inſp.18.nu. 275. & per tres ſententias conformes. d. inſp. 18. num.276.

Secundo modo ſe opponit ſubhaſtationi, ex quo res ſit ſibi hypothecata, & vt debitum ſibi ſoluatur. inſp.19.num. 2. & 7.vbi ſoluatur ei, qui ſit prior, & in ſubſidium dantur ei bona in ſolutum,vt n.8.& 9.

Qui ſe ſubhaſtationi oppoſuit,non admittitur ad licitandum.inſp.32.num.89.

Quilibet poteſt pro alio offerre & emere, illique acquirere,& quando hoc dicatur facere. inſpect.32. num.38.& 39.

Tertij ſola poſſeſsio per ipſum allegata executionem impedit.inſp.16.num.26.

Oppoſitiones ſi videantur legitimæ, & non reijciendæ, quomodo illarum probationes admittantur. inſp.18.num.106.

Tertio dicenti bona executa eſſe ſua, non creditur, nec executio dimittitur, niſi probet.inſp.18.nu.2. & 3.

Incumbit onus probandi, & quid.inſpect.18.num.46. & 60.

Et, ſi velit probare incontinenti,eſt executio retardanda per breue tempus, in quo ſi clare non probet, executio amplius non differtur, ſed ſi probet, vlterius non proceditur,& pronunciatur, pro eo cum victoria expenſarum,& intereſſe.inſp.18. n.47.& 82.& ſeqq.& 88. & 10. & in caſu contrarij poteſt appellari,vt num.85.

Ignoranti cauſam agitari non præiudicatur. inſpect. 18.num.270.

Qui tempore ſubhaſtationis poſsidebat, competit manutentio,vel reintegratio.inſp.18.num.279.

Tertio poſsidente ſe opponente,probatio proprietatis, ſeu iuris, vel poſſeſsionis debitoris incumbit creditori. inſp.18.num.101.

Tertij in fraudem poſsidentes non conueniuntur inſolidum,ſed pro rata,inſp.18.num.193.

Teſtator impedire non poteſt, quin eius creditores ius ſuum in ipſius bonis conſequantur. inſp.18. nu.206.

Nec in facta per eum prohibitione alienationis continetur, ſeu contineri poteſt alienatio neceſſaria, nec pignus iudiciale,& pretorium.d.inſp.18.num.207. & ſeqq.

Teſtis deponens de valore plurium corporum terrarum in genere & in confuſo non probat leſionem,ſi illa fuerint de per ſe diſtinctis pretiis per diuerſa inſtrumenta ſubhaſtata, & deliberata.inſp.60.n.41.

Non poteſt ſcire valorem totius, niſi ſciat valorem partium integralium.inſp.60.num.45.

Non probat rei valorem,ſi ignoret illius quantitatem, ſeu confinia.inſp.60.num.47.& 48.Prout nec quod bona fuerint maiori, vel minori pretio vendita, quam fuerit repertum.inſp.60.n.49.

Valorem non probat,ſi non ſit informatus de rei qualitate, vel in qua, & quanta parte verſetur bona, & mala qualitas.inſp.60.num.50.

Teſtis depoſitio affectata eſt ſuſpecta.inſp.60.nu.92.

Teſti deponenti inuerisſimilia non eſt danda fides. inſpect.60.num.93.Nec ei, qui eſt ſibi contrarius, vel conuincitur de falſo.d.inſp.60.n.94.& 95.

Teſtes deponentes circa fructus, ſeu habita ratione fructuum rei ſubhaſtatæ ad illius æſtimationem regulandam quomodo debeant deponere. inſpect. 60. num.26.

Digitized by Google

Super valore debent deponere, & peritos referre de valore communi, & ſecundum illum, & quod communiter tanti res empta, & vendita fuiſſet, & quod aliæ tenutæ eoſdem fructus reddentes in eadem regione communi æſtimatione emi, & vendi conſueuerunt pro tanto precio, inſp. 60. num. 33. & ſeqq. Nec ſufficit depoſitio de particulari affectione, & eorum iudicio, quia ſic potius viderentur iudicare, quam teſtificari. d. inſpect. 60. num. 36. & 38. Ampl. vt num. 37.

Deponentes de particulari affectione faciunt adminiculum cum aliis deponentibus de communi valore. d. inſp. 60. num. 43.

Seu periti non facientes mentionem rei qualitatum non dicuntur concludere valoris iniuſtitiam ad effectum reſciſſionis ſubhaſtationis. d. inſp. 60. nu. 75.

Excederent eorum officium, ſi arbitrarentur valoris diminutionem ob vincula, & onera, cum id non ad eos, ſed ad Iudices ſpectet. inſp. 60. num. 76.

In æſtimatione fundi debent reddere cauſam ſcientiæ ſufficientem, vt quia vicini, practici, & periti, & deponant de quantitate fructuum. inſp. 60. num. 78. & 79. Et debent rationem ſui dicti reddere etiam non interrogati. d. inſp. 60. num. 80. Decl. vt num. 82. Et ratio concludere debet communem æſtimationem. d. inſp. 60. nu 81.

Inter ſe contrarij ſuper mutatione valoris non probant. inſp. 60. num. 89.

Qui patiuntur exceptiones, conuincuntur ab aliis, qui illas non patiuntur. inſp. 60. nu. 99.

Titulus *reducitur ad non titulum per ſententiam contra reportatam. inſp. 55 num. 11.*

Ex illius defectu tenetur poſſidens ad fructuum reſtitutionem, & etiam, ac fortius, ſi illi venditio facta fuerit Fiſci nomine. inſp. 55. num. 12. & 13.

Quando non dicatur habilis ad effectum acquirendi fructus. inſp. 55. num. 77.

Adiudicationis omnem actionem, obligationem, debitum, cauſam pignoris, & hypothecæ, ac iura omnia extinguit. inſp. 53. num. 31.

Titulum *qui nunquam habuit, vel fuit doloſus, non poteſt facere fructus ſuos. inſp. 55. nu. 24.*

Titulo *inualido exiſtente & reſoluto, ad effectum lucrandi fructus ante litem motam ſufficit erronea ſententia, & credulitas, atque titulus putatiuus, non reprobus quamvis iniuſtus, & temerarius, vel immo nec titulus requiritur. inſp. 55. nu. 40. 41. 42. & 45. Ampl. ſiue ſit ignorantia facti, ſiue iuris error. inſp. 55. num. 43.*

Annullato, & reſoluto, cuius contemplatione bona retinebantur, ipſa bona, & fructus in reſtitutione veniunt. inſp. 55. num. 78.

Tranſlatio *à Iudice facta, ſeu datio in ſolutum, vel miſſio, quæ fit in executionem ſententiæ, dicitur neceſſaria. inſp. 42. num. 53.*

Tranſportatio *actorum, & integra ſpectat ad allegantem nullitatem & ſi ſint deperdita culpa partis aduerſæ, debet & hoc probare. inſp. 58. num. 116.*

In dubio præſumitur integra. inſp. 58. nu. 118.

Vide etiam in verb. Acta, & Actus.

Tribunal *quodlibet, Forum, Curia, & Iudex ſeruare debet ſuum ſtylum, & ſolemnitatem. inſp. 24. num. 23. Nec ex ſolemnitatibus vnius tribunalis infertur ad ſolemnitates alterius. d. inſp. 24. num. 26.*

Tubæ, *vel Campanæ ſonus ſufficit in venditionibus, & locationibus, ſi talis ſit in loco conſuetudo. inſpect. 29. num. 80.*

Turpius *eijcitur, quam non admittitur hoſpes. inſpect. 32. num. 87.*

Tutor *in ſubhaſtatione rei pupilli pro debito poteſt palam iuſto precio emere per interpoſitam perſonam, non clam. inſp. 32. num. 51.*

Tutor, *vel Curator, vti habentes adminiſtrationem cum libera, poſſunt alienare ſine ſubhaſtatione. inſpect. 4. num. 21.*

Non poteſt pro exiguo debito vendere rem magni valoris, nec vltra neceſſitatem. inſp. 5. num. 15.

Ad lites, quando & quomodo debeat dari, & de citatione facienda. inſp. 23. nu. 43. & ſeqq.

Reſiduum precij rei ſubhaſtatæ recipiens, & cautionem præſtans de euictione ratificare dicitur venditionem quæ alias forſan nulla erat, & ratificatio retrotrahitur ad diem deliberationis, vel adiudicationis. inſp. 58. num. 134.

Quando poſſit ratificare ſubhaſtationem factam ſine ſolemnitatibus, & illius ratificatio ſufficiens ſit ad tranſlationem poſſeſſionis. inſp. 58. num. 135.

Tutores *poſſunt alienare veſtes triſtes, & animalia ſuperflua etiam ſine decreto. inſp. 4. num. 72.*

V

Valor *vt ſciatur, tunc ad ſubhaſtationem eſt deueniendum, vbi aliud non adeſt remedium. inſpect. 49. num. 14.*

Rei tam diu ſubhaſtatæ probari non poteſt per inſpectionem peritorum ſed tantummodo valor præſens, niſi ſi informati eſſent etiam de ſtatu antiquo, examinarentur vti teſtes. inſp. 60. nu. 16 & 17.

Mobilium debet ad effectum reſciſſionis præciſe probari de tempore venditionis. inſp. 90. num. 22.

Vt dicatur probatus, debent teſtes deponere, ac æſtimatio facienda eſt habita notitia, atque ratione qualitatum quæ precium diminuunt. inſp. 60. num. 53. & ſeqq.

Rei diſtractæ conſideratur habita ratione læſionis, quam admittit loci Statutum. inſp. 60. n. 6[illegible]. Et quod eius venditio facta fuit ſub haſta. d. inſp. 60. num. 69. Et quod ea erat litigioſa. d. inſp. 60. num. 70. Et quod poſſidebatur à pluribus pro indiuiſo. d. inſp. 60. n. 71. Et quod emptor fuit coactus emere ſi vere fuit coactus. d. inſp. 60. num. 72. Et quod fundus deliberatus abſque cautione de euictione, quod quantum diminuat Iudicis arbitrio remittitur. d. inſpect. 60. num. 73. & 74.

In dubio mutatus non præſumitur. inſpect. 60. nu. 90. Declar. vt nu. 91.

Stabilium, & annuæ præſtationis, ac iuſta penſio rei locatæ in ſubhaſtatione æſtimari debet habita ratione fructuum annorum 20. & fit ad rationem quinque pro centenario ex communi. inſp. 60. n. 102. Lim. vt non ſufficiat locutio. d. inſp. 60. num. 103.

Rei fructiferæ vt probetur, probari debet iuſtus reditus, & quod in loco res tanti reditus tanti valet. inſpect. 60. num. 109.

Valorem *non probat teſtis deponens per verba dubitatiua, Poterat valere, vel Incirca. inſp. 60 numero 85. Ampl. vt num. 86. Nec ſi deponat de auditu. d. inſp. 60. n. 87. Nec ſi ſit vnicus. d. inſp. 60. nu. 88.*

Valoris *immobilium in probatione non eſt inſpiciendum præciſe tempus contractus, ſeu ſubhaſtationis, ſed etiam tempus anterius, & poſterius per aliquod tempus, ſeu per aliquot annos arbitrio Iudicis. inſp. 60. num. 23. 24. 27. & 28. Lim. vt num. 29. Nec in*

eo Aduo-

Digitized by Google

eo Aduocatus, debet ſe reſtringere ad tempus inſtantaneum, ſed articulare, quod communiter ea res tantum valuit de tempore venditionis, & ante, & poſt.d.inſp.60.num.25.

Iuris redimendi, ſeu francandi in aeſtimatione deducitur illius ratione ſexta pars.inſp.60.nu.67.

Vide etiam Apprecium, AEſtimatio, Pretium, Teſtis.

Variatio in exequendo nõ eſt licita, ſi per primum pignus conſultum ſit creditori, alias ſecus.inſp.27.num 12.

Permittitur in obligatione camerali, & in executiuis, & poſſunt in iis plures fieri executiones vſque ad ſatisfactionem. inſpect. 27.num.16. Et exequi poteſt tam realiter, quam perſonaliter. d inſpect.27.nu. 18. & ſeqq. Ampl.vt num.21.& 22.Decl. vt num. 24.& ſeqq.

Vendentes pro aliis vendere d bent iuſto precio quod melius, quam per ſubhaſtationem percipi non poteſt.inſp.5.num.8.

Vendere rem cum ſubhaſtatione non eſt leuis ſolemnitas. inſp.20.num.6.

Quandoque expedit potius minus praeſenti pecunia, quam plus ſolutione dilata.inſp.27.nu.25.

Iure pignoris, & iure creditoris idem eſt. inſpect 63. numero 3.

Vendi omnia debent ad haſtam, quae ſine decreto alienari, vel locari non poſſunt.inſp.4 num.3.

Venditio in incantu publico dicitur ſubhaſtatio. inſp. 1. num.21. Ampl.vt nu.22.

Publica fit auctionibus, & licitationibus ſub haſta. inſp 1.num.31.

Facta dicitur, cum facta eſt adiudicatio. inſpect. 17. num.60.

Perfecta non dicitur ex decreto de inſtrumentum faciendo, inſp.17.num.63.

Eſſentiam & perfectionem accipit à precio.inſp.17.nu. 66. Nec ea abſque traditione impedit, quin debitor offerat, & pignus liberet.d.inſp.17.nu.68.

Nulla, & tota vti indiuidua dicitur, ſiue nulla ſit pignoris captio, ſiue ipſa diſtractio.inſpect.17.nu.128. 129.

Ad haſtam aliqua ſolennitate deficiente poteſt retractari, & mandari, rem cum fructibus reſtitui, & quid quoad expenſas, & intereſſe. inſp.20.nu.36. & ſeqq.

Perfecta, venditore inuito, non reſcinditur, inſpect.35. num.228.

Retractatur, & ad nouam licitationem deuenitur, quando quis ſe abſtinuit plus offerre, quia ei fuit denunciata maior oblatio, quam re vera eſſet.inſp. 35.num.256.

Pura, & mera dicitur, cum res danda eſt, vel datur plus offerenti.inſp.36.num.7.

Quae fit per iudicem licitanti, & addictio, ſeu adiudicatio, quae per eundem fit creditori, multum differunt inter ſe.inſp.36.num.13.

Sub haſta habita fide de precio valet ad obligationem emptoris, & vt ſibi non competat exceptio compenſationis, ſed non ad effectum tranſlationis dominij inſp.37 num.8.

Quae fit à parte eſt voluntaria.inſp.44.nu.77.

Valet facta pro pretio per tertium declarando, & quare.inſp.47.num.81.& 82.

Per publicam ſubhaſtationem habet pro ſe magnam praeſumptionem.inſp.49.num.16.

Vel adiudicatio quando dicatur perfecta, tam ſi fiat pro executione ſententiae, quam ſi aliter, inſpect.52. num.20.

Non reſcinditur, etiam ſi quis plus offerat, niſi probetur, rem diſtractam plus valere.inſp.57.n.25.

Sub haſta reſoluitur exiſtente laeſione vltra ſextam partem, & in magno exceſſu, & etiam ſi deceptio ſit intra medietatem iuſti pretij, inſp.57.n.35.& 36.

Per ſubhaſtationem perfecta regulariter non reſcinditur, nec ex Imperiali reſcripto, nec ex Fiſci priuilegio, inſp.57.num.42.

Solenniter Fiſci nomine facta nec praetextu reſcripti, minoris aetatis, vel laeſionis retractatur. inſpect.57. num.43.

Seu locatio non ſeruatis debitis ſolennitatibus nulla eſt ipſo iure, nec eſt opus reſtitutione pro noua licitatione. inſp.57.num.47.

Iure creditoris fieri dicitur, etiam vbi pignus ad inſtantiam creditoris venditur ſub haſta. inſp. 66. numero 6.

Facta per Iudicem ſub haſta non dicitur facta à creditore, ſed à debitore per Iudicem repraeſentato, cuius actum debitoris dicitur.inſp.66.num.12.

Facta per viam ſubhaſtationis magis proprie, & ſecundum terminos legales facta dicitur per creditorem, quam per debitorem.inſp.66.nu.13.& 21.

Venditione facta, ſi debitor in cauſa appellationis vicerit, ei actio non datur ad rem contra legitimum emptorem, qui ſit tutus aliqua exceptione, ſed tantum ad pretium, inſp.54.num.50.

Sub haſta reſoluta, puta in minoribus ob laeſionem vltra ſextam partem, veniunt etiam fructus reſtituendi à die litis conteſtatae.inſp.55.nu.32.

Venditiones etiam Fiſcales plurimam ſolennitatem requirunt. & in quibus, inſp.20.num.20.

Immobilium per priuatos facta in Statu Veneto poſſunt per agnatos, & haeredes, reſtituto precio retractari, ſecus in Fiſcalibus, niſi agatur de bonis debitoris Fiſcalis.inſp.53.n.27.

Sub haſta facta reſcinduntur minori laeſione, quam ſit enormiſſima, hoc eſt cum ea, quae ſufficit pro remèdio l.2.inſp.59.num.6.

Fiſcales ſolenniter, & bona fide factae raro retractantur ſolius laeſionis praetextu, & quare.inſp.59. nu. 37.& ſeqq.

Venditiones publicas retractari, eſt iniquum, & exemplo pernicioſum.inſp.35.nu 89.

Vide etiam in verb. Diſtractio, Subhaſtatio, Deliberatio.

Venditor, & exponens rem ad haſtam obligari debet ex parte ſua ad vidẽdum, vt ex oblatione ſequatur obligatio offerentis, & quare, inſp.24.n.1.

Obligari videtur ad vendendum ex ipſa ad haſtam expoſitione.inſp.34.num.2. & 66. Decl.procedere in ſubhaſtatione neceſſaria, ſecus in voluntaria, niſi de obligatione in edicto, vel proclamate, aut alio modo id notum factum fuerit, & ſubhaſtatio fiat à domino, vel Iudice nemine contradicente. d. inſp.34.num.2. & ſeqq. Sed ſi ſolum dictum fuerit, Quicunque vult emere, vel conducere, & non additum, Quod dabitur plus offerenti, & quare.d. inſp.34.nu.6.& ſeqq.& 99. Ampl.vt nu. 10.

Venditoris ius non fit deterius ex cenſuarij praelatione, & redditur ratio.inſp.36.num.9.

Verbum Adiudicationis, proprie pertinet ad iudicia diuiſoria.inſp.42.nu.24.

Plus eſt comparatiuum, & ſupponit poſitiuum. inſp. 32.num23.

Verba, finito far à l'incanto, quando intelligantur.inſp. 20.num.85.

Digitized by Google

Qui mille obtulerit, habebit vnum ſolidum pro libra, important, quod plus offerenti dabitur, & quare. inſpect.35.num.28.& 29.

Incantus ſunt intelligenda cum effectu. inſpect. 35.numero 162.

Aſsignauit, & adiudicauit, in diuiſione intelliguntur ad effectum ſeparandi partim à parte. inſpect.42. num.25.

Via *vna electa in executiuis ad aliam confugi poteſt, donec ſequatur ſatiſfactio.inſp.27.num.26.Ampl.vt num.28.*

Vicino, *inquilino, & affictuario, ſeu conſorti conſultum eſt in ſubhaſtatione rem habere etiam per viam licitationis, veriſimiliter etiam magis vtilis creditori.inſp.36.num.30.*

Victus *victori regulariter in expenſis condemnatur. inſp.19.nu.67.*

Vidua *habens mandatum contra bona hæreditaria viri, & exequens, ac ſubhaſtationem obtinens non poteſt dici ante ſubhaſtationem poſſediſſe.inſp.18.nu. 159.*

Aliis creditoribus inſtantibus tenetur viri defuncti bona manifeſtare.inſp.19.num.53.

Vltimum *dicitur, quod nihil validum ſequitur. inſp.35.*

Voluntaria *debitoris alienatio non dicitur per ſubhaſtationem ex eo, quod obtulerit licitatores, & quare. inſp.44.nu.28.& 29.*

Voluntarium *non dicitur, quod ſit ex legis, vel Iudicis præcepto.inſp.44.num.23.*

Dicitur quidquid ſequitur ex voluntaria obligatione inſp.44.num.9.& 15.

Vide etiam in verb. Actus.

Voluntas *à Iudice coacta voluntas eſt.inſp.44.n.16.*

Vſuræ *poſt executionem non currunt.inſp.30.nu.79.*

Vſus *Populi ſi ſit varius, inhærendum eſt diſpoſitioni iuris communis.inſp.37.nu.46.*

Vide etiam in verb. Conſuetudo, & in verb. Stylus.

Vſusfructus *à patre amiſſus non dicitur per indicationem bonorum aduentitiorum filij per eundem patrem factam, & conſenſum præſtitum ſubhaſtationi, eadem non effectuata.inſp.58.nu.143.*

Vxor *quando, & quomodo impediat creditores poſteriores in ſubhaſtatione bonorum viri occaſione aſſecurationis ſuæ dotis.inſp.18 num.109. & ſeqq.*

Vxori, *ſubhaſtatione facta de eius bonis contra formam Statuti, & ex fideiuſsione, ex qua indotata remaneat, & ſic ſit enormiter læſa, competit in integrum reſtitutio etiam poſt quadriennium.inſpect.57.numero 7.*

FINIS.

DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ quæ in Tractatu de Subhaſtatione LVDOVICI POSTII I.V.C. PERVSINI REFERVNTVR.

SARMIENTO.

Bononien. Subhaſtationis
5 Iulij 1563.

S V M M A R I A.

1 *Adiudicatio bonorum debitoris ſit creditori etiam inuito pro iuſto pretio æſtimando emptore non reperto, vel iuſto precio non offerente.*

2 *Solui poteſt aliud pro alio inuito creditore in caſu neceſſitatis emptore non reperto pro iuſto precio.*

3 *Pretium iuſtum dicitur, ſi ſit iuxta communem æſtimationem.*

Deciſio I.

1 FVIT reſolutum per Dominos, quod, † ſi de bonis ſubhaſtandis non reperiatur emptor, vel, ſi reperiatur, non tamen offerat iuſtum precium, debeant dari d. bona inſolutum creditoribus etiam inuitis iuſto precio æſtimando, *l. 2. C. ſi in cauſ. iudic. Aff. dec. 358. num. 5.*
2 *Caſtr. in l. ordo C. de execut. rei iudic.* nam † vna res pro alia inuito creditore per debitorem ſolui poteſt in caſu neceſſitatis, ſi non reperiatur emptor, qui offerat iuſtum precium, *Iaſ. in l. 2. § mutui datio. numero 1. ff. ſi cert. petat. Cappell. Toloſ. q. 6. Roland.*
3 *conſ. 22. n. 33. lib. 1.* & iuſtum precium dicitur iuxta communem æſtimationem, *gloſ. mag. in l. 2. C. de reſcind. vendit.*

CARD. BLANCHETTO.

Romana Vineæ Veneris 24. Ianuarij 1586.

S V M M A R I A.

1 *Fructus ſuos an faciat creditor, quando pignus æquiualet debito, & n. 9.*

2 *Manutentionis petitio indicat voluntatem omittendi aliquid de iure ſuo.*

3 *Iudex mandans bona detineri per creditorem, donec, & quouſque fuerit ei ſatisfactum, non dicitur abſolute bona adiudicare, ita vt faciat fructus ſuos.*

4 *Clauſulæ, Detinen. donec, & quouſque &c. effectus.*

5 *Non præſumitur quis pro magno credito recuperare velle rem modici valoris, vbi limitatur.*

6 *Spolij in iudicio venit rei, & fructuum recuperatio.*

7 *Quod quis noluerit rem inſolutum, quomodo colligatur.*

8 *Deliberatio eſt facienda plus offerenti, non autem creditori.*

Deciſio II.

DD. Quia vſus forenſis repugnat communi ſententiæ, quod, † quando pignus æqui- 1
ualet debito, tunc creditor faciat fructus ſuos, de qua per *Doct. in l. 1. §. per ſeruum. il 2. de acq. poſſ. Neguſ. de pignor. p. memb. 3. par. nu. 30.* & quia DD. non fuerunt concordes propter repugnantiam *l. fin. C. de iur. domin. impetr.* quæ eſt de directo contraria huic opinioni, cui legi nullus ex Doctoribus reſpondet, volunt videre, an ex circunſtantiis facti conſtet, Io. Petrum debitorem habuiſſe vineam pro derelicta, & vt talem fuiſſe acceptatam à Palauicino.

Dubium, An conſtet, vineam fuiſſe habitam pro derelicta in caſu, de quo agitur.

Digitized by Google

Mercurij 21. Maii 1586.

Deciſio III.

FVit per Dominos abſque vlla difficultate
deciſum, vineam nec à Io. Petro, dum viue-
ret nec à Iulia, nec à Brunis eiuſdem ceſſionariis
2 fuiſſe habitam pro derelicta, † dum enim Io. Pe-
trus, & Iulia poſſiderunt, & ipſa voluit manu-
teneri in poſſeſſione vti anterior creditrix, colli-
gitur coniectura, quod ipſa de iuribus ſuis nihil
voluit omittere. Poſt ſententiam autem latam,
cum verba ſint clara, quod vinea veniebat deti-
nenda, donec, & quouſque Palauicinis eſſet ſa-
tisfactum, & ex verbis ſententiæ, & ex proſecu-
3 tis per Brunos apparet manifeſte, quod † nec Iu-
dex voluit abſolute adiudicare vineam Palaui-
cinis, ita vt facerent fructus ſuos, nec Bruni hu-
iuſmodi ſententiæ acquieuerunt. Verba enim
ſententiæ ſunt clariſſima, vt ſucceſſores Gri-
maldi tædio affecti ſatisfacerent ipſis de ſuo
4 credito: † Iſte enim eſt effectus illius clauſulæ.
Detinen. donec, & quouſque & c. Bruni etiam proſe-
quendo ſpolium allegando maius creditum Iu-
lij, & non conſtare de credito Palauicinorum,
declararunt, velle recuperare iſtam vineam.
5 Non obſtat, quod † non præſumuntur vo-
luiſſe pro magno credito recuperare vineã va-
loris modici; nam, cum ſcirent, fructus cedere in
6 extinctionem, prudenter fecerunt, quia, † ſi de
ſpolio conſtitiſſet, poſſeſſionem vineæ, & fru-
ctus recuperaſſent, ſin minus debitum diminue-
batur; & ideo, poſtquam fuerunt excluſi à iudi-
cio ſpolij, allegarunt ſatisfactionem, Quæ, & ſi
ſufficiat ad probandum, Brunos non habuiſſe
vineam pro derelicta; tamen ex abundanti fuit
7 dictum † conſtare de mente Palauicinorum,
quod noluerunt hanc vineam inſolutum.
Primo, Quia proſequuti ſunt ius ſuum etiam
ſuper ſcripturis.
Secundo, quia, poſtquam immiſſi fuerunt in
poſſeſſionem vigore ſententiæ R. P. D. mei De-
cani, obtinuerunt commiſſionem, vt procedere-
tur ad ſubhaſtationem, & deliberationem Vi-
8 neæ, † quæ deliberatio erat facienda plus offe-
renti, non ipſis.
9 Non † obſtat communis opinio allegata pro
Palauicinis, quia de eius veritate Rota dubita-
uit, & vſus forenſis illi eſt de directo contra-
rius; tum & tertio quia illa forſan poſſet proce-
dere, vbi & verba ſententiæ, & veriſimilis mens
debitoris non repugnarent, prout iſto caſu.

COMITVLO.

Romana Domus de Barbarellis Veneris 26. Aprilis 1591.

SVMMARIA.

1 *Debitor tenetur de euictione ſiue ab ipſo, ſiue à Iudice res vendatur, vel inſolutum detur, limit. vt numero 3. & 4.*

2 *Factum Iudicis factum partis reputatur, limit. vt num. 3.*

4 *Subhaſtatio nulla dicitur, ſi facta ſit de re in executionem capta in mandato non comprehenſa.*

5 *Citatus in ſubhaſtatione, & non opponens non ſibi præiudicat, ſi nulliter procedatur.*

6 *Euictionis actio competit etiam occaſione venditionis rei alienæ.*

7 *Decl. procedere, vbi diſtractio valuit, ſecus è contra.*

8 *Retineri poteſt res, quæ ex cauſa inualida ad retinentem peruenit, ex alia valida.*

Deciſio IV.

LIcet, † quemadmodum re à debitore vendi- 1
ta, tenetur venditor de euictione, *l. ſi præ-*
dium. C. de euict. ita etiam ſi à Iudice vendatur, vel
inſolutum detur, *Bart. Bald. Ang. & Salyc. in l. ſi ob*
cauſam. C. eod. Aff. dec. 8. n. 4. Bellon. conſ. 24. n. 11. & ca-
uetur *Statuto vrbis lib. 1. cap. 192. in nou.* ea ratione,
quia, † factum Iudicis cenſetur factum partis, 2
Bald. in d. l. ſi ob cauſam. circa fin. Bart. in l. qui vniuer-
ſus. §. 1. de acq. poſſ. Iaſ. in l. iuſte. nu. 17. eod. tit. & in l. à
Diuo Pio §. ſed ſi emptor. n. 3. de re iudic.
Hoc tamen † intelligitur, quando Iudex iu- 3
ſte, & rite non proceſſit, vt iidem Doctores de-
clarant, alioquin eius factum reputatur factum
priuati, non autem Iudicis, aut partis, *Aym. conſ. 5.*
n. 8. & Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 59. cum
ſeqq. de acq. poſſ.
Quo fit, vt in ſpecie facti propoſita, cum exe-
cutio, quæ fieri debuit ſuper rebus Barbarello-
rum, contra formam mandati facta fuerit per
Coſmum ſuper domo ipſiuſproprıa, & † conſe- 4
quenter ad ſubhaſtationem nulliter Iudex pro-
ceſſerit, prout fuit deciſum *12. Februarij anni præ-*
teriti coram R. P. D. meo Decano, ceſſet fundamen-
tum euictionis, & illius exceptio non obſtet Bar-
barellis agentibus ad recuperationem domus,
quam ipſi nec vere, nec ficte vendiderunt.
Non obſtat, quod citati in ſubhaſtatione non
ſe deliberationi faciendæ oppoſuerunt, quia † 5
non ideo ſibi præiudicarunt ſcientes, ſaluum ſibi
eſſe ius ſuum redimendi domum, *l. ſicut. §. non vi-*
detur. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. Rip. in l. admonen-
di. nu. 48. ff. de iur. iurand.
Nec refragatur, quod † etiam occaſione rei 6
alienæ venditæ competit euictio ad *Bald. in d. l.*
ſi ob cauſam. nu. 1. Quia regulariter † hoc proce- 7
dit, vbi rei alienæ diſtractio valuit, *l. rem alienam.*
ff. de contr. empt. ſecus in caſu propoſito, in quo ab
initio contra formam expreſſam mandati pro-
ceſſum nulliter ad ſubhaſtationem, vt bene reſ-
ponderunt Domini 4. *Iulij anni præteriti coram R.*
P. D. meo Decano.
Demum ad rem non facit, quod † ſi ex cauſa 8
inualida res ad aliquem peruenit, poſſit per eum
ex alia valida retineri, *l. eleganter. vbi Bart. nu. 4.*
C. de cond indeb. Gramm. dec. 58. num. 1. & proinde,
cum preciũ domus fuerit verſum in ſatisfactio-
nem debitorum, quibus Barbarelli erant obno-
xij, poſſit domus retineri, quamdiu precium ſo-
lutum reſtituatur. Quia nihil moratur, Barba-
relli quominus refundant quidquid precij in eo-
rum vtilitatem verſum docebitur facta legitima
compen-

Digitized by Google

compenſatione cum fructibus poſt motam litem perceptis, dummodo euictionis exceptione non repellatur à recuperatione domus, prout concluſum fuit non repelli &c.

ORANO.

Romana Executionis ſententiarum in cauſa Romana Vineæ de Brunis Veneris 17. Aprilis 1592.

SVMMARIA.

1 *Sententia graduatoria generaliter concepta ſuper omnibus bonis, non ſuper re certa, non dicitur continere adiudicationem.*

2 *Datio in ſolutum à Iudice facta pignorum in executionem captorum, niſi præcedat æſtimatio, non ſuſtinetur, & n.10.*

3 *Dominium ſine traditione non transfertur.*

4 *Subhaſtatio, & alia ſolennitas obſeruari ſolita in adiudicatione non eſt neceſſaria in adiudicatione bonorum hæreditariorum facta per Iudicem de permiſſione hæredis beneficiati, ſecus ſi de conſenſu hæredis non conſtet.*

5 *Animus, & intentio litigantium cognoſcitur ex ſententia, & actibus ſubſecutis.*

6 *Saluianum competit creditori vigore hypothecæ, & aliorum pactorum executiuorum ad effectum, vt ſibi ſatisfiat de fructibus.*

7 *Citatio facienda eſt parti ad videndum conſignari bona Curſori ad effectum ſubhaſtandi.*

8 *Saluianum conceditur & pro re debita, & pro quantitate ad rem obligatam.*

9 *Via Saluiani electa non poteſt variando recurri ad viam ſubhaſtationis.*

10 *Dominium per adiudicationem non transfertur non præcedente æſtimatione.*

Deciſio V.

PRopoſita iterum cauſa ſuper reſolutis 11. *Decembris 1591.* anni præteriti, an procedendum eſſet ad executionem ſententiarum ad fauorem D. D. Pallauicinorum latarum. Domini ſteterunt in deciſis, quia ſententia A.C. fuit gra-
1 duatoria, † quæ neque continet adiudicationem, per quam dici poſſit translatum dominium ex ſecundo decreto, cum fuerit generaliter concepta ſuper omnibus bonis, non autem ſuper re certa. *Bald. in l.1. C. de iur. domin. impetr. in l. fin. verſ. vltimo quæro. vbi etiam Salic. nu.13. C. de bon. auct. Iud.*
2 *poſſ.* nec æſtimatione præcedente, † ſine qua datio in ſolutum facta à Iudice pignorum captorum non ſuſtinetur, *ad notata in l. ordo C. de except. rei iud. & in leg. à diuo Pio. §. ſi pignora. ff. de re iudic.*
3 neque etiam traditione, † qua deficiente per ſententiam dominium non transfertur, *gloſ. in §. fin. in verb. eius fit. Inſtit. de offic. Iud. Bar. in l. ex hoc iure. n.6. ff. de iuſt. & iur. Alex. in l. Pomponius. § ſi Iuſſu. n. 8.*
4 *de acq. poſſ. & conſ. 90. n. 9. vol. 2.* licet autem † ſubhaſtatio, & alia ſolennitas, quæ in adiudicatione ſolita eſt obſeruari, prætendebatur minus neceſſaria; quando hæres cum beneficio legis inuent. & qui potuit ſatisfacere creditoribus hæreditariis permittit, per Iudicem eius adiudicari bona hæreditaria *ad l. fin. §. & ſi perfectam. cum ſeq. vbi Bald. i. not C. de iur. delib.* nihilominus non congruit præſenti thémati, in quo Iulia hæres, & potior creditrix Grimaldi nunquam probatur, dediſſe conſenſum, vt Vinea Pallauicinis pro eorum credito adiudicaretur, ſi quidem † ex lata ſen- 5
tentia, in qua adiudicatio prætenditur facta bonorum hæreditariorum Grimaldi Dominis Pallauicinis pro ſcutis 1800. poſtquam Iulia de ſuo credito foret ſatisfacta, ac ex actibus ſubſecutis cognoſcitur qualis intentio, & animus tam Iuliæ, quam D. D. Pallauicinorum fuerit, nempe, quod non intellexerint per eam aliquod tranſlatum dominium, nam, cum ante eam ſententiam in cauſa diſcuſſionis obtinuiſſet, ab illa commiſſa cauſa appellationis ad Inſtantiam aliorum creditorum R.P. D. Gropperio, ipſa impetrauit aliam commiſſionem eidem directam, per quam attenta re iudicata petiit ad vineæ ſubhaſtationem deueniri, ſucceſſiuè Pallauicini vtentes beneficio reſtitutionis in integrum aduerſus prædictam ſententiam coram eodem Gropperio inſteterunt, vt attento credito obligationis cameralis vallato iuxta facultates A.C. contra bona Grimaldi Iuliam hæredem ad eis ſatisfaciendum compellendo procederet, tandemque ſubhaſtata Vinea, & illius pretio Iuliæ tanquam priori, & potiori creditrici conſignato, Pallauicini ceſſerunt eorum creditum ſcutor. 1800. Merendæ, qui huius ceſſionis vigore, præſentata commiſſione D. Rubeo, & in ea narrato, quod Pallauicini eſſent creditores q. Grimaldi in ſcutis 1800. cum obligatione omnium bonorum, & in ſpecie Vineæ, de qua agitur, petiit, & obti-
nuit cõmitti, † vt vigore hypothecæ, & aliorum 6
pactorum executiuorum ipſos immitteret in poſſeſſionem Vineæ à tertio poſſeſſæ, donec ſibi de præfato credito foret ſatisfactum. Demum lata in ſaluiano ſententia, & illius virtute poſſeſſio per Merendam capta, fuit præſentata alia commiſſio Cottæ, per quam idem Merenda petiit, vel per Vineæ ſubhaſtationem, ſeu Inſolutum dationem ad vlteriorem executionem ſententiæ per D. de Rubeis latæ procedi; poſtremo coram R. P. D. Blanchetto in locum Cottæ ſubrogato proteſtatus fuit, relicto poſſeſſorio, ſe velle procedere in negocio principali articuli ſubhaſtationis, & deliberationis, vel in ſolutum dationis
Vineæ, & † citata parte ad videndum conſigna- 7
ri Vineam Curſori ad effectum ſubhaſtandi, ex hac enim facti ſerie colligebant Domini, nunquam cogitatum fuiſſe, quod ex ſententia A. C. Pallauicinis dominium vineæ eſſet acquiſitum, præſertim cum, vt oſtenſum fuit, immiſſio poſtea fuerit facta ex ſaluiano, donec & quouſque &c.
quod oſtendit, † illud non fuiſſe conceſſum pro 8
re debita, ſed pro quantitate ad rem obligatam, vt alias fuit conſideratum *coram Sanctiſſimo. D.N. in cauſa Romana de Comitibus*, ac etiam quia poſt immiſſionem præſentata fuit commiſſio coram Cotta ſuper ſubhaſtatione Vineæ; † in quo Iudi-
cio non potuit Merenda obtinere, cum elegiſſet 9
viam Saluiani, *Natt. conſil 532. Couar. lib. 3. var. cap.*

Digitized by Google

18. & fuit reſolutum *in cauſa Romana 50. m.* Præterea ex abundanti conſiderabat vnus ex Dominis, etiam admiſſo, quod Iulia conſenſiſſet in
10 adiudicationem Vineæ; tamen † ad effectum,
vt per eam acquireretur dominium D. D. Pallauicinis, neceſſario interuenire debuit æſtimatio, ex quo adiudicatio fuit facta de bonis hæreditariis pro ſcutis *1800.* poſtquam Iulia de ſuo credito forꝫt ſatisfacta, *dicto §. ſi pignora. & ibi Doct.* ex quibus, & aliis per Informantes pro Brunis deductis Domini ſteterunt in reſolutis, &c.

LITTA.

Foroliuien. de Monſignanis Lunæ 22 Maij 1595.

SVMMARIA.

1 *Subhaſtatione inualida exiſtente reſtitui debet emptori, quod impendit, non autem verum rei precium, ſi plus valeat, & eo minus, ſi res penes eundem remaneat.*

2 *Spoliator condemnari debet ad quanti plurimi. Decl. vt num. 3.*

3 *Locupletari quis non debet cum alterius iactura.*

Deciſio VI.

1 FVit reſolutum, † Monſignanos tantum teneri ad reſtitutionem librar. 648. verſus D. Eliſabettam, ea ratione, quia conſtat, eam non fuiſſe paſſam damnum in vero pretio illarum rerum, quibus ſpoliata fuit, cum res prædictæ venditæ, & ſubhaſtatæ inſtantibus Monſignanis maiori pretio non fuerint venditæ; &, quod plus eſt, eidem Eliſabettæ deliberatæ fuerunt, quo fit, vt, ſi res plus vere valerent, illud plus ſit penes eamdem, & ſic vere habeat, quod petit.

2 Nec obſtat, quod † contra ſpoliantem fieri debeat condemnatio ad quanti plurimi, quia
3 † procederet hoc, vbi tertio venditæ fuiſſent, &
non ipſi Eliſabettæ; nam poſſet hoc in caſu prætendere verum pretium, & ſic quanti pluris vendi potuiſſent dictæ res, ſed cum eidem venditæ fuerint pretio librarum 648. merito precium tantum exburſatum prætendere poteſt, cum damnum, quod patitur, circa illud tantum
4 verſetur, † nec conueniat locupletari cum alterius iactura, vulg. *l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb.*

Et ita reſolutum fuit &c.

CARD. BLANCHETTO.

Aſſiſien. Nullitatis Subhaſtationis Veneris 17 Maij 1596.

SVMMARIA.

1 *Subhaſtatio non ſuſtinetur conſtito de ſolutione, & pro credito exceſſiuo. & nu. 6.*

2 *Alimenta per aliquod tempus præſtita diminuunt eorum creditum.*

3 *Executio facta in vim mandati decreti, & executi pro plus debito in totum corruit. Ampl. vt numero 4.*

5 *Mandati defectus efficit ſubhaſtationem, & deliberationem nullam.*

Deciſio VII.

FVit per Dominos reſolutum, † conſtare tali- 1
ter de ſolutionibus factis D. Marco Antonio,
vt ſubhaſtationes non ſuſtineantur, & omiſſis aliis in eo Domini conuenerunt, quod probetur,
d. Marcum Antonium fere per biennium recepiſſe alimenta in domo M. Guidi, & Panutiæ, † 2
quæ veniunt excomputanda, *l. vlt. C. de alim. pup. præſt.* Quare, † cum mandatum fuerit decretum, 3
& exequutum pro maiori ſumma, quam deberetur, executio in totum corruit ratione indiuiduitatis *gl. in l. fin. & ibi Bart. nu. 3. Iaſ. num. 27. Alex. num. 11. ff. de iuriſd. omn. Iudic.* Nec poteſt ſuſtineri pro parte debita, vt fuit dictum *coram D. Lauretano in vna Romana de Zappis prima Februarij 1585. & coram R. P. D. meo Orano in Aſculana Legitimæ 24. Nouembris præteriti.*

Nec obſtat, † quod non ſit liquidata quan- 4
titas ratione alimentorum quia non debebat D. Mar. Ant. perere totam ſummam, ſed aliqua, arbitrio Iudicis compenſanda, veniebant dimittenda.

Nec etiam obſtat, quod creditum aſcenderet ad ſummam ducatorum 1620. & ſubhaſtatio fuerit facta pro ſumma ſcutor. 1300. Quia alia ſcuta 335. receperat Io: Maria Antonellus Procurator D. M. Antonij, vt ex quietantia. Et huic quietantiæ non refragatur, quod Antonellus non eſſet Procurator, Quia de mandato conſtat;
&, † ſi negatur mandatum, loquitur, totam ſub- 5
haſtationem, & deliberationem fuiſſe nullam ex defectu mandati; Et, cum in quietantia ipſe aſſerat, recepiſſe ad bonum computum crediti, quod habuit, & habet D. M. Antonius ſatis liquet, quod ſubhaſtatio facta pro ſcutis 1300. non fuit pro diminutione ſummæ 1620. ſed quia alia ſcuta 335. in iſta computabantur. Ex his ſequi-
tur etiam † nullitas ſecundæ ſubhaſtationis pro 6
ſcutis 540. vigore mandati 1588. ex cauſa exceſſiuitatis cum facta computatione, vt bene deducitur in facto pro Margherita, ipſe eſſet tantum creditor ſcutorum 255.

ORANO.

Eadem Veneris 30. Maij 1597.

SVMMARIA.

1 *Intereſſe ex lucro ceſſante non debetur, niſi concurrant*

Digitized by Google

rant requiſita &c.

2 *Intereſſe ex damno emergente non debetur non conſtito de damno paſſo.*

3 *Intereſſe ob retentionem rei, & pretij non debetur occaſione ſubhaſtationis inualidæ. Amplia vt numero 6.*

4 *Æquitas non intrat, vbi ceſſat bona fides.*

5 *Fructus ex actu nullo recipiendi materia dari non debet.*

7 *Fructus ſequuntur dominum.*

Deciſio VIII.

IN vna Aſſiſien. Subhaſtationis bonorum, poſteaquam cognitum fuit, hæredem M. Antonij teneri ad reſtitutionem fructuum bonorum in extinctionem ſui crediti in ſolutum datorum, excitata fuit alia difficultas occaſione prætenſi intereſſe M. Antonio debiti propter non præſtita in tempore M. Antonio alimenta, quo accidit, vt dubium fuerit à me propoſitum, An iſtud intereſſe deberetur.

Et Domini pro negatiua reſolutione dixerunt, non conſtare de aliquo intereſſe, quod debeatur.

1 Nam, aut illud prætenditur ex lucro ceſſante, &c, † cum non concurrant requiſita, quæ traduntur per *Paul. de Caſtr. in l. 3. §. fin. ff. de eo. quod cert. loc. quem communiter D.D. ſequuntur. Afflict. deciſ. 20. nu. 2. Rimin. iun. conſ. 52. nu. 49. lib. 1.* & paſſim ſeruat Rota, vt habetur apud *Mohed. deciſ. 103. & 208. Put. dec. 237. lib. 1.* nulla competit pro eo hæredi Marci Antonij actio.

2 Aut vero ex damno emergenti, † minus intereſſe debetur, cum non probetur, M. Antonium damnum paſſum ex eo, quod alimenta in tempore non fuerint ſoluta, ita quod coactus fuerit accipere pecunias ſub vſuris, *Mohed. d. dec. 103.*

Aut denique ex æquitate *l. curabit. C. de act. empt.*
3 nè D. Margherita fruatur re, & precio, & † pariter ad ſenſum patet, ipſum ab illo excludi ſtan-
4 te inualiditate ſubhaſtationis. Nam † cum hoc caſu ceſſet bona fides, ceſſat in conſequentiam
5 æquitas, † ne aliter detur materia recipiendi fructus ex actu nullo. *l. fin. § emptor. C. comm. de leg.*
6 *Felyn. in c. cum cauſa ſub n. 26. de re iudic.* † maxime quod vere dici non poteſt, D. Margheritam habuiſſe rem, & precium, ſed potius rem pro-
7 priam cum fructibus, † qui ſequuntur dominum, &c.

PENIA.

Romana Deuolutionis 7. Maij 1599.

SVMMARIA.

1 *Emphyteutica re ſubhaſtata, & adiudicata pro debito ceſſionarij, remanet tamen ius emphyteuſis penes cedentem.*

2 *Emphyteuſis eſt contractus ſtricti iuris, & quod in ea non eſt expreſſum, cenſetur omiſſum.*

3 *Ius nominandi, vel eligendi non venit in emphyteuſi, niſi exprimatur.*

4 *Emphiteuſis in contractu ſtandum eſt in primis terminis verborum.*

5 *Clauſula generalis non refertur ad ea, quæ ſpecialiter ſunt conuenta.*

6 *Clauſula generalis declaratur à petitione.*

7 *Reſponſio ſeu conceſſio intelligitur facta iuxta formam petitionis.*

8 *Subhaſtatio, & deliberatio rei emphyteuticæ non transfert ius generationum, & nominationis, ſed commoditatem tantum generationibus, & nominatione durantibus. Decl. vt n. 9.*

Deciſio IX.

CApitulum Baſilicæ S. Petri domum ſitam in Vrbe in regione Pontis in Emphyteuſim conceſſerat Aloyſio Sermeliori ad tertiam generationem maſculinam, & illa deficiente ad tertiam nominationem pro annuo canone ſcut. 20. monetæ.

Aloyſius cum nullos ſuſcepiſſet filios anno *1565.* eamdem domum donauit Sarræ de Alexiis ſuo genero, & de conſenſu eiuſdem Capituli omnia iura conceſſionis ſibi competentia in eum tranſtulit; Sarra deinde moriens duos reliquit filios Horatium, & Alexandrum, & in diuiſione hæreditatis Sarræ Horatius habuit domum, & Alexander Religionem fuit profeſſus.

Cum Horatius ære alieno eſſet grauatus, & vigore cuiuſdam mandati executiui ſuper d. domo executi eadem domus Angelo Carpino tanquam plus offerenti pro pretio ſcutor. 500. fuiſſet adiudicata, idem Angelus ab eodem Capitulo petiit, & obtinuit transferri periculum vitarum Horatij, & Alexandri in vitam prædicti Angeli pro 2. generatione, & pro 3. & vltima in perſonam Laurentij eius filij, & Laurentio deinde vita functo quia idem Angelus condito teſtamento Ottauium Bombinum ad prædictã domum nominauerat, & Capitulum ob lineam finitam domum ad ſe deuolutam prætendebat ad litem dirimendam Rotæ ſuffragium petitum eſt. Dubio igitur, An Angelo competeret ius nominandi ſæpe in Rota propoſito, nempe die 25. Ianuarij, & die 20. Martij præſentis anni, eoque ob diſſentientes Dominorum ſententias non reſoluto, deinde die 7. Maij Rotæ conceſſit, Angelo jus nominandi non competiiſſe. Quia, † licet domus eſſet ſubhaſtata & adiudicata Angelo Carpino, emphiteuſis tamen penes Sarram de Alexiis, & eius generationes remanebat, & ſimiliter penes eos erat ius, ſeu facultas nominandi, quæ, cum non eſſet expreſſa in ceſſione Angelo facta, non erat cenſenda comprehenſa, quia, † cum emphyteuſis ſit contractus ſtricti iuris, quidquid non eſt in ea expreſſum, cenſetur omiſſum. *l. quidquid aſtringendæ ff. de verb. oblig. l. ſi cum dotem ff. ſol. matrim. Pariſ. conſ. 157. num. 6. lib. 1.* & in terminis contractus emphyteutici tenuit *Roland. conſ. 18. nu. 63. lib. 3.* 1 2

Præterea † ius nominandi aut eligendi non venit in emphyteuſi, niſi expreſſe dicatur, *Bero conſ. 106. lib. 1.* vnde, cum in inſtrumento conceſſionis Angelo factæ ſolum legeretur, Capitulorũ conceſſiſſe domum ad vitam Angeli pro 2. generatione, & ad vitam Laurẽtij filij pro 3. generatione, & & nihil exprimeretur de conceſſa facultate ad nominandum, non debuit conceſſio de ge- 3

Digitized by Google

neratione loquens ad nominationem extendi, cum † in hoc contractu ſtandum ſit in primis terminis verborum, *Iaſ.in l.ſi quis id quod paulò ante ſi ff. de iuriſdict. omn.Iudic. Cordub.tractat. de emphyt. titul.de cauſ.priuat.ob lin.fin.nu.4.*

Neque prædictis obſtant illa verba poſita in inſtrumento conceſſionis, cum pactis & conditionibus, & promiſſionibus in inſtrumento primæ conceſſionis contentis, quaſi nominatio etiam hic cenſeretur repetita, cum in primo conceſſionis inſtrumento eſſent expreſſa; Quia

5 reſpondetur primo, iſtam † clauſulam generalem non referri ad ea, quæ ſpecialiter fuerant conuenta, *l.talis ſcriptura, ff.de leg.1. Soccin. conſil. 22. nu.5.lib.3.Pariſ.conſ.63.nu.20.& conſ.53.nu.37.lib.2.*

6 Secundo dicebatur, iſtam † clauſulam declarari à petitione Angeli, qui petierat ſolum ſibi conceſſionem pro ſe, & Laurentio filio, quod intelligebatur reſpectu conceſſionis ad ſuam, & Angeli ſui filij vitam, ſecluſo iure nominandi,

7 quod ab Angelo petitum non fuerat, cum † reſponſio, ſeu conceſſio facta intelligatur ſecundum formam petitionis, *l. vt reſponſum. C. de tranſact. l. ſi defenſor. §. quod interrogatus, ff. de interrog. action. Alex. conſil.84.nu. 7. lib.1.* Hanc autem fuiſſe intentionem Angeli apparebat etiam ex ſerie inſtrumenti conceſſionis, quia Angelus ſemper locutus, & ſtipulatus fuerat pro ſe, & Laurentio filio tantum, & non pro aliquo nominando.

Præterea non obſtat, quod Capitulum conſenſerat ſubhaſtationi, & deliberationi domus, in qua veniebat etiam ius nominandi.

8 Quia reſpondebatur, † per ſubhaſtationem, & deliberationem non fuiſſe tranſlatum ius generationum & nominationis, ſed commoditatem tantum durantibus generationibus, & nominatione.

9 Dicebatur etiam, quod, † ſi verum eſſet, quod in deliberatione, ſeu adiudicatione domus veniebant generationes, & nominationes, quæ competebant debitori, id intelligebatur, quod penes creditorem permanebat domus, donec durabant generationes, & nominationes debitoris, ſi debitor nominaſſet, iſta tamen iura non transferebantur in perſonam, & vitam creditoris, & eius filij; Ideoque cum Angelus cuperet, quod vitæ debitori competentes mutarentur, & transferrentur in vitas ipſius Angeli, & Laurentij filij ad hoc Capitulum facilius concederet, & ſolum petiit transferri vitas, de nominatione autem non videtur curaſſe, & c.

CARD. LANCELLOTTO.

Bononien. Spolij Lunæ 14. Iunij 1599.

SVMMARIA.

1 *Spolium excluditur ex immiſſione Iudicis rite, & recte data, ſecus ſi conſtet de nullitate, vel notoria iniuſtitia & n.6.*

2 *Satisfactus per in ſolutum dationem non poteſt ſibi facere adiudicare alia bona.*

3 *Statutum contra latitantes procedit, quando debitor latitat ad circumſcriptionem debiti illius, qui inſtat.*

4 *Sententia lata ad inſtantiam non habentis mandatum, de quo pars oppoſuit, nulla eſt.*

5 *Statutum contra latitantes non intrat, vbi creditores dederunt cauſam fugæ.*

6 *Cum fuerit nulliter & notoriè iniuſtè proceſſum, competit actio ſpolij.*

7 *Adiudicatio nulla eſt æſtimatione non præcedente.*

8 *Lim. ſecus vbi res adiudicata eſt minoris valoris crediti, quod eſt probandum à volente adiudicationem ſuſtinere.*

9 *Adiudicatione nulla exiſtente intrat actio ſpolij.*

Deciſio X.

CAuſa pluries propoſita, tandem ſupra dicta die, per omnes Dominos votata, reſolutum fuit, conſtare de ſpolio; nam extrema non controuertebant Informantes pro D. D. Creditoribus, ſed ſolum nitebantur † excludere ſpolium, ex quo Creditores fuerunt vigore Statutorum immiſſi in poſſeſſionem facto Iudicis rite, 1
& recte procedentis. Quod tamen D. D. non placuit, quia nullitas, & notoria iniuſtitia clara eſt; nam reſpectu hæredum Antonij de Ceruia, cum non eſſent Creditores niſi occaſione fideiuſſionum pro Ocellis factarum, pro huiuſmodi credito agere amplius non poterant, cum D. Paſqualinus antea eis dediſſet in ſolutum aliqua bona ex eis, quæ eidem D. Paſqualino D. D. de Ocellis prius in ſolutum dederant, & de validitate huius dationis in ſolutum factæ per Ocellos D. Paſqualino dubitandum non eſt, ſicut etiam, quod non comprehendatur Statuto, licet fuerit facta intra annum decoctionis, ſtante reſolutione coram R.P.D. Orano facta, & ſententia deſuper ab ipſo lata, & ideo, † cum eſſent 2
iam ſatisfacti, non poterant facere ſibi adiudicare alia bona, quæ fuerunt ipſorum de Ocellis, & multo minus bona propria ipſius Paſqualini.

Non obſtat, quod bona data in ſolutum fuerint euicta, quia, vltra quod id non probatur, etiamſi eſſet verum, non releuaret, nam cum poſtea fuerint D.D. Creditores ſatisfacti ex aliis bonis à D. Franciſco emptis, non poterant pro d. eorum credito iterum accipere bona propria eiuſdem Paſqualini.

Præterea † Statutum contra latitantes, cuius 3
vigore fuit actum, procedit, quando debitor latitat ad circumſcriptionem debiti illius qui inſtat, vt tradit *Bart.conſ.42.lib.3.verſ.& licet iſta ſit.* & conſiderat *Celſ. Vgo. conſ.123.n. 5.* quod hic eſt clarum, cum Statutum dicat, ſi occultauit in damnum, & præiudicium ſuorum Creditorum, & ideo non poterat eſſe locus Statuto reſpectu hęredum, cum ſtante ſolutione eis facta D. Franciſcus non latitaret ad circumſcriptionem eorum debiti.

Reſpectu vero aliorum Creditorum † ſententia eſt nulla, cum fuerit lata ad inſtantiam non 4
habentis mandatum parte opponente, iuxta *dec. Guidob.208.* & pluries fuit reſolutum in Rota.

Secundo Dominis † non videbatur intrare in 5
hoc caſu Statutum, cuius vigore fuit actum, ſtante, quod Creditores dederunt cauſam fugæ, & latitationi D. Franciſci, ad quod faciunt tradita per *Dec.conſ.410.n.30.Decian.reſp.8.numero 200.lib.1.* Cum enim non obſtante proteſtatione per ipſum facta, quod contra ipſum non procederetur vti contra

Digitized by Google

contra decoctum,& nihilominus de facto,& ex abrupto procederetur. Ita vt fuerit ſpoliatus bonis emptis,coactus fuit ſe abſentare ad effugiendam carcerationem; Vnde non potuit contra eum vti decoctum procedi, nec potuit dici decoctus ex d. latitatione, cum latitatio non proceſſerit immediate facto ipſius, ſed facto Credi-
6 torum,qui dederunt cauſam,& ideo,† cum fuerit nulliter, & notorie iniuſte proceſſum, competit actio ſpolij, *Bart.& alij in l.iuſte poſſidet.ff.de acq.poſſ.Aym.conſ.8.nu.8.& conſ.140. n. 2.cum alijs per Gabr.de reſtitut.ſpoliat.concl.1.nu.124.125.*

Placuit etiam Dominis aliud fundamentum,
7 quod † adiudicatio fuerit nulla non præcedente æſtimatione contra *l.ordo.vbi Salic.C.de execut. rei*
8 *iud.Affl.dec.358.nu.5.Put.dec.252.lib.2.* † non obſtante limitatione, quando res data in ſolutum eſt minoris valoris, quam ſit debitum, quia onus probandi, rem eſſe minoris valoris, ſpectat ad eum, qui vult adiudicationem ſuſtinere, vt fuit reſolutum *in Romana de Siluerijs 14. Decembris 1592. coram R.P.D.Decano*,quod hic creditores probare non poſſunt,cum iam eſſent ſatisfacti.

9 Quod autem † nulla exiſtente adiudicatione intret actio ſpolij, fuit reſolutum in *Tiburtina Caſtri Sambuci 20. Decembris 1577. coram S. D. N.* & prius etiam *in cauſa Interamnen. Offic. 27. Februarij 1576.coram Illuſtriſſ.Blanchetto & c.*

P E N I A.

Peruſina Spolij Domus Veneris 8.Maij 1604.

S V M M A R I A.

1 *Poſſeſſorium prius de iure terminari debet, quam petitorium.& n.6.*

2 *Spolium eſt magis priuilegiatum, quam alia poſſeſſoria.*

3 *Spoliatus non tenetur reſpondere in petitorio, niſi purgato ſpolio etiam quoad fructus.*

4 *Cauſa iuſta requiritur ad effectum cumulandi petitorium cum poſſeſſorio.*

5 *Clauſula, Arbitrio, intelligitur prout de iure.*

7 *Arbitrio non eſt locus in cumulando petitorium cum poſſeſſorio.*

8 *Calumnioſa quando dicatur cumulationis petitorij & poſſeſſorij petitio.*

9 *Spolij actio vti in rem ſcripta paſſiue tranſit in hæredem,& ſucceſſorem.*

10 *Spolium deductum eſſe in iudicio ſufficit ad effectum, vt non ſit locus arbitrio pro illius cumulatione, nec eſt opus, quod ſuper eo ſit iam cognitum.*

11 *Spolio cognito, eſt cauſa expedienda contra ſpoliatum,ſeu ſucceſſorem.*

Deciſio XI.

INformantibus ſolis D.D. de Signorellis Dubitaui, an eſſet locus arbitrio ad effectum cumulandi petitorium cum poſſeſſorio in iudicio ſpolij,&Rota,non fuiſſe locum,cenſuit,tum quia † de iure prius eſt terminandum poſſeſſorium, 1
quam petitorium, *l.ordinarij.C.de rei vendic.l.incerti.C.de interd.*tum quia † ſpolium magis eſt priui- 2
legiatum, quam alia poſſeſſoria,*clem.1. vbi gl.verb. ſpoliantis.de cauſ.poſſ.& propr.Gozad.conſ.10.n.3.*adeo vt † ſpoliatus non teneatur reſpondere in peti- 3
torio, niſi purgato ſpolio etiam quoad fructus,*c. in litteris. & c. conquerenti. vbi Bald. n.1.de reſtitut.ſpoliat.Verall.deciſ.130.n.7.par.1.& dec.176.numero 2.lib.3.* tum quia † ad effectum cumulandi poſſeſſo- 4
rium cum petitorio requiritur iuſta cauſa, *Rot.in vna Romana Cenſus 8.Februarij 1507.coram Robuſterio*, quæ non adeſt in hoc caſu, & maxime quia † 5
clauſula, Arbitrio Rotæ, intelligitur prout de iure, *Caſ.de Graſſ.dec.8. de re iudic.* † De iure autem 6
eſt permiſſum, deberi prius poſſeſſorium, quam petitorium terminari, tum demum, quia † iſte 7
caſus videbatur in terminis deciſus *in cauſa Foroliuien.de Monſignanis 17.Nouembris 1600.coram me.*

Supradictis † accedebat ſuſpicio calumniæ 8
ex parte petentis cumulationem petitorij, poſtquam Rota declarauit validum examen teſtium examinatorum ad probandum ſpolium; nam quaſi diffidens de iuribus ſuis, & vt magis ſe confoueret in ſpolio, ad hoc refugium confugere videbatur.

Neque D. Liuiæ ſuffragatur dicere,quod ipſa non commiſerit ſpolium,ſed Lucteria.Quia fuit reſponſum,† actionem ſpolij vt in rem ſcriptam 9
paſſiue tranſire in hæredem & ſucceſſorem,*l.1.§. interdictum.de reſtitutione ſpoliat.Put.dec. 176. incipien. Albericus.n.2.3. & 7.lib.2.Cephal.conſ.47. n.41.Soccin. ſen. in l.rem, quæ nobis.n.10.de acq.poſſ. Alex.conſ.91.n. 346.& conſ.97.n.2.lib.1.*

Denique non obſtat, quod nondum fuerat cognitum ſuper ſpolio, quia † ad effectum, vt 10
non eſſet locus arbitrio pro cumulatione, ſatis erat, ſpolium fuiſſe deductum in iudicio, & merito,quia,† ſi de ſpolio fuiſſet cognitum,nul- 11
lus futurus erat locus arbitrio, ſed cauſa expedienda erat contra ſpoliantem, vel ſucceſſorem & c.

P E N I A.

Romana Vineæ Veneris 28.Iunij 1602.

S V M M A R I A.

1 *Executio in obligatione camerali non ſuſpenditur.*

2 *Sententiæ acquieſcere cenſetur, qui non appellat.*

3 *Executio vbi eſt cœpta,retardari non debet.*

4 *Venditor poteſt reſeruare dominium vſque ad integralem pretij ſolutionem,cum hoc ſit pactum naturale.Lim.vt num.6.*

5 *Pactum reſeruationis dominij rei venditæ vſque ad pretij ſolutionem non efficit, vt deſinat eſſe contractus emptionis,& venditionis.*

7 *Emptor cum pacto reſeruationis dominij vſque ad pretij ſolutionem poteſt interim rem locare tam extraneo,quam venditori.*

8 *Pacto reſeruationis dominij reſoluto non eſt opus noua traditione.*

Deciſio XII.

PEtrus Paulus, & Martia Mazzoleni vendiderunt Antonio Sanchofortio Vineam pro ſcutis 700. quæ Antonius ſoluere promiſit, ſic vt, donec pretium ſolueretur, dominium non cenſeretur à venditoribus abdicatum. Ne autem Antonius emptor Vinea, & precio eodem tempore frueretur, contrahentes mutuo conuenerunt, vt vinea intelligeretur Antonio emptori locata pro annua penſione ſcutorum 56. addita pactione, quod ſoluto pretio locatio finita cenſeretur.

Antonio vita functo, Paulus, & Martia contra hæredes Antonij pro conſequendo precio coram A. C. iudicio intentato mandatum executiuum obtinuerunt, à quo non fuit appellatum, & executi fuerunt; Vnde; cum Antonij hæredes à ſubhaſtatione appellaſſent, & mihi cauſa commiſſa fuiſſet cum clauſula, *Si quid exequendum*, dato dubio ſuper eo articulo, & vtraque parte informante, Rota ad vlteriorem executionem procedendum cenſuit.

1 Quia † in obligatione camerali regulariter
non ſuſpenditur executio, *Galleſ. ad form. cam. oblig. tit. de quæſtionibus poſt proceſſ. incid. numero 7.* &
præſertim in hoc caſu, in quo non fuerat à pri-
2 mo decreto appellatum, † pars enim cenſebatur ſententiæ acquieuiſſe, *l. qui Codice de appellation. cap. venerabilibus. §. 1. de ſent. excommun. lib. 6.*
3 &, † cum executio fuerit cœpta, non debuit
retardari, *Rip. in l. 4. §. condemnatum numero 31. verſiculo aliquando. ff. de re iudicata*, *Rota in cauſa Reatina Caſtri Poſla die 10. Decembris 1574. coram D. de Graſſ.* & maxime in hac facti ſpecie, in qua
Domini non dubitabant de iuſtitia contractus,
4 † cum potuerint venditores reſeruare ſibi dominium vſque ad integralem precij ſolutionem, cum ſit pactum naturale ipſi venditioni, *§. vendita. Inſtitut. de rerum diuiſ. Baldus in rubr. Cod. de contr. empt. numero 23. verſ. in contrarium. Abb. conſil. 66. numero 2. verſ. quinimmo expreſſe. lib. 1. Alex. conſil. 121. numero 5. verſ. ſecus. libr. 5. Fabian. de Mont. tract. de empt. & vendit. qu. 5. numero 37. verſic. ſed circa. Dec. conſil. 119. numero 2. in princ. Ruyn. conſ. 73. numero 3. verſ. ſecundus caſus eſt. lib. 1. Socin. ſen. conſ. 117. numero 1. & 2. Gabr. de empt. & vendit. concl. 4. numero 24. & fuit late dictum in cauſa Romana Vineæ 16. Ianuarij 1601. coram Domino meo Litta.*

5 Neque † propter huiuſmodi pactum de reſeruatione dominij deſinit eſſe contractus emptionis, & venditionis, *Rimin. ſen. conſilio 117. numero 9. verſiculo ex hoc.* Interim enim venditio dicitur conditionalis, *Iacob. Emil. conſilio 120. incipit propo-*
6 *nitur in themate num. 3.* & propterea † non eſt verum, tale pactum repugnare naturæ venditionis, licet repugnaret, ſi eſſet perpetuum, ita vt dominium remaneret penes venditorem, *Surd. dec. 175. num. 2.*

Neque obſtat locatio emptori facta quia illud
7 quoque verum eſt, † poſſe interim pendente huiuſmodi conditione, donec precium ſoluatur, & quamdiu dominium reſidet penes venditorem, rem tertio locari, *Abb. dicto conſ. 66. num. 2. in princ.* & eidem etiam emptori, *Rimin. ſen. conſ. 318. num. 19. verſ. quo caſu.*

Cum ergo potuiſſent venditores agere ad conſequendum precium, ſicut potuiſſet emptor ſoluendo precium cogere ad transferendum dominium, † quod non indiget noua traditione, *Baldus in d. rubrica numero 24.* concluſum fuit, procedendum fuiſſe ad vlteriorem executionem, &c.

EMINENTISS. D. CARD. VBALDO.

Romana Officij Notariatus Veneris Prima Decembris 1628.

SVMMARIA.

1 *Approbans venditionem dicitur proprio facto à poſſeſſione cadere, nec poteſt eius hæres prætendere reintegrationem. Ampl. vt n. 2. & 4.*

3 *Solutione partis debiti extinguitur ipſius debiti pars.*

5 *Approbare dicitur quis venditionem ex declaratione, quod vult precium recipere & n. 12.*

6 *Precium quis recipere non poteſt rei, quam vult retinere.*

7 *Approbatio fieri poteſt expreſſe, & tacite.*

8 *Res inter alios acta non iuuat tertium. Ampl. vt num. 9. limit. vt n. 10.*

11 *Declaratio eorum, quæ conſiſtunt in animo, prodeſt præſentibus, & abſentibus.*

13 *Clauſula, ſine præiudicio, intelligitur præterquam quoad expreſſa.*

Deciſio XIII.

DOmini dixerunt, ſententiam Primi Collateralis eſſe confirmandam. Quia, licet Righetius haberet, & poſſideret partem iſtius of-
ficij venditi per D. Ruſpulum Caninio, † cum 1
tamen hanc venditionem ipſe approbauerit, & ſic facto proprio ceciderit à poſſeſſione, non poſſunt hodie illius hæredes prætendere reintegrationem *Socin in lege rem, quæ nobis. num. 8. ff. de acq. poſſ. Menochius de recuper. remed. 15. numero 95. Put. dec. 276. numero 1. lib. 3. in nou. Rota dec. 38. numero 2. par. 2. recent.*

Quod verò Righetius venditionem prædictam approbauerit, patet ex apoca concordiæ factæ inter Arellios, & d. Righetium, in qua fit expreſſa mentio de venditione officij facta Caninio, & pro rata eidem Righetio tangente fuit conuentum, vt ipſe reciperet ſcuta 540. à Carpiano, prout illa recepit, & alia ſcuta 540. reciperet à Caninio, & pro reſiduo ageret contra
Domum Saluatoris. Vnde † non ſolum ceſſat a- 2
ctio ſpolij pro rata exacta dictæ partis precij,
cum † ſolutione partis debiti extinguatur pars 3
debiti, *gl. in lege fin. C. ne vxor pro marit. Natt. conſilio 446. numero 19. Pariſ. conſilio 79. numero 11.*
volum. 3. Surd. deciſ. 33. numero 12. † Sed etiam ceſ- 4
ſat in totum, quia, dum declarauit voluntatem ſuam,

Digitized by Google

ſuam, quod totum precium recipere volebat
5 modo ſupradicto, † per conſequens approbauit
contractum factum ad fauorem Caninij, in
quem voluit etiam eſſe tranſlatam omnem poſ-
6 ſeſſionem, † ne alias dicatur, quod ipſe voluerit
exigere precium rei, quam apud ſe haberet con-
tra æquitatem *l. curabit. C. de act. empt.* Certum eſt
7 autem,, † approbationem nedum expreſſe, ſed
etiam tacite fieri poſſe, *Bald. conſil. 34. numero 2. vol. 2. Dec. conſil 586. nu. 12. & 13.* Non obſtat, quod ſu-
8 pradicta concordia, † tanquam res inter alios
acta, non poſſit iuuare Ruſpulum, & Caninium,
9 † præſertim cum in ea non interuenerit aliqua
10 ſtipulatio Notarij pro abſentibus. Quia, † cum
ex dicta concordia eliciatur declaratio volun-
tatis approbandi ſupradictum contractum ven-
ditionis, non fuit neceſſaria alicuius præſentia,
11 cum † declaratio eorum, quæ conſiſtunt in ani-
mo, non minus proſit abſentibus, quam præſen-
tibus, ſecundum doctrinam *Bart. in l. is poteſt. ff. de acq. hered. Tiraq. in tract. res int. alios act. limit. 2. verſic. hinc eſt preterea. Maſcard. de probat. concluſ. 344. numero*
12 *83. & poſt alios Surd. dec. 132. numero 2. & 3.* † Satis
eſt igitur, quod Righezius voluerit recupera-
re precium ſuæ ratæ officij, idque tam facto,
quam verbis declarauerit, exigendo dicta ſcuta
540. & pro aliis declarando, quod volebat age-
re, vt ſupra.

Non obſtant clauſulæ præſeruatiuæ, ſine præ-
13 iudicio, † quia intelliguntur præterquam quo-
ad expreſſa, *Oldrad conſil. 330. in fin. Pariſ. conſil. 70. numero 12. lib. 1. Seraph. deciſ. 736. numero 2. & deciſ. 773. numero 9.* & ſic in caſu, quod non poſ-
ſet dictus Reighezius ſatisfieri de precio ſuæ
partis Officij, vel à Carpiano, vel à Caninio, vel
ſuper Domo, tunc haberet regreſſum ad pri-
mæua iura contra Arellos, & alios obligatos
& ſufficeret ſibi oſtendere vnicam ſententiam
condemnatoriam, vt clare dicitur in apoca,
pro cuius obſeruatione prius eſſet agendum,
quam poſſit agi ad reintegrationem ex ſupra-
dictis.

Et ita & c. vtraque &c.

ORTEMBERGO.

Romana Spolij 20. Februarij 1603.

SVMMARIA.

1 *Heres adeundo hereditatem dicitur cum legatariis quaſi contrahere.*
2 *Adiudicatio probatur ex actis.*
3 *Acta notorium inducunt.*
4 *Adiudicationis decretum præſumitur ex præcedenti citatione, & ſubſecuta intimatione, & adiudicationis inſtrumento.*
5 *Medium probatur per extrema.*
6 *Producens, & vtens dicitur approbare.*
7 *Adiudicatio probatur ex enunciatiua inſtrumenti contra enunciantem.*

Deciſio XIV.

SVblatis nullitatibus Domini, vna tantum
parte informante, dixerunt, conſtare de iure
D. Antonij Maluetij, ex cuius ceſſione venit D.
Lucretia Marcellina, ex teſtamento, & codicil-
lis Terentiæ vxoris D. Antonij, quorum vigore
Paulus Carcanus eiuſdem filius hæreditatem
adiuit, & † cum legatariis quaſi contraxit, *l. quod* 1
filiarum. §. fin. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. §. hæres quoque ſub nu. 2. Inſt. de obligat. quæ ex quaſ. contr. quare, cum
ex illis appareat de legatis ei relictis, potuit con-
uenire Paulum filium, & hæredem, & obtinere
adiudicationem bonorum hæreditariorum pro
concurrenti quantitate.

Hæc autem † adiudicatio, & datio inſolutum 2
domus, de qua controuertitur, pro concurrenti
quantitate legati cum augmento tertiæ partis,
non apparentibus in ſubhaſtatione oblationi-
bus, facta ſecundum Statutum Vrbis cap. 91. lib. 1.
probatur ex actis, † quæ notorium inducunt, *c.* 3
fin. de cohabit. clericor.

Non obſtat, quod in actis deficiat decretum
dationis in ſolutum; nam, † cum extet citatio 4
præcedens, & intimatio ſubſequens vna cum
inſtrumento adiudicationis, credendum quoque
eſt, fuiſſe factum decretum, † per extrema enim 5
probatur medium, *gl. in c. quia ſunt culpæ, in verb. nec cauſa. 28. diſtinct. Matheſ. not. 116. numero 3. in adnot. Felin. in c. inter dilectos. numero 5. verſ. in teſt. ibi, ſed cum de fid. inſtr.* & hæc nullitas inter alia
ſanata eſſe cenſenda eſt, poſtquam ſecuta ceſſio-
ne cum pacto redimendi in fauorem Pauli ap-
poſito, ipſe illud pluribus modis approbauit,
Primo † producendo, eoque vtendo ad conſe- 6
quendam executionem ipſius, *c. cum olim. & ibi gl. in verbis inſtrumentis, de cenſib. Bald. conſil. 14. lib. 5. Dec. conſ. 665. in princ. Aym. conſil. 77. nu. 8. Verall. dec. 333. par. 1. Mohed. dec. 5. Caſ. de Graſſ. dec. 1. numero 2. & 3. de fideiuſſ.*

Deinde ad effectum obtinendæ executionis
pacti in ceſſione appoſiti vendidit medietatem
eiuſdem domus, in cuius venditionis inſtrumen-
to publico pro cauſa finali illius venditionis e-
nunciantur legatum, datio in ſolutum, & ceſſio
cum eius tenore, † quare non poteſt amplius 7
à Paulo improbari, *l. ſi quis teſtamento. C. de teſt. l. Pomponius ſcribit. ff. de neg. geſt. reg. ſemel de regul. iur. in 6. Dec. d. conſil. 665. Aym. conſil. 201. numero 56. &c.*

IVSTO.

Romana Spolij 14. Iunij 1604.

SVMMARIA.

1 *Subhaſtatio, & deliberatio nulla eſt, ſi ſit exceſſiua & numero 8.*
2 *Obligatus pro ſorte non tenetur ad fructus.*

Digitized by Google

3 *Conſenſus præſtitus ſubhaſtationi facit, vt conſentiens dicatur facto proprio à poſſeſſione cecidiſſe.*
4 *Conſenſus præſtitus ſubhaſtationi intelligitur de rite, & recte facienda.*
5 *Poſſeſſionis defenſio excludit animum eam dimittendi.*
6 *Conſenſus præſtitus ſubhaſtationi reſpectu fructuum intelligitur de debitis.*
7 *Conſenſus præſtitus ſubhaſtationi recipit interpretationem à iuſtitia.*

Deciſio XV.

DVbitani, An ſubhaſtatio, & deliberatio eſſet nulla, & Domini vna parte informante ob longam alterius partis contumaciam reſoluerunt pro nullitate; Nam Mutianus erat obligatus releuare indemnem, & liberare à moleſtiis C. Alexandrum de Apris pro ſcutis mille tantum, & nihilominus fuit facta ſubhaſtatio, & deliberatio pro ſcutis mille dandis D. Alexandro, qui nihil ſoluerat, & pro aliis ſcutis 615. pro
1 fructibus, & ſic † exceſſum in duobus. Primo, Quia fuit facta ſubhaſtatio, vt ſoluerunt D. Alexandro, qui non erat creditor. Secundo pro ma-
2 iori ſumma, cum † obligatus pro ſorte tantum non teneatur ad fructus cenſus, *l. fideiuſſ. Magiſtrat. §. Aurelio, vbi Doct. ff. de fideiuſſ. Gabr. conſ. 152. nu. 8. lib. 2.* cum aliis allegatis per Informantes. Præterea penes D. Alexandrum de Apris remanſerant ſcuta mille quingenta ex ſcutis tribus millibus ſolutionis cenſus, vt *dictum fuit coram R. P. D. meo Coccino hoc anno inter Malutinum, & D. Alexandrum*, Vnde clarus redditur exceſſus pro dimidia ſortis principalis, Nec facit, quod adhuc pendet cauſa ſuper prædictis, quia ea pendente erat illiquida ſumma, ad quam teneretur Mutianus, quo pacto fuit declarata, & ſubhaſtatio detecta iniuſta & nulla.

Non obſtat conſenſus Mutiani præſtitus ſub-
3 haſtationi bonorum, † quaſi facto ſuo ceciderit à poſſeſſione, *Pariſ. conſ. 1. num. 164. lib. 1. Pont. de ſpol. lib. 3. num. 22.* quia illa concluſio non applicatur, præſtitit enim conſenſum in genere ſubhaſta-
4 tioni, & † intelligitur rite, & recte faciendæ, quia volebat ſe defendere extra carceres, & coram Præſide fuit factus proceſſus, & hinc inde deducta iura, & examinata iuſtitia, &, ſi nulliter eſt proceſſum ad ſubhaſtationem, & deliberationem, non ſupplet conſenſus, qui non fuit præſtitus ad hunc effectum, & conſequenter non amiſit facto ſuo poſſeſſionem per conſenſum, vt loquuntur Doctores, ſed ſemper reti-
5 nuit, & ſe defendit, & † iſta diligentia excludit animum dimittendi poſſeſſionem, *Dec. conſ. 57. nu. 4. Pont. vbi ſup. n. 22. in fin.*

Et idem conſenſus præſtitus ſubhaſtationi pro fructibus non iuſtificat, fructus deberi, quia
6 eſt generaliter præſtitus, & † eſt intelligendus pro fructibus debitis, non indebitis, *arg. l. cum de*
7 *indebito. ff. de probat.* & † recipit interpretationem à iuſtitia *Aym. conſ. 4. num. 5.* Maxime quia ſubhaſtatio, & deliberatio fuit facta per viam iuſtitiæ, non per viam conſenſus.

Ex quibus, & aliis deductis per Informantes
8 † ſuper exceſſu conſtat de nullitate ſubhaſtationis, vt pluries fuit in Rota deciſum, & *coram me in Romana ſpolij 21. Februarij 1600. &c.*

PENIA.

Camerinen. fructuum & expenſarum Lunæ 14 Iunij, 1604.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum publicum dicitur probatio probata.*
2 *Debitum commune de communibus bonis ſolui debet.*
3 *Executio recte fit in re communi reſpectu portionis alterius ex ſociis.*
4 *Subhaſtatio nulla redditur habita fide de precio, niſi creditor conſenſerit.*
5 *Creditori non licet per ſe, vel alium emere pignora, quæ ipſe vendit, vel vendere facit.*
6 *Creditor ceſſante fraude, & iuſto precio interueniente, nec exiſtente, qui plus offerat, ad licitandum admittitur, ſicut quilibet extraneus.*
7 *Emptoris ad haſtam retroceſſio ad creditoris fauorem non infert ad nullitatem vel ſimulationem ſubhaſtationis nulla exiſtente cauſa ſimulandi.*

Deciſio XVI.

VTraque parte informante Rota cenſuit, conſtare de bono iure filiorum Sanctis fundato in ſubhaſtatione, & deliberatione prædij facta Sancti tanquam plus offerenti vigore mandati A. C. relaxati pro credito dotali, de quo conſtabat per publicum inſtrumentum, † quod 1
eſt probatio probata, *Pariſ. conſ. 104. nu. 64. lib. 1. Nezan. conſ. 70. n. 10.*

Nec obſtabat, quod, cum Magdalena eſſet hæres pro medietate Petri Martini, ſicut Nicoloſa, non debuerit relaxari mandatum ad illius fauorem pro integra dote flor. 563. Quia fuit reſponſum, quod, cum ipſa eſſet creditrix hæreditatis in d. ſumma ratione ſuarum dotium, iuſte contra bona dictæ hæreditatis potuit relaxari mandatum, in quo non fuit læſa Nicoloſa, † cum 2
dictum debitum, vti hæreditarium eſſet effectum commune, & conſequenter de communibus bonis hæreditatis eſſet perſoluendum, ſicut factum fuit, & cum mandatum fuerit relaxatum contra bona hæreditaria, quæ non conſtabat fuiſſe diuiſa inter Antoniam, & Magdalenam cohæredes, † non poterat Antonia con- 3
queri quod executio eſſet facta contra eam pro tota ſumma, cum in prædio eſſet portio etiam Magdalenæ cohæredis poſſidentis pro indiuiſo, *l. 1. & 3. ff. famil. erciſcun.*

Non placuit Dominis † nullitas allegata con- 4
tra ſubhaſtationem, ex eo, quod non interuenit pecunia numerata, ſed ſolum habita fides de precio: Quia, ſtante conſenſu Io. Vincentij creditoris, bene potuit ſic fieri, vt tenuit *Rot. in cauſa Peruſina Dotis coram me die 1. Iulij anni 1598.*

Sed nec placuit illa obiectio contra eamdem ſubhaſtationem, ex quo deliberatio fuit facta Io. Vincentio creditori mediante perſona Sanctis in ſubha-

Digitized by Google

5 ſubhaſtatione ſuppoſiti; Quia, † licet *text. in l. & qui ſub imagine. C. de diſtr. pignor.* ſimiles ſubhaſtationes prohibere videatur, cum non liceat creditoribus per ſe, vel ſubiectas perſonas pignora, quæ ipſi vendunt, aut vendi faciunt, emere,
6 nihilominus, † ceſſante fraude, & iuſto precio interueniente, nec exiſtente qui maiorem oblationem offerat, creditor admittitur ad licitandum, ſicut alius extraneus, *l. 2. C. ſi in cauſ. iudic. vbi Bald. num 3. verſ. vt ergo fugi.* *&* fuit deciſum in cauſa *Mediolanen. Fuictionis coram D. meo Mellino die 4. Februarij 1600.*

Præterea in hoc caſu deliberatio vere videtur fuiſſe facta Sancti, qui etiam per annum fructus
7 prædij perceperat, quod † licet deinde retroceſſerit Iohanni Vincentio, ex hoc tamen non inferebatur nullitas, aut ſimulatio ſubhaſtationis cum nulla adeſſet cauſa ſimulandi, & Iohannes Vincentius petierit ſe admitti ad licitandum. Placuit tamen Dominis, vt particulariter videretur de læſione, quia ſi prædium tanti erat, quanti profitebatur Communitas tunc non conſtaret de bono iure filiorum Sanctis &c.

IVSTO.

Imolen. Subhaſtationis Lunæ 18. Maij 1607.

SVMMARIA.

1 *Citatio hæredum debitoris mortui requiritur in pignorum venditione & illis deficientibus, intereſſe putantium, vel ſaltim dandus eſt, & citandus Curator hæreditatis iacentis, & n. 5. & 6.*
2 *Citationis defectus probatur ex reuolutione proceſſus.*
3 *Et ex confeſſione procuratoris.*
4 *Notitiam meliorem proceſſus nullus poteſt habere, quam procurator.*
7 *Terminus 20. dierum requiritur in deliberatione bonorum pupillorum.*

Deciſio XVII.

PRopoſui dubium, An ſubhaſtationes, & deliberationes bonorum q. Franciſci Chellini fuerint nullæ, & informantibus tantum D. Comite Iacobo de Pepulis, & litis conſortibus, non autem Hæredibus q. D. Tiberij Ceuli, Domini
1 cenſuerunt pro nullitate; Si quidem non fuerunt citati hæredes Chellini, † vt in venditione pignorum neceſſario requiritur, *gl. in l. Debitores, C. de pign. Affl. dec. 358. num. 3. Roland. conſ. 32. nu. 3. lib. 1.*

2 Quod autem non fuerint citati duobus mo-
3 dis apparet, quia † ex reuolutione cartarum proceſſus non reperitur citatio, *Verall. dec. 192. par. 3.* † & quia id fatetur Paris procurator D. Tiberij
4 ad has ſubhaſtationes, & deliberationes faciendas, † nullus autem meliorem poteſt habere notitiam proceſſus quam ipſe procurator, ad *Bald. in l. teſtium, n. 21. C. de teſtib. Gozzad. conſ. 13. n. 58. Caſ. de Graſſ. dec. 5. nu. 6. de teſtib.* quod adfuerint hæredes, & de notitia ipſorum conſtat ex partitis eiuſdem procuratoris, quas creat in debitum D. Tiberij pro expenſis in eiiciendo Petrum Gentilem, & Benedictum filios Chellini; ita vt ad hunc effectum ſatis conſtet de filiatione, & etiamſi non plene conſtaret, vel conſtitiſſet, † 5
tamen erant citandi intereſſe putantes, *Mand. conſ. 208. n. 2. in fin.* & † ſaltem erat dandus Curator 6
hæreditati iacenti, qui citari poſſet, *l. 1. & 2. vbi Bart. C. de curat. bon. dand. Alex. conſ. 100. nu. 16. lib. 5. cum aliis allegatis.* Cum qua nullitate alia adiungebatur, quia non fuit expectatus terminus 20. dierum, † qui requiritur in deliberatione rerum 7
pupillorum, *l. licitatio vbi Bart. nu. 3. ff. de publ. & vectig. cum* aliis per informantes adductis; fuerunt namque cœptæ ſubhaſtationes die 10. Ianuarij 1601. & die 23. facta deliberatio; & maxime quia hæc deliberatio fuit facta per multos annos, poſtquam D. Tiberius bona poſſedit, & fructus percepit, videlicet ab anno 1594. vſque ad annum 1601. quod totum videtur factum ad colorandam venditionem bonorum, quam Ceulus per ſeipſum facere non poterat, vt per informantes.

Et ita deciſum, &c.

ORANO.

Nepeſina de Nardonibus Lunæ 5. Iunij 1593

SVMMARIA.

1 *Subhaſtatio fieri non poteſt pro ſorte principali cenſus ſui natura irrepetibilis.*
2 *Decl. vt tamen fundus adiudicatus pro ſorte cenſus remaneat cum ſuo onere.*
3 *Excuſſio non eſt neceſſaria, vbi conſtat de ceſſione bonorum. Ampl. vt n. 4.*
5 *Excuſſionis exceptio opponi debet ante litem conteſtatam.*
6 *Excuſſionis exceptio non eſt admittenda in tertia inſtantia.*

Deciſio XVIII.

DOmini tenuerunt, Sententiam ad fauorem D. Scipionis de Martholis, & litis conſortum latam ex rationibus alias in præſentis cauſæ deciſione deductis eſſe confirmandum. Neque aliter illius moderationem recipiendam ſub prætextu, quod Angelus, ſeu eius auctor in domibus, & aliis bonis anteriorem habuerint hypothecam; Nam contrarium ex facti ſerie apud Dominos manifeſtum fuit; cum Angelus ſuum creditum deduceret ab anno 1579. compertum fuit, D. Scipionem longe antea Communem debitorem ſibi habuiſſe obligatum; & hoc quidem per inſtrumenta locationis terrarum ad octo annos per eum ad beneficium debitoris pro rubris octo de anno 1569. facta, & creditum annui cenſus ſcutor. 9. de anno 1575. pro ſcutis 100. empti, ac denique per illud inſtrumentum mutui

rubrorũ 150. frumenti de anno 1577. celebratũ, & alterum mutui ſcutor. 85. datum de anno 1575. Quoniam horum quodlibet ſufficiens eſt ad excludendã intentionem Angeli, Etenim, ſi admittatur ſubductio Calculi facti inter D. Scipionem creditorem, & Iohannem Nardonum debitorem, quæ incipit ab anno 1580. vſque ad annum 1588. non tamen ideo potior eſt cauſa Angeli fundata in credito ſui auctoris anterioris per annum, quia calculus continet præſeruationem iuris prioritatis, quod D. Scipioni creditori 64. rubrorum grani vigore inſtrumenti locationis de anno 1569. facti continebatur.

Et nihilominus ceſſante prioritate huius crediti inficiari non poſſumus, quod cenſus cum fructibus illius decurſis abſorbeat fere integram ſummam bonorum per ſubhaſtationem pro quantitate 188. ſcut. auctori Angeli adiudicato-
1 rum. Nam vt dicebant Domini † dato, quod ex forma Bullarum Martini, & Caliſt. ſors eius principalis repeti non poſſit, proculdubio tamẽ
2 † bona præmiſſo modo adiudicata remanſerant cum ſuo onere, adeo quod etiam modaliter habita fructuum eius conſideratione coniunctum mutuum 85. ſcutorum, quod nullam penitus difficultatem patitur, excludit intentionem Angeli. Sed multo magis ſi attendamus creditum rubrorum 150. frumenti, quod ſimpliciter, vt prætenditur, non fuit in præfato calculo anni 1588. reſtrictum ad ſcuta 161. ſed cum ſua qualitate ſine præiudicio anterioritatis, & quatenus Io: Nardonus adimpleret promiſſa de anno 1580. in inſtrumento celebrato.

Nihil autem releuat, quod contra bona Iohannis Nardoni non fuerit facta excuſſio, quia,
3 † ſi per ceſſionem bonorum factam per debitorem conſtabat, eum non eſſe ſoluendo nulla fuit neceſſaria diſcuſſio, *gloſ. in l. decem. & ibi Doct. de verb. obligat. Gabr. de fideiuſſ. concl. 1. nu. 50. Neguſ. de pi-*
4 *gnor. primo memb. par. 8. n. 14.* &, † licet in dicta ceſſione creditor indicauerit, alia adfuiſſe bona, ta-
5 men de his adhuc non liquet, vltra quod † exceptio excuſſionis cum debeat opponi ante litem conteſtatam, *Gabr. de fideiuſſ. concl. 1. num. 13.* † non fuit admittenda in tertia inſtantia, *Dec. in l. fin. n. 29. ff. ſi cert. pet. & c.*

ORTEMBERGO.

Romana Executionis de Raineriis Lunæ 21. Aprilis 1608.

SVMMARIA.

1 *Debitore non ſatisfaciente in executionem iudicati vendenda ſunt pignora.*

2 *Pignorum venditio ab anterioribus creditoribus impediri non poteſt, ſed tamen de precio ſunt prius ſatisfaciendi.*

3 *Creditorum in concurſu maior pars dicitur reſpectu crediti, non reſpectu numeri perſonarum.*

4 *Creditores aliqui vbi nolunt bona vendi, potior eſt is cui maior pecunia debetur.*

5 *Pactum maioris partis creditorum præſentium nocet abſentibus, & priuilegiatis, hypothecam tamen non habentibus.*

6 *Creditor non cogitur inuitus aliud pro alio accipere.*

7 *Debitor quantitatis aliunde non habens, vnde ſoluat, poteſt rem in ſolutum dare.*

8 *Decl. data tamen cautione de euictione.*

9 *Decl. 2. vt non procedat vbi inuenitur emptor, etiam quod emptor ſit creditor, qui admittitur ad licitandum.*

10 *Oblatio creditoris debet eſſe de iuſto precio.*

11 *Paria ſunt emptorem non reperire, vel iuſtum precium non offerri.*

12 *Precium modicum dicitur iuſtum, ſi res ſit litigioſa abſque cautione de euictione, poſſideatur in communi cum altero, & fructus ſolum aſcendant ad rationem quatuor cum dimidio pro centenario.*

Deciſio XIX.

DOminus Leo de Nerlis creditor pecuniarum Alexandri Raynerij vigore inſtrumenti obligatione cameraliſ vallati obtento in vim iudicati mandato executiuo & facta executione in Caſali Maſſæ, de quo agitur, eoque ſubhaſtato, & decreto & relaxato mandato deliberationis ad fauorem plus offerentis, inſtetit tandem procedi ad finalem deliberationem, ſuper quo dato dubio affirmatiue reſolutum fuit.

Ex regula, quod, † debitore non ſatisfaciente 1
in executionem iudicati vendenda ſunt pignora, *l. à Diuo Pio. §. venditione. ff. de re iudic. l. 1. & tot. tit. C. ſi in cauſ. iudic. pign. cap.*

Nec † in hoc impediri poteſt, quod credito- 2
res anteriores opponant, pignus ſibi prius fuiſſe obligatum, quia nihilominus procedendum eſt ad venditionem, ita tamen vt illis de precio ſatisfiat, & reſiduum conuertatur in cauſam iudicati, *d. l. à Diuo Pio. §. ſed & illud. & ibi Bart. & Alex. in princ. Neguſ. de pignor. primo memb. 6. par. princ. num. 30.*

Minus poteſt impediri per creditores poſteriores petentes, bona ſibi adiudicari, & in ſolutum dari; nam, etſi † in concurſu creditorum 3
maior pars intelligenda eſt pro modo crediti, non autem pro numero perſonarum, *l. maiorem, ff. de pact.* &, † quando aliqui nolunt bona vendi 4
aliquo modo, potior eſt is cui maior pecunia debetur; *eſt text. expreſſus in l. 1. iuncta gloſ. de priuil. credit.* hic tamen ex ſententia graduatoria videtur ſolum creditum Leonis conſtituere maiorem partem. Item † habet locum inter creditores 5
non habentes hypothecas, *l. reſcriptum, ff. de pact. facit l. ſi præcedente. §. Lucius Titius. ff. mand.* † alias e- 6
nim creditor non eſt cogendus vnam rem pro altera accipere, *l. cum à quo C. de ſolut. l. item liberatus. §. qui parauerit. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. ſolu. l. 2. §. mutui datio. ff. ſi cert. pet. Surd. dec. 30. nu. 4.*

Non obſtat, quod in cauſa diſcuſſionis bonorum de Franciſcis bona fuerint data omnibus creditoribus in ſolutum ad reſtitutionem. Quia hoc accidit de communi conſenſu omnium creditorum, prout conſtat ex ſententia bon. mem. Gyptij.

Nec applicatur *auth. hoc niſi C. de ſolut.* qua cõ-

ſtitu-

Digitized by Google

ſtiturum eſt, quod † debitor quantitatis non
habens aliunde, vnde ſoluat, poſſit rem in ſo-
lutum dare, latè *Hond.conſ.34.num.25.lib.2.& conſ.
18.num.25.lib.1.*
8 Quia † illa *auth.* requirit cautionem de eui-
ctione, *vt per text.vbi, & pluribus perſequitur Natt.
conſ.344.nu.2.& 4.lib.2.*
9 Item † non habet locum, vbi inuenitur em-
ptor bonorum, quia ipſemet creditor admitti-
tur inter alios ad licitandum, *l.2. Cod.ſi ex cauſ.
mand.d.l.1.de priuil.credit.*
10 Nec facit, quod † oblatio creditoris debet
eſſe de iuſto pretio, *Affl.dec.358.num.5.cum alleg. in
Romana Cenſus 24. Aprilis 1592. coram Cardin. Sera-*
11 *phino.* † Paria enim ſunt, emptorem non repe-
riri, & iuſtum pretium non offerri, *Bald. in l.2.
C.ſi in cauſ.iudic.*
12 Reſpondebatur enim, † oblatum pretium
ſcutorum 7.m. non videri iniuſtum, cum hæc
pars Caſalis ſit litigioſa, & fuerit empta per
viam curiæ abſq; cautione de euictione. Item
poſſidebatur à pluribus pro indiuiſo, & fructus
aſcendunt ad rationem ſcutorum quatuor
cum dimidio pro centenario, & harum quali-
tatum nulla fuit habita ratio in relationibus
peritorum. Et in omnem euentum D.Leo non
affectat, &c.

PENIA.

*Interamnen. Dotis Veneris
23 Maij 1608.*

SVMMARIA.

1 *Reintegratio non datur non conſtito de primo ex-
tremo.*
2 *Vxor, quæ, viro viuente, poſſidebat eius bona iure fa-
miliaritatis, eueniente caſu reſtitutionis dotis pro-
pter vergentiam ad inopiam, vel mortem viri cen-
ſetur mutaſſe cauſam poſſidendi abſque alia de-
claratione. Decl. vt nu.5.*
3 *Dos mulieri reſtituta non cenſetur, ex ſola obten-
tione chartæ dotalis.*
4 *Vxor ad effectum reſtitutionis dotis ob vergentiam
viri ad inopiam debet iudicialiter procedere.*
5 *Subhaſtatione, & deliberatione amittitur poſſeſſio.*
6 *Clauſula conſtituti tranſlata dicitur poſſeſſio in con-
ſtitutarium ad quemcunque effectum. Declar. vt
num.7.*
8 *Clauſula conſtituti non ſuffragatur aduerſus haben-
tem aliam ſimilem clauſulam anteriorem.*

Deciſio XX.

CVm Iſiphila Montana ratione ſuæ dotis
prætenderet, ſe reintegrari ad poſſeſſio-
nem bonorum antea poſſeſſorum ab Horatio,
& Fuluio Horatij filio eius marito de Maſſa-
neis, quæ poſtea vigore iudicialis executionis
peruenerunt ad Innocentium Tamburlanum,
dubitaui, An eſſet locus reintegrationi; & Ro-
ta, non eſſe reintegrandam, cenſuit.
Ratio potiſſima fuit, quia non conſtat de
1 primo extremo, † prout conſtare debet ad ef-
fectum, vt poſſet obtineri in iudicio reſtituto-
rio, *Alex.conſ.139.incip. Circa primum dubium, num.
4.lib.6.Affl.dec.364.incip fuit deciſum in conſ.Verall.dec.
361.incip. primum extremum part.2.*
Nec ſuffragabatur Iſiphilæ, quod viuente
Fuluio eius marito poſſederit dicta bona iure
familiaritatis, & poſtea eueniente caſu reſtitu-
tionis vel propter vergentiam mariti ad ino-
piam, vel propter eiuſdem obitum anno 1604.
† cenſeretur mutata cauſa poſſidendi ſine de- 2
claratione.
Quia reſpectu primi non apparebat ſimile
iudicium fuiſſe intentatum, cum ſolum fuerit
obtenta charta dotalis, † per quam non cenſe- 3
tur reſtituta dos mulieri, † quæ etiam in caſu 4
vergentiæ mariti ad inopiam debebat iudicia-
liter procedere ad recuperationẽ ſuæ dotis, &
ideo non poterat dici mutata aliqua poſſeſſio,
cum Iſiphilæ non ſuperueniſſet nouus titulus.
Reſpectu ſecundi, videlicet reſtitutionis per
obitum Fuluij minus competebat Iſiphilæ ali-
qua reintegratio, † cum longe ante annũ 1597. 5
hæc bona fuerint ſubhaſtata, & emptori deli-
berata, vnde nec poſſidebatur amplius per Ful-
uium maritũ Iſiphilæ, nec per ipſam Iſiphilam
iure familiaritatis, & conſequenter non potuit
poſtea annò 1604. mutare ſibi cauſam poſſidẽdi.
Neque obſtabat, quod Horatius, & Fuluius
de Maſſaneis pro reſtitutione dotis Iſiphilæ
anno 1595. hypothecauerint omnia bona præ-
ſentia, & futura cum clauſula conſtituti, † per 6
quam cenſetur tranſlata poſſeſſio in conſtitu-
tarium ſufficiens ad quemcunque effectum *l.
quod meo.vbi Bart.& l.quamuis,§.1.ff.de acq.poſſ.& l.
quædam mulier, ff.de rei vendic. Achill.dec.4.incip. poſ-
ſeſſio quæ habebatur ex vna cauſa.de cauſ.poſſ.& propr.*
Quia fuit reſponſum primò, † clauſulam 7
conſtituti fuiſſe conſecutiuam ad reſtitutio-
nem dotis, & conſequenter non fuiſſe locum
reſtitutioni, niſi anno 1604. & ſic antea non
fuit tranſlata aliqua poſſeſſio.
Secundò fuit reſponſum, clauſulam conſti-
tuti appoſitam ad fauorem Iſiphilæ menſe Iu-
lij fuiſſe poſteriorem clauſula conſtituti ad fa-
uorem Innocentij menſe Februarij eiuſdem
anni, & † ſic non potuiſſe Iſiphilæ ſuffragari, 8
l.qui prior, ff.qui pot.in pign.hab.
Ex his fuit concluſum, nec Iſiphilam reinte-
grandam, nec oportere diſcutere difficultates
excitatas per informantes pro Iſiphila circa
proceſſum Iudicis, an ritè & rectè proceſſerit,
quamuis inclinaretur pro nullitate proceſſus.

PIROVANO.

*Romana Pratorum. 22.
Martij 1610.*

SVMMARIA.

1 *Fructus an debeantur ementi ad haſtam in caſu re-
ſtitutionis rei, & num.4.& ſeqq.*
2 *Clauſula conſtituti transfertur ciuilis, & naturalis
poſſeſſio.*
3 *Conſtitutum præbet poteſtatem ingrediendi bona au-*

Digitized by Google

ctoritate propria.

5 *Fructus ſequuntur Dominum.*
6 *Fructus ſpectant ad venditorem, vbi contractus eſt conditionalis, eti amſi res ſit tradita.*
7 *Intellige, ſi conditio ſit ſuſpenſiua, ſecus ſi reſolutiua.*
8 *Præſertim ſi pactum ſit conceptum verbis obliquis, non directis.*
9 *Dominium non reuertitur ipſo iure ad dominum, ſed in euentum moleſtiarum ſtante pacto reſolutiuo verbis obliquis, quod res, & pretium ſit reſtituendum.*
10 *Clauſula conſtituti operatur traditionem iuris, niſi conuentum fuerit de actuali.*

Deciſio XXI.

RESoluto contractu venditionis Pratorum D. Vincentij Panizzæ per ſubhaſtationem pro pretio ſcutorum 1222. & in vim decreti bo. mem. R.P.D. Scotti reſtitutis ei pecunijs habitis per creditores Stephani, & Dominici Franciſci de Maximis, qui fide labefactata ſe retraxerunt. Egit D. Vincentius adhuc pro fructibus Pratorum à die 2. Decembris 1606. quo tempore pretium perſoluit vſque ad diem recuperationis pretij, ſcilicet pro parte quinta, pro alia parte 24. pro alia 28. menſis Ianuarij 1608.

Propoſito dubio in Rota, An D. Panizzæ fructus debeantur, Placuit Dominis, fructus deberi Panizzæ vſque ad reſolutionem contra-
1 ctus, † quia dominium Pratorum tranſlatum
fuerat à creditoribus in Panizzam auctoritate
Iudicis per titulum habilem, & legitimum, ſcilicet
venditionis, *l. nunquam nuda, ff. de acq. rer. domin. l. traditionibus, C. de pact. poſt alios, quos allegat..... conſ. 14. n. 41. vol. 1.* Addita etiam clauſula conſti-
2 tuti, † per quam tam naturalis, quam ciuilis
poſſeſſio transfertur, *l. quod meo, de acquir. poſſeſſ. c. cum venit. de ſent. Traquel. de conſtit. poſſeſſ. part. 1. verſ.*
3 *illud autem, n. 40 Dec. conſ. 82. n. 6.* dicens † conſtitutum
dare etiam poteſtatem ingrediendi bona propria auctoritate. *Ioſ. Ludou. deciſ. Peruſ. 29. nu. 6.*
4 Vnde tam † iure dominij, quam poſſeſſionis
tempore, quo durauit contractus venditionis, potuit Panizza ſuos facere fructus, *l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. vbi Bald. & Caſtr. Traq. de retract. conuent. §. 5. gloſ. 2. n. 7. Dec. conſ. 167. col. penul. verſ. non non obſtat.* & merito, cum † fructus ſequantur
5 dominium, *l. ex diuerſo, l. fructus ff. de rei vindic. l. Herennius, ff. de vſur. Ang. conſ. 55. incip. ex pacto. Menoch. conſ. 26. n. 10. lib. 1.*

Nec obſtant, quæ ex parte creditorum dicebantur, ſcilicet dominiũ nunquam fuiſſe tranſlatum in Panizzam ſtante oblatione conditionali per eum facta, de qua in inſtrumento venditionis, ibi, dum modo dictum terrenum Pratiuum ſit liberum à quocumq; cenſu, & canone, & data idonea cautione per creditores de reſtituendo pretium in euentum moleſtiarum à quauis perſona ad omne mandatum D.A.C.
6 & cum clauſula, & non alias, † quæ omnia cum
reddant contractum conditionalem, fructus ſpectant ad venditorẽ, etiamſi res vendita fuiſſet tradita, *l. neceſſario, §. quod ſi pendente, ff. de peric. & comm. rei vend. Roman. ſingul. 544. Traq. in l. ſi vnquam in v. reuertatur. nu. 277. C. de reuoc. donat.*

Quia reſpondetur, † quod qualitates illæ 7
non faciebant conditionem ſuſpenſiuam, ſed
reſolutiuam, maxime quia † pactum reſoluti- 8
uum non erat conceptum verbis directis, ſed
obliquis ſcilicet, quod res; & pretium eſſet re-
ſtituendum, quo caſu † dominium ipſo iure 9
non reuertitur ad dominum, ſed in euentum moleſtiarum ad eum pertinent, *Gabr. conſil. 66. n. 2. lib. 1. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 21. & ſeqq.*

Non obſtat, Panizzam nunquam adeptum fuiſſe poſſeſſionem dd. Pratorum.

Quia tollitur obiectum ex clauſula conſti-
tuti, † quæ operatur traditionem iuris, & ſuffi- 10
cit, niſi ex pacto conuentum fuerit de actuali traditione, *Oſaſc. deciſ. 76. num. 6. verſicul. non obſtat.*

Sed de quo tempore ſit contractus reſolutus, erit particulariter videndum.

ORTEMBERGO.

Romana vineæ Veneris
26. Maij 1610.

SVMMARIA.

1 *Clauſula conſtituti dominium, & poſſeſſio transfertur.*
2 *Enunciatiua inſtrumenti non probat, vbi de enunciato principaliter dubitatur, vel enunciatiua eſt recens, ad alium finem ſeu erronea.*
3 *Simulatio non præſumitur ceſſante cauſa per allegantem probanda, non ex coniecturis.*
4 *Debitor non poteſt rem vendere eadem die, qua deliberata fuit.*
5 *Vendi poteſt res vnius pro debito alterius.*
6 *Lim. niſi ſit ſocius, qui conſenſerit, obligari rem communem.*
7 *Sublim. dummodo Iudex ritè, & rectè procedat.*
8 *Executio facta pendente termino cenſurarum dicitur ſine iuriſdictione, atque nulla.*
9 *Mandatum de deliberando abſque citatione, & decreto dicitur nullum, & facit intrare ſpolium.*
10 *Commiſſio ſanatoria non ſuffragatur pro nullitatibus in ea non expreſſis.*
11 *Iuriſdictionis defectus de iure non ſanatur.*
12 *Statutum Vrbis, quod poſt annũ non poſſit dici de nullitate, non procedit in nullitatibus, quæ habent admixtum ſpolium, & tollit nullitatem ſententiarum, non executionis.*

Deciſio XXII.

PRimum in hac cauſa propoſito dubio, An intraret arbitrium pro ſanatione nullitatum, & cumulatione petitorij cum poſſeſſorio, fuit ordinatum, vt priùs videretur de bono iure ad effectum ipſius arbitrij. Poſtquam autem bis cauſa diſcuſſa fuit DD. arbitrati ſunt, intrare arbitrium appoſito ſequeſtro: Quare vltimo loco fuit dubitatũ, Ad quem vinea ſpectaret, & reſolutum, illã ſpectare ad Dominicum Caſtragratium,

Digitized by Google

gatium. Conſtat enim ex inſtrumento publico, quod illam emerat ab Auguſtino filio vnico Petri Loragi eiuſdem vineæ domino,& poſ-
1 ſeſſore cum clauſula conſtituti;† vnde in eum tranſlatum eſt non ſolum dominium, ſed etiã poſſeſſio, *l.quod meo & ibi Bart.nu.3. ff de acq. poſſ. Gran. conſ.107.n.1* Quod vero Auguſtinus ſolus fuerit filius Petri, & Nicolaus, ac Dominicus primi filij D Philomenæ vxoris Petri ex priore viro, non ex Petro, qui fuit illius ſecundus maritus, probatur per teſtes, quorum minor habitabat,& miniſtrabat in domo tempore natiuitatis,& alter tempore locationis, & educationis Auguſtini per Philomenam,nec non de tractatu, & communi reputatione, atque de auditu ex ipſis Parentibus.

Nec facit, quod in inſtrumento ſocietatis initæ cum Dominico Strambo non ſolum Auguſtinus, verum etiam alij duo filij enunciantur filij Petri, non enim probat in hoc caſu, tũ
2 † quia principaliter dubitatur de enunciato, *Bart.in l.illud, n.3. verſ.notat. de præſumpt. Gram. conſ. 29.nu.3. Pariſ.conſ.94 n.19.lib.1. Put.dec.281.in fin.lib.1.* tum etiam quia eſt enunciatiua recens,& emanauit ad alium finem, & demum quia conſtat de errore ex teſtibus examinatis.

Nec placuit Dominis prætenſa ſimulatio d.
3 venditionis, † quia nulla aderat cauſa ſimulandi,quæ ab allegante ſimulationem neceſſario probari debet, *Bart. conſ.65. factum tale eſt, n.4. lib.1. Bellam.dec.715.n.2. Rot.dec.1. n.5. de donat.in nou.* adeò vt non ſufficiant ſolæ coniecturæ,vt fuit reſolutum *in Bononien. Bonorum de Monterentiis*
4 *3.Martij 1607. coram R.P.D. meo Decano,* † non potuit autem fieri venditio ad effugiendam deliberationem eadem die factam, quia de ea nullam habuit notitiam Auguſtinus; qui non fuit citatus, minuſque Dominicus emptor, nec ad effugiendam ſolutionem ſortis principalis ſocietatis centum ſcutorum, & fructuum decurſorum debitorum Dominico Strambo occaſione dictæ ſocietatis officij cum onere ſoluendi d. ſcuta 30. quolibet anno vſque ad integram ſatisfactionem iuxta formam decreti.

Quod autem vinea non ſpectaret ad Silueſtrum vigore ceſſionis illi factæ à Iuliolo, cui
5 fuerat adiudicata, reſultat ex eo, quod,† cum vinea ſit Auguſtini,non poterat vendi pro debito Dominici, & Nicolai, qui nihil iuris in ea
6 habebant; &, † quamuis Auguſtinus ſibi præiudicaſſet conſentiendo eam obligari vti communem, *l.ſi ſiue, C.ad Velleian.l.ſi probaueris, Cod.ſi alt.res pign dat.* ideóq; vt pignus, ſiue hypotheca
7 vendi poſſit;† id procederet,ſi Iudex ritè,& rectè proceſſiſſet; hic autem executio fuit facta pendente termino cenſurarum ſuſcepto per
8 Auguſtinum principalem debitorem & † ſic abſque iuriſdictione,*l.ſiue pars,C.de dilat.* deinde fuit relaxatum mandatum de ſubhaſtãdo iuxta illius tenorem, & poſtea fuit proceſſum ad
9 deliberationem, † & expeditum mandatum de deliberando nullo prætio decreto, & abſq; citatione, in qua adeſſet decretum, & conſequenter intrat ſpolium, *c.conquerente, de reſtit. ſpoliat. Card.in Clem.1.§.vlt.in fi.de celebr.miſſar.*

Nec dicatur, iſtas nullitates eſſe ſanatas per
10 commiſſionem ſanatoriam, nam † in illa tantum narratur de nullitate ſubhaſtationis, & deliberationis defectu executionis pignorum, ſeu citationis.Nec venit ſub clauſula generali ibi, Ex quocumque alio defectu proceſſus,quia illa fuit deleta in commiſſione, vltra quod † 11
defectus Iuriſdictionis de iure non ſanatur, nec illius ſanatio ſub generali reſcripto intelligitur commiſſa,*glo.fin.in Clem.1.in verb.puto tamen vbi Ancar.nu.10.de ſequeſt.poſſ.& fruct. Gonz. in compend.ſignat.col.4.verſ.& iſte defectus Iuriſdictionis.* Nec ſuffragatur Statutum Vrbis, quod diſponit, quod poſt annum non poteſt dici de nullitate,quia,vltra quod intra annum cauſa nullitatis per viam ſpolij commiſſa fuit bon. me. Gyptio,† ſtatutum non habet locum quando nul- 12
litates habent admixtum ſpolium, *Caſ.de Graſſ. dec.1.nu.2. & 3.de conſtit.* & tollit nullitatem ſententiarum,non autem executionis, *Caſ.de Graſſ. eadem dec.1.n.5.&c.*

EMINEN. D. CARD. VBALDO.

Bononien. Pecuniaria Veneris
3. Iunij 16 3.

SVMMARIA.

1 *Conſulendum eſt in iudicio, ſi poſſit, vtrique parti.*
2 *Filius obligans ſe pro patre non tenetur quoad perſonam, nec vltra quam facere poſſit.*
3 *Præſtatio,quam quis in alienatione bonorum reſeruauit pro ſua ſuſtentatione dicitur ſufficiens, vt non poſſit maiorem prætendere ex beneficio l.2.ff. & C.quod cum eo.*
4 *Fideicommiſſo grauato viuente non impeditur hypotheca, & executio ſuper fructibus bonorum fideicommiſſo ſubiectorum.*

Deciſio XXIII

HÆc cauſa fuit pluries propoſita ſuper dubio, An D.Gaſpari ſuffragetur priuilegium *l.2.ff.& C.quod cum eo.*& nunquam potuit capi reſolutio propter varias DD. ſententias. Hodie vero,iterum propoſito dubio facilis fuit reſolutio,quia D.Alexandra,quæ vult exequi mandata pro ſuo credito contra Gaſparem qui ſe obligauit in tranſactione inita cum eius patre, ſolum petiit executionem contra bona in eadem tranſactione relaxata, & quæ eidem hypothecata remanſerunt, donec eſſet integrè ſatisfacta de ſuo credito lib.4.m. non enim intendit ampliùs facere executionem cõtra perſonam eiuſdem Gaſparis, & lib 240.ſibi vt infrà reſeruatas,& ideo DD.dixerunt beneficium l.2. ſuffragari Gaſpari tam quoad perſonam, quam quoad lib. 240. quas idem Gaſpar ſibi reſeruauit in donatione omnium bonorum facta fratri, † hoc enim modo vtrique parti con- 1
ſultum fuit, vt Alexandra procurare poſſit ſatisfactionem ſui crediti,& Gaſpar iuuetur priuilegio l. 2. † vt non teneatur quoad perſo- 2
nam, ne carceretur, & quod nec de libris 240. ne egeat, vt diſponitur *in d.l. & ibidem tradit Paul. de Caſtr. in fin. C. quod cum eo, quem ſequutur Franc. dec.571. numer.2. & 3. Vrſil. ad Affl.308.*

Digitized by Google

nu.1. Giurb. dec.42.nu.1. cum aliis congeſtis per Modern. Roman.diſcept.for.c.199.n.1.& ſeqq.& 60.& tenuit Rot. in Anconitana Pecuniaria 1.Iulij 1622. coram bo. me. Remboldo. Prædicta vero ſumma libr. 240. viſa eſt ſufficiens pro ſuſtentatione D. Gaſparis, cum ipſemet transferendo bona prædicta in Franciſcum, poſtquã effectus fuit maior, & ſui iuris, ſupradictam quantitatem in donatione omnium bonorum ſibi reſeruauerit vti ſufficientem pro ſua ſuſtentatione, aſſerens, quod ea mediante ſperabat, reſiduum eius vitæ degere magis pacificè,& quietè, vt ſunt *in ſummario Alexandræ nu.1.* vnde ex declaratione ipſiuſmet Gaſparis ſatisfactum cenſetur *diſpoſitioni d.*
3 *l.2. vt* † præſtatio conuenta loco alimentorum illi debeatur, & ea pro ſufficienti haberi debeat, nec maiorem quantitatem prætendere poſſit, *l.ſi quis in conſcribendo.C. de pact.l.cum cenſum, ff.de trit.vin.& oleo legat. Nat. conſ.20.n.16.& tradunt ſupradicti Modern. poſt alios diſcept.613. num.21.& 25. & ſeq.*

Non obſtat, quod bona prædicta dicantur ſubiecta fideicommiſſo, etiam pro medietate
4 Gaſpari tangente. Quia † eo viuente propterea non impeditur executio, & hypotheca ſuper illorum fructibus, *l.in fideicommiſſariam. vbi DD. ff.ad Trebell. Molin.de primogen.lib.1.c.2.n.1.& 2. Peregr.de fideicomm.art.4.n.110.*

MANZANEDO.

Bononien de Pannolinis Lunæ 2. Maij 1611.

SVMMARIA.

1 *Adiudicatio eſt ſimilis emptioni.*
2 *Pactum Iudicis factum partis reputatur in venditione pignoris.*
3 *Venditio pro pretio per tertium declarando valet.*
4 *Venditio pro pretio per tertium declarando intelligitur arbitrio boni viri.*
5 *Arbitramenti boni viri quantitas de iure certa eſt.*
6 *Periti plures de iure requiruntur.*
7 *Peritum parte contumace pro ſe non eligente, eligere debet Iudex ex officio.*
8 *Statutũ Bononiæ quot arbitros, ſeu peritos requirat.*
9 *Executio pro debito defuncti eſt prius facienda in illius bonis, & illis non extantibus,in bonis mobilibus hæredum.*
10 *Nuncij relationi ſtatur quoad executionem.*

Deciſio XXIV.

FVit reſolutum, adiudicationem eſſe exequendam, præuia tamen noua bonorum æſtimatione.

De credito enim M.Curtij non poterat controuerti, cum de illo conſtet ex fideicommiſſo Bartholomæi purificato per mortem Virgilij ad fauorem Franciſci Patris D. Curtij, quia ex inſtrumẽto diuiſionis facto inter hæredes Bartholomæi, in qua Virgilio, vni ex ipſis obuenerunt credita hæreditaria,& bona mobilia,& ſe mouentia, & gemmæ pro ſua proportionabili parte,ad quæ reſtituenda per hæredes Virgilij d.Franciſco de Pannolinis fuerunt d.hæredes condemnati, &,ſententia tranſacta in iudicatum, fuit proceſſum ad executionem, & pro dd. bonorum reſtitutione, illis non exiſtentibus, nec repertis, fuit deuentum ad adiudicationem quorumdam bonorum ſtabilium iuxta æſtimationem,& appretium faciendum à tertio perito, vnde talis adiudicatio ſuſtine-
tur † cum ſit ſimilis emptioni, ex quo præ- 1
dium ſuccedit loco pretij, & † factum Iudicis 2
habetur vt factum partis vendentis, *Soccin.conſ. 61.n.3.lib.1.late Aym.conſ.248.nu.1. Caphal. conſ.754.n. 15.& ſeq.*

Venditio † autem facta pro pretio per ter- 3
tium declarando valet, *l.fin. Cod.de contrah. empt. Ioan.de Anan.conſ.19.n.12.*&; intelligitur facta pro 4
pretio declarando boni viri arbitrio, † cuius 5
arbitramenti quantitas de iure eſt certa, *Caphal. conſ.10.n.5.& 15. Fabian.de Mont.de empt.& vendit. q. 5. princ.n.16.*

Et quamuis iſte tertius peritus non fuerit electus hodie poterit eligi, & adiudicatio erit facienda iuxta id, quod ipſe æſtimabit.

Sed,quia inter partes controuertebatur,An æſtimatio fuiſſet iam facta, & quoad bona Budrigarij dicebatur, factam fuiſſe à ſolo pretio electo per Pannolinum, ex eo viſum fuit Dominis non ſuſtineri neque de iure communi,ex
quo † plures periti requiruntur, &,ſi vna pars 6
non comparet ad eligendum peritum pro ſe, † 7
Iudex ex officio debet illũ eligere, *l.item ſi vnus, §.principaliter, ff.de arbitr. Bald. in l.hac edictali, §.his illud n.3.C.de ſecund.nupt. Aret.in c.propoſuiſti n.17. & ibi Dec.n.18.de probat.Bec.conſ.44.n.18. Menoch.de arbitr.cent.7.caſ.114.n.27.Garz.de expenſ.c.24.n.16.*

Nec etiam vigore ſtatuti Bonon.ſub rubr.de præcept. faciend. in confeſſ. videbatur d. æſti-
matio ſuſtinenda,cum † ſtatutum expoſcat, il- 8
lam fieri per duos arbitros eligendos per partes, & illis diſcordantibus per illum, qui cum tertio aſſumendo per Iudicem concordaret, & nihil ex his fuit ſeruatum.

Nec Domini admiſerunt intellectum dicti ſtatuti, quod iuxta illud, ſi vna pars noluerit eligere, ſit ſtandum relationi periti ab altera tantum electi.Vnde Dominis viſum fuit,quod de nouo æſtimatio fieret.

Nec prædictæ adiudicationi obſtare dice-
bat, † non potuiſſe fieri executionem ſuper bo- 9
nis immobilibus hæredum Virgilij, niſi prius facta diligentia de habendis ipſiſmet bonis grauatis fideicommiſſo, vel in illorum defectu in bonis mobilibus dd.hæredum. Nam,quamuis hoc ſit verum, videbatur ſic obſeruatum fuiſſe in hoc caſu, & conſtare ex atteſtatione Nuncij,
† cui in hoc defertur, *Signor. conſ.57. Alciat. regul.3.* 10
præſumpt.14.n.2.Menoch.vbi ſup.cent.2.caſ.112.in fin.

Nec ſubſiſtit,quod dicatur, non conſtare de valore bonorum,quia illa fuerunt æſtimata in diuiſione facta inter cohæredes.

Ex quibus ita fuit reſolutum &c.

MANZANEDO.

Maceraten. Spolij 13. Februarij 1612.

SVMMARIA.

1 *Computum partis alterius partis manuſcriptum an ope-*

Digitized by Google

operetur confeſſionem.

2 Subhaſtatio tenet habita etiam fide de pretio ſtante conſenſu creditorum, & intereſſe habentium, eoque magis ſi creditum pretium excedat.

Deciſio XXV.

RE propoſita hodie iſta cauſa ſuper deciſis vltimo loco, nempe 13. Iunij 1611. & reſtricta difficultate ad duo motiua, nempe ad exceſſum mandati executiui, & ad ſubhaſtationem factam non præſenti pecunia, DD. ſteterunt in deciſis. Et quoad primum dixerunt, non conſtare de dicto exceſſu, cum debitum in totum aſcenderet ad flor. 2714. ex quibus apparent tantum ſolui flor. 1400. vnde creditum remanebat in flor. 1314. & per conſequens, cum mandatum fuerit relaxatum pro flor. 1163. non ſolum non videtur exceſſiuum, ſed potius continere minorem ſummam debiti.

Nec obſtare videbatur computum in ſummario Pellicani datum, quod, dicitur copiatum manu Adriani, † quia cum appareat eſſe computum partis, potuit copiari per Adrianum ad effectum videndi illius veritatem, & hoc non debet operari ipſius confeſſionem.

Et quoad fructus partes erant concordes, quod non adeſt exceſſus.

Quo vero ad ſecundum motiuum de non præſenti pecunia in ſubhaſtatione fuit reſponſum, † potuiſſe fieri, & fidem haberi de pretio, prout fuit habita de conſenſu creditorum, & intereſſe haben. præcipuè cum creditum valdè excederet pretium bonorum ſubhaſtatorum, quo conſenſu ſtante ceſſat *diſpoſitio text. in l. à Diuo Pio, §. ſi emptor, ff. de re iudic.* & tenet ſubhaſtatio etiam habita fide de pretio, vt non ſemel tenuit Rota, & ſignanter *in vna Peruſina Dotis prima Iulij 1598. coram R. P. D. m. Decano, vbi allegatur Vrbeuetana coram bon. mem. Cardinali Pamphilio de anno 1594. 5. Decembris & in alia Camerinen. Spolij 2. Iunij 1610. coram D. M. Sacrato.*

Ex quibus ſic reſolutum fuit, &c.

MANZANEDO.

Romana vineæ Veneris 15. Maij 1612.

SVMMARIA.

1 *Facultate redimendi rem venditam reſeruata in caſu non ſolutionis pretij intra certum tempus, & ſolutione non facta, locus eſt redemptionis.*

2 *Subhaſtatio in vim mādati nulli, & iniuſti non tenet.*

3 *Plus iuris cedere quis non poteſt, quam ipſe habeat, & num. 4.*

4 *Retentionis ius ſi non poterat opponere cedens, nec eſt ceſſionarius, & n. 6.*

5 *Retentio non datur in præiudicium habentis anteriorem hypothecam.*

Deciſio XXVI.

PRætendente D. Iulio Pocobello retentionem in iſta vinea pro ſcutis 405. pro quibus fuerat ſubhaſtata, & quæ ipſe ſoluit Euphemiæ, & Patribus Ieſuitis, & aliis Dominis directis pro quibuſdam Canonibus non ſolutis, dubitaui, An prædicta retentio illi competeret, & DD. negatiuè reſponderūt, Moti ex eo, quod in inſtrumento venditionis factæ de iſta vinea per Fauſtum venditorem ad fauorem Rodulphi, & Euphemiæ coniugum adeſt pactum, quod ſcuta mille intra decem annos ſoluenda pro parte pretij dictæ vineæ integraliter intra dictum decennium non ſoluerētur, poſſet Fauſtus illam redimere, & rehabere pro pretio à perito æſtimando, &c. † cum dictum pactum 1
non fuiſſet adimpletū, & ſic nec intra dictum tempus præfixū ſolutio prædicta facta, certum eſt, Fauſtum, vel D. Equitem Perinū illius ceſſionarium potuiſſe dictam vineam recuperare iuxta dictū pactum conuentum, *l. intigenuū, §. Prætor ait, C. de pact. tex. in l. 1. eod. tit. Surd. dec. 260. n. 12.*

Quibus non obſtat, Euphemiam obtinuiſſe mandatum executiuum, cuius vigore dicta vinea fuit ſubhaſtata Pocobello † quia illud 2
mandatum fuit nullum, & iniuſtum, prout *Rota declarauit coram me 18. Decembris 1609.*

Minus obſtat, quod Pocobellus ſoluerit prędicta ſcuta 405. partim Euphemiæ, & partim pro Canonibus decurſis, & Laudemio, & reportauerit ceſſiones, quia Euphemia † non po- 3
terat plus iuris cedere, quam ipſa habebat vigore dictæ venditionis, nec poterat per ſuam ceſſionem infringere pactum, quod vinea poſſet recuperari à venditore pretio integraliter non ſoluto intra decennium; vnde, † ſicut ipſa 4
non poſſet opponere de aliqua retentione contra D. Equitem Perinum, ita nec poteſt opponere Pocobellus habens cauſam à dicta Euphemia, *l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur.*

Et, vtcumque ſit, vel iſtæ ſolutiones factæ per Pocobellum fuerint validæ, vel inualidæ, † nullatenus poſſunt pręiudicare D. Equiti Pe- 5
rino habenti cauſam à Fauſto vēditore, qui habebat anteriorem hypothecā ſuper dicta vinea.

Vltimo non obſtat, quod prædicta venditio ratione Euphemiæ fuerit nulla ob defectum ſolemnitatum ſtatuti vrbis, quia hoc eſt extra dubium, & ſat eſt, quod Euphemia elapſa decennio non poſſet prætendere hanc retentionem, quamuis ipſa poſſideret vineam, vnde † 6
nec de illa poterit dare Pocobellus habens cauſam ab Euphemia ex ſupradictis.

Ex quibus ſic fuit reſolutum &c.

CARD. BLANCHETTO.

Romana Reſponſionis vineæ Lunæ 3. Martij 1582.

SVMMARIA.

1 *Sententiæ latæ contra debitorem exequi poſſunt contra ſingularem ſucceſſorem ab eo cauſam habentem.*

2 *Sententia læta contra venditorem poteſt mandari exequi contra emptorem.*

3 *Tertius poſſeſſor habens cauſam à debitore poſt ſententiam eſt ſolum in earum executione citandus.*

Digitized by Google

Deciſio XXVII.

FVit quæſitum, An ſit relaxandum manda-
tum, & DD. dixerunt relaxandum fore,
quia ſententiæ jam fuerunt latæ contra debi-
1 torem, & ideò earum † executio poteſt fieri cō-
trà ſingularem ſucceſſorem habentem cauſam
ab eo, *l.ſi mater, §. vltim. & ibi Paul. de Caſtr. in fin. de
except. rei iudic. Bart. in l. creditores lac. n. 23. verſ. circa
hoc igitur, C. de pignor.* idemque ſentit *Alex. in conſ.
153. n. 10. lib. 6. & apertius, Aret. in l. qui iuramentum, §.
ſi quis iurauit, ſub n. 23. verſ. ſicut dicimus, ff. de iur. iur.*
2 vbi dicit, quod † ſententia lata contra vendito-
rem poteſt mandari exequi contra emptorem.

Vnde non obſtat, quod Illuſtriſſ. & Reueren-
diſſ. D. Cardinalis ſit tertius poſſeſſor. Quia ha-
3 bet cauſam poſt latas ſententias, & † ſatis eſt, in
fauorem tertij poſſeſſoris hoc eſſe inductum, vt
contra eum non poſſit fieri executio, niſi fuerit
citatus, *Alex. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, nu. 34. ff.
de re iudic. Capyc. dec. 20. n. 24.*

M. ANDREA.

Anconitana Bonorum Lunæ
28. Maij 1618.

SVMMARIA.

1 *Depoſitum factum non vt ſoluatur creditori, ſed promiſſione de reſtituendo deponenti nullum eſt, & pro non facto habetur, & num. 2. Ampl. vt num. 7.*

3 *Depoſitum non integrum eſt nullum, & irreleuans.*

4 *Ampl. vt totum ſit nullum, etiamſi deficiat minima pars.*

5 *Depoſitum vt ſit legitimum, requiritur citatio ad recipiendum, vt in caſu recuſationis, vel impedimenti in mora creditor conſtituatur.*

6 *Ratificare non dicitur quis depoſitum, niſi habeat ſcientiam actus, & illius qualitatum.*

Deciſio XXVIII.

DVbitaui, an conſtaret de credito, vel debi-
to Dominorum de Triumphis, & ad quā
ſummam, & eum informantes hinc inde in
pluribus in facto diſcordarent, & in quantita-
te bonorum venditorum per quondam Aure-
lium Paſſerum Antonio Triumpho non etiam
conuenerunt; Ideo pro directione cauſæ Do-
mini pro nunc firmarunt, depoſitum ſcutorum
4000. factum per Antonium emptorem ad
computum pretij d. d. bonorum fuiſſe inuali-
dum, & quod de aliis videatur, & interim
menſurarentur bona vendita.

Nullitas depoſiti viſa fuit clara. Nam primò
1 † non fuit illud factum, vt ſolueretur Paſſero
venditori, ſeu eius hæredi bo. m. Card. Cinthio,
ſed nouo more Depoſitarius illud reſtituere
promiſit, prout cum effectu reſtituit deponen-
2 ti, quod † idem eſt, ac ſi factum non fuiſſet, *ad
text. in l. qui ſic, ff. de ſolut. & in his terminis in l. accep-
tam, in fin. C. de vſur. vbi Bald. n. 7. verſ. ſi autem etiam
de facto & n. 8. Rol. conſ. 63. n. 33. lib. 1. & fuit dictum in
vna Farſen. Pecuniaria 16. Decembris 1603. coram Illu-
ſtriſſ. Bononien.*

Secundò non fuit integrum, prout ipſimet
informantes pro Triumphis etiam fatentur,
ac † proinde nullum, & irreleuans, *l. ſi obſignatio-* 3
*ne, & ibi gl. in verb. totius C. de ſolut. Alex. conſ. 75. nu. 8.
lib. 3. Crauett. conſ. 106. n. 1. Lup. in l. 2. nu. 104. C. de pact.
int. empt. & vendit. Menoch. de arbitr. caſ. 232. nu. 2. &
fuit dictum in vna Aprutina, ſeu Montis Alti Cenſus 4.
Iulij 1601. coram R. P. D. meo Damaſceno,* quod † adeo 4
procedit, vt defectus in minima parte vitiet to-
tum depoſitum. *Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gl. 4. n.
1. & gl. 6. n. 23. & ſeqq. cum aliis per Rot. in vna Aprutina
Cenſuum 24. Maij 1615 coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Tertiò † deficit etiam Citatio Paſſeri vendi- 5
toris ad recipiendum, & conſtituendum illum
in mora, vt exinde in caſu recuſationis, vel im-
pedimenti poſſet fieri legitimum depoſitum,
vt tradit *Cagnol. in d. l. 2. nu. 123. & Lup. nu. 105. verſ.
quamobrem, C. de pact. int. empt. & vendit. & n. ſeq. Ti-
raq. de retract. lignag. §. 9. gl. 3. n. 4. & 5. Rol. d. conſ. 63. n. 31.
lib. 1. Curt. iun. conſ. 28. n. 1. verſ. item debet fieri, cum aliis
adductis in illa Farſen. Pecuniaria coram Illuſtriſſ. Bo-
non. & in Lauretana Bonorum 6. Iunij 1611. coram eodem.*

Nec valet dicere, tale depoſitum fuiſſe per
inhibitionem factam Antonio Triumpho no-
mine Cardinalis ratificatum, Quia, omiſſis aliis
reſponſionibus, de quibus per informantes, il-
la placuit, quod, † dum non apparet, quod 6
Cardinalis habuiſſet ſcientiam depoſiti, illiuſ-
que nullitatis, etiam ſi ab eodem inhibitio e-
manaſſet, non propterea cenſeretur inducta ra-
tificatio, quia ad iſtum effectum requiritur, ſciē-
tia non ſolum actus, ſed omnium qualitatum
illius, *Gabr. Rom. de iudic. concl. 3. n. 18. & alter Eugub.
conſ. 36. nu. 60. lib. 1. Ruyn. conſ. 8. n. 4. verſ. ſi ſuam, lib. 4.
Pariſ. conſ. 47. nu. 97. in fin. & ſeqq. lib. 1.* & in noſtris
terminis fuit dictum *in illa Anconitana Cenſuum
coram D. meo Vbaldo.* & in omnem euentum, † 7
cum poſtea depoſitum per Triumphos recu-
peratum fuerit, pro non facto habetur, ſecun-
dum *Bald. in d. l. acceptam. n. 8. C. de vſur. cum aliis ſu-
pra allegatis.*

CARD VEROSPIO SENIORE.

Beneuentana Spolij Lunæ
2. Martij 1644.

SVMMARIA.

1 *Deliberatione facta plus offerenti in executionem rei iudicatæ, dicitur debitor facto Iudicis vtraque poſſeßione priuatus.*

2 *Lim. niſi nulliter egerit, puta ſine legitima citatione.*

3 *Sublim. ſi tamen nullitas appareat ex actis.*

4 *Acta tranſportare tenetur, qui dat de nullitate ſubhaſtationis.*

5 *Præſumitur in dubio pro decreto Iudicis.*

6 *Spolio agere non poteſt, qui culpa, & facto proprio cecidit à poſſeßione.*

7 *Emptione facta pro alio, pro quo de rato, dicitur poſſeßio tranſlata, & contractus reſidere penes ipſum ementem, qui etiam ad pretium conueniri poteſt.*

8 *Spolij*

Digitized by Google

8 *Spolij actio vti extraordinaria, venit in ſubſidium, quando alio iure quis experiri non poteſt.*

9 *Ius tertij an, & quando poſſit allegari.*

Deciſio XXIX.

OTtauius de Felicibus de anno 1604. quoddam prædium emit à Bartholomæo, & fratribus de Cariſſimo, & cum illud per multum tempus abſque vlla controuerſia poſſediſſet, inſurrexit de anno 1611. Io. Dominicus Muſca, ac, tanquam fuiſſet iſto prædio ſpoliatus, egit coram A.C. ſpolio contra d. Ottauium qui ſententiam abſolutoriam obtinuit. Vnde ab eodem Io. Dominico introducta cauſa per viam appellationis in Rota, & per me vtraque parte informante dubio propoſito, reſponſum fuit, A. C. ſententiam eſſe confirmandam. Cum enim prædium citato Ioanne Dominico poſt ſententiam, & rem iudicatam deliberatum fuerit plus offerenti, & per varias manus ad Ottauium poſtea deuenerit, ſatis apparet, eumdem Ioannem Domi-
1 nicum reſtitui non debuiſſe, cum † vtraque poſſeſſione facto Iudicis priuatus reperiatur, *Angel. in l. clam poſſidere, §. ad nundinas, n. 2. in fin. & ibi Iaſ. n. 20. ff. de acq. poſſ. Rot. dec. 802. n. 6. par. 1. diuerſ.*

2 Non obſtat, † iudicem nulliter proceſſiſſe, cum non fuerit Ioannes Dominicus in ſubhaſtatione legitimè citatus, vnde priuari non po-
3 tuerit ſua poſſeſſione, quia † hoc procederet, ſi d. nullitas ex actis appareret, vnde, cum de illa conſtare non poſſet culpa, & facto ipſius Ioannis Dominici, qui acta ſubhaſtationis in-
4 tegra non tranſportauit, licet † ad hoc ille teneretur, cum excipiat de iudicij nullitate, ideo fruſtra videtur contendere, ſe non habuiſſe pro
5 ſpoliato, † ſtante interim præſumptione pro iudicis decreto, vt in his terminis fuit reſolutum *in cauſa Auguſtana Hoſpitalis 20. Februarij 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo, & in Romana Domorum 20. Maij 1611. coram R.P.D. Pirouano.*

6 Præterea † non videtur Ioannes Dominicus ſpolio agere potuiſſe cum facto proprio ceciderit à poſſeſſione prædij, de quo agitur per illius venditionem cum clauſula conſtituti factam procuratori Marchionis Galutij, *D. D. in c. ſæpe. de reſtit. ſpol. Soccin. in l. rem, quæ nobis, nu. 8. ff. de acq. poſſ. Menoch. de recuper. remed. 15. n. 95. Ægid. deciſ. 498. Put. dec. 276. n. 1. ſecundum nou. impreſſ. l. b. 3.*

Nec releuat, quod d. emptionem Marchio
7 ratam non habuerit, quia, † cum non ſecuta illius ratificatione dictus procurator de proprio promiſerit, fuit in eumdem procuratorem tranſlata poſſeſſio, in cuius perſona contractus emptionis reſidet, *ex alleg. per Gabr. conſ. 80. n. 2. lib. 1.* Vnde etiam contra illum agi debet ad pretium, *l. Iulianus, §. ex vendito. & ibi Bart. Caſtr. & D. D. ff. de act. empt.* & per conſequens extraordinarium ſpolij remedium competere non poteſt,
8 cum † illud veniat in ſubſidium, quando alio iure quis experiri non valeat, *Ægid. deciſ. 493. Corn. conſ. 320. n. 6. lib. 1 Surd. conſ. 4. n. 17. lib. 1.*

Denique non obſtat, Ottauium non habuiſ-
9 ſe cauſam à dicto procuratore, † & ſic non poſſe illius poſſeſſionem tanquam ius tertij allegare. Hoc enim non eſt dare de iure tertij, ſed probare, Ioanni Dominico non competere reſtitutionem in ſpolio, cum à poſſeſſione facto proprio ceciderit, ſicut in ſimili qui excipit penes alium fuiſſe poſſeſſionem, ad ducendum illam per ſolum, inſtrumentum non fuiſſe quæſitam aduerſario, dicitur illius intentionem elidere, non dare de iure tertij, vt fuit deciſum in *Maceratenſ. Hereditatis 27. Nouembris 1587. coram Eminentiſſ. Cardinali Pamphilio, &c.*

EMINENTISS. D. CARD. PAMPHILIO.

Romana Spolij Domus Veneris
11. *Aprilis* 1614.

SVMMARIA.

1 *Edictum extraiudiciale ex conuentione creditorum affixum continens, quod, qui vult emere talia bona, offerat abſque promiſſione, quod plus offerenti dabitur, cenſetur emanatum ad explorandum valorem, non ad contrahendum cum oblatoribus, & ideo neutra ex partibus obligatur, & n. 2. & 3.*

4 *Oblatio vt obliget, neceſſe eſt, vt venditor obligetur ex parte ſua.*

5 *Contractus non debet claudicare.*

6 *Æqualitas ſemper inter contrahentes ſeruanda eſt.*

7 *Oblatio poteſt reuocari, vbi detegitur, aliter rem ſe habere, quam in edicto venditionis ſit expoſitum, & num. 10.*

8 *Oblationes ſicut cæteri contractus, intelliguntur rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus.*

9 *Obligatio etiam cameralis nulla remanet ex cauſa defectu.*

11 *Oblatorem magis idoneum, & ad ſolutionem paratum eligere debet Iudex.*

Deciſio XXX.

IN propoſitione dubij alias facta ſub die 15. Nouembris præteriti, an ſententia eſſet confirmanda, inter alias fuit excitata difficultas circa quaſdam maiores oblationes, quæ fuerunt per oblatores reuocatæ, & D.D. tunc ordinarunt, vt ſtrictè informaretur, An huiuſmodi maiores oblationes potuerint reuocari, quod ſupra d. die 11. Aprilis fuit affirmatiuè reſolutum.

Nam oblationes ſcutor. 800. & 850. per Semidorum, & Roſciolam factæ fuerunt vigore edicti ex conuentione maioris partis Creditorum extraiudicialiter affixi, in quo continebatur ſolum, quod, qui vellent emere d. domum offerrent per acta Accarſij Notarij A. C. nec aderat ea promiſſio, quod plus offerenti dabitur,
† quo caſu Creditores cenſentur potius voluiſſe explorare valorem domus, quam contrahere cum oblatoribus, *Bart. in l. ſi tempor. n. 4. Cod. de fid. inſtrum. & iur. haſt. Fiſc. lib. 10. & in l. locatio n. 10. in fin. ff. de publ. & vectig. Ang. conſ. 324. n. 1. Fab. de Mont. de empt. & vend. quæſt. 5. princip. n. 90. & ſeq.* &

Digitized by Google

2 propterea † ſicut ipſi non obligantur, domum
3 vendere, † ita nec etiam oblatores illam eme-
4 re tenentur, ad effectum enim, vt ex oblatione pretij oriatur obligatio de emendo, neceſſarium eſt, quod venditor obligetur ex parte ſua *Ang.d.conſ.324.n.1.Gabr.conſ.180.nu.8.vol.1. & fuit dictum in cauſa Romana Nullitatis Obligationis 26.Iunij*
5 *1602.coram R.D.M.Damaſceno,* † cum alias contractus claudicare non debeat, *l. Iulianus.§.ſequuta*
6 *pupillo. vbi gl. & Bald.ff. de act. empt.* ſed † ſemper inter contrahentes æqualitas ſit ſeruanda, *l.fi. C.de fruct.& lit.expenſ.Menoch.conſ.92.n.41.*

7 Quod † eo faciliùs procedit in caſu iſto, quia tam Semidorus, quam Roſciolus ſupradictas oblationes maiores reuocarunt ex eo, quia in edicto dicebatur domus eſſe ad tertiam generationem, & nominationem, & re vera eſt ſolum ad tertiam generationē Semidori reſtrictam ad quinque illius filios in conceſſione nominatos ex pluribus, quos habebat, vnde, cum res aliter ſe habeat, quam in edicto comprehenderetur, ſupradictæ oblationes benè
8 potuerunt reuocari, quia † oblationes, prout cæteri contractus, intelliguntur, rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus, *Tiraq. in l.ſi vnquam. in præfat.nu.86. & ſeq. C.de reuoc.don.*
9 *Gabr.conſ.184.n.6.lib.1.Surd.conſ.313.nu.68.* & † obligatio etiam cameralis remanet nulla ex defectu cauſæ, *Galleſ. ad form. camer. oblig. part.4. q.1. n.12. Rot. in Romana Pecuniaria 4. Maij 1583.relat.int. impreſſ.dec.123.n.15.part.2.diuerſ.*

Oblatio vero ſcutor. 700. licet fuiſſet facta per Apollonium vigore mandati A.C. de ſubhaſtando, fuit tamen per eum reuocata pariter ex cauſa, quia poſt factam oblationem ad eius notitiam deuenit, duos ex ſupradictis quinque filiis Semidori fuiſſe mortuos abſq; filiis, & ſic ex quo tertia generatio erat magis ſtri-
10 cta, † Apollonius quoque ſuam oblationem reuocare potuit ex ſupradictis.

11 Præſertim quia † Iudex fortaſſe magis idoneum Carolum reputauit, & magis paratum ad ſolutionem pretij, *l.3. §. melior autem, ff. de in diem adiect.Caſtr.in d.l.locatio.in princ.nu.3.in fin.ff.de public. & vectig. Fabian. de Mont. de empt. & vend. d. q.5.princip.n.90. & 93.*

Et ita deciſum &c.

REMBOLDO.

Peruſina Bonorum, ſeu Dotis Lunæ 19. Februarij 1618.

SVMMARIA.

1 *Sententia reuocatoria executionis iuſta exiſtente, iuſta eſt etiam condemnatio ad fructuum perceptorum reſtitutionem.*
2 *Et damnorum, & intereſſe.*
3 *Et expenſarum.*
4 *Expenſarum in condemnatione Rota non attendit iuſtam, vel iniuſtam cauſam litigandi, ſed vt plurimum victum victori in expenſis condemnat.*
5 *Subbaſtatione & deliberatione nulla exiſtente ad euitandam ſententiam reuocatoriam non ſufficit ceſſio, & renunciatio ſoli executioni, & abſque oblatione expenſarum, damnorum, & intereſſe.*
6 *Oblatio fructuum perceptorum incerta, & illiquida, ac conditionalis, & non libera non ſuffragatur.*
7 *Appellans à ſententia dicitur recedere à ceſſione liti.*

Deciſio XXXI.

PRæſuppoſita de partium conſenſu iuſtitia ſententiæ contra D. Baldellum latæ in negotio principali, dubitaui ad inſtantiam D. Gratiani, an dicta ſententia eſſet etiam quoad condemnationem fructuum, & expenſarum, nec non damnorum, & intereſſe confirmanda, & D. D. dicto D. Gratiano informante, affirmatiuè reſponderunt.

Nam, cum per dictam ſententiam reuocata fuerit executio contra D. Gratianum non citatum facta, † illaque, vt extra controuerſiam 1
eſt, ſit iuſta, vtique etiam iuſta eſt condemnatio fructuum vigore dictæ executionis nullæ perceptorum, *ad text. in c.conquerente: vbi Bald. & alij de reſtitut.ſpol.ſpecul.de fruct.& inter.§.1. ſub n.9. verſ.& vt præſcripta.Rot.deciſ.7.de dol.& contumac.& dec.18.de re iudic.in nou.* & † etiam damnorum, & 2
intereſſe. *§.hac autem omnia.in fin & ibi Io.Fab.n.2. Aret.n.6.Inſtit.de pœn.temer.litig.Theſ.dec.67.n.2.& 4. cum aliis per ſpecul.dicto tract.§.2.* † nec non etiam 3
expenſarum, *dicto §.hac autem omnia.Inſtit. de pœn. tem.litig.l.properandum.§.ſiue autem.Cod.de iudic.* & præſertim quia † in Rota non attenditur, an 4
victus habuerit iuſtam cauſam litigandi; ſed vt plurimum condemnatur ſemper victori in expenſis, *Put. dec.140.lib.2.& dec.373.ſub nu.1.lib.2. Caſſad.dec.13.n.2. de reſcript.Caſ.de Graſſ.deciſ.5.nu.10. de reſtit.ſpol.*

Non obſtat Ceſſio per D. Baldellum ante ſententiam facta, tum quia in ea dictus Baldellus † renunciat executioni, non autem ſub- 5
haſtationi, & deliberationi ſubſecutæ, nec offert expenſas, & damna, ac intereſſe, & propterea, vt defectiua ei non ſuffragatur, *Salic. in l.2.n.3. C.ſi antiq.cred.pign.vend.Neguſant.de Pignor. 5.par.principali membr.3.part.2. ſub nu.18.verſ.quarto amplia.*

Tum quia † dicta ceſſio continet oblatio- 6
nem fructuum, ne dum incertam, & illiquidam, quia dictus Baldellus promiſit ſoluere fructus, quos legitimè apparebit ipſum percepiſſe, & propterea offerentem non iuuat, *Caeſ.de Graſſ.dicta dec.5.n.3.& ſeq.de reſtit.ſpol. Rot.diuerſ.dec. 334.n.2.part.2.* ſed etiam conditionalem, & non liberam, qualis eſſe debuiſſet, *ad trad. in l. acceptam. Cod.de vſur.Iaſ.conſ.9.nu.14.lib.1.Rot.dicta deciſ. 334.part.2.Seraph.dec.655.n.5.*

Et quia denique D. Baldellus † per appel- 7
lationem à dicta ſententia interpoſitam ab hac ceſſione receſſit. Vnde meritò potuit ſperni, vt ex eiſdem rationibus fuit alias reſolutum *in cauſa Claraualien. Grani 1. Februarij 1591. coram Reuerendiſſ.Peruſino.*

EMINENTISS. D. CARD. PAMPHILIO.

Romana Spolij Domus Lunæ 19. Ianuarij 1615.

Digitized by Google

SVMMARIA.

1 *Deliberatio fieri debet plus offerenti.*
2 *Oblationes plures debent in actis eſſe, antequam fiat decretum de deliberando.*
3 *Oblationes de ſtylo Curiæ debent eſſe tres ad minus:*
4 *Decretum de deliberando, quod non habuit effectum, & fuit circumductum per aliud ſubſequens non attenditur.*
5 *Terminus deliberationis debet eſſe de ſtylo Curiæ vnius menſis, nec ſufficit trium dierum.*
6 *Terminus deliberationis datur debitoribus, vt poſſint vel pignus luere, vel per maiores oblationes conditionem ipſorum, & creditorum meliorem facere.*
7 *Termino ad reluendum elapſo, nullus alius oblator recipi poteſt.*

Deciſio XXXII.

FVit reſolutum, ſententiam, de qua in dubio, eſſe reuocandam, quia declarat, ſubhaſtationem fuiſſe ritè, & rectè factam, & tamen contrarium colligitur ex actis, ex quibus apparet, quod decretum de deliberando fuit interpoſitum ſub die 19. Iunij 1604. quo tempore maiores oblationes ſcutorum 800. & 850. fuerunt per oblatores legitimè reuocatæ, vt *fuit firmatum in dec. in cauſa facta*, & aliæ tres oblationes ſcutorum 500. 600. & 700. non reperiebantur tunc in actis exhibitæ, prout re-
1 quiritur, Quia cum † deliberatio fieri debeat plus offerenti, *authent. hoc iis porrectum, & ibi D D.*
2 *Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* † antequam fiat decretum de deliberando, plures debent eſſe in actis oblationes, vt per *Galleſ. de obligat. camer. in quæſt. poſt proceſſ. inciden. num. 31. Moder. pract. in tit. de ſubhaſt. pi-*
3 *gnor. 42. nu. 12. lib. 1.* vbi teſtantur, quod † de ſtylo Curiæ tres ad minus debent eſſe oblatores.

4 Præterea conſiderabant Domini, quod † huiuſmodi decretum, quod emanauit ſub dicta die 19 Iunij, non habuit effectum, quia elapſo menſe non fuit expeditum mandatum de deliberando maiori tunc oblatori, & vlterius fuit circunductum per aliud ſubſequens decretum emanatum ſub die 4. Auguſti cum aſſignatione noui termini, *Felin. in c. 1. n. 22. de iudic. Pedemon. dec. 142. nu. 37. Rot. in cauſa Leodien. Prioratus 21. Iunij 1596. coram Orano.*

Nec ſubhaſtatio viſa fuit poſſe ſubſtineri vigore huius ſecundi decreti, quia in eo Iudex mandauit, domum deliberari plus offerenti,
5 niſi infra tres. & tamen † de ſtylo Curiæ in ſtabilibus terminus iſte debet eſſe vnius menſis, *Galleſ. de oblig. camer. in quæſt. poſt proceſſ. incid. d. nu 31. Moder. d. lib. 1. cap. 42. n. 2. & ſeqq.* præſertim quia
6 † iſte terminus conceditur pauperibus debitoribus, quorum bona diſtrahuntur, vt poſſint vel pignus luere, vel per maiores oblationes conditionem ipſorum, & creditorum meliorem facere, *Magon. dec. Florent. 132. n. 9.*

Vltra quod nec etiam dicta die 4. Auguſti aderant in actis tres oblationes, quia illa ſcut. 700. fuerat valide reuocata *ex allegatis in alia deciſione*, & oblatio Caroli, cui domus fuerat deliberata, emanauit etiam elapſo dicto termino trium dierum dato ad releuandum, † quo 7
tempore nullus alius oblator recipi poterat, *Magon. d. dec. Florent. 132. n. 2. & c.*

COCCINO.

Ariminen. Dotis Lunæ 22. Iunij 1620.

SVMMARIA.

1 *Agens contra aliquem vti poſſeſſorem in neceſſariam conſequentiam præſupponit illum talem.*
2 *Poſſeſſio partis probatur ex confeſſione aduerſarij.*
3 *Ampl. ſiue confeſſio ſit explicita, ſiue implicita.*
4 *Spoliatus ex mandato Iudicis nullo non perdit poſſeſſionem.*
5 *Negatiua non citationis probatur ex actorum inſpectione.*
6 *Verba*, Seruatis ſeruandis *reſtricta ad ſubhaſtationem tribus vicibus factam, non referuntur ad quæ alia fuerint ſeruanda.*
7 *Notarij aſſertioni non creditur, niſi in his, de quibus fuit rogatus.*
8 *Statuti forma non ſeruata, ſubhaſtatio corruit.*
9 *Tranſportatio actorum præſumitur integra contrario non probato.*

Deciſio XXXIII.

PLacuit DD. deciſio in hac cauſa facta 11. Maij huius anni, poſſeſſio enim Claræ controuerti non poteſt; nam, & ſi fuerit inſtrumentalis, ſatis conſtat habuiſſe effectum, † 1
ex quo Vigerius egit contra ipſam tanquam poſſeditricem, in neceſſariam enim conſequentiam præſupponit, illam poſſidere, *l. decem, ff. de verb. obligat.* † poſſeſſionem autem par- 2
tis probari ex confeſſione aduerſarij, eſt certum, *gloſ. in l. ab empt. in verb. conſtituantur, ff. de pact. & ibi Aug. n. 4. gloſ. in verb. trad. in l. 2. & ibi Bald. C. de acq. poſſ. Tiraq. de iur. conſtit. 2. par. ampl. 2. num. 1. & ſeqq* & quod † dicta confeſſio implicita noceat, 3
ac ſi eſſet explicita, & ſufficiat ad manutentionem. *Ægid. dec. 643. nu. 1. Rot. dec. 802. num. 1. & 2. part. 1. & fuit dictum in Ferrarien. Parochialis 8. Nouembris 1596. coram bon. mem. Paen.* & hoc eſt, quod fuit dictum in dicta deciſione.

Neque obſtat, quod Clara fuerit ſpoliata 4
de mandato Iudicis, quia, vt dicitur in alia deciſione ex duplici capite nulliter proceſſit. Imò, quia in ſubhaſtatione ipſa minimè fuit citata, † quæ negatiua probatur ex inſpectio- 5
ne actorum, *Dec. in l. Iuſtus, n. 3. C. de eden. Aymon conſ. n. 8. & ſeqq. Verall. dec. 292. par. 3.*

Neque contrarium dici poteſt apparere ex verbis illis, quod dicta domus fuerit expoſita ad Maſſarolum, & ſeruatis ſeruandis iuxta formam ſtatutorum Sauignani fuerit tribus vicibus ſubhaſtata more, & loco ſolitis, quia illa verba, ſeruatis ſeruandis, referuntur ad verba tribus vicibus ſubhaſtata, † cum omnia 6
regantur à verbo, fuerit, *iuxta not. per Bartol. in l. Prætor. la 2. §. erit differentia, in princip. verſicul. breuiter hic, ff. de verb. obligat.* vltra quod non eſt

Digitized by Google

7 ſtandum dictæ aſſertioni Notarij, cum † non
credatur ei, niſi in his, de quibus fuit rogatus,
*Federic. de Sen. conſ. 288. n. 2. verſ. ſed poſito pro conſtan-
ti. Fulgoſ. conſ. 163. colum. 2. n. 1. verſ. ſed neque ex illa.*

Secundò principaliter Iudex nulliter pro-
ceſſit ad ſubhaſtationem, cum capto pignore
non fuerit præfixus terminus ad luendum 20.
dierum mulieri, prout diſponitur in ſtatuto,
8 quia † forma non ſeruata ſubhaſtatio corruit,
*vt fuit reſolutum in cauſa Auximana Tutelæ 24. No-
uembris 1592. coram Gyptio.*

Quæ dicuntur de non integra tranſporta-
tione actorum, non videntur digna conſidera-
9 tione, cum † pro integra tranſportatione præ-
ſumatur, & pars fuit expectata vſque ad vlti-
mas audientias ſi vellet aliqua acta producere,
ita vt ex hoc integra tranſportatio probaretur.
Et ita &c.

EMINENTISS. D. CARD. PAMPHILIO.

Spoletana Prædij Lunæ *30. Martij 1615.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Arbitrio Rotæ, intelligitur prout de iure.*
2 *Decl. vt directa habenti iuriſdictionem debeat aliquid de rigore iuris remittere, ne dicatur ſuperflua.*
3 *Præſertim quoad ſolemnitates iudicij, quidquid ſit quoad merita cauſæ.*
4 *Nullitates turbidæ ex clauſula, Arbitrio Rotæ, poſſunt ſaluari.*
5 A. C. *dicitur Iudex competens quoad connexa, & dependentia alterius iudicij coram ipſo per aduerſarium moti.*
6 *Pupillus habet priuilegium trahendi aduerſarium ad Curiam.*
7 *Ampl. vt huiuſmodi priuilegium ſuffragetur etiam litis conſortibus maioribus.*
8 *Liber baptiſmatis probat ætatem.*
9 *Lis quoad actorem dicitur introducta à tempore decreti monitorij.*
10 *Lis in Curia introduci poteſt cum procuratore habente mandatum generale.*
11 *Legitimatio perſonarum parte opponente eſt neceſſaria.*
12 *Decretum Iudicis habet præſumptionem pro ſe.*
13 *Mandatum præſumitur ex coniecturis.*
14 *Subſtitutio an poſſit fieri ante litem conteſtatam.*
15 *Subhaſtatio ſine citatione, & decreto de deliberando dicitur nulla.*
16 *Decretum commiſſionis bannimentorum comprehendit etiam decretum de deliberando de ſtylo Ciuitatis Spoleti.*
17 *Stylus loci ſubhaſtationis eſt in ſubhaſtatione attendendus.*
18 *Stylus probatur per teſtes, & ex fide Notariorum.*
19 *Subhaſtatio facta pro maiori ſumma non ſuſtinetur.*
20 *Nullitatibus ſubhaſtationis turbidis ſtante iuſtitia pretij locus eſt clauſulæ, Arbitrio.*

Deciſio XXXIV.

PLuries propoſui cauſam ſuper reſolutis
ſub die 27. Iunij præteriti circa iuſtitiam
ſubhaſtationis, & quia plura per informantes
adducebantur etiam ſuper illius nullitatibus
pro quibus Pannonius, quatenus adeſſent,
commiſſionem ſanatoriam arbitrio Rotæ ob-
tinuerat, Domini pro faciliori cauſæ expedi-
tione ſupradicta die 30. Martij quoad huiuſ-
modi nullitates reſoluerunt, intrare arbitrium,
ſi pretium fuerit iuſtum, licet enim regulariter
† clauſula, Arbitrio Rotæ, intelligatur prout 1
de iure, *Bartol. in extrauag. ad reprimendum, verb. vi-
debitur, nu. 8. Pariſ. conſ. 56. num. 5. lib. 1.* † vbi tamen 2
commiſſio eſt directa habenti iuriſdictionem,
debet aliquid de rigore iuris remittere, aliàs
ſuperflua reddatur, *Creſcent. deciſ. 4. nu. 3 de teſtam.
Seraph. deciſ. 454. nu. 1. cum aliis adductis in cauſa Leo-
dien. fideicommiſſi 21. Maij 1614. coram R. P. D. meo Pi-
rouano,* † maximè quoad ſolemnitates iudicij, 3
quidquid ſit quoad merita cauſæ, vt tenuit
*Rota in cauſa Catanien. Illegitimatis 10. Ianuarij 1583.
coram fel. record. Clement. VIII.* & quod, † vbi nul- 4
litates ſunt turbidæ, ſtante huiuſmodi clauſu-
la ſolemnitates iudicij poſſint ſaluari, *fuit reſo-
lutum in cauſa Romana de Ruſconibus 8. Martij 1612.
coram Reuerendiſſimo Domino meo Damaſceno, & in
d. Leodien. fideicommiſſi coram R. P. D. meo Pirouano,* &
aliàs ſæpè.

Nullitates autem in hoc caſu oppoſitæ vi-
ſæ ſunt ſatis turbidæ.

Illa enim, quæ deducitur ex defectu iuriſ-
dictionis, ex quo in prima inſtantia fuit actum
pro filiis, & hæredibus Themiſtij, ad quorum
inſtantiam fuit facta ſubhaſtatio coram A. C.
abſque obligatione camerali contra Vecchiet-
tum forenſem, & contradicentem, dicebatur
ceſſare ex eo, quia idem Vecchiettus priùs in-
tentauerit iudicium coram A. C. contra Pan-
nonium creditorem cenſus ſuper eo, quod
prædium cenſuatum, eſſet aquis inundatum,
& penitus deperditum, adeo vt filij Themiſtij,
qui in ſupradicto cenſu pro Vecchietto fide-
iuſſerat, † potuerint ratione connexitatis, & 5
dependentiæ illum conuenire coram eodem
A. C. pro liberatione à fideiuſſione per acta
eiuſdem Notarij, in quibus reperiebantur pro-
ducta iura, *Alexand. conſ. 58. n. 7. lib. 1. & faciunt tradi-
ta per Menoch. de arbitrar. caſ. 95. ſub n. 18.*

Præterea tanto minus viſa eſt obſtare ſu-
pradicta nullitas, quia inter dd. filios aderat
Franciſcus Pupillus, † qui propterea potuit 6
trahere Vecchiettum ad Curiam *ex priuilegio l.
vnic. C. quand. Imper. int. pupill. & vid.*

Quod † ſuffragatur etiam litis conſortibus 7
maioribus, *Alex. conſ. 122. n. 16. lib. 4. Theſaur. dec. 177.
n. 5. Menoch. in addit. ad caſ. 66. n. 37. de arbitr.*

Quod autem Franciſcus tunc eſſet pupillus
ſatis apparet ex monitorio, quod fuit obten-
tum ſub die 28. Ianuarij 1603. Franciſcus vero
natus fuit de menſe Martij 1589. vt patet ex li-
bro Baptiſmatis, † qui probat ætatem, *Caputa- 8
quen. deciſ. 314. num. 1. part. 1. Ioſ. Ludouic. deciſ. Peruſ. 17.
n. 7. part. 1.*

Non obſtat, quod lis dicatur introducta de
menſe

Digitized by Google

menſe Aprilis 1603. quo tempore fuit reproductum monitorium, & ſic poſtquam Franciſcus fuerat effectus maior 14. annis.

9 Quia † ad iſtum effectum quoad ipſos filios actores viſum fuit, eſſe attendendum tempus, quo monitorium fuerat decretum, *iuxta deciſ. Caputaquen 165.n.3.par.1.*

Altera nullitas deducta ex eo, quod Palæſtina, qui pro Vecchietto ad inſtantiam filiorum Themiſtij fuit citatus, haberet tantum mandatum ſpeciale contra Pannonium, non ſubſiſtit, Quia dictum mandatum, vt apparet ex ipſius lectura, eſt generale ad omnes, & quaſcumque cauſas motas,& mouendas con-
10 tra quaſcunque perſonas, & propterea † bene potuit cauſa,& iudicium in Curia inchoari, & proſequi, *Rot.deciſ.136.de iudic.in antiq.Caſſad.deciſ.1. n.1.de dilat.Seraph.dec.654.n.4.& ſeq.*

Ceſſat etiam, quod dicti filij non legitima-
11 uerint eorum perſonas, † provt parte opponente neceſſariò requirebatur; Quia de ea ſatis viſum fuit conſtare ex productione deputationis curatoris facta pro comparentibus vti filiis, & hæredibus d. Themiſtij cum decreto
12 Iudicis, † quod habet præſumptionem pro ſe, præcipuè circa qualitatem perſonæ minorum, *Alexand.conſ.85.n.4.lib.2.Gabr.de ſentent.concl.5.nu.3.*
13 *& 4.* † quæ in hac materia ſufficit, *Seraph.deciſ. 933.n.2.& dec.1325 n.2.*

Nec minus ſubſiſtit, quod dd. filiis fuerit deputatus actor ad lites ſpecialiter contra Raynaldum, & quod per eum ſubſtitutio in huiuſmodi cauſa contra Vecchiettum facta fuerit pariter ante litem conteſtatam.

Quia huiuſmodi deputatio legitur facta generaliter, & Raynaldus fuit in ea nominatus non limitatiuè, ſed ratione maioris expreſſionis per huiuſmodi verba, & ſignanter contra
14 Raynaldum,† propterea ſuffragatur, licet fuerit facta ante litem conteſtatam, *l. neque tutores, Cod.de procurat.* prout etiam ſubſtitutio,quæ ſimiliter abſque vlla differentia de iure canonico ante litem conteſtatam fieri poteſt, *Put. dec.129.lib.2.ſecundum nouam impreſ.*

15 Quod autem dicebatur † de alia nullitate ex eo,quod in huiuſmodi ſubhaſtatione Vecchiettus non fuerit citatus,nec interuenerit decretum de deliberando, prout requiritur, ac fuerit etiam præcipitanter facta non ſeruatis debitis terminis,minus placuit Dominis,quia ex deductis apparet,quod poſtquam dicti filij creditores per menſem retinuerant poſſeſſionem prædij,de quo agitur,in executione capti Vecchietto legitimè citato,nec non Lucangelo illius procuratore, Iudex mandauit fieri
16 bannimenta in forma, &c. † ſub quo decreto comprehenditur etiam decretum de deliberā-
17 do de ſtylo illarum partium,† qui in ſimilibus attenditur, *Guid Pap.deciſ.22. nu.1.in fin.verſicul. ſed*
18 *contrarium*, & † bene viſus fuit probari per teſtes & ex fide Notariorum,quæ datur, *Alexand. conſ.138.nu.5.in fin.lib.1. Rot.in cauſa Mediolanen.fructuum 9.Martij 1592 coram Orano.*

19 Nec demum refragatur,quod † ſubhaſtatio fuerit facta pro maiori ſumma, ex quo creditum ſcutorum octingentorum computatum fuit ad rationem paulorum decem pro ſcuto.

Quia fuit reſponſum, obiectum ceſſare ex deductis in alia deciſione, quæ Dominis placuerunt, & bene comprobant informantes.

Ex quibus viſa etiam fuerunt, vel penitus ceſſare ea omnia,quæ contra validitatem ſubhaſtationis deducebantur, † vel ſaltem ſatis 20
turbida reddi, ita vt, ſtante iuſtitia pretij, debeat omnino eſſe locum arbitrio, *iuxta deciſ.Put. 252.lib.2.* Et ita deciſum.

R. P. D. ROYAS.

Senogalien. Societatis Mercurij
22. Iunij 1639.

SVMMARIA.

1 *Rationem quis reddere tenetur ſocio pro eius rata tantum, & n.21.*
2 *Mandatum in parte exceſſiuum eſt nullum in totum vna cum executione.*
3 *Mandatum quando relaxari non poſſit peritorum electione,& calculo non præcedentibus, & n.22.*
4 *Solutio ſequuta dicitur tranſactione mediante.*
5 *Solutionis exceptio eſt vna ex tribus,quæ retardant obligationem cameralem.*
6 *Mandatum contra ſocium pro tota ſumma, non dempta portione, eſt exceſſiuum.*
7 *Æqualitas inter ſocios eſt ſeruanda.*
8 *Mandatum contra ſocium eſt exceſſiuum,non dempto ære alieno ſocietatis.*
9 *Bilancio non facto debiti, & crediti, vel illo non liquido, non poteſt ſequi condemnatio.*
10 *Ceſſio facta animo alium vexandi dicitur ſimulata, & inefficax. Ampl.vt n.11.*
12 *Titulus quando redacatur ad non titulum.*
13 *Titulus conſiderabilis requiritur, vt ceſſet* l. per diuerſas,& l.ab Anaſtaſio.C.mand.
14 *Compromiſſum elapſo termino non habetur in conſideratione.*
15 *Obligatio facta in carceribus ab iniuſtè detento nulla eſt.*
16 *Remiſſio exceſſus, & nullitatis non datur ſcientia non probata.*
17 *Tranſactio non cadit ſuper eo,quod clarè nullum eſt.*
18 *Adnotatio à tergo mandati,quod exequatur pro tot, quando non excuſet ab exceſſu,& nu.ſeq.*
19 *Executori creditur referenti, ſe executum fuiſſe pro integra ſumma mandati.*
20 *Oblatio reddendi rationem intelligitur de adminiſtratis per eum, qui ſe obligat, & n.21.*

Deciſio XXXV.

INita ſocietate mercaturæ Coraminum inter Ioannem Baptiſtam, Hieronymum, & Philippum de Riuis de anno 1608.ſequuta fuit de anno 1617. obligatio dicti Ioannis Baptiſtæ tam nomine proprio,quam nomine Hieronymi reddendi computum, & bilancium ſingulis annis Philippo conſocio, in cuius executionem de anno 1624. d. Ioannes Baptiſta exhibuit bilancium ab anno 1608. vſque ad dictum tempus, quod cantabat hoc modo, Debitum, & Capitale eſt ſcutorum 16. mill.38. &

Digitized by Google

1623.21.pro lucro anni 1623.poſtmodum de anno 1630. Philippus præfatus donauit omnia ſua iura Laurentio Bartolo, quæ ſibi competebant contra d.Ioannem Baptiſtam occaſione d. ſocietatis, tam nomine proprio, quàm vti hæredi d. Hieronymi, & incontinenti eadem die ſubſecuta fuit declaratio per d. Laurentium donatarium, quod omne, quod eſſet recuperaturus à præfato Ioanne Baptiſta vigore acceptæ donationis omnia eſſe deberent eiuſdem Philippi demptis expenſis litis.

De anno 1636. conuentus fuit Ioannes Baptiſta prædictus coram A.C.per eundem Laurentium Bartolum vigore acceptæ donationis, & in contumaciam Ioannis Baptiſtæ fuit contra eum relaxatum mandatum pro ſcutis 17. mill.46. in totum ad effectum deponendi, donec, & quouſque fuerit per eum reddita ratio adminiſtrationis iuxta tenorem obligationis,ac bilancium exhibitum,quod fuit executioni demandatum mediante carceratione eiuſdem Ioannis Baptiſtæ.

Sequuta fuit deinde tranſactio in Carceribus,ſiue compromiſſum inter Ioannem Baptiſtam, & Bartolum, in qua fuit inter alia conuentum, quod Ioannes Baptiſta conſignaret bilancium, & omnes ſcripturas concernentes d.Societatem, ad effectum, vt intra duos menſes cum dimidio à die ſequutæ tranſactionis (quæ ſtipulata fuit ſub die 27. Septembris 1636.) & controuerſia terminaretur per duos peritos Mercatores Anconæ.

Deinde liberatus à carceribus exhibuit coram eodem A.C.d. Ioannes Baptiſta quietantiam reportatam à Philippo conſocio vſque ab anno 1634. ſub die 28. Februarij mediante alia tranſactione, in qua fit mentio de donatione facta per eum Laurentio Bartolo de iuribus ſibi competentibus aduerſus Ioannem Baptiſtam propter d.ſocietatem coraminum.& in eo declaratur, quod Bartolus non habet niſi nudum nomen, ſed omnia ad ſe ſpectare, & demum adduxit claram iniuſtitiam mandati reſultantis ex eo, quod A. C. relaxauit manda-
1 tum pro tota ſumma integra, † cum ad omne peius ei non ſpectaret rationem reddere, niſi pro tertia parte, quibus ſtantibus de menſe Ianuarij 1638.& ſic elapſo bimeſtre cum dimidio contento in hoc compromiſſo inter Ioannem Baptiſtam, & Bartolum A. C. reuocauit primum mandatum.

Cauſaque commiſſa in gradu appellationis bon.mem.Buccabellæ,in cuius locum fui ſubrogatus, propoſui hodie dubium,an conſtaret de nullitate mandati executiui, & inde reuocati in caſu, &c. & fuit reſolutum mandatum eſſe nullum.

Ratio reſolutionis eſt, quia mandatum relaxatum continet maiorem ſummam vltra
2 debitum, † ideóque ratione exceſſus eſt nullum in totum vna cum executione, *iuxt.doctrinam Bart.in l.ſi non ſortem,§.ſi centum,in princ.& n.6. ff.de condit.indeb.Pariſ.conſ.81.n.36.lib.2.Put.dec.315.n.2.& lib.1.in correct. Rot.dec.359.nu.8.p.1.& 630.n.3.p.2.& 411.n.4.p.5.recent.Greg.dec.198.n.1.& ibi Adden.*

Quod autem mandatum ſit exceſſiuum, conſtat ex pluribus, & primo, quia, ſtante ſolidatione computorum inter Ioannem Baptiſtam,& Philippum accedente tranſactione inter eos ſequuta de anno 1634. in qua vnus alteri remittit omne lucrum ſocietatis prædictæ vſque ad d. tempus, non poterat deueniri ad relaxationem mandati,non habita ratione ſolidationis, & tranſactionis ſequutæ, † cum 3
prius eſſet deuenien.ad electionem peritorum, & calculandum, vt poſſet inſpici. quis eſſet creditor, & quis debitor. *iuxt deciſ.612.per tot.p.1. recent.* † ex qua etiam reſultat, quod per eam 4
dicatur,ſolutionem fuiſſe ſequutam,† quæ eſt 5
vna ex tribus exceptionibus, quæ retardant obligationem Cameralem, *ex Galles, de obligat. Camer.quæſt.17.n.2.& ibi Zach.n.2.& 4.Rot.dec.92.n.1.p.1.diuerſ.Seraph.dec.814.n.1.*

Secundus exceſſus mandati fuit, † quia A. 6
C. relaxauit mandatum contra Ioan. Baptiſtam pro tota integra ſumma ſcutorum 17. mill. & 46. non dempta tertia parte ſibi ſpectante, quatenus etiam conſtaret d. ſcuta 17. mill. extare penes eum, de quo non conſtat, cum eſſet alter ex tribus ſociis,qui ratione ſocietatis de omnibus in ſocietate contentis participare debeat, tam ex inueterata conſuetudine,quam etiam,iuxta naturam ſocietatis,ſecundū quam † æqualitas inter ſocios eſt ſeruā- 7
da, *iuxt.text.in l.ſi non fuerit,in princ.ff.pro ſoc.Inſtit.de ſociet. §. de illa, & l.2. Cod. de negot.geſt. Roman.conſ.426.num.1.Mant.de tacit.lib.6.tit.4.n.4.Greg.XV.dec.308.n.1.& 426.n.1.& 457.n.1.part.3.recent.*

Tertius exceſſus oritur,ex quo ante relaxationem mandati erat demendum æs alienum ſocietatis, quod non tantum ſpectat Ioanni Baptiſtæ, quam Philippo, ſiue de capitali, ſiue de lucro ſocietatis, quod ex quo factum non fuit, † ideo exceſſus eſt clarus, *l.omne æs alienum,* 8
& l.ſi ſocij ſumus,in princip.ff.pro ſoc.Caſtrenſ.conſ.358.n.1.verſ.nam video,lib.2.Petr.de Vbald. de duobus fratr.par.9.n.2.Mantic.de tacit.lib.6.tit.22.nu 1.& 2.& dixit Rot. in Romana Donationis de Stellis 10. Maij 1606. coram Eminentiſſ.Dom. Cardin. Pamphilio. Bilancium autem, in quo fundatum eſt mandatum relaxatum in ſcutis 17. millia ita cantat, debitum,& creditum,nec dicit penes quem ſit pecunia. Ideoque, priuſquam deueniretur ad relaxationem prædicti mandati,erat facienda liquidatio, quodnam eſſet debitum, & quodnam creditum, &, penes quem pecuniæ extarent,latiùs apparere,† ideóque vti illiquidum 9
bilancium de eo non erat habenda ratio, nec iſto tempore vnus erat condemnandus, *Angelus conſ.286.col.2.verſ.& ſi inter dict.Rimin.Sen.conſ.300.n.33.& 34.vol.2.Rot.Ianuen.dec.39.n.3.*

Nullitas etiam mandati relaxati,& executi deducta fuit,ex quo mandatum fuit relaxatum ad inſtantiam Bartoli ex iure ſibi ceſſo per Philippum, quæ ceſſio detecta fuit nulla, & ſimulata,ſtante quod eadem die dictus Philippus declarauit,quod omne, quod ex dicta donatione recuperaretur à Ioanne Baptiſta eſſet non Bartoli Ceſſionarij, ſed ipſius Philippi, ideò præſumitur fuiſſe ſequutam animo vexandi Ioannem Baptiſtam,† ex quo oritur 10
ſimulatio, & redditur inefficax *iuxt. text. in l. per diuerſas, & l. ab Anaſtaſio. C. mandat.* † quæ 11
præſumptio eſt irrefragabilis, quando ceſſio eſt

Digitized by Google

eſt facta ſine cauſâ, vel titulo; *Meno h. de preſumpt. libro 129. nu. 29. Rota deciſ. 303. nu. 10. parte prima recent.* nec facere videtur, quod ibi adſit titulus
12 donationis, quia † titulus ille vti infectus reducitur ad non titulum, ſtante promiſſione incontinenti ſecuta de reſtituendo ipſi Philippo omne, quod recuperaretur, propterea titu-
13 lus non fuit habitus in conſideratione, † prout requiritur, ad effectũ vt ceſſet diſpoſitio *d. l. per diuerſis & l. ab Anaſtaſio. C. mandati*, & notatur *per gloſ. in dict. leg. per diuerſas, in fin. in verbo per donationem.*

Nec obſtare dixerunt D. D. tranſactionem ſecutam inter Ioan Baptiſtam, & Bartolum in Carceribus, quâ pendente non potuit deueniri ad reuocationem mandati, & eâ non adimpletâ, ſcilicet reddito computo, & exhibitis libris penes Mercatorem Anconæ, & omnibus ſcripturis ſpectantibus ad negocium, quia fuit reſponſum, illam non eſſe tranſactionem, ſed compromiſſum, duraturum per duos menſes,
14 † quibus elapſis, non eſt habendum in conſideratione, *ex Caual. dec. 327. n. 2.* & propterea bene potuit agi coram A C. pro reuocatione mã-
15 dati, & in omnem caſum, † cùm promiſſum factum fuerit in Carceribus, in quibus injuſtè detinebatur ex prædicto mandato, obligatio, & quilibet contractus ibi initus intuitu dictæ cauſæ eſt ipſo iure nullus, *iux. tex. in l. qui in carcerem. ff. quod met. cauſ. vbi Bart. & alij. Paul. de Caſtr. in l. qui à latronibus. ff. de teſtamen. Ruin. conſ. 113. vol. 1. Neuizzan. conſ. 52. n. 23. Marzil. in praxi. § attingam. n. 421. Farinac. de carc. & carcer. quæſt. 35. n. 29. Guidop. dec. 253. Rota dec. 490. num. 1. & 2. parte primâ recent. & poſt ſecundum vol. conſ. Farin. dec. 205. nu. 4.*

Tum etiam quia per illud non cenſetur remiſſus exceſſus, & nullitas inde reſultans mã-
16 dati & executionis, † cùm non probetur ſcientia in Io. Baptiſta de eo tempore nè dum exceſſus, ſed etiam quod mandatum, & executio nulla redderetur, *Surd. conſ. 49. num. 29. Gabr. conſ. 69. num. 26. libro 2. Rota deciſ. 51. num. 5. & deciſ. 95. num. 4. & dec. 280. num. 10. parte prima*, & *262. parte 2. re-*
17 *cent.* eóq; magis, quia nullitas eſt clara, † qua ſtante non poterat cadi tranſactio *l. Lutius. §. fin. de adminiſtr. tutor. l. 1. ff. de tranſact. Greg. XV. deciſ. 311. num. 1.*

18 Nec aliquid facit, quod à tergo mandati relaxati contra Riccam adſit adnotatum, quod exequatur ſolum pro vno tertio, † quia, vel dicendum eſt, hoc non probari de tempore factæ executionis fuiſſe ſcriptum, provt requiritur, vel habere ſuſpicionem antidatæ, vel in omnem caſum ſtante relatione Executorum
19 cantante, executionem factam fuiſſe pro totâ integrâ ſummâ ſcutorum 17. mill. contentâ in mandato, † cui ideò eſt credendum, ad tradita *per Tiraq. de retra. lignag. §. 8. gl. 8. nu. 22. Greg. deciſ. 462. num. 2.*

20 Minus facit obligatio reddendi rationem contra Io. Baptiſtam, cujus vigore fuit relaxatum mandatum quia † eſt intelligenda de re-
21 bus per ipſum Io. Baptiſtam adminiſtratis, nec probatur, totum capitale negotij ſcutorum 16. mill. perueniſſe ad illius manus, † provt requiritur, ideóq; de rebus, quæ ad ejus manus non peruenerunt rationem reddere non tenetur, cùm tantùm teneatur pro rata adminiſtrata, *iux. dict. leg. 2. C. de negoc. g. ſt. ex Rota deciſ. 475. num. 1. parte 3. recent.* Et in omnem euentum, † ſemper 22
erat faciendum calculum, & inſpiciendæ erant prius partitæ, & prius verificari, penes quem extabat capitale negocij, & lucrum liquidari, & verificari ſumma, & deinde erat deueniendum ad relaxationem mandati, *ex dicta deciſ. 612. parte prima recent.* & vt ſuprà latiùs deductum fuit, quod propterea non poteſt excuſari ab exceſſu, & ideò ratione illius redditur nullum ex prædictis.

Et ita reſolutum vtrâque parte informante, &c.

VBALDO SENIORE.

Spoletana Bonorum Lunæ 14. Martij 1616.

SVMMARIA.

1 *Spolij remedio locus non eſt, vbi quis auctoritate Iudicis ritè, & rectè procedentis fuit poſſeſſione priuatus, vel à poſſeſſione cecidit facto proprio.*
2 *Æſtimatio debet præcedere adjudicationem.*
3 *Ordo Iudicialis in Fiſcalibus, & Cameralibus non ſeruatur.*
4 *Æſtimationis ſolemnitas omitti poteſt, vbi adeſt facultas procedendi manu Regia, & provt in Fiſcalibus, & Cameralibus, vel ſola facti veritate inſpecta.*
5 *Æſtimatio ſuppletur per relationem ad aliam æſtimationem, cui Iudex ſtari mandauit, & pars acquieuit, & nu. 7.*
6 *Æſtimatio in alia cauſa, & inter diuerſas perſonas non ſuffragatur.*
7 *Approbare dicitur quis decretum contra ſe, ſi ab eo non appellet.*
8 *Æſtimatio prima remanet in ſuo robore, etiam quod fuerit inſtitum pro ſecunda, quia effectum non habuerit.*
9 *Debitor communitatis non admittitur ad publicos honores & officia.*
10 *Poſſeſſionis dimiſſio conditionalis non operatur abdicationem à dimittente, niſi adimpleta conditione.*
11 *Spolium eſt plenè, & concludenter probandum.*
12 *Oblatio iudicialis an impediat pignoris diſtractionem.*

Deciſio XXXVI.

DOmini cenſuerunt, ſtandũ eſſe in poſtremo loco reſolutis, nam, quod Franciſco actio ſpolij non competeret, & conſequenter ſententia D. Gubernatoris Spoleti eſſet injuſta, ſatis conſtare videbatur tam ex eo, quod fuit bonis, de quibus agitur, in vim litterarum Sacrę Conſultę ritè, & rectè priuatus, quam quod idemmet facto proprio, ac ſpontanea voluntate à poſſeſſione d. d. bonorum cecidit. Cùm certũm ſit † vtroq; caſu dicto remedio locum eſ- 1
ſe non poſſe, *juxta not. per Innoc. & alios in cap. ſæpe*

C

de reſtitut.ſpol.Soccin.in l.rem,quæ nobis.nu.8.ff.de acq. poſſ.Cephal.conſ.272.num.67. Surd. qui plures cumulat conſ.49.num.2.& 3.Menoch.de recuperan.poſſ.remed.15. num.95.

Non obſtat, † quod Franciſcus non potue-
2 rit d.bonis non præmiſsâ æſtimatione priuari
ex deductis in prioribus deciſionibus in hâc
causâ factis, quia huic motiuo fuit dupliciter
reſponſum.& primo, quod vigore literarũ Sa-
cræ Conſultæ data fuiſſet facultas proceden-
di manu Regia,& prout in Fiſcalibus, & Ca-
meralibus, † in quibus notorium eſt,ordinem
3 judiciarium non ſeruari, † potuit ſolemnitas
4 dictæ æſtimationis omitti, vt in ſimili de clau-
ſulâ,ſolâ facti veritate inſpecta, tradit *Dec. in c. quoniam contra n.16. & ſeqq.de prob. Iaſ.in l.Iuſtiniano,n.8.ff.de juſt.& iur.Menoc.conſ.8.n.58.& n.7.Pedem. dec.1.nu.20.*

Secundo fuit dictum,quod quatenus d.æſti-
matio neceſſaria fuiſſet, † illa interuenit vir-
5 tute relationis ad aliam æſtimationem prius
factam,cui Iudex ſtari mandauit,*ad not.per Bald. in l.alia.n.3.C.de his quib.vt indig.& per Iaſ.in l.legata inutiliter,n.13. & ſeq.ff.de leg.1.*

Non obſtat,quod æſtimatio prius facta Fran-
6 ciſcum afficere non poterat,cùm fuerit facta in
alia cauſa,& inter diuerſas perſonas,quia † eo
7 ipſo quod à decreto,quo Iudex mandauit di-
ctæ æſtimationi ſtari,non reclamauit,cenſetur
illud,& omnia in eo contenta,& ita etiam di-
ctam æſtimationem approbaſſe,*c.quoad conſultationem, de re iudic. Alb.conſilio 73. lib.1.* adeò quod
amplius,illam impugnare non potuit, *ad reg. quod ſemel placuit de reg.iur.in 6.*

Non obſtat,quod decretum caruit effectu,†
8 ex quo Roſatus, & Aurelius inſteterint pro
noua æſtimatione facienda,quia,cùm nulla a-
lia æſtimatio poſtea facta reperiatur, remanſit
in ſuo robore prima ab eodem Franciſco, vt
dictum eſt, approbata.

Et quod reverà partes intellexerint dictæ æſtimationi ſtare,atq; ita prędictam venditionem habuerint pro perfecta, colligitur etiam ex eo, quod ad computum pretij fuerunt poſtea ab eodem Aurelio, & Roſato numerata ſcuta centum, & pro reſiduo data cautio, quæ fuit à Conſilio, in quo & ipſe Franciſcus interuenerat, approbata.

Et quia deniq; dictus Franciſcus facta dd.
bonorum dimiſſione obtinuit ad publicos ho-
nores,& officia admitti, † quod vtiq; fieri non
9 potuiſſet,niſi ſoluto realiter debito, id prohi-
bente Bulla ſuper bono regimine edita.

Ex quibus etiã patet reſponſio ad id, quod
dicitur, † dictam dimiſſionem fuiſſe conditio-
10 nalem, & quod conſequenter non poteſt cen-
ſeri dicta poſſeſſio à Franciſco, non purificata
conditione, abdicata, ex allegatis *per Corn.conſ. 110.num. 18. lib.2.* & fuit dictum *in vna Maceraten. Hæreditatis 28.Ianuarij 1600.coram* bon.mem.Penia, quia vltra quod ex eo, quod, vt dictum eſt, Franciſcus obtinuit ad honores,& publica officia admitti,potius ſuaderi videtur,dictam dimiſſionem fuiſſe puram,ſibiq; jus agendi tantùm ad reſiduum reſeruaſſe,conſtat ex prædictis, æſtimationem bonorum interueniſſe, & ſic conditionem fuiſſe adimpletam.

Quod etiam eo magis admittendum vide-
tur,quia agitur ad excluſionem ſpolij,† quod 11
eſſet plenè,& concludenter probandum,ad la-
tè tradita per *Felin.in cap.dilectus, num.1.de reſcript. Dec.conſ.449.numer.30. cum alijs per Menoch.de recuper.poſſ.remed.8.num.4.& ſeqq.*cum præſertim interceſſerit quoque auctoritas Iudicis; & propria ipſius Franciſci,vt dictum eſt,poſſeſſionis dimiſſio.

Ad objectum, quod † ſtante judiciali obla- 12
tione non potuerit ad pignoris diſtractionem
procedi, fuit in alia deciſione reſponſum, &c.

CARD. VEROSPIO SENIORE.

Romana Spolij de Pinis Veneris
19. Nouembris 1621.

SVMMARIA.

1 *Spolio non purgato ſpoliator audiri non poteſt.*
2 *Fructus in ſpolio debentur à die,quo res deuenit ad manus ſpoliatoris.*
3 *Confeſſione propria nulla eſt major probatio.*
4 *Solutionis allegatio non ſuffragatur, niſi probetur.*
5 *Confeſſio qualificata poteſt diuidi, & attendi in eâ parte, quæ habet pro ſe præſumptionem, & nu.6.*
6 *Poſſidens domum præſumitur illius fructus,& penſiones percipere.*
7 *Soluens alicui vti creditori debet docere, illum eſſe talem.*
8 *Spolium commiſſum à Procuratore dicitur principalis ratificare, dum rem in vim iudicij facti per Procuratorem recepit.*
9 *Fructuum condemnatio in ſpolio fit de perceptis, non de ijs,qui percipi potuerunt ex ſtylo Rotæ,niſi agatur de ſpolio violento,vel attentato.*
10 *Confeſſio ſpoliatoris perceptionis fructuum in genere ſufficit pro liquidatione vſque ad veriſimilem quantitatem,& nu.11.*
11 *Liquidationis in materia vti difficili ſufficiunt leuiores probationes,& conjecturæ.*
12 *Ampl.præſertim contra ſpoliatorem.*
13 *Fructus intelliguntur deductis expenſis.*

Deciſio XXXVII.

PRocurator quondam Rutilij Pini creditorum de anno 1597.à Iudice per A.C.deputato immiſſionem obtinuit in ejuſdem Rutilij bona,quorum in ſentẽtia Illuſtriſ.Mellini graduatoria fuit vnicuique ex creditoribus certa portio aſſignata,& in ſpecie Monialibus Turris ſpeculorum obuenerunt duę domus in Platea Montanaria pro quodã cenſu eis obnoxiæ.

Verum Paulus de Pinis intentato coram Sanctiſ.D.N.tunc Auditore Rotæ judicio ſpolij ob dicti mandati & ſententiæ graduatoriæ nullitatem, & injuſtitiam obtinuit ad eorum bonorum poſſeſſionem reintegrari.

Cùm autem † ſpolio non purgato,Moniales 1
audiri ſuper ipſarũ credito non valerent,cauſa
per viam ſubrogationis coram me introducta,

Dubitaui,

Digitized by Google

Dubitaui, ad quam ſummam hujus ſpolij fru-
2 ctus eſſent liquidandi, Domini cenſuerunt, à † tempore, à quo dictæ domus fuerunt Monialibus per ſententiam gladitoriam aſſignatæ, nimirum à die 12. Iunij 1600. vſq; ad diem 22. Decembris 1605. quo Paulus de Pinis eaſdem domus recuperauit.

Fructus auté firmarunt eſſe liquidandos ad annua ſcuta 120. quia ex eorumdem Monialiũ confeſſione ad poſitiones illorum de Pinis cõ-
3 ſtat, eas hanc ſummam, ex d. d. domibus locatis percepiſſe, † qua propria confeſſione nulla major inuenitur probatio, *ca. per tuas, de probat. l. generaliter, C. de non n. pecun. Rot. dec. 98. n 2. p. 1. recent.*

Quod verò Moniales excipiant, ex d. d. penſionibus ſoluta fuiſſe annua ſcuta decem cuidam Liuię Spinę, Viſum fuit, attendendum nõ
4 eſſe, † cum hujuſmodi ſolutio non probetur, *leg. aſſeueratio, C. de non num. pecun. l. 1. C. de probat.*

Nec releuat, Monialium confeſſionem continere pariter aſſertionem hujuſmodi ſolutio-
5 nis Liuiæ factæ; Quia † d. confeſſio poteſt diuidi: Nam quoad perceptionem ſcutorum 120. annuorum pro ſe habet juris pręſumptionem;
6 † cùm enim d. d. domus Moniales poſſederint, præſumitur eas quoq; percepiſſe penſiones: quo vero ad ſolutionem d. d. ſcutorum decem nihil juris adminiculo corroboratum deducitur, quinimmò etiam ſi de hujuſmodi ſolutio-
7 ne conſtaret, † illa Monialibus non ſuffragaretur, niſi docto, Liuiam fuiſſe verè d. Rutilij creditricem, *Crauett. conſ. 158. n. 13.*

Circa tempus vero commiſſio ſpolij ante d. aſſignationem domorum, videlicet à die 30. Aprilis 1597. quo creditorum ipſius Rutilij Procurator vnà cum alijs bonis in has etiam domos immiſſionem obtinuit, aliqua videtur dif-
8 ficultas, quia, licèt in iſtâ causâ deciſum fuerit, † ſpolium pro parte Procuratoris commiſſum fuiſſe poſteà ratificatum à Monialibus, cum illiuſmet judicij vigore fuerint ipſis d. d. domus
9 aſſignatæ, quia tamen † in ſpolio violento, vel attentato non verſamur, conſueuit Rota ſolùmodo in fructibus perceptis, non autem in ijs, qui percipi potuerunt, condemnare, *Gonzal. ſup. reg. 8. §. 7. Proœmiali num. 163.*

Verum ex reſponſionibus Monialium ad d. d. poſitiones conſtat, eas exegiſſe à ſupradicto tempore poſitiones loco annuorum cenſuum, quibus iſtæ domus erant obnoxiæ.

Non obſtat in eiſdẽ reſponſionibus ſe Moniales referre ad quietantias à Procuratore fa-
10 ctas; † Sufficit enim, illas talem in genere perceptionem fructuum non negare, quæ perceptio in eâ quantitate veriſimilis redditur, ad quam illatum creditum annuorum cenſuum
11 aſcẽdebat, Vnde † talis liquidatio videtur admittenda, cum ſimus in materia difficili, in quâ leuiores probationes, & conjecturæ ſufficiunt, *Bald. conſ. 223. n. 5. li. 2. Rot. dec. 343. nu. 5. p. 1. in recent.* Et
12 † quia contra ſpoliatorem agitur. *Bald. in l. item ancillæ §. ſi plures, in 3. notab. ff. ad leg. aquil.*

Ex d. d. autem fructibus detrahẽdę veniunt impenſę in reparationibus tectorũ & viarum factæ, vt in notula data per Moniales, cùm †
13 fructus deductis expenſis intelligantur, *leg. fructus, ff. ſol. matr. Tiraq. de retract. lign. §. 15. gl. in princ.*

COCCINO.

Romana Nullitatis Contractus Mercurij 18. Maij 1616.

SVMMARIA.

1 *Contractus nullus dicitur, in quo non fuerunt ſeruatæ ſolemnitates.*

2 *Solemnitates adhibendæ in contractibus certarum perſonarum non ſunt ſeruandæ inter æque priuilegiatos, & nu. 10.*

3 *Creditores capto pignore judiciali dicuntur quaſi procuratores debitoris.*

4 *Pignorum judicialium diſtractio dicitur contractus emptionis, & venditionis, qui conſenſu perficitur, & debet eſſe vltro citroq; obligatorius.*

5 *Pignoris iudicialis venditio facta cenſetur nomine debitoris.*

6 *Debitor tenetur de euictione pignoris iudicialis diſtracti, non creditor.*

7 *Creditor non habet actionem pro precio contra ementem à Iudice, niſi emptor promittat.*

8 *Creditores ipſi an dicantur pignus judiciale vendidiſſe, vbi emptor illis precium ſoluere promiſit, vel potius dicantur adjecti ſolutioni.*

9 *Adjectus an teneatur cedere jura adjicienti.*

11 *Solemnitates requiſitæ in alienatione rerum minorum non requiruntur in alienatione neceſſaria, & nu. 15. vbi declar.*

12 *Congregatio Baronum Vrbis habet facultatem procedendi ad executionem mandatorum, & ſubhaſtationem etiam ſine ſolemnitatibus in ea requiſitis.*

13 *Minoris debitum an ſit reale, & expediat potius vnam, quam aliam rem vendere, cognoſci debet per Iudicem. Decl. vt nu. 14.*

16 *Actus vltra intentionem agentium operari non debet.*

Deciſio XXXVIII.

Deceſſit bon. me. Valerius Vrſinus ſcriptis hæredibus D D. Paulo Emilio, Vrſino, & Iordano Cæſio, qui Valerius cum ingenti ære alieno premeretur, & propterea plura mandata fuiſſenr relaxata, ejus creditores petebant à Congregatione Baronum executionem d. d. mandatorum, quę Congregatio appoſitis edictis, cùm non reperiret, qui dignũ precium offerret, factis quibuſdam capitulis poſtmodũ d. bona vendidit d. D. Paulo Emilio vni ex cohęredibus, & cùm Rota pluries dixerit, † contra- 1
ctum fuiſſe nullum, ex quo non fuerunt ſeruatę ſolennitates, voluit nihilominus particulariter videre, an d. D. Paulus Emilius contraxerit cum æq; priuilegiatis; † ita vt non eſſent 2
ſeruandæ ſolennitates, juxta deducta in *dec. 55. par. 1. diuer. & in alia Bononien. Cenſus 17. Martij 1608. coram Reuerendiſſ. Lugdunen.*

Et cauſa bis propoſita, matureq; diſcuſſa, fuit reſolutum, D. Paulum Emilium non contraxiſſe cum æq; priuilegiatis, ita vt poſſet emere non interuenientibus ſolennitatibus.

C 2

Nam,etſi inter creditores adeſſent Eccleſiæ,
Viduæ,& Pupilli,attamen D.Paulus Emilius
3 non contraxit cum illis,quia creditores capto
pignore judiciali dicuntur quaſi procuratores
debitoris,*Bart.in l.ſi pignori;30.n.8.Florian.n.11. ff.fa-
mil.erciſ.* & merito, quia † contractus eſt emp-
4 tionis & venditionis, qui conſenſu perficitur,
& debet eſſe vltro,citroq; obligatorius,*§.1.In-
ſtit.de oblig.quæ ex contr.* Creditores autem nullo
pacto poſſunt dici venditores, cùm non ſint
nominati in contractu tanquam tales,nec eo-
rum nominibus fuit initus contractus,ſed con-
gregatio ipſa vendidit; † quare cenſetur id fe-
5 ciſſe nomine debitoris,*Bald.in l.ordo,n.5.C.de exe-
cut. rei iudic.* & † ideò debitor tenetur de cui-
6 ctione,non creditores, *l.ſi ob cauſam,C. de euict.l.ſi
plus,§.ſi iuſſto ff.eod.& vtrobique Doctores.Tiraq.de re-
tract.lignag.§.1.gloſ.14.num.13.Bellon.conſ.24.num.11.*
Hinc videmus quod † circumſcripta promiſ-
7 ſione emptoris, qui emit à Iudice nullam cre-
ditor habet actionem ad precium,*gloſ.in l.à Di-
uo Pio, §. ſed etſi emptor. quam refert ibi Iaſ. in princ.
verſ.in tertio.ff.de re judic.*

Et prędictis non reſiſtit,quod precium fue-
rit promiſſum ſolui creditoribus, † & ſic cre-
8 ditores videntur vendidiſſe, cùm precium re-
gulariter ſoluatur venditoribus,Quia fuit reſ-
ponſum quod iſta promiſſio ſolutionis precij
faciendæ creditoribus fuit inducta ex volun-
tate Congregationis, quare ſolùm operatur,
quod creditores ſint adjecti ſolutioni,itavt in-
ter eos, & Congregationem, quæ egit nomine
debitorum,oriatur actio mandati,& obtineát
quodammodo vices Procuratoris, non autem
quod propterea creditores ſint facti vendito-
res,*l.Iulianus §.qui fundum ff.de verb.oblig.Bald.conſ.
399.n.6.verſ.interdum ex poſt facto libro 5. Strac.de ad-
iect.parte 4.q.14.*& allegat *text.in l.ſi debitorem,ff.de
nouat.* in tãtum quod † adjectus teneatur cede-
9 re jura ad fauorem adjicientis,*l.idémque, § ſi cui,
ff.mand.Bald.conſ.249.nu.2.circa princ.incip.libris The-
ſauraria lib.1.*

Non obſtat, quod D. Paulus Emilius erat
Minor,& ſuſtineat duplicem perſonam,nem-
pe emptoris,& venditoris.& pariter minor e-
rat D.Iordanus cohæres,qui pariter erat vnus
ex venditoribus, vnde, † cùm D. Paulus Emi-
10 lius contraxiſſet cum æque priuilegiatis, non
erant neceſſariæ ſolemnitates.

Nam huic motiuo fuit reſponſum, quod ex
parte D. D. Pauli Emilij, & Iordani venden-
tium, † non erant neceſſariæ ſolẽnitates, quia
11 venditio fiebat ex cauſa neceſſaria, quia fue-
runt relaxata mandata, & congregatio proce-
debat ad ſubhaſtationem,*leg.1.C.de præd & alijs
reb.min.vbi Salyc.num.1.& leg.3.in princ. verſ.pignori.
ff.de reb.cor.Roman. conſ.394.nu.3. verſ.hoc tamen non
obſtante,vſque ad fin.Menoc.de arbitr.Iudic.caſ 171.nu.
71.Lamberteng.de contract.gl.1.nu.1.& ſeqq.*qui alios
allegat,qui loquitur de alienatione neceſſaria,
quæ oritur ex legis, vel Statuti diſpoſitione,
*Aym.conſ.215.n.5.Viu.in t.comm.opin.ſub n.706.n.24.in
verb. Statutum diſponens.*

In propoſito autem venditio erat neceſſaria
vigore *Conſtit.Clem.* VIII.quia † Congregatio vi-
12 gore ſuarum facultatum poterat procedere ad
executionem mandatorum, & habebat facul-
tatem ſubhaſtandi bona etiam ſine ſolennita-
tibus cum derogatione Statutorum Vrbis, &c,
quamuis iſta facultas in deciſione vltimo lo-
co facta fuerit intellecta de ſolemnitatibus cir-
ca ſubhaſtationem,attamen hoc non facit,cum
motiuum ſolum deducatur ad effectum pro-
bandi,quod alienatio erat neceſſaria.cùm mã-
data eſſent relaxata, & Congregatio poſſet
procedere ad ſubhaſtationem etiam non ſer-
uatis ſolennitatibus circa illam faciendam.

Et prędicta procedunt de plano in caſu iſto,
quia, † licèt ſpectet ad judicem cognoſcere,an 13
debitum ſit reale,& an expediat Minori magis
iſtam,quam aliam rem vendere,*l.1.§.quod ſi for-
te & l.magis puto, §.non paſſim, ff.de reb.eor.l.ob æs.C.
de præd.minor.* Attamen † hoc eſt verum quando 14
Minor vult alienare bona pro ſoluendo ære
alieno,ſed in caſu noſtro fuerunt relaxata mã-
data,& ſolùm agebatur de illorum executione
& non agebatur de exequendo mandato ſuper
iſta,vel ſuper illâ re,ſed,cùm mãdata abſorbe-
rent totum patrimonium, agebatur de ſubha-
ſtanda tota hęreditate,& propterea non erat o-
pus videre,an expediret Pupillo magis aliena-
re vnam,quàm aliam rem. Vnde manifeſtiſſi-
mè conſtat, quod alienatio fuit neceſſaria;† 15
quare ex parte venditorũ non fuit opus ſerua-
re ſolẽnitates,licèt opus reſpectu D.Pauli Emi-
lij emptoris, vt fuit firmatum in alijs deciſion.
& hunc ſenſum habuit eadem Congregatio,
dum voluit,quod ipſe D.Paulus Emilius ſe o-
bligaret cum ſolennitatibus,& merito per ea,
quæ notant *Modern.Gloſ.ſuper Statut.Vrb.li.1.c.151.
gloſ.7.n.320.cum plurib ſeqq.*& quatenus etiã Con-
gregatio potuiſſet ſupplere attamen noluit;
Vnde † actus non debet operari vltra inten- 16
tionem dict. Congregationis, *leg. non omnis in
princ. ff.ſi cert.pet. &c.*

CARD. VEROSPIO SENIORE.

*Romana Vineæ Lunæ 13.
Iunij* 1616.

SVMMARIA.

*1 Subhaſtatione attentate facta manutenendus eſt debi-
tor,non autem ille, cui res fuit deliberata.*
*2 Melioramentorum exceptio non retardat mandatum
de manutenendo,vbi ſunt facta in vim poſſeſſionis
captæ poſt inhibitionem Rotalem,& ſic mala fide.*
*3 Attentata afficiunt etiam illum, qui habet cauſam ab
attentante.*
4 Conſenſus ab attentatis excuſat,ſi ſit legitimè præſtitus.
*5 Mandatum ſpeciale requiritur ad dimittendam poſ-
ſeſſionem.*
*6 Melioramenta deducuntur etiam per malæ fidei poſ-
ſeſſorem.*
*7 Decl. procedere in melioramentis omninò neceſſarijs,
ſecus è contra, & quando concurrit etiam dolus,
vt recuperatio rei ſit difficilior.*
*8 Retentio non competit pro melioramentis doloſe fa-
ctis, vt recuperatio rei difficilior euaderet.*
*9 Licentia meliorandi intelligitur de melioramentis ad
colligendum fructus neceſſarijs.*

10 Meliora-

Digitized by Google

10 Melioramentorum non liquidorum retentio euitatur per cautionem.

Deciſio XXXIX.

CVm per plures deciſiones coram bon.me. Penia, & R.P. D. Dunozetto firmatum
1 fuiſſet, † judicium ſubhaſtationis Vineę, de quâ agitur, fuiſſe attentatum, & propterea mandatum de manutenendo dandum eſſe Bartolomeæ hæredi Antonij Sanfort, cujus erat vinea, non autem Tariſio Curſori, cui ex perſonâ Iohannis Mariæ Boſij illa fuerat deliberata, quia d. Tariſius ad impediendam hujuſmodi manutentionem de melioramentis in vinea factis excipiebat, fuit ſub die prima Iulij anni præteriti coram R.P.D. meo Dunozetto reſolutum, hanc exceptionem non obſtare: & denuò, cauſa iterum per me in locum D Dunozetti abſentis propoſita, Rota cenſuit, ſtandum in deciſis, videlicet
2 † executionem mandati de manutenendo ſub prætextu dd. melioramentorum non eſſe retardandam, cum illa facta fuerint in vim poſſeſſionis captæ poſt inhibitionem Rotalem, ita vt à malâ fide Boſius excuſari non valeat, *Rota dec. 5. de reſtit. ſpoliat. in nou. Lancell. de attent. c.a.31.n.68.*

Nec releuat, Boſio tanquam in lite non exiſtenti inhibitum non fuiſſe.

3 Nam, vltra quod † ille cauſam habuit ab attentante, & ad hunc effectum id ſufficit, *Lancell. de attent. à tertio c.a.3.n.16. & ſeq. & in tit. de attent. poſt inhibit. c.a.20. limit. 27. nu. 13.*

Ceſſat tamen objectum ex facto, quia ſub die 5. Maij 1606. jam deciſum fuerat coram bo. me. Penia, ſubhaſtationem cum omnibus inde ſecutis attentatam extitiſſe, nec ſolum Boſius erat in lite, ſed ipſo citato fuit ſub die 12. Iunij ejuſdem anni 1606. decretum pro Bartholomea mandatum de manutenendo, & ſic à dolo, & à malâ fide Boſius excuſari non poteſt.

Nec obſtat, poſt commiſſam cauſam in Rotâ partes conſenſiſſe, vt Executor ab A. C. peteretur, † & conſenſum ab attentatis excuſare.
4 Tum quia Georgius Piſcator, qui conſenſiſſe dicitur, licèt executor teſtamentarius eſſet Antonij non tamen vt executor, ſed tanquam depoſitarius aſſenſum pręſtitit, & per conſequens poſſeſſionem à Bartholomea Antonij hærede non abdicauit, cum præſertim vigore facultatis in teſtamento ſibi conceſſæ mobilia ſolùm, non autem vineam alienare potuerit.
5 Tum quia † idem Georgius d. vineę poſſeſſionē dimittere non valebat, cùm ad hoc mandatum non ſpeciale non haberet, *vt fuit in hac cauſa reſolutum 5. Maij 1605. coram bon. mem. Penia.*
6 Non obſtat etiam † per malæ fidei poſſeſſorem neceſſaria melioramenta deduci, & pro illis retentionem ei competere.
7 Hoc † enim procedit in melioramentis omninò neceſſarijs qualia non fuiſſe probatur, quę facta fuerunt in hujuſmodi vinea, quidquid tamen ſit exiſtente ſolùm malâ fide, quando concurrit etiam dolus, vt ſcilicet domino ſit
8 recuperatio difficilior, † tunc retentio non cōpetit, *l. an fundum §. finge pauperem, vbi Bart. & DD. ff. de rei vendic.* Hic autē ex propoſito facta fuiſſe melioramenta ad effectum, vt recuperatio difficilior euaderet, bene viſum fuit Dominis probari per informantes pro Bartholomea.

Non obſtat, melioramenta fuiſſe facta de licentia bo. me. Peniæ.

Quia dicitur, hujuſmodi licentiam poſtea fuiſſe reuocatam, & in omnem euentum † illa 9
veniebat ſolùm intelligenda de melioramentis ad colligendum fructus neceſſarijs, *Crau. conſ. 2. n. 26.*

Quod autem excipiebatur, Boſium ſua melioramenta amittere non debere.

Fuit reſponſum, præſtitam à Bartholomea fuiſſe cautionem de illis in formâ depoſiti reficiendis, † per quam ſatis videtur d. melioranti 10
conſultum, *Corad. conſ. 100. nu. 21. Benint. dec. 77. n. 10. Put. dec. 471. n. 5. & 6. li. 2. &c.*

PIROVANO.

Romana Nullitatis Subhaſtationis Lunæ 27. Iunii 1616.

SVMMARIA.

1 *Subhaſtatio, & deliberatio facta ſeruatis ſeruandis dicitur valida.*
2 *Res magni valoris an, & quando poſſit ſubhaſtari pro paruo credito.*
3 *Obligatio eſt indiuidua.*
4 *Exceſſus in ſubhaſtatione cauſat nullitatem.*
5 *Oblatio an admittatur poſt terminum, & ius quaſitum alteri, qui obtulit in termino, & n. ſeqq.*
6 *Terminus menſis datus, vt res vendendæ ſubhaſtatæ remaneant, concernit fauorem debitoris.*
7 *Et datus in mandato de deliberando eſt major termino, qui datur à jure dierum viginti.*
8 *Debitorum jura non offenduntur ſi poſt terminum re integra recipiantur majores oblationes, ſed eorum conditio redditur melior.*
9 *Oblationes maiores etiam poſt elapſum terminum recipiuntur de ſtylo A.C.*

Deciſio XL.

DVbitatum fuit validitate ſubhaſtationis, ac deliberationis Domus, de quâ agitur, & † eam fuiſſe validam DD. cenſuerunt. Quia Gregorio Ghiſulpho, in cujus locum ſucceſſit Hoſpitale Incurabilium, fuit deliberata ſeruatis ſeruandis, de quibus *in l. à Diuo Pio, §. in venditione, & §. ſi emptor, ff. de re iudic.*

Nec † viſū fuit, poſſe dari de nullitate ex eo, 2
quod Domus magni valoris, nempe ſcut. 1500. ſubhaſtata fuerit modico pretio ſcutorum 105.

Quia *gloſ. in l. quamdiu. C. de diſtract. pign.* quę videtur hoc firmare, non ita ſimpliciter recedit à regula illius *textus quamdiu*, ſed tunc, quando plures res fuiſſent pignoratæ, & res maxima ſit diſtracta, cùm vilior potuiſſet alienari, arguto ducto *à l. magiſpato, §. item Prætor. ff. de reb. cor.* Neceſſitas enim in eum modum, & bona fides debent concurrere, & mouere Iudices in permittendo venditionem pignorum, vt animaduertunt. *Bald. in conſil. 332. numero 3. vol. 1. Oſaſc. deciſ. 171. numero 13. Menoch. poſt alios de arbitrar.*

Digitized by Google

caſ.182. nu.32. quæ ſi ceſſarent, decretum de ſub-
haſtando,& deliberando videretur claudicare:
Verum ,in præſenti non probantur adfuiſſe
neq; alia bona,neq; viliora, aut quod Domus
commodam recepiſſet diuiſionem , vt inde ad
modum neceſſitatis res obligata eſſet venden-
da. Preterea cenſus,pro cujus fructibus conſe-
quendis deuentum eſt ad ſubhaſtationē, & de-
liberationem , erat impoſitus ſuper tota Do-
mo; Ideò & res particulariter pignorata, & o-
bligata potuit diſtrahi,ne dum ratione obliga-
tionis, † quæ indiuidua eſt, ſed etiam, ne do-
3 minus cenſus cogeretur fundere in partes jura
ſui cenſus per alienationem partis Domus.
Secunda pariter nullitas oppoſita videbatur
ceſſare, quia non fuit apprehenſa tantummo-
do pars Domus,ſed reiterata executio ſuper a-
liâ parte, vt inde inferatur ad exceſſum ſubha-
ſtationis, & deliberationis, † ex quo ſolet cau-
4 ſari nullitas decreti, *Iaſ. in l. ſi non ſortem, §. centum
n.2. de cond. indeb. Affl. dec.358. n.7.* Verum Notarius
fecit ſimpliciter executionē ſuper tota Domo,
nec ſe reſtrinxit ad partem illius,&enunciatio
appartamenti inhabitati à Peliciano non ema-
nauit ad reſtrigendam executionem,ſed ad de-
monſtrandam veriorem Domus identitatem.
Demum non obſtare dicebatur † tertia nul-
5 litas,quod ſcilicet Iudex 13. Auguſti mandaue-
rit deliberari Domum infra menſem , oblatio
verò Georgij ſcutorum 1500. fuerit facta 20.
Decembris,& ſic poſt terminum,& jus quæſi-
tum Lanaiano vltimo oblatori infra menſem.
Quia † terminus menſis datus,vt res vendē-
6 dæ ſubhaſtatæ remaneant,concernit fauorem
debitoris & † major eſt termino à lege dato,cū
7 jura ſtatuerint tantummodo 20. dies, *Bart. in l.
alio nu. 21. ff. de alim. & cibar. legat. Rolan. conſ.33. n.55.
vol.1. Surd. conſ.49. nu.19. & 20.* Ideò, † ſi poſt ter-
8 minum re integra recipiantur majores obla-
tiones, non offenduntur jura debitorum, ſed
eorum conditio redditur melior; & in hâc ra-
tione credi poteſt fundata † praxis A. C. reci-
9 piendi etiam majores oblatores poſt termi-
num, de cujus obſeruantiâ fuit data fides, &c.

MANZANEDO.

Bononien. de Pannoniniis Veneris
27. *Ianuarij* 1617.

SVMMARIA.

1 *Adjudicatio eſt ſimilis emptioni, cùm creditum ſucce-
dat loco precij, & factum Iudicis factum partis
vendentis reputetur.*

2 *Venditor, qui precium habuit, & rem retinet, tenetur
emptori ad fructus recompenſatiuos pro rata pre-
cij recepti. Ampl. vt n.4.*

3 *Debitor, cujus bona fuerunt creditori adjudicata, &
non tradita, tenetur ad fructus erga creditorem
ex æquitate* l.curabit. *pro rata crediti à die fa-
ctæ adjudicationis. Ampl. vt n.4.*

5 *Adjudicatio facta juxta æſtimationem faciendam di-
citur ab initio perfecta, cùm intelligitur facta ar-
bitrio boni viri, cujus arbitramenti quantitas de
jure certa eſt.*

6 *Conditione impleta æſtimationis faciendæ rei adjudi-
catæ æſtimatio retrotrahitur ad tempus adjudica-
tionis, & debet creditor conſequi fructus, & ea
omnia, quæ habuiſſet, ſi contractus ab initio purè
celebratus fuiſſet.*

7 *Adjudicatæ rei æſtimandæ non dicitur tranſlatum do-
minium, nec poſſeſſio ante æſtimationem.*

8 *Fructus ſine dominio, & poſſeſſione non debentur. Lim.
vt nu.9 & 10.*

Deciſio XLI.

Domini cenſuerunt , pro concurrenti
quantitate crediti fructus deberi Curtio
à die factæ adjudicationis.
Et mouebantur,quia † adjudicatio eſt ſimi- 1
lis emptioni , ex quo creditum ſuccedit loco
precij,& factum Iudicis habetur vt factum par-
ris vendentis, *Socc. conſ.61. numero 3. libro 1. Aym. conſ.
248. numer.1. & fuit dictum in hac cauſa ſecunda Maij
1611. coram me.*
Et proinde , † ſicuti venditor, qui habuit 2
precium,& rem non tradit,tenetur emptori ad
fructus pro rata precij ſoluti ex æquitate, *l. cu-
rabit. C. de act. empt. l. fin. ff. de fund. dot. Caſtr. in l. de di-
uiſione, n.10. ff. ſol. matr. Cagnol. in dict. leg. curabit, n.39.
Fabian. de Mont. in tract. de empt. & vend. quæ.6. princ.
numero 24. Borgn. deciſ.37. numero 86. libro 2. Socc. ſen.
conſ.170. nu.23. li.2. Natt. conſ.348. num.6. & ſeq. Lup. in
tract. de vſur. in comm. ſuper leg. curabit. §.7. numer.25.
Ruyn. conſ.144. nu.2. lib.1.* Ita in præſenti † Alber- 3
tus, qui repræſentat venditorem , tenetur ad
fructus Curtio,qui repræſentat emptorem pro
ratâ ſui crediti,quod ſuccedit loco precij ſolu-
ti, à die, quo ſibi fuit facta adjudicatio, vt fuit
reſolutum *in vna Bononien. de Guidalottis 14. Martij
1614. coram R.P.D. meo Veroſpio.*
Non obſtat, † quod adjudicatio fuerit facta 4
conditionaliter,nempe iuxta menſurationem
faciendam per Peritum , quâ conditione , ſeu
æſtimatione pendente fructus peti non poſ-
ſunt ab emptore.
Quia reſpondetur , etiam hoc caſu fructus
deberi emptori pro ratâ precij ſoluti,cùm ſem-
per militet eadem æquitatis ratio , ne ſcilicet
venditor fruatur re,& precio,vt poſt *Io. de Anan.
conſ.19. nu.11. not. Gabr. conſ.57. nu.4. li.1. Cagnol. vbi ſup.
nu.42.* † Talis enim adjudicatio juxta æſtima- 5
tionem faciendam ab initio fuit perfecta, cùm
intelligatur facta arbitrio boni viri,cujus arbi-
tramenti quantitas de jure eſt certa, *Socc. conſ.60.
nu.1. li.3. Cephal. conſ.10. nu.15. & 16. Fabian. de Mont. de
empt. & vendit. parte 5. princ. nu.29. Benint. dec.29. nu.4.
& ſeq. Honded. conſ.30. nu.1. li.1.*
Vlterius, cùm † conditio fuerit adimpleta 6
propter ſubſecutam æſtimationem Periti Al-
berti,quam acceptauit Curtius, dicta æſtima-
tio retrotrahitur ad tempus adjudicationis,&
proinde habetur dicta adjudicatio, ac ſi ab ini-
tio purè facta fuiſſet, *Dec. in l. pecuniam, num.4. ff. ſi
cert. pet. Tiraq. de retract. lignag. §.1. gl.2. num.2. Pariſ.
conſil.48. numero 12. libro 1. Surd. conſil.179. numero 11.*
& Curtius debet conſequi fructus perceptos
conditione pendente , cum ſtante exiſtentia
conditionis debeat habere ea omnia, quæ ha-
buiſſet,

Digitized by Google

buiſſet,ſi contractus purè ab initio celebratus fuiſſet,& ſic etiam fructus,vt in puncto voluit *Gabr.conſ.64.n.13. & ſeq.lib.1.*

Minus obſtat, † quod ante æſtimationem
7 non fuerit tranſlatum nec dominium,nec poſ-
ſeſſio in Curtium, † ſine quibus fructus non
8 debentur,vt tradit *Afflict.dec.188.n.3.*

Quia, vltra quod † non procedit ſtante d.
9 retrotractione poſt conditionis euentum, di-
cebatur in caſu præſenti,fructus deberi,vt ſu-
prà dictum eſt,ex generali æquitate,ne vendi-
tor locupletetur cum jacturâ emptoris fruen-
do re,& precio, † ad quem effectum non con-
10 ſideratur neque dominium, neque poſſeſſio,
vt inquit *Bald.in l.ſi traditio.11.queſt.C.de act.empt. Abb.conſ.66. num.4. lib.1. Alex.conſ.121.in princ.vſque ad num.3.libr.4.Ruyn.d.conſ.144.n 7. Natt.d.conſ.384. num.6.Surd.conſ.52.n.36.* quidquid dicat *Affl.d.deciſ. 188.* qui loquitur per diſcurſum ponendo rationes, quas vtraque pars adducebat in illo caſu, nec circa hoc aliquid firmat.

Et ita concluſum,&c.

EMIN. D. CARD. PAMPHILIO.

Recanaten. Prædij Lunæ 22. Maij 1617.

SVMMARIA.

1 *Tranſactio ad certam cauſam reſtricta non comprehendit creditum ex alia cauſa.*
2 *Matris bona non poſſunt ſubhaſtari pro debito filij.*
3 *Poſſeſſio an probet dominium.*
4 *Error excludit conſenſum.*
5 *Mandatum ſimpliciter relaxatum contra aliquem non expreſſo quo nomine intelligitur ſub eo nomine,quo fuerunt facta alia acta præcedentia,& ſequentia.*
6 *Error Notarij partibus præjudicare non poteſt.*
7 *Tutela, & cura expirata,non poteſt contra tutorem, & curatorem validè procedi.*
8 *Inſtantia cœpta cum defuncto poteſt continuari cum hærede.*
9 *Tempus, quod inter primum, & ſecundum decretum intercedere debet, eſt quodammodò ad fauorem debitoris.*
10 *Et non eſt in jure definitum quantum eſſe debeat & alij de minore,alij de majori tempore ſentiunt,ſed poteſt Iudex ejus arbitrio conſtituere.*
11 *Mandatum prius exequi debet in mobilibus ex Conſtitutione Marchiæ.*
12 *Obligatio cameralis continet renunciationem omnium legum & juris auxilio.*
13 *Hypothecam habens omnium bonorum eligere poteſt in quibus bonis creditum ſuum conſequi velit.*
14 *Apprehenſio actualis requiritur poſt ſecundum decretum.*

Deciſio XLII.

DOmini ſteterunt in deciſis, quod conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum ex injuſtitiâ ſententiæ,quæ ex eo præcipuè deduci-
tur,quia prędium,de quo agitur,fuit per Iudi-
cem Franciſco vti majori oblatori deliberatũ
pro vero credito florenorũ 375. quod non fue-
rat extinctum per tranſactionem inter Fabium
creditorem,&Semideam aliàs factam,provt in
ſententiâ latâ ad fauorem Monaſterij S.Ioannis 1
pręſupponebatur,quia † tranſactio vti ad ſuc-
ceſſionem in bonis Hieronymi,ſicq; ad certam
cauſam reſtricta, creditum, quod Iulio ex aliâ
cauſâ competebat,comprehendere non potuit,
l.ſi de certa,vbi Caſtr.n.1.ver.& pone caſum, C.de tranſact.cum alijs ſub die 14. Aprilis 1614.in deciſio. adductis.

Nec obſtare dixerunt, quod prædium ſub-
haſtatum eſſet Semideę, † & propterea nõ poſ- 2
ſet ſubhaſtari pro debito Iacobi filij, Quia pro reſponſione eſt ponderatum, quod Monaſterium agit ad d. prædium vigore ceſſionis ad ipſius fauorẽ per Semideam factę,quæ legitur reſtricta ad nõnulla bona per ipſum Iacobum in ejus teſtamento Monaſterio relicta, & quæ ibi expreſſa dicuntur, ideóq; ſatis veriſimile viſum fuit,quod inter alia bona Iacobi adſit etiam hujuſmodi prędium,quia aliàs Monaſterium agere non poſſet, & hoc etiã comprobatur ex teſtibus,qui ſuper quarto,& quinto dicunt,quod iſtud prędiũ fuit poſſeſſum ab Hieronymo,& poſt mortem ipſius à Iacobo filio,
& † licèt deponant de ſolâ poſſeſſione illorum, 3
tamen depoſitio ſatis ad iſtum effectũ releuans viſa fuit,ſaltem ſimul cum d.inſtrumento ceſſionis, cujus vigore Monaſterium agit, juxta *not.per gl.in l.2.in princ.in verb.legitimis,ff.de excuſat. tutor.& in c.cum cauſam de probat.cum alijs cumulatis per Gabr.eod.tit.concl.1.in princ.* ex quibus ſequitur etiã,quod confeſſiones ipſius Iulij creditoris,& aliæ pro Monaſterio ad iſtum effectum in contrarium ponderatæ, vel ſunt factæ poſt mortẽ Iacobi,de quo tempore verè prędium poſſidebatur per Semideam tanquam ipſius Iacobi hęredem,vel ſunt erroneæ,quę propterea non
præjudicant,quia † error excludit conſenſum 4
l.non fatetur. & ibi D.ff.de confeſſ. & tradit Soc.iun. conſ.180.n.85.lib.2.Honded.conſ.66.n.66.lib.1.

Neq; refragari,quod mandatum ad inſtantiam Iulij fuerit relaxatum contra Semideam non habita mentione, quod eſſet tutrix, vel
curatrix Iacobi. Quia † nihilominus ex præ- 5
cedentibus actis contra eandem Semideam expreſsè tanquàm tutricem,& curatricem factis ſimul cum citatione ad reluendum poſt dictum mandatum fere in continenti eod.modo ſubſecuta ſatis conſtare viſum fuit,quod etiam mandatum eſſet contra eam relaxatum tanquã tutricem & curatricem etiam quod hujuſmodi verba fuerint in eo omiſſa errore
Notarij, † qui partibus pręjudicare non debet, 6
l.ſi librarius,ff.de reg.iur. l.errore.C.de teſta. Gabr.conſ. 124.nu.23.lib.2.Rimin.iun.conſ.84.nu.17. & fuit ſępe deciſum.

Nec obſtare, † quod poſt mortem Iacobi tu- 7
tela, & cura expirauerit, ſicq; contra Semideã non potuerit ad vlteriora validè procedi,quia poſt mortem Iacobi non fuit proceſſum contra eam tanquam tutricem & curatricem,ſed tan-
quam hęredem, † quod fieri potuit *iuxta not.* per 8
Innoc.Ant.de Butr.& alios in c. quia G. vbi Felyn. nu.4. de iud. cum alijs adductis in cauſa Melten. Bono-

tau 17. Maij 1591. coram bon. mem. Penia.
Minus releuat, quod immiſſio in poſſeſſio-
nẽ ex primo decreto fuerit facta de anno 1571.
& ad ſecundum decretum deuentum non fue-
rit, niſi de anno 1597. & ſic poſt annos 26. Quia
9 fuit reſpõſum, quod hujuſmodi tempus, quod
inter primum, & ſecundum decretum interce-
dere debet, eſt quodammodo ad fauorem debi-
toris, vt ſcil. intra illud poſſit, ſoluendo debitũ,
10 pignus reluere, &, † licèt non reperiatur in jure
diffinitum, quantum eſſe debeat, & alij de mi-
nori, alij de majori tempore ſentiãt, certum ta-
men eſt in caſu iſto, quod de breuitate tempo-
ris Semidea, vel ab eâ cauſam habentes con-
queri non poſſunt, cùm fuerit expectata per
ſpatium 26. annorum, & ſemper ſolutionem
diſtulerit. & alias Iudex poſſit illud ejus arbi-
trio conſtituere ſecundum communem opi-
nionem, de quâ poſt alios teſtatur *Menoc. de ar-
bitrar. Iudic. caſ. 6. n. 13.*
11 Nec demum obſtare, † quod non conſtet,
fuiſſe prius factam diligentiam de exequendo
d. mãdatum in mobilibus iuxta formam *Conſt.
Mar. li. 1. 5. c. 6.* Quia placuit reſpõſio, quod Con-
ſtitutio non loquitur in caſu iſto, in quo Semi-
dea tanquam tutrix, & curatrix Iacobi ptomi-
ſit ſoluere dictos florenos 375. ne dum cum o-
12 bligatione camerali, † in quâ adeſt renunciatio
omni legũm, & Iuris auxilio, ſed etiã cum hy-
13 potheca omnium bonorum ipſius Iacobi, † quo
caſu certum eſt, quod creditor de jure eligere
poteſt, in quibus bonis creditũ ſuum conſequi
velit, *l. creditoris, C. de diſtr. pignor. Surd. deciſ. 44. nu. 6.*
14 Quod autem † poſt ſecundum decretum
requiratur actualis apprehenſio tollitur ex
poſſeſſione Franciſci, cui prædium per Iudicem
deliberatum fuit, quæ pro parte Monaſterij
non controuertitur, & de eâ apparet ex dedu-
ctis pro Angelinis.
Ex quibus ita deciſum fuit, &c.

EODEM.

Romana Spolij Domus Mercurij 28. Iunij 1617.

SVMMARIA.

1 *Spolium intrat conſtito de vtroque extremo, & de nullitate ſubhaſtationis.*
2 *Statutum loquens in numero plurali locum habet etiam in ſingulari.*
3 *Subhaſtatio contra minorem nulla dicitur. ſi illius curator non comparuerit ad illum defendendum, vel non fuerit legitimè citatus, & in fin.*
4 *Curſori quoad executionem citationis creditur.*
5 *Citatio fieri debet in domo ſolitæ habitationis.*
6 *Subhaſtatio contra pupillum ſuſtinetur etiam nullo dato curatore, vbi nulla defenſio competebat.*
7 *Res magni valoris, alijs extantibus minoris, non debet ſubhaſtari pro paruo credito.*
8 *Subhaſtatio, in qua cadit læſio vltra dimidiam, & minor fuit omnino indefenſus, nulla eſt.*
9 *Valor bonorum immobilium de tempore ſubhaſtationis probatur, & regulatur à valore de tempore anteriori, & poſteriori.*

Deciſio XLIII.

Placuit Dominis deciſio ſub die 17. Februa-
rij præteriti in hâc causâ facta ſuper eo,
quod conſtet de vtroq; extremo, & de nullita-
te ſubhaſtationis Domus de quâ agitur, † ita vt 1
intret actio Spolij. & ſententia, quæ contrariũ
dixerat, veniat infirmanda, *ad ca. conquerente. vbi
Abb. n. 8. de reſtit. ſpol.* cum alijs in eâ allegatis.
Neq; ſubſiſtit, quod, cùm Alexander fuerit
datus curator ad vnam cauſam tantùm, in eo
locum non habeat diſpoſitio *Statuti Vrbis li. 1. ca.
49.* loquẽs in numero plurali. Quia, vltra quod
d. Statutum in nigro pluribus in locis de lite
tantùm in ſingulari loquitur, non tamen eſt
nouum quod † quando Statutum loquitur in 2
plurali, locum habeat & in vno vt *per text. in l.
3. §. 1. ff. de negoc. geſt. dicit Caſtr. conſ. 164. n. 2. v. verùm. li.
1.* Sed vlterius pro reſponſione fuit etiam per
Dominos ponderatum, quod, licèt Alexander
fuiſſet curator legitimè deputatus, † non tamẽ 3
conſtat, quod autem comparuerit ad pupillos
defendendos & minus apparet, quod fuerit ad
ſingulos actus legitimè citatus. Quinimmò ex
relatione Curſoris, † cui in hâc materiâ credi- 4
tur, *Put. dec. 187. li. 3.* apparet, ipſum fuiſſe citatum
in aliena domo, nec conſtat, quod ibi habita-
ret, † provt requiritur juxta *l. 4. §. Prætor. & ibi* 5
Bart. n. 10. C. de damn. infect. cum alijs allegatis.
Nec obſtat, quod † pupillis nulla compete- 6
ret defenſio, & conſequenter etiam nullo dato
curatore ſubhaſtatio ſuſtineatur. Quia placuit
reſponſio, quod imò pro illorum defenſione
poterat adduci, quod, † cùm creditum eſſet ſcu- 7
torum 35. circiter, non erat pro eo deueniendũ
ad ſubhaſtationem domus, quæ erat valoris
ſcutorum 340. vt quia fortaſſe adeſſent aliæ res
minoris pretij, ex quarum diſtractione credito-
ri ſatisfieri poſſet, *juxta not. per gloſ. in l. quamdiu, C.
de diſtr. act. pignor.* & quod tanto minus ad dictam
ſubhaſtatationem deueniendum erat pro ſcu-
tis 76. quia pupilli per eam remanſerunt † læſi 8
longè vltra dimidiam, ſicq; omninò indefenſi,
quo caſu ſine difficultate ſubhaſtatio eſt nulla.
*l. cum & minores. vbi Bart. nu. 4. C. ſi aduerſ. rem iudic.
Put. dec. 306. li. 2.* cum alijs in deciſione adductis,
*& fuit dictum in cauſa Albanen. Spolij 8. Februarij 1610.
coram bon. mem. Penia* & alias ſæpè.
Neq; releuat, quod de d. valore domus ſcu-
torũ 340. non conſtet, niſi ex relatione Perito-
rum, quæ fuit facta de anno 1611. & ſubhaſtatio
emanauerit de anno 1593. Quia nihilominus
dicti periti dicunt, ſe facere relationẽ iuxta va-
lorem, qui currebat per annos circiter 16. anteà,
& ſic de † tempore anteriori, & poſteriori ſubha- 9
ſtationis, provt requiritur in probatione valo-
ris bonorum immobilium iuxta theoricã *Bart.*
communiter receptam in *l. pretia rerum §. 1. n. 2. in
fin. & ſeqq. & ibi Alex. n. 10. ff. ad leg. Falcid. & fuit di-
ctum in Romana Reſciſſionis contractus 30. Octobr. 1602.
coram bo. mem. Cardinal. Pamphilio* & alias ſæpiſ-
ſime.
Quod autẽ dicebatur pro defenſione pupil-
lorum comparuiſſe Nicolaum, tollitur ex eo,
quia non conſtat, quod comparuerit niſi ſemel,
& tunc ipſemet fatetur, Alexandrũ onus tutelæ
ſeu curæ non acceptaſſe, & ipſum non fuiſſe le-
gitimè

Digitized by Google

gitimè citatum,&ſic patet,pupillos fuiſſe indefenſos,&conſequenter ſubhaſtationem nullā ex ſupradictis cum alijs pro Io.Paulo adductis. Et ita deciſum,&c.

EODEM.

Spoletana Prædij Veneris 1. Decembris 1617.

SVMMARIA.

1 *Arbitrium intrat pro ſanatione nullitatum ſubhaſtationis ſtante juſtitia pretij.*

2 *Valor probari debet ſecundùm communem æſtimationem,& nu.13.*

3 *Valoris in probatione bona ratio dicitur reddita per teſtem,ſi deponat de quantitate fructuum.*

4 *Teſtes probant contra illum, qui eorum depoſitiones produxit,illiſque vſus eſt.*

5 *Articuli dari non ſolent ſine conſideratione,faciuntque adminiculum ad comprobandam teſtium depoſitionem.*

6 *Valoris in probatione tempus etiam ante, & poſt ſubhaſtationem attenditur.*

7 *Teſtibus deponentibus cum rationibus concludentibus, & vti peritis, & melius informatis in aliorum concurſu eſt magis credendum.*

8 *Teſtis deponens ſuper valore de ejus proprio iudicio, & particulari affectione non probat, & n.13.*

9 *Valor rei ex quibus diminuatur.*

10 *Teſtes deponentes de valore debent habere notitiam eorum quæ illum minuunt.*

11 *Articulare quis, ſaltem ſine ſuſpicione, non poteſt, & ad probandum admittit contrarium, eius, quod prius articulauit,& probauit,ac vſus fuit.*

12 *Valor regulariter non probatur ex arrendamentis.*

Deciſio XLIV.

POſt factam reſolutionem ſub die 30.Martij 1615. ſuper nullitatibus, quæ opponebantur contra ſubhaſtationē prędij,de quoagi-
1 tur,† quod ſcil.intret arbitrium pro illarū ſanatione,ſi pretium fuit juſtum,cauſa ſuper hoc pluries propoſita,fuit tandem reſolutum,pretium fuiſſe juſtum, quia deliberatio fuit facta anno 1603. pro ſcutis 1075.& tres teſtes pro Pannonio examinati, quorum tertius eſt peritus in ęſtimandis terris,&omnes ſunt vicini,& practici in prędio,cōſiderata illius qualitate,& quod de anno 1603.& pluribus alijs anterioribus,&poſterioribus illud erat inundationi fluminis ſubjectum, & vt plurimum aquis ſubmerſum abſq; ſpe,quod poſſet ab illis ſaluari, ſuper quinto deponunt, quod cōmunis ipſius valor erat ſcutorum 800.vel 900.ad ſummum nec pluris illud communiter vendi,vel ęſtimari poterat; Idē deponunt primus,& tertius juxta 19.& ſecundum juxta 21.& primus ſuper 4. addit,quod d.tempore prędia vicina, quę non erant adeò aquis ſubjecta ſicq; melioris conditionis,vendita fuerunt, ad rationem ejuſdem pretij,nēpe tribus vel quatuor flor. pro ſingulo ſtario, provt etiam dicit tertius iuxta 19. & inſuper ſupra d. tres teſtes iuxta 14. & 16.ſecundus & tertius ſuper 2. dicunt quod d.prædium cœpit eſſe in malo ſtatu anno 1597. quo flumen inundare cœpit, vſq; ad annum 1609. vel 1607.provt etiam deponit 2.ex teſtibus pro Veſpaſiano examinatis iuxta 43.& omnes cōcludunt,quod hujuſmodi prædium præcipuè de anno 1603.erat tanquā derelictum, & ferè infructuoſū,& quod ex eo non perciperentur alij fructus,quam ſalmę Vini 25.circiter ex quibuſdam pergulis in eo exiſtentibus,quę deductis expenſis,non excedunt ſcuta decē annua, deponunt primus ex ſupradictis tribus teſtibus juxta 14.& 16.ſecundus ſuper primo,&tertius iuxta 16.18.& 23.qui etiam dicunt,quod,licèt tempore æſtiuo exſiccarentur aquę,tamen propter cœnum & arenam,quæ in eo remanebant,nec etiam poterant in eo naſci herbę,quę pro paſcuis deſeruirent, adeò vt dubitari non poſſit,quin dictum pretium ſcutorū 1075.fuerit juſtum, cùm verus valor prędij in minori quātitate ſatis cenſeatur probatus ex ſupradictis teſtibus,qui nè dum deponunt ſecundum
communem ęſtimationem,† provt requiritur, 2
iuxta doctrinam Bart.in l.pretia rerum,§.nonnullam,n.2.& ibi Alex.n.9.ff.ad leg.Falcid.Cagnol.in l.2,nu.232.& ſeq.C.de reſcin.vend.Seraph.dec.1030.n.2.& dec.1377.n.2.cum alijs ſub die 27. Iunij 1614 in hac eadem cauſa deductis,ſed etiam reddunt cauſam ſcientiæ ex pluribus, & præcipuè quia tres ex ipſis ſunt vicini, & practici, & alter peritus, nec non ex quantitate redditum,qui ex fundo percipie-
bantur,† quæ eſt bona ratio,*l.ſi fundum,94.ff.de* 3
leg.1.l.ſi fundus,ff.de reb.eor.Pinel.in d.l.2.p.3.c.vlt.nu.28.& ſeqq.C.de reſcind.vend.Seraph.d.dec.1030.ſub n.2.verſ.aliqui vero.

Et vlterius in caſu iſto concurrit,quod,cum d.anno 1602.Veſpaſianus pretenderet,ſeipſum liberare à ſolutione cenſus ſuper d.prędio impoſito, ipſemet articulauit in ſpecie, quod ab anno 1597.vſq; ad illud tempus prędium fuerat aquis ſubmerſum,&propterea ſterile & infructuoſum erat,& quod omnes impenſę,quas ipſe,& Communitas Meuaniæ fecerant, in irritum ceſſerant,nec aderat ſpes,quod prędium, etiam cum maximis impenſis ad priſtinum ſtatum reduci poſſet,provt etiam deponunt teſtes tunc pro eodem Veſpaſiano ſuper illis examinati;qui etiam dicunt,quod impenſę pro illius cultura perſæpè amiſſæ fuerunt.& quod quis non poterat illud ſeminare, niſi ſemen
perdere voluiſſet;† qui teſtes pręcipuè contra 4
Veſpaſianum, qui illorum depoſitiones in judicio produxit, illiſq; vſus eſt, vtiq; probant, *Bald. in l.cum pretium n.3.C.de liber.cauſ.Aym.de antiq.temp.p.1.§.quæritur ſub n.14.verſ.ſecus ſi ſcienter.& conſ.201.nu.7.Menoch.præſumpt.45.n.8. libro 2.Seraph.dec.295.ſub n.7.* præſertim concurrentibus dictis
articulis,† qui non ſolent dari abſque conſi- 5
deratione & propterea faciunt ſaltem magnū adminiculum ad comprobandam depoſitionem teſtium, vt fuit alias ponderatum *coram eodem bon.mem.Seraphino dec.101.n.1.& in Ianuen.Pecuniaria 15.Aprilis 1611.coram Illuſtriſſ.Card.Lancellotto*,quod procedit, licèt percutiant tempus ante ſubhaſtationē,quia cùm fuerit ſolùm per nonnullos menſes,&alij teſtes dicant,quod prędiū propter inundationem fuit in malo ſtatu vſq;

Digitized by Google

ad annum 1606. vel 1607. iſtud breue temporis interuallũ non tollit ſaltim adminiculum ex ipſis articulis contra Veſpaſianum reſultãs,
6 maximè quia † in probatione valoris ad iſtum effectum tempus etiam ante ſubhaſtationem attendi debet, ſicut ſubſequens, *Bart. in dict. leg. pretia rerum, n. 2. in fin. vbi Alex. n. 10. ff. ad l. falcid. & tenuit Rota in cauſa Romana Caſalis Turricellæ, relata inter impreſſ. dec. 65. n. 13. & ſeqq. par. 2. diuer.* & alias ſæpe.

Nec refragantur pro eodem Veſpaſiano deſuper examinati, qui dicunt, hujuſmodi prædium annis 1603. & ſeq. fuiſſe ab inundatione liberatum, & melioratum mediante opere Valentini Architecti; Quia tam ex ſupradictis tribus teſtibus Pannonij, & ſeptimo ex teſtibus ipſiuſmet Veſpaſiani, quam etiam ex articulis factis ab eod. Veſpaſiano de anno 1602. & teſtibus tunc ſuper illis examinatis, apparet, quod imò prædium fuit aquis ſubmerſum ab anno 1597. vſq; ad annum 1606. vel 1607. & in ſpecie, quod opus Valentini cœptum anno 1600. hujuſmodi prędio potiùs damnum, quàm vtilitatẽ attulerit, licèt ab initio aliud crederetur, deponũt ſupradicti teſtes Pannonij juxta 11. & 12. tertius ſuper tertio, & reddunt ſufficientem rationem, quia ex dicto opere Ripa fluminis fuit magis eleuata verſus Meuaniam, quam ex parte oppoſita verſus Hyſpellum, ſicq; poſt dictum opus aqua majori impetu diffundebatur in d. partem oppoſitam, in quâ aderat prædiũ de quo agitur quod propterea facilius ſubmergebatur, & ſeptimus ex teſtib. Veſpaſiani iuxta 40. & 42. add. t. quod impetus fluminis majus damnum attulit poſt dictum opus, quam ante illud: ideóq; alij teſt's Veſpaſiani quoad hoc vi lebantur intelligendi vel ſecundùm id, quod ab initio communiter credebatur, vel de prę lijs ſitis verſus Meuaniam vel alias dicendum eſt, quod † in concurſu ſupradictis con-
7 trarium deponentibus cum rationibus concludentibus, & vti peritis, & practicis, & melius informatis magis credendum ſit, *Gabr. de teſtibus concl. 4. n. 6. Seraph. dec. 106. n. 1.*

Neq; releuant, quatenus dicunt, quod prædium dd. annis 1602. 1603. & 1604. erat valoris ſcutorum 1400. & majoris, & quod ex illius fructibus percipi poterant annua ſcuta 80. 90. & 100. Nam, vltra quod aliqui deponunt de eorum proprio judicio, & particulari affectione, † qui propterea non probant, *Bart. in d. l. 2. n.*
8 *17. & ibi Cagnol. n. 270. & Pinel p. 2. c. vlt. n. 12. C. de reſcind. vend. Seraph. dec. 830. n. 3. & d. dec. 1377. n. 1. in fin.* alij verò non deponunt habitâ ratione inundationis fluminis, & ſimul, quod Veſpaſianus, tunc illius dominus, & poſſeſſor, erat pluribus debitis implicitus, & deliberatio fuit facta abſque cautione de euictione, & minus conſtat, quod de his omnibus, & ſimilibus qualitati-
9 bus, (quæ aderant tempore ſubhaſtationis, & † valorem rei diminuũt, *l. eum, qui. §. melior. ff. de in diem adiect. Bart. in l. 1. §. ſi heres, n. 3. & ibi Rip. n. 28 ff. ad Trebell. Pinel. in d. l. 2. p. 3. ca. vlt. nu. 22. 24 & ſeq. C. de reſcind. vend.* ſupradicti teſtes notitiam haberẽt, †
10 prout requiritur, *Alex. conſ. 54. nu. 4. lib. 6. Ayn conſi. 420. n. 5. Seraph. d. dec. 1317. n. 1.* in omnem euentum fuit etiam ponderatum, quod alijs teſtibus cõtrarium deponentibus magis credendum eſt ex ſupradictis, & facit quia cum ipſemet Veſ- 11
paſianus articulis primo datis, ac teſtibus tunc examinatis, illorúmq; depoſitionibus jam deductis vſus fuerit, non potuit poſtmodum cõtrarium, prout ſibi magis expediebat, ſaltem abſq; ſuſpicione articulare, & per alios teſtes probare, *c. imputari. & ibi Fely nu. 4. verſ. quarta concluſio. d. ſid. inſtr. Ayn. de antiqu. tempar. par. prima d. §. quæritur. ſub n. 14. verſ. ſecus ſi ſcienter.*

Minus obſtat, quatenus dicunt prędium d. anno 1603. fuiſſe locatum pro ſcutis 60. vel 70. quia, præterquam † arrendamenta regulariter 12
non probant valorem, *Caſſad. dec. 20. ſuper reg. Sarnen. in reg. de valor. q. 11. n. 6. Seraph. dec. 102 nu. 1. & dec. 177. n. 6.* fuit pro reſponſione ponderatum, quod d. locatio fuerat facta ad modicum tempus, & vlterius, vt teſtes deponunt, ad vſum paſcendi Vaccas, quę corrodebant, & deuaſtabant pergulas, & arbores fructiferas, & miniſtri Conductoris incidebant ligna ad comburendum pro conficiendo caſeo, quæ omnia tendebant ad deſtruendum prædium, quod veriſimiliter in ſubſequentibus annis pro ead. penſione locari non potuiſſet, ſicq; communis valor illius tantò minus ex d. locatione tanquam ſingulari percipi poſſit ex ſuprà deductis.

Nec demùm ſubſiſtit, quod majus pretium aliàs fuerit oblatum, quàm teſtes Pannonij, & & alij ſuprà pro ea ponderati, deponunt, quia non conſtat de aliquâ oblatione, niſi ex depoſitione ipſius oblatoris, qui potuit moueri ex particulari affectione; Ita vt propterea † non at- 13
tendatur ad probandũ valorem communem & juſtum, prout requiritur in caſu iſto, *Socin. in l. qui Romæ, § coheredes, n. 27. verſ. tertia concluſio. ff. de verb. oblig.* & ſequitur. *Rota in cauſa Vigleuanen. Locationis 27. Nouembris 1607. coram. bon. memor. Corduba.*

Et ita deciſum, &c.

PIROVANO.

Romana Pecuniaria Veneris 19. Ianuarij 1618.

SVMMARIA.

1 *Probatione in parte deficiente in totum corruit ſententia, & illius executio.*
2 *Ordo in ſcriptura enunciatus ſi non probetur, ſcriptura non præjudicat tertio abſenti.*
3 *Teſtis intereſſatus, & habens lites cum eo, contra quem deponit, non probat.*
4 *Probatio imperfecta non releuat.*

Deciſio XLV.

CEnſuerunt Domini, D. Semideam eſſe reintegrandam ex capite exceſſus partitæ ſcutorum 54. in reliquis conſtare de credito D. de Guicciardinis.

Actum enim fuit pro integrâ ſummâ ſcutorũ 300. quæ ex multis partitis conflata probatur, ex illis præfata ſcuta 54. nõ juſtificatur. Ideò † ſi in

Digitized by Google

1 † ſi in parte deficit probatio,ſententia,& illius
executio in totum corruit, *Put.dec.323. Affl.deciſ.
218.nu.4.p.1.& coram me fuit dictum in Albanen.Bene-
ficiorum 9. Aprilis 1611.*
Nec obſtat,quod in eâdem partitâ legatur,
ſolutionem eſſe factam Palcario de ordine D.
2 Semideæ. Quia,† non docto de ordine enun-
ciato,ſcriptura non præjudicat tertio abſenti,
*Rota Ianuen.dec.92.n.15. Purpur.in l.admonendi,num.
208.ff.de jur.iur. Rota coram bo.me.Card.Seraph.deciſ.
206. nu.4.*
Quæ verò dicebatur de alijs partitis ex te-
ſtimonio primi, & ſecũdi teſtis nouiter exami-
nati viſa ſunt Dominis non eſſe attendenda,
3 Quia † ſecundus teſtis intereſſatus probatur,
& diuerſæ lites inter eum,& Guicciardinos
4 vertuntur,itavt,† probatio D.Semideę imper-
fecta,& irreleuans remaneat, quæ non ſufficit
ad tollenda jam firmata in præcedenti deci-
ſione.

VBALDO SENIORE.

Romana Domorum Mercurij
14. *Martij* 1618.

SVMMARIA.

1 *Iudex nulliter, & injuſtè procedens dicitur ſpoliare.*
2 *Spolij actio datur aduerſus ſubhaſtationem nullam, vel injuſtam.*
3 *Subhaſtatio facta cum mandato expedito pro certa ſumma in vim decreti expreſſam ſummam non continentis,nec per relationem ad acta,eſt nulla.*
4 *Subhaſtatio facta vltra ſummam debiti eſt nulla in totum,& nu.7.*
5 *Euictio non dicitur ſequuta non conſtito de ejectione à poſſeſſione.*
6 *Decretum intelligitur iuxta citationem.*
8 *Executio fieri non poteſt ante liquidationem.*
9 *Intimatione decreta deficiente actus remanet nullus.*
10 *Moleſtiæ quomodo probentur.*
11 *Obligatio cameralis, quæ non continet ſuſceptionem mandati, requirit ſeruationem termini, decerni niſi infra tres,& relaxari niſi ad primam ex ſtylo A.C. qui alias mandatum reuocat cum expenſarum condemnatione.*
12 *Spolium requirit probationem duorum extremorum.*

Deciſio XLVI.

DOmini reſponderunt, intrare ſpolium.
1 Trita enim eſt juris concluſio, & in Ro-
tâ recepta, quod † Iudex nulliter, & injuſtè
procedens dicitur ſpoliare, *c.conquerente.vbi Abb.
de reſtit. ſpoliat. Albert.in l.ſi de vi.num.19.ff.de iudic.
Bald.conſ.357.verſ. ſequitur ergo.lib.1, Aym. conſ.18.nu.
8.& conſ.140.ſub num.2.latè Rol.conſ.6. num.12.& ſeq.
lib.2.Surd.conſ.168.num 26.& conſ.189.num.30.libro 2.
Menoch.de recuper.remed.8. num.3.& conſ.2.num.182.
libro primo. Hond.conſ.82.num.23.& ſeq. libro primo,
& conſ.21.libro 2. Pont.de ſpol.libro 2. capite 16.num.
182.Caputaq.deciſione 112.parte 2.Caſ.de Graſſ.deciſio-
ne prima.numero 4.de conſtit. & fuit dictum in Man-
tuana Beneficiorum 16.Decembris 1611.coram me.* & a-
lias ſæpe.Vnde,† ſi ſubhaſtatio,& deliberatio
domus de quâ agitur,fuit nulla,vel injuſta,in- 2
trat ad fauorem Iohannis Franciſci actio ſpo-
lij ex proximè allegatis. Quod autem fuerit
nulla,& injuſta *fuit iam reſolutum in hac cauſa 24.
Februarij 1612. coram me*, quando agebatur ad ef-
fectum manutentionis.
Et nunc præcipuè mouebantur Domini,quia
† mandatum fuit relaxatum pro ſcutis 850.& 3
pro dictâ ſummâ fuit deuentum ad ſubhaſta-
tionem domus,& tamen decretum ſimpliciter
fuerat factum pro deliberatione Gandulphini
à moleſtijs ei per diuerſos creditores Iohannis
Franciſci illatis, & ſic ſine vllâ expreſſione
ſummæ, prout etiam Citatio contra Ioannem
Franciſcum emanauerat pro liberatione à mo-
leſtijs, nec vllibi juſtificatur in actis, quod Io-
hannes Franciſcus eſſet debitor in dictâ ſum-
mâ ratione dd.moleſtiarum, immò prætenſæ
moleſtiæ Creditorum non aſcendebant niſi
ad ſcuta 550. vt in ſummario Iohannis Fran-
ciſci numero 7. & fatentur Informantes pro
Pandulphino. Vnde,† quatenus vltra ſum- 4
mam fuit facta ſubhaſtatio, illa fuit in totum
nulla, *Bart.in leg.ſi non ſortem,§.centum, num.5. ff.de
cond.indeb. Surd.conſ.39.num.5. Rota deciſ.35.num.6.
parte 2.diuerſ.cum alijs allegatis in dicta deciſione hujus
cauſæ 24. Februarij 1611.*
Neq; dicatur,fuiſſe etiam illatas moleſtias à
Locis Pijs proprietarijs domus,& vineæ, quas
Io.Franciſcus locauerat ad vitam Pandulphi-
no irrequiſitis Dominis directis, quia, omiſſa
quod non conſtat de aliquâ euictione; † cum 5
non fuerit realiter, & cum effectu Pandulphi-
nus ejectus à poſſeſſione domus,& vineę,*& fuit
latius deductum in dicta deciſ.* ſatis eſt dicere,quod
Citatio Pandulphini eſt reſtricta ad moleſtias
illatas à Creditoribus, & juxta illã eſt intelli-
gendum decretum ab eo obtentũ die 5. Mar- 6
tij 1608.vt in ejuſdem ſummario n.7. *l. vt fun-
dus,ff comm.diuid.c.licèt Celſ.de Simon.cum vulg.* Nec
obſtat aliud decretum obtentum die 4. Septẽ-
bris 1607.cum narratiua Citationis Io.Franci-
ſci ad reſtituendum ſcuta 70 pro pretio do-
mus Pandulphino in vitâ Locatę vnà cum ſcu-
tis 150.pro melioramentis in eâ factis,nec non
pro damnis,& intereſſe, cujus decreti cum re-
laxatione mandati fides fuit data, & copia in
ſummario Io.Franciſci n. 8. quia in omnem e-
uentum d.mandatum fuit relaxatum tantum
pro ratâ pretij rei euictæ ſine præjudicio juriũ
Pandulphini.Vnde,† cum pretium fuerit ſcu- 7
torum monetæ 700. ſubhaſtatio vltra d. ſum-
mam remanet ſine dubio exceſſiua,& nulla,vt
in deciſione,& quoad melioramenta,& damna
& intereſſe nulla pręceſſerat liquidatio, † pro- 8
vt erat neceſſaria ante executionem, *l. hac autem,
§.1.ff.ex quib.cauſ.in poſſ.eat. Bald.in conſ.165.libr.4. &
conſ.99.n.1.li.5. Aym.conſ.164.n.2.in princ.& fuit dictum
in Turritana Tertiariæ 18.Decembr.1595. coram Seraph.
quæ eſt dec.1168.nu.5.inter eius impreſſas,& fuit deciſum
in Romana Spolij domorum 14.Iunij 1610.coram bon.me.
Iuſto,& in Mantuana Bonorum 17.Iunij.& 16.Decem-
bris 1611.& 14.Maij 1612.coram me.* meritò fuerunt
in dicto decreto reſeruata jura Pandul-
phino.
Cõſiderabat etiã vnus ex Dominis alias nulli-

Digitized by Google

tates ex defectu dictæ ſubhaſtationis.

Et primò, quod dicta decreta, & mandata
emanauerunt niſi ad p.d. cum Intimatione,de
9 quâ tamen non conſtat, † vnde actus remanēt
nulli, *Put.dec.174.li.1.fuit dictum in Romana Spolij 21. Iunij 1610.coram Reuerendiſſ. D.Attrebat.*& aliàs ſępe.

Secundo quia non videtur ſufficienter con-
ſtare de moleſtijs creditorum, † nec illę probá-
10 tur per Monitoriū in Saluiano, de quo in ſum-
mario Pandulphini nu.41.imò quia non appa-
ret illud fuiſſe commiſſum,& reproductum ad
inſtantiam alicujus ex creditoribus ibi nomi-
natis, vt ſuprà, nec per Procuratorem haben-
tem ab eis mandatum. Tum quia non conſtat
de creditis ipſorum,quæ dicuntur fundata ſu-
per ſocietatibus officiorum,vt d.nu.4.quæ ta-
men non fuerūt repetita,nec reproducta, adeò
vt videri poſſit, an ſint ante,vel poſt venditio-
nē domus,& vineę, immò prętenſæ ſolutiones
factę ex pretio domus deliberatę ſunt factę di-
uerſis perſonis nominatis in Monitorio, vt in
dicto ſummario nu. 2.

11 Tertiò quia, † cum non fuiſſet in inſtrumen-
to obligationis Ioan. Franciſci ab eò ſuſceptū
mandatum, debuit ex ſtylo A C relaxari præ-
miſſo decreto in Citatione ad ſoluendum niſi
infra tres, & poſtmodum citari debitor ad vi-
dendū relaxari mandatum alias decretum, &
eo peracto per Iudicem interponi decretum ni-
ſi ad primam,ita *fuit deciſum in d Romana Pecuniaria de Pinellis corā Orano* ſuprà allegata,vbi quod
hoc aliàs non obſeruato,provt hic obſeruatum
non fuit A. C. ſolet reuocare mandata tam-
quam nulla condemnando Actores in ex-
penſis.

Ex quibus,& alijs congeſtis per Informan-
tes fuit concluſum,intrare ſpolium, cùm aliàs
nō dubitaretur † de duobus extremis in ſpolio
12 requiſitis ex poſſeſſione Iohannis Franciſci
antiquiore ex traditis *in deciſione hujus cauſæ 24. Februarij 1612.*& ex modernâ poſſeſſione aduer-
ſarij *iuxta tradita per Lect.in ca.cum ad S.dem.vbi Abb. num.17.de reſtit.ſpol.Affl.dec.327. num.2.* Cæterum
quia per Pandulphinum de duobus oppone-
batur, & primo de mutatione formæ domus,
de quâ agitur, non reducibilis ad priſtinum
ſtatum,quę tamen mutatio pro Iohanne Fran-
ciſco conſtantiſſimè negata ſemper fuit,& ne-
gatur, & reverà adhuc de eâ non conſtat in a-
ctis. Secundò de ceſſione jurium obtentâ à
Creditoribus Rubei, & in ſpecie à Palmetta
creditrice pro reſiduo pretij dictæ domus ab
ipſa venditæ Iohanni Franciſco & ex ipſis
cauſis prætendit Pandulphinus, quod etiamſi
conſtet de ſpolio,tamen reſtitutio impediri de-
beat,& ſibi competat retentio,licèt fuerit de hâc
materiâ tractatum in alijs deciſionibus hujus
cauſæ;tamen placuit Dominis,vt de retentio-
ne particulariter videretur.

Et ita deciſum fuit,&c.

EMINENTISS. D. CARD. PAMPHILIO.

Spoletana Prædij Mercurij 23. Ianuarij 1619.

SVMMARIA.

1 *Pretij rei ſubhaſtatæ juſtitiam probare debet,qui eam allegat ad effectum arbitrij pro ipſa ſubhaſtatione,quæ prætenditur nulla.*

2 *Valor rei probatur ex teſtibus, qui reddunt rationem ex quantitate redituum.*

3 *Valoris communis in probatione attendi debet non ſolùm tempus ſubhaſtationis, ſed etiam præcedens, & ſubſequens.*

4 *Teſtes deponentes de valore ſecundum particularem affectionem deſeruiunt pro adminiculo quoad communem valorem.*

5 *Teſtes ſunt in concurſu præferendi,qui ſunt in arte periti,melius informati,& numero plures.*

6 *Teſtes, qui patiuntur exceptiones, vincuntur ab aliis qui exceptiones non patiuntur.*

7 *Exceptiones etiam turbidæ admittuntur contra illum qui probare tenetur,& concludenter non probauit.*

Deciſio XLVII.

PRopoſito dubio die 4. Maij præteriti ſuper
exceptionibus teſtium pro Pannonio exa-
minatorum,ſuper quibus pręcipuè erat funda-
ta deciſio pro juſtitiâ pretij ſubhaſtationis factę
die prima Decembr. 1617. Domini tunc volue-
runt ſuper hoc aliquam reſolutionem capere;
ſed conſiderantes,quod melius eſſet de oppo-
ſitis exceptionibus habere rationem in diſcuſ-
ſione probationum mandarunt, quod reuide-
retur dicta deciſio facta ſuper juſtitia pretij;
Vnde poſtmodum juxta prædictum ordinem
propoſui cauſam,& ſupradicta die 23.Ianuarij
1619.cenſuerunt, eſſe ab eâ recedendum, quod
ſcilicet non conſtaret de juſtitiâ dicti pretij,
quam Domini non dubitabant pro parte Pan-
nonij eſſe probandam, quia, † cùm ipſe eam 1
alleget, vt juxta deciſionem in hâc causâ fa-
ctam die 30. Maij 1615. ſit locus arbitrio ad ſu-
ſtinendam ſubhaſtationem,quam nullam eſ-
ſe prætendebatur, tenetur juſtitiam pretij om-
ninò probare tanquam fundamentum ſuæ in-
tentionis, *l.eum qui.ff.de prob.cum ſimil.*

Probationes autem pro ipſius parte adductę viſę fuerunt ad hoc ei ſuffragari non poſſe,quia ſunt ſimpliciter reſtrictæ ad tres teſtes pro eo examinatos,qui, licèt conētur deponere quod tempore ſubhaſtationis, quæ fuit facta anno 1603.pro ſcut.1075.cōmunis valor prædij ſubhaſtati eſſet ſcut.800. vel 900,attento malo ipſius ſtatu propter inundationē fluminis, vt alias dictâ *die prima Decemb.1617.*in deciſ.ponderatum fuit, tamen ex teſtibus pro aliâ parte examinatis de cōtrario apparet, quartus enim ſuper quinto deponit de ſcut.1600.& 1700.ſecūdus, & vndecimus ſuper eod.de ſcutis 1600.& 1800.nonus ſuper eod. de ſcut.1800.ad minus: octauus,& decim⁹ ſuper eod.de ſcut.70.& 75. pro ſingula emina juxta menſurā Peruſię,ſeptimus,& decimus tertius ſuper eod.de flor.10. pro ſtario,& omnes iſti teſtes ſuper eod.vel de communi valore explicitè deponunt provt faciunt octauus,nonus. & decimus, vel per verba æquipollentia. Nam quartus dicit quod, ſi

fuiſſent

Digitized by Google

fuiſſent facta bannimenta, oblationes multo
maiores factæ fuiſſent,& quod ita diceret qui-
libet practicus,& informatus. Secundus dicit,
quod quilibet dictum prædium emiſſet pretio
ſcutorum 1600. & 1800. Septimus, quod illud
ipſe emiſſet ad rationem florenorũ 10. pro ſta-
rio, & tanti quilibet practicus, & informatus
illud emiſſet. Vndecimus, quod illud venditũ
fuiſſet ſcuta 1600. & 1800. Decimustertius
quod,quilibet eius iudicio illud emere potuiſ-
ſet ad rationem florenorum 10. pro ſtario, &
omnes ſimiliter reddũt rationem, quia dd. an-
nis 1602.& 1603.prædium erat liberum ab inũ-
datione aquarum, & ex quantitate redituum,
2 qui ex fundo percipiebantur, † quæ ratio ad
probandum valorem ſufficiens reputatur, *Se-
raph.dec.1030.n.2.verſ.aliqui vero,cum aliis dicta die pri-
ma Decembris 1617.in deciſione deductu.* Ac inſuper
dicti teſtes percutiunt non ſolum tempus ſub-
haſtationis,ſed etiam præcedens,& ſubſequẽs,
3 †quod ſimiliter in probatione valoris commu-
nis attendi debet, *Bart.in l.pretia rerum, n.2.in fin.
ff.ad leg.falcid.cum aliis in d.deciſione deductis*, & cõ-
probantur eorum depoſitiones etiam per alios
primos tres teſtes, quorum primus iuxta vn-
decimum dicit, quod annis 1601. 1602. & 1603.
obtulit pro dicto prædio ſcuta 1450.cum pacto
de retrouendendo, & ſecundus ſuper quinto,
quod volebat illud permutare cum alio eius
prædio,quod vendidit pretio ſcutorum 2000.
4 † licet enim iſti tres teſtes videantur deponere
de particulari eorum affectione, negari tamen
non poteſt, quin deſeruiant pro adminiculo
cum aliis ſupradictis de communi valore de-
ponentibus, *iuxta not.per Bald.conſ.401.n.2.verſ.præ-
dictæ conſultationi.lib.3. & per Rotam coram bon.mem.
Cardinali Seraphino dec.293.nu.2.* Vnde viſum fuit
non poſſe dici conſtare de iuſtitia pretij, quia
5 †teſtes Veſpaſiani in concurſu potiùs videntur
eſſe præferendi ſupradictis aliis pro Pannonio
examinatis, Tum quia plures ex ipſis ſunt in
arte periti,& melius informati, *Gabr.de teſtib.con-
cl.4.n.64.* Tum quia ſunt plures numero *c.in ma-
teria.& ibi gloſ.de teſtib.Gabr.eod.tit.d.concl.4.n.50. &
fuit dictum in cauſa Peruſina Pecuniaria 23.Iunij* 1617.
coram R.P.D. meo Remboldo, & alias ſæpe, Tum
6 etiam quia † teſtes Pannonij plures patiuntur
exceptiones, *Surd.conſil.429.n.31.*

Et in omnem euentum fuit dictum, quod
ſaltem probationes Pannonij ex aliis pro hæ-
redibus Veſpaſiani deductis conquaſſantur,&
7 turbidę redduntur,† quod ſufficit contra Pan-
nonium,qui probare tenetur *Bald. conſ.79. nu.7.
verſ.ſciendum eſt autem.lib.1.Alex.conſ.16.ſub n.13.verſ.
& ſic non poteſt lib.5.Surd.conſ.133.ſub n.123.*

Et ita,&c.

VBALDO SENIORE.

*Romana Domorum in Burgo Mercurij
11 Martij 1620.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Arbitrio, remittit aliquid de rigore iuris.*
2 *Clauſula, Arbitrio, non dat facultatem lædendi ius partis.*
3 *Oblatio cum cautione, ſeu obligatione de ſoluendo facta liquidatione non ſufficit pro purgatione ſpolij, ſed ipſa liquidatio præcedere debet.*
4 *Spoliator liquidare debet fructus, & expenſas reſtituendas pro purgatione ſpolij. Ampl. vt n.5.*
5 *Fructuum perceptio & liquidatio probatur ex inſtrumentis locationum, & exactionibus penſionum.*
6 *Liquidatio fructuum perceptorum à ſpoliatore eſt difficilis ſpoliato, & illius hæredi, qui fuit abſens, & ignorans.*
7 *Arbitrium quando ſit exercendum in facienda liquidatione ad fauorem ſpoliati.*
8 *Scripturæ liquidationis fructuum ſunt ponendæ in actis,vt pars poſſit deliberare,an illis velit ſtare.*
9 *Ignorantia probabilis cadit in facto alieno, non in proprio.*
10 *Cautiones ſuper aſſecuratione receſſerunt ab aula.*
11 *Am l. etiã nſtante clauſula, Arbitrio.*
12 *Ampl.2. multò magis poſt inchoatum iudicium, & litem longè antea conteſtatam.*
13 *Ampl.3. præſertim conſtito de bonis ſtabilibus, & non docto de deterioratione.*

Deciſio XLVIII.

DD. reſponderunt pro non arbitrio,quod
per DD. de Neriis petebatur ad præfi-
gendum terminum D.Mutio ad liquidandum
fructus,& expenſas in cauſa factas,nec non pro
aſſecuratione iudicij; Et quoad termini præfi-
xionem ratio fuit quia, licet † clauſula, Arbi- 1
trio, remittat aliquid de rigore iuris, *iuxta deciſ.
Creſc.4.n.4.de teſt.Seraph.dec.1154.n.1.* † non tamen 2
dat facultatem lædendi ius partis, *Bart.in extra-
uag.ad reprimendum, in verb.videbitur,n.10. & l.ambi-
tioſa, nu.12. ff.de decret.ab ord.facien. Menoch.de arbitr.
iudic.lib.1.quæſt.48. in princ. Rot. in Virdunen. Abbatiæ
20. Februarij* 1615. *coram R.P.D. Buratto, quæ eſt dec.
652. nu.2. in fin. part.2. in recent. & fuit dictum in hac
cauſa*, dum ageretur de ſpolio 22. *Iunij* 1615. *coram
me*, In propoſito autem, ſi Mutius ſpoliatus te-
neretur ipſe liquidare fructus, & expenſas, &
ob eam cauſam eſſet ſibi præfigendus termi-
nus, amitteret hoc ius, quod habet repellendi
ſpoliatorem, ne vlterius audiatur, donec reſti-
tuerit omnes fructus, & expenſas; adeò vt † 3
nec ſufficiat oblatio cum cautione, vel obliga-
tione de ſoluẽdo facta liquidatione, ſed immo
liquidatio ipſa præcedere debet, *vt poſt Bald. in c.
conquerente, n.1.de reſtit.ſpoliat. Caputaq. deciſ.150.nu.7.
& 8.part.1 dec.260. num.5.part.2. & dec.171.nu.1. & 3.
& deciſ.184.par.3. Gabr. de reſtitut.Spol.concl.5.nu.97.
Menoch.de recuper.remed.1.n.412. Surd.conſ.28. nu.30.
Rot. in Rom. prætenſi Pretij Vineæ 27. Iunij* 1612. *coram
me.* Et quod non ſufficiat talis obligatio, *fuit
in ſpecie dictum in Panormitana Archidiaconatus* 16.
Octobris 1592. *coram bonæ memoriæ Penia.* vbi,quod
Rota non ſeruat deciſionem *Mohed.17. de reſti-
tut.ſpoliat.* prout etiam *fuit dictum in Toletana Cap-
pellaniæ de Paſtrana* 15. *Octobris* 1610. *coram R. P. D.
Pamphilio,quæ eſt deciſ.269. nu.1.in fin. part.1.in recent.
Seraphin. deciſ.1176. num.2. & 3.* Et † iſta liquida- 4
tio vtique ſpectat ad ſpoliatorem, qui tenetur
purgare ſpolium reſtitutis fructibus perceptis,

Digitized by Google

5 & expenſis, vt dictum eſt, & † poteſt facile dictam liquidationem facere ex inſtrumentis locationum, & ex receptionibus penſionum, vt in ſimili conſiderauit *Rot. dec.352. nu.2. & 3. part.1. diuerſ. duplicata dec.334. n.3. & 4. part.2. & apud Caſ. de Graſſ. dec.5. nu 5. de reſtit. ſpoliat.* E contrario vero
6 † hæc liquidatio eſſet valde difficilis D. Mutio hæredi Ioannis ſpoliati, qui fuit, vt ſupponitur, abſens, nec potuit habere notitiam d.d. locationum, & aliorum geſtorum per D. D. de Neriis, vt in ſimilibus terminis conſiderauit *Rot. in cauſa Parmen. Status coram Illuſtriſſimo Bononien. quæ eſt deciſ.329. n.1. in fin. part.1. in recent.* & ideò
7 dicebant, æquitatem ſtare pro Mutio, & † ſi arbitrio eſſet locus, ad eius fauorem eſſet exercendum, transferendo onus liquidationis in D. D. de Neriis, qui volunt procedere in negotio principali, *Seraph. dec.655. nu.4.* prout ipſi videntur agnouiſſe, qui dederunt in eorum ſummario quondam liquidationem fructuum, & expenſarum factarum circa domos, de quibus
8 agitur, † quæ tamen erant formiter ponendæ in actis, vt pars poſſet ſuper iis deliberare, an illis ſtare deberet. Et quibus ceſſat etiam prætenſa calumnia ex parte Mutij quod non fecerit liquidationem, quia, ſtante ignorantia dd. locationum & penſionum exactarum ex domibus controuerſis, nulla ſibi poteſt attribui
9 culpa, cum † in facto alieno cadat probabilis ignorantia, ſed in proprio ſecus *l. verius, ff. de probat. cum aliis per Surd. dec.17. n.12*

Quo vero ad aſſecurationem pariter D.D.
10 exiſtimabant, non eſſe locum arbitrio, cum † huiuſmodi cautiones ab aula receſſerint, *gl. & D.D. in §.1. Inſtit. de ſatiſdat. Put. dec.346. in fin. lib.2. ſecundum Romanam impreſſ. & fuit dictum in Romana Participationis Affictus coram R.P.D. Pirouano, quæ eſt dec.326. n 4. part.2. in recent. & in Bononien. Exemptio-*
11 *nis 24. Maij præteriti coram R.P.D. Buratto.* † quod procedit etiam ſtante arbitrio, vt *in d. Romana Participationis Affictus, & in Romana Pecuniaria 12. Maij 1614. coram R.P.D. Decano, & in Cuſentina Penſionis 22. Iunij 1618. coram me, vbi aliæ deciſiones allegantur.*

12 Et † multo minus huic aſſecurationi locus eſſe videtur poſt inchoatum iudicium, & litem iam longe antea conteſtatam, *text. in l. Pomponius, §. ratihabitionis, ff. de procur. Rot. in d. Romana Pecuniaria coram Decano, & dec.478. n.5. part.1. in recent.* Quæ autem adducuntur de metu dilapidationis iſtorum fructuum, & quod Ioannes ſpoliatus deceſſerit maximo ære alieno grauatus, & Mutius eius hæres nil in Vrbe poſſideat, non iuſtificantur in facto, & ceſſant ex deductis & datis in ſummario reſponſionis pro Mutio, cũ ex teſtamento Ioannis appareat, plurima cum bona reliquiſſe, & debita hæreditaria eſſe ſatis-
13 facta, &c. † cum non probetur deterioratio conditionis hæredis, immo ex fide data conſtet, eũ quamplurima ſtabilia poſſidere, ceſſat arbitriũ pro aſſecuratione iudicij, *vt in d. deciſ.326. in fi. part.1. in recent. & in d. Cuſentina Penſionis coram me.*

Et tamen placebat D.D vt quatenus creditores dicti q. Ioannis adeſſent, qui in præſentiarum inſtarent pro ſatisfactione eorum crediti, & vrgerent, & non adſint alia bona hæreditaria, ſuper quibus dicti creditores valeant ſatisfieri, eo caſu pecuniæ modo reſtituendæ per D. D. de Neriis eidem D. Mutio hæredi d. Ioannis pro purgatione ſpolij ſoluerentur per d. D. Mutium eiſdem creditoribus facta mentione, quod de pecuniis per d.d. D. D. d. Neriis ſibi reſtitutis pro purgatione d. ſpolij d. ſolutio fieret.

Et ita, &c.

EMINENTISS. D. CARD. PAMPHILIO.

Spoletana Prædij Lunæ
9. Decembris 1619.

SVMMARIA.

1 A.C. *In prima inſtantia in cauſa ordinaria inter forenſes, præſertim parte opponente, non eſt Iudex competens, & conſequenter ſubhaſtatio in vim illius mandati eſt nulla.*
2 *Pupillus habet priuilegium trahendi aduerſarium ad Curiam.*
3 *Intellige, ſi tamen d. priuilegio vtatur, hocque deducat ad* A.C. *notitiam, vt ſit certus de ſua iuriſdictione, aliàs ſecus.*
4 *Intellige ſecundò, ſi cauſa fuerit introducta per ipſum pupillum, vel eius legitimum procuratorem, aliàs ſecus; ita vt non ſufficiat mandatum ſubſecutum poſt pubertatem, vel ratificatio non conſtito de ſcientia omnium geſtorum, & narratorum.*
5 *Ratificatio non poteſt fieri niſi intra tempus, intra quod actus ratificandus fieri potuiſſet, nec facta retrotrahitur.*
6 *Lis in præiudicium acto is introducta dicitur à die decreti monitorij, ſed in præiudicium rei à die illius executionis.*
7 *Pupillus factus adultus poſt litem cœptam non amittit priuilegium* l. vnic. C. quand. Imper. int. pupill. & vid.
8 *Cauſa dicitur diuerſa ſtante diuerſitate perſonarum, rei & actionis.*

Deciſio XLIX.

DOmini cenſuerunt; † ſubhaſtationem 1
fuiſſe nullam, quia A.C. qui tulit ſententiam, cuius vigore illa emanauit, in prima inſtantia inter forenſes præſertim parte opponente, Iudex competens dici non poteſt, iuxta *l. nemo, C. de iuriſd. omn. Iudic. & § ſit ſibi quoque. Auth. de mandat. Princip. cum aliis adductis per Couar. pract. quæſt. capit.6. in princ. & fuit dictum in cauſa Romana Nullitatis Ceſſionis 12. Ianuary 1618. coram R.P.D. meo Remboldo.*

Nec obſtat, quod inter filios Themiſtij, pro quibus lata fuit ſententia, adeſſet Franciſcus
pupillus, † qui potuit trahere Vecchiectum ad 2
Curiam ex priuilegio *l. vnic. C. quand. Imper. int. pupill. & vid.*
Quia, † vltra quod non conſtat, quod hoc in 3
monitorio expreſſum, vel aliter ad notitiam Iudicis deductum fuerit, prout requirebatur ad effectum, vt eſſet certus de ſua iuriſdictione, & con-

Digitized by Google

& conſequenter valide procedere potuerit. *Bartol. in l. multum n. 2. ff. de condit. & demonſtr. Vant. de nullit. ex defect. iuriſd. ord. n. nu. 53. & nu. 167. & fuit dictum in cauſa Segobricen. Tranſlationis Penſionis 11. Decembris 1587. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio,* placuit etiam reſponſio, quod, licet monitorium in hac cauſa decretum fuerit per plures dies ante pubertatem Franciſci, vt in deciſione 30. Martij 1615. ex libro Baptiſmi, & ex ipſo
4 monitorio deductum fuit, † ex quo tamen id factum fuit per aſſertum procuratorem, de cuius mandato non conſtabat, lis quoad eos per illud introducta dici non poteſt, *Caſſad. deciſ. 40. ſuper regul. Creſcent. deciſ. 15. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Caputaq. deciſ. 14. n. 2. part. 3.*

Nec ſuffragari viſum fuit ad iſtum effectum mandatum poſtmodum die 3. Martij 1603. à Curatore d. aſſerto procuratori datum.

Quia iam tunc Franciſcus erat factus pubes, & minus poteſt dici, quod dicti filij, antequam Franciſcus pupillaritatem exierit, aliter monitorium præfatum ratificauerint.

Quia non conſtat, quod de eo cum omnibus in eo contentis ſcientiam habuerint, prout requiritur, *Ayn. conſ. 197. n. 14. Surd. conſ. 28 nu. 118. & tenuit. Rota coram me in cauſa Bononien. Bonorum 20. Iunij 1605.* & in his terminis *Lancellot. de attent. lit. pend. cap. 4. in præfat. num. 66. & ſequentibus.* Et ratificatio poſt pubertatem, quatenus de ea conſtaret, non ſuffragaretur ad iſtum effectum,
5 quia † illa non poteſt fieri, niſi intra tempus, intra quod actus, qui debet ratificari, fieri potuiſſet, *l. bonorum ff. rem. rat. hab. Corn. conſ. 292. n. 2. in fi. lib. 3. Ayn. conſ. 5. nu. 17. & conſ. 171. numero 19. verſ. præterea. Alexand. conſil. 78. numero 22. lib.* vbi quod ratificatio aliter facta retrotrahi non poteſt. *Dec. in l. ſemper qui non prohibetur, numero 13. ff. de reg. iur.*

Præterea pro reſponſione ponderatum fuit,
6 quod † licet in præiudicium dictorum filiorũ poſſet dici introducta lis à die decreti monitorij, cum tamen in iſto caſu agatur de ipſorum fauore, & de præiudicio partis, lis introducta dici non poteſt, niſi à die illius exequutionis, ſeu reproductionis, quæ fuit 11. Aprilis 1603. ſicque poſt completam pupillaritatem Franciſci, iuxta *clem. fin. cum ibi not. vt lit. pend. & tenuit Rot. deciſ. 4. in fi. eod. tit. in antiq. & in cauſa Conchen. Exequutionis 23. Martij 1599. coram bon. mem. Orano, & in cauſa Braccharen. Beneficij 3. Martij 1603. coram Illuſtriſſimo D. Card. Bononien.*

7 Et ex his ceſſat, quod † pupillus factus adultus poſt litem cœptam non amittat beneficium *d. leg. vnic. Codic. quand. Imperat. int. pupill. & vid. vt per Theſaur. deciſ. 177. num. 4. & poſt alios relatos per Menochium de arbitrar. Iud. in addit. ad caſ. 66. numero 36.*

Quia, vt patet ex prædictis, lis non fuit cœpta durante pupillari ætate, ideo concluſio non applicatur.

Neque obſtat, quod ſecundo loco principaliter dicebatur, quod ſcilicet, cum Pannonius egerit coram A. C. pro fructibus cenſus contra Vecchiectum, filij Themiſtij agere potuerint coram eodem Iudice pro liberatione à fideiuſſione in dicto cenſu contra Vecchiectum, qui ab Annibale mediante d. cenſus accollatione cauſam habuit.

Quia † iſta cauſa ſuper liberatione viſa fuit 8
diuerſa ab altera, in qua agebatur vigore obligationis Cameralis, & pro fructibus cenſus, ſtante diuerſitate perſonarum, rei, & actionis, *vt per Aff. deciſ. 354. n. 13. Lancell. de attent. lit. pendent. cap. 4. limit. 2. n. 6. & pluribus ſeq.*

Et ita, &c.

PIROVANO.

Firmana ſeu Maceraten Dotis Veneris 27 Martij 1620.

SVMMARIA.

1 *Hæres cum beneficio inuentarij non tenetur reddere rationem de actu ſubhaſtationis, & deliberationis, an Iudex ritè, & rectè proceſſerit, nec de pretio, & nu. ſeqq.*

2 *Præſumitur in dubio pro ſententia adiudicationis.*

3 *Iudex exequens tenetur vendere rem præſenti pecunia, eamque in cauſam iudicati conuertere.*

4 *Intentionis ſuæ fundamentum vnuſquiſque probare tenetur, ſiue ſit actor, ſiue reus.*

5 *Hæres cum beneficio inuentarij an teneatur reddere rationem de fructibus perceptis, & n. ſeqq.*

6 *Hæres poſt aditam hæreditatem facit fructus perceptos ſuos.*

7 *Obligatio generalis teſtatoris non comprehendit bona hæredis.*

8 *Fructus ex re hæreditaria percepti non dicuntur hæreditarij.*

9 *Fructuum ad acquiſitionem ſufficit bona fides.*

10 *Fructus percepti veniunt in reſtitutione, quando fuit actum iure actionis propter dominium rei, quod ipſo iure tranſiuit in actorem.*

11 *Hæredi non debetur lucrum, quouſque creditoribus non fuerit ſatisfactum.*

12 *Agens contra hæredem pro redditione penſionum domus debet probare locationem, cum non ſit res ex ſui natura fructifera.*

13 *Fructuum perceptio præſumitur ex poſſeſſione reſpectu rei ex ſui natura fructifera.*

14 *Summa taxatio ad eam rationem eſt facienda, in qua plures teſtes concordant.*

Deciſio L.

VIſum fuit Dominis, coadiuuandam eſſe probationem valoris inſtrumenti, in reliquis vero ſtandum eſſe in deciſis.

Nam, quamuis multa pro parte Sinibaldĩ contra deciſiones opponerentur; tam reſpectu conſumptionis bonorum pro ſatisfaciendis creditoribus hæreditariis, quam liquidationis fructuum perceptorum per Catherinam; attamen omnia concludenti reſponſione viſa ſunt poſſe euitari.

Et ad primũ reſpectu conſumptionis bonorum, dũ dicebatur, quod domus magna deſcripta in Inuentario fuerit ſubhaſtata Alroitis pro ſcutis quinque millibus, ſed non propterea cõſter, quod ipſi eſſent creditores, & fuerint ſatisfacti de tota illa ſumma, & vlterius teneatur ad reddendam rationem penſionum dictæ

domus decurſarum à die obitus Ciccotti, qui
contigit de anno 1592. vſque ad diem ſubha-
ſtationis ſequutæ de anno 1600.
1 Reſponſum fuit, quod † de actu ſubhaſta-
tionis, & deliberationis domus non tenetur
hæres cum beneficio inuentarij aliquam red-
dere rationem, nunquid ritè, aut rectè Iudex
2 proceſſerit, quia † pro ſententia adiudicationis
in dubio præſumitur, *l.2.C.de offic.ciuil.Iud.Alciat.*
de præſumpt.reg.3.præſumpt.15.Menoch.eod.tit.præſump.
67.lib.2.Surd.conſ.39.num.7.lib.1. & reſpectu pretij
conſumpti concurrit ſimilis prçſumptio, quod
ad manus hæredis non peruenerit pecunia,
3 quia † Iudex exequens tenetur vendere rem
præſenti pecuniā, & in cauſam iudicati con-
uertere, nec poteſt habere fidem de pretio, *Bart.*
in l.à Diuo Pio, §.ſed ſi emptor, in princ.vbi etiam Iaſ.n.
1.& 5. Ideo, an aliquid ſupererit, & ad manus
hæredis peruenerit, hoc eſt de intentione par-
4 tis, † quam tenetur fundare, ſiue ſit actor, ſiue
reus, *l.nimis graue, C.de teſtib.l.qui accuſare, C.de eden.*
5 *l.verius, ff.de prob.* † neque eſt agendum de red-
denda ratione exactarum penſionum domus
pro tempore intermedio, *vt per Guidop.de confect.*
inuent.n.17.tom.8.part.2.Phanut.eodem tract.part.3.nu.
35.Ladere.conſ.8.n.1.Peregr.de fideic.art.49.n.77.
Quia eorum opinio non eſt tuta, dum pu-
6 gnat contra communes regulas, vt ſcilicet †
hæres fructus ſuos faciat poſt aditam hæredi-
tatem vti de re propria perceptos, *l.in fideicom-*
miſſariam.in princip.l.ſi mulier, §.ſi hæres, & in l.po-
ſtulante, §.ſed huiuſmodi. & l.deducta, §.qui poſt. ff.ad
7 *Trebell. Pereg.de fideicom.art.49.nu.20.* & ex alio, †
quod in generali oblatione teſtatoris non ve-
8 niunt bona hæredis, & † fructus ex re hæredi-
taria percepti non dicuntur hæreditarij, *l.quod*
his verbis.in princ.ff.de leg.2. Surd conſ.128.n.27.& dec.
97.n.6. vbi dicit, ita fuiſſe determinatum in Se-
natu Mantuano. Demum fructus ab hærede
ante litem motam percepti fuerunt, illos poſ-
9 ſidendo pro hærede, & bona fide, † quæ ſuffi-
cit ad acquiſitionem fructuum, *Bald.in repet. l.*
Celſus, nu.18. ff.vſucap. Couar.lib.1.var.reſol.cap.3.nu.8.
Oſaſc.dec.160.n.9.& 11.& Guidop. allegatus pro ſua
opinione adducit, *l.item veniunt, §.non ſolum, ff.de*
pet.hæred. quæ loquitur, quando agitur iure a-
ctionis propter dominium rei, quod ipſo iure
10 tranſiuit in agentem, & † ex tunc veniunt etiā
fructus ex poſt percepti in reſtitutione, *vt per*
gloſ.in d.§.non ſolum. & latè declarat Surd. dec.25.per
tot. & hic non eſt caſus noſter. Phanutius verò
11 mouetur ratione, quod † hæredi non debeatur
lucrum, quouſque creditoribus non fuerit ſa-
tisfactum, quæ non concludit, ex quo percipit
ex re ſua, non autem de re creditorum, vt iam
dictum eſt; auctoritates vero adductæ loquun-
tur de fructibus ſatis, vel de conceptis ante, &
perceptis, vel natis poſt aditam hæreditatem,
vt videre licet *ex Angel.in l.fin. §.ſin autem dubius,*
n.2.& Alex.ead.leg.in princ.n.2.C.de iur.delib.Guliem.
de Bened.in cap.Raynutius, in verb.mortuo teſtatore, il
primo nu.401. Laderius damnat rationes Phanu-
tij, ſed neque ipſe adducit meliores Peregrinus
reliquit cogitandam.
Rurſus non probatur, quod iſta domus fue-
12 rit locata, † prout neceſſarium eſt ad agendum
contra hæredem pro redditione, ex quo non
agitur de re ex ſe fructifera, † pro qua militat 13
præſumptio legis, poſſediſti, ergo fructus per-
cepiſti, *l.Iulianus, §.ex vendito, ff.de act.empt. Natt.*
conſ.384.n.2. cum aliis allegatis in prima deciſione huius
cauſæ.

Ad ſecundum principale obiectum, quod ſcilicet non conſtet de exitu domuncularum domui magnæ contiguarum, fuit reſponſum, prout in ſecunda deciſione, cum qua Domini tranſierunt.

Ad tertium obiectum, quod in hæreditate probetur adeſſe magazzenum, de cuius diſtractione non doceatur pro ſatisfactione creditorum, dictum fuit ſubhaſtatum eſſe vna cum molendino olei, & quamuis in ſententia non nominetur magazzenum, ſed domus cum molendino, tamen ex Inuentario apparet, quod cum eodem molendino non aderat alia domus vltra magazzenum.

In ſecunda vero parte reſpectu liquidationis fructuum dictum fuit taxationem ad rationem ſex pro quolibet rubro non eſſe exceſ-
ſiuam, quia, & ſi vnus teſtis, qui fuit colonus,
deponat de quinque cum dimidio, & ſex ad
ſummum, tamen habet alios contradicentes
de maiori ſumma, nempe de 7.8.& 9. † quibus 14
magis inhærendum eſt, ſaltem ad conſtituendam ſummam rubrorum ſex, in qua omnes concordant.

Neque obſtat, quod prædium non ſit capax ſeminis rubrorum 20. ſed dumtaxat decem, & octo cum dimidio, vt deponunt teſtes nouiter examinati, & vlterius quantitas ſeminis ſit deducenda ad rationem rubrorum nouem quolibet anno.

Quia, ex quo pro parte Iulij Cæſaris, ſuppoſita etiam prædicta deductione, præſupponitur creditum ſuperabundare, viſum fuit, non egere vlteriori reſponſione.

Remanent onera deducenda, pro quorum probatione in alia deciſione dictum fuerat, neceſſarias eſſe quietantias per ſcripturam, nec ſufficere per teſtes, & pro Cameralibus nunc detur inſtrumentum generalis quietantiæ factum per concilium generale, quod ſufficit, quatenus bona ſint eadē in cataſtro deſcripta.

Pro aliis vero oneribus non dantur quietantiæ, & teſtes non ſufficiunt per rationes in ſecunda deciſione allegatas, vt ſcilicet dominus poſſit ſe defendere, ſi quando præteritæ contributiones petantur ab eo.

Et ita fuit reſolutum, &c.

MANZANEDO.

Forolivien. Ceſſionis Cenſus Veneris 29. Maij 1626.

SVMMARIA.

1 *Ceſſionario, qui promiſſus fuit cenſus ceſſus exigibilis, ſi bona ſic promittentis ſint ab anterioribus creditoribus occupata, competit contra eum actio pro eius damno, & intereſſe.*

2 Excuſſio

2 *Excuſſio contra aliquem quando facta, & nume-ro 3.*

3 *Ceſſionario habenti promiſſionem exigibilitatis ad effectum redeundi contra cedentem ſufficit oſtendere, bona debitoris ceſſi eſſe intricata, ita vt de facili extricari poſſint.*

4 *Ceſſionarius antequam ſe vertat contra cedentem an teneatur facere diligentias contra tertios poſſeſſores bonorum debitoris ceſſi.*

5 *Actio perſonalis non datur contra tertios poſſeſſores.*

6 *Inuentarium non afficit non citatos.*

7 *Citatio in confectione inuentarij ſufficit per proclama contra omnes intereſſe putantes reſpectu creditoris tunc incerti.*

Deciſio L I.

DE anno 1604. D. Laura Oliua cum conſenſu Rainaldi eius mariti vendidit quoddam Prædium dotale pro pretio ſcutorum 520. Andreæ, & Paulo Emilio fratribus de Ceris, qui ad computum d. pretij ceſſerunt eidem Lauræ cenſum ſcutorum 500. in ſorte contra bo. mem. Andream Fachineum, quem cenſum, & legitimum debitorem d. cenſus nec non exigibilem manutenere promiſerunt, vt legitur in ſummario Iulij numero 1.

Defuncto d. Andrea Fachineo debitore d. cenſus, cum Iulius Oliua tanquam frater, & hæres d. Lauræ, nec non ceſſionarius Rainaldi eius mariti non poſſet conſequi fructus d. cenſus ab hæredibus d. Fachinei, mouit iudicium in partibus de anno 1610. coram Locumtenente Generali Prouinciæ Romandiolæ ſuper indicatione bonorum, in quibus poſſet fieri executio, inſtando alias ad reſtitutionem ſortis principalis, & ſolutionem fructuum contra dd. de Ceris, & D. Locumtenens ſententiam abſolutoriam ad fauorem iſtorum de Ceris tulit, à qua in gradu appellationis introducta cauſa coram A C fuit à R.P.D. Virili tunc locumtenente pronunciatum, & declaratum, eoſdem de Ceris teneri, ne dum ad ſolutionem fructuũ cenſus, ſed & ad reſtitutionem ſortis principalis. Vnde, cum hodie pro parte Iulij prætenderetur, d. ſententiam ob non interpoſitam appellationem, ſeu eius non legitimam proſecutionem tranſitum feciſſe in iudicatum, cauſa mihi commiſſa, dubium in Rota propoſui, & Domini affirmatiue reſponderunt; nempe conſtare de re iudicata, &c.

Quantum vero ad iuſtitiam d. ſententiæ, in qua condemnantur dd. de Ceris ad ſoluendum Iulio ſcuta 500. pro ſorte principali, & ſcuta 239. pro fructibus decurſis, & non ſolutis, à D. Fachineo debitore ceſſo, minus pariter Domini dubitarunt, quia, cum conſtet dd. de Ceris ceſſiſſe d. cenſum Lauræ, cuius Iulius eſt hæres, cum promiſſione, quod erat exigibilis, & vlterius conſtet, cenſum non eſſe talem, ſed inexigibilem, ex quo bona d. Fachinei fuerunt ab aliis creditoribus anterioribus occupata, vt in ſummario Iulij numero 12. bene † competebat
1 actio Iulio contra dd. cedentes pro eius damno & intereſſe, *iuxta trad. per Dec. conſil. 102. poſt princ. verſ. ad tollen. & melius per Eugen. conſ. 73. nu. 9. & ſeqq. lib. 1.*

Non obſtat, quod prius debuiſſet fieri excuſſio contra hæreditatem Fachinei debitoris cenſus; Quia Iulius id fecit, &c, † cum conſtet, plu- 2
ra intentaſſe remedia contra illius hæreditatẽ, prout apparet ex ſequeſtris, & mandatis executionis per ipſum obtentis, nihilq; vnquam conſequi potuiſſe, fruſtratoria erat prædicta excuſſio: maximè quia † ſufficit ceſſionario 3
oſtendere, quod bona debitoris ceſſi ſint intricata, ita vt de facili extricari non poſſint, tunc enim talia bona habentur, ac ſi non adeſſent, nec propterea ceſſionarius illa excutere tenetur, *Rot. Ianuen. deciſ. 156. n. 7. & 8. Scacc. de commerc. §. 2. gloſ. 5. fol. 556. nu. 268.*

Minus obſtat, quod idem Iulius potuiſſet agere pro conſecutione ſui crediti contra alios creditores poſteriores ſatisfactos de bonis d. hæreditatis; Quia, vltra quod potius conſtat, creditores præfatos eſſe anteriores d. cenſui, & ſignanter vxorem d. Fachinei pro credito ſuæ dotis, Aduertebant Domini quod in promiſſione facta per dd. de Ceris fuit conſiderata actio perſonalis, videlicet caſu, quo d. Fachineus non eſſet exigibilis, Vnde † non potuit Iulius 4
agere contra dd. creditores tanquam tertios poſſeſſores, † contra quos non datur actio per- 5
ſonalis, *Ruin. conſ. 87. n. 1. lib. 4. Guidop. deciſ. 576. Rot. apud Seraph. dec. 168. & dec. 509. n. 1.*

Demum non obſtat, quod in confectione inuentarij bonorum d. Fachinei dd. de Ceris citati non fuerint, & † ſic inuentarium illos non 6
afficiat, neque probet, hæreditatem d. Fachinei non eſſe ſoluendo, in eorum præiudicium; Quia fuit reſponſum, quod, † cum tunc temporis 7
non eſſent dd. de Ceris creditores certi, fuit ſufficiens citatio facta per proclama contra omnes intereſſe putantes, *Iaſ. in l. fin. nu. 3. verſ. & ſi creditores, C. de inuent. Fanut. de inuent. part. 3. num. 12. Menoch. conſ. 89. n. 139. lib. 1.*

Et ita deciſum, &c.

COCCINO.

Ariminen. Dotis Lunæ
11. *Maij* 1620.

SVMMARIA.

1 *Manutentionem petens tenetur probare poſſeſſionem, & ſi paſſus fuerit iudicialem adiudicationem nullam, tenetur nullitatem quoque probare.*

2 *Spoliatus à iudice nulliter dicitur retinere poſſeſſionem ciuilem.*

3 *Poſſidenti ciuiliter competit manutentio pro recuperatione naturalis.*

4 *Poſſeſſio inſtrumentalis ſuffragatur, quando habuit effectum.*

5 *Coloni eiectio non eſt neceſſaria ad acquirendam poſſeſſionem, ſed ſatis eſt, quod illam colonus ſponte tradat.*

6 *Recognoſcens, ſe tenere pro alio, dicitur pro eo poſſidere.*

7 *Subhaſtatio facta cum mandato relaxato non citato poſſeſſore nulla eſt.*

8 *Negatiua, quod aliquis non fuerit citatus, probatur ex reuolutione proceſſus.*

Digitized by Google

9 *Statuti forma circa ſubhaſtationem ſeruanda eſt, etiam quod exorbitet à iure.*
10 *Statuti forma magis attenditur, quam ratio.*
11 *Mulieribus prohibitum eſt fideiubere.*
12 *Fideiuſſio facta per mulierem eſt nulla.*
13 *Mandatum in vim obligationis nullæ, ſubhaſtatio, & alia inde ſequuta nulla pariter ſunt.*
14 *Iuramentum validat contractum.*
15 *Iuramentum non validat contractum exiſtente ſtatuto, quod cenſeatur dolo extortus, & an hoc procedat in ſtatuto locali, n.16.*
17 *Ablatiuus abſolutus denotat formam.*
18 *Licentia cum conditione dat eſſe rei.*
19 *Et conditione non impleta perinde eſt, ac ſi non fuiſſet obtenta.*
20 *Statutum diſponens de ſubdito non habet locum in ſubdito ad tempus, vel ſecundum quid.*

Deciſio LII.

CLara petebat manutentionem in domo,
de qua agitur, vnde duo tenebatur pro-
1 bare. Primo ſcilicet poſſeſſionem ſuam, quia †
alias non datur manutentio, *§.hodie.inſtit. de in-*
terd Secundò, quod à Iudice nulliter fuerit ſpo-
2 liata, quia † tunc retinet ciuilem poſſeſſionem,
3 *Aym.conſ.8.nu.8. Caputaq.dec.167.lib.3.* † ex qua de-
betur manutentio pro recuperatione natura-
lis, *Bart. in l.1. §.interdictum, ff.vti poſſid. Caſtr.conſ.*
224.n.1.lib.2 Put.dec.409.n.2.lib.2. in nou.

Quantum attinet ad primum, inter alia do-
mus, de qua agitur, fuit adiudicata Claræ per
4 Iudicem, & per Executorem data poſſeſſio, †
quæ quidem poſſeſſio licet fuerit inſtrumen-
talis, tamen, cum per Vigerium fuerit poſtea a-
ctum contra Claram, apparet, effectum habuiſ-
5 ſe; † Non enim neceſſe eſt, quod conductor eij-
ciatur, ſed ſufficit, quod poſſeſſionem ſponte
tradat, *Ang.in l.peregre, §.quibus. vbi Caſtr. n.5. in fin.*
Alex.nu.3.qui dicunt communem, ff.de acq.poſſ.& magis
communem dicit Abb.in c.olim, num.11. de reſtit.ſpoliat.
6 nam, † qui recognoſcit, ſe tenere pro alio, dici-
tur pro eo poſſidere, *l.quod meo, ff.de acq.poſſ.*

7 Quantum attinet ad ſecundum, ſatis appa-
ret, Iudicem nulliter proceſſiſſe, ex quo domus
fuit ſubhaſtata vigore mandati relaxati ab A.
C.non citata ipſa Clara contra *text. in l.de vno-*
8 *quoque, ff.de re iudic.l.4. C.de diſtr.pignor.* † quæ qui-
dem negatiua ſatis probatur ex reuolutione
proceſſus ſubhaſtationis in Rota producti, *l.*
vlt.vbi Bald.C.de reb.cred.

Vlterius non fuit ſeruata forma Statuti Sa-
uignani, in quo diſponitur, quod capto pigno-
re ad inſtantiam creditoris præcipiatur debi-
tori, quod infra 20.dies luat pignus, niſi aliter
fuerit conuentum, quibus terminis elapſis li-
ceat creditori per viam ſubhaſtationis vende-
9 re; † quæ quidem forma tradita à ſtatuto erat
ſeruanda etiam, quod exorbitaret à iure com-
muni, *Bald.in l.ceſſante, n.11.C.quom.& quand.Iud.&*
in l.fi.§.ſi vero ff.de iur.delib. etiam abſq; eo, quod
10 quæratur de ratione, † quia magis attenditur
forma, quam ratio, *Bald. in l.1.ff.de lib. & poſthum.*
Felin.in c.cum dilecta, n.9.verſ.primum ſignũ de reſcr.

Inſuper dicebatur, quod Mulier fideiuſſit pro
11 Marito, † fideiuſſio autem mulieribus de iure
eſt prohibita, *l.1.& tot.tit. ff.& C.ad Senat. Conſult.*
Velleian. & præſertim pro Marito, *auth.ſi qua mu-*
lier. vbi Bald. nu.9. C.ad Velleian. & † propterea o- 12
bligatio fuit ipſo iure nulla, *Bart.in l.fin. nu.2. in*
princ.C.ad Velleian. Aret.in §.item, ſi in iudicio, n.15.verſ.
aut Mulier intercedit. Inſtitut.de except. Caſtr.conſ.41.n.
2.verſ.bene eſt verum. lib.1. Surd.dec.264. nu.12. verſ.&
non obſtat. Et ideo † mandatum, ſubhaſtatio, & 13
alia inde ſequuta videntur nulla *per text. in l.ſi*
non ſortem, §.ſi centum, ff.de cond.indeb.vbi Bart. nu.6.
Bald.& Caſtr.n.2.Imol.1.& 2. Tiraq. de retract. lignag.
§.23.gloſ.1.n.23.Rot.deciſ.630.n.3.part.2.in recent.

Hoc motiuum, licet alias de iure, in hac facti
ſpecie videbatur habere difficultatem, quia
Clara ſe obligauit cum iuramento, † quod va- 14
lidat contractum, *Bart.in l.ſi quis, n.11. verſ.& ideo*
ff.de fideiuſſ. & licet replicaretur, quod adeſt ſta-
tutum diſponens, † quod cenſeatur iuramen- 15
tum dolo extortum, vnde nihil videtur ope-
rari obligatio cum iuramento, *Bart.in l.omnes Po-*
puli n.24. & ſeqq.ff.de iuſt. & iur. cum aliis per Hond.
conſ.5.n.40. & ſeqq.lib.2. & ita eſt communis opi-
nio, quam infiniti ſequuntur *quos allegat Bertaz-*
zol.de clauſul.clauſ.7.gloſ.11.n.6. verſ.limitatur tamen;
Attamen, † cum hic verſemur in ſtatuto laica- 16
li, vidẽdum eſt, An hæc communis opinio pro-
cedat in Statuto laicali, quia expreſſe contra-
rium dicit *Bero.in conſ.176. nu.59. lib.1.* ea ratione
motus, quia Statutum laicorum non poteſt in-
fringere iuramenti vires, neq; indirecte, & alle-
gat *Imol. in cap.cum contingat. in 3.membro principali,*
de iur.iur. Anchar.in c.quamuis de pact. in 6. Federic. de
Sen.conſ 112.& alios plures, & hoc etiam ſentit Bertaz-
zol. vbi ſupra, dum aduertit, quod *Romanus* lo-
quitur de Statuto confirmato à Papa, prout in
eodem Statuto loquitur *Hondedeus.*

Tandem dicebatur, quod adeſt Statutum
prohibens, Mulieres ſe obligari non poſſe ſine
licentia Sereniſſimi Ducis Vrbini, in cuius Di-
tione fuit factus contractus, qui dedit licentiam
mulieri ſe obligandi vocatis proximioribus,
† qui ablatiuus abſolutus denotat formam, *l.à* 17
teſtatore, ff.de cond.& demonſtr. Pariſ.conſ.41. n.14.lib.
4.Caputaq.150.nu.1 part.1. & ideo non poterat vo-
cari extraneus ſub prætextu, quod non adeſ-
ſent conſanguinei, ſed erat de nouo recurren-
dum ad ſuam Celſitudinem, cum † licentia cũ 18
illa conditione det eſſe rei, *l.mulieres, §.res abeſſe,*
ff.de verb.ſignif. Oldrad.conſ 304.nu.2. Anchar.conſ.36.
nu.3.& ſeqq.Bald.conſil.146.n.1. verſ.& circa omnium,
lib.2. quare † perinde eſt, ac ſi dicta licentia non 19
fuiſſet obtenta, *c.cum dilecta. vbi DD.de reſcr. Abb.*
conſ.41.nu.3. lib.1. Gozad.conſ.62. num.2. Seraph.deciſ.
327.num.6.

Cæterum hoc motiuum patiebatur duas
difficultates; Prima eſt, an dictum Statutũ poſ-
ſit tollere iuramentum, quia, ſi nõ poteſt tolle-
re, non obſtat Statutũ, cum obligatio facta ſit
cum iuramẽto. Secunda difficultas eſt, An, qua-
tenus Statutum poſſit tollere iuramentũ, com-
prehendat iſtam mulierem, cum Statutum lo-
quatur de mulieribus Ditioni noſtrę ſubiectis,
& ſic Sereniſſimo Duci; quia cum iſta mulier
eſſet in illa Ditione cum Marito bãnito à Statu
Eccleſiaſtico, non videbatur comprehenſa in
dicto Statuto; † Statutum enim diſponens de 20
ſubdito non habet locum in eo, qui eſt ſubditus
ad tẽpus, vel ſecundum quid, *Caſtr. conſ.44. n.4.*
verſ.

Digitized by Google

verſ. item non obſtat. lib. 1. Alex. conſ. 178. nu. 4. lib. 4. Dec. conſ. 492. n. 11. Goz. ad. conſ. 79. n. 13. & 14. Et reſpondebatur tamen, quod iſta mulier erat originaria ex Statu Sereniſſimi Ducis, & quod etiam per tempus conſiderabile fuerat in dicto Dominio. Quæ, ſi opus erit, potuerunt alias diſcuti. Et ita, &c.

REMBOLDO.

Albanen. Bonorum Lunæ 15. Martij 1621.

SVMMARIA.

1 *Læſio vltra dimidiũ probanda eſt, vt in re ſubhaſtata locus ſit remedio* l. 2. C. de reſcind. vendit.

2 *Æſtimatio fieri, & referri debet ſecundum communem æſtimationem.*

3 *Valor rei diminuitur ex onere annuæ præſtationis, & ex illius emptione ſinè cautione de euictione.*

4 *Valor rei ſubhaſtatæ probari debet ſecundum tempus ſubhaſtationis.*

5 *Valor per inſpectionem peritorum non poteſt probari niſi ſecundum tempus inſpectionis, non autem ſecundum tempus ſubhaſtationis.*

6 *Periti ad æſtimandam rem ſecundum tempus antiquum debent induci tanquam teſtes ad formiter probandum, non autem per ſolam inſpectionem.*

7 *Peritorum ad iudicium non recurritur, niſi in ſubſidium.*

Deciſio LIII.

DOmini reſponderunt pro informante, quod ſententia, qua fuit pronunciatum, emptionem, ſeu deliberationem domus, de qua agitur, *ex remed. l. 2. Cod. de reſcind. vendit.* reſcindendam, eſſe infirmandam, quia in actis
1 non conſtat de læſione vltra dimidiam, † quæ, vt dicto remedio locus eſſe poſſit, requiritur, *Gabr. de empt. & vend. concl. 1. n. 1.* cum allegatis, & in terminis ſubhaſtationis fuit dictum *in vna Spoletana Prædij 27. Iunij 1614. coram R. P. D. meo Pamphilio, quæ eſt dec. 648. n. 5. part. 1. in recent.*

Neque enim dicta læſio dici poteſt probata ex relatione duorum peritorum electorum in aliorum diſcordia, Tum quia dicti periti non retulerunt ſecundum communem æſti-
2 mationem, † prout erat neceſſe, *Bart. in l. pretia rerum, §. 1. ſub nu. 2. & ibi Alex. nu. 11. ff. ad leg. falcid. Card. Seraph. dec. 130. n. 1. & ſeq. & dec. 1377. nu. 2. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 20. nu. 4. & fuit dictum in Tiburtina Caſtri S. Poli coram bon. mem. Litta, quæ eſt dec. 20. par. 2. ſub n. 5. in recent.* nec habuerunt rationem in æſtimatione oneris annuæ præſtationis, & quod dicta domus fuerit empta ſi-
3 ne cautione de euictione, † quæ vtique dictæ domus valorem diminuunt, *Surd. conſ. 451. nu. 36. Cardin. Mantic. loc. cit. nu. 38. cum aliis adductis in vna Romana fideiuſſionis 13. Martij 1617. coram bon. mem. Andrea, & in Bononien. Affrancationis 20. Nouembris 1620. coram R. P. D. meo Dunozetto.*

Tum & multo magis, quia, cum ſubhaſta-
4 tio facta ſit de anno 1608. † atque ita valor dictæ domus de dicto tempore probari debuiſſet, *l. ſi voluntate, & ibi Doct. C. de reſcind. vend. Cephal. conſ. 563. nu. 48. Aym. conſ. 114. nu. 16. Menoch. conſil. 358. nu. 13. Caputaq. 264. nu. 4. part. 3.* non poterat dicta probatio fieri à peritis anno 1615. per dictæ domus inſpectionem, quia † mediante dicta 5
inſpectione poterat quidem colligi valor domus, qui erat tempore inſpectionis, non autem ille, qui erat tempore ſubhaſtationis, vt *fuit in puncto formatum in d. Bononien. Affrancationis coram R. P. D. meo Dunozetto,* in qua etiam dictum fuit, quod, quatenus prætenderetur, quod periti fuerint informati de ſtatu antiquo rei, quodque iuxta illum ſtatum rem ipſam æſtimauerint, † non eſſet tamen in hoc relationi 6
dd. peritorum ſtandum, ſed quod eo caſu dicti periti inducendi erant tanquam teſtes ad probandum formiter dictum ſtatum antiquum, quia † ad iudicium peritorum non re- 7
curritur niſi in ſubſidium, & vbi aliæ probationes haberi non poſſunt, *Verall. deciſ. 65. incip. ad electionem lib. 1. in manuſcript.*

Et ita, &c.

CARDINALI VEROSPIO SENIORE.

Spoletana Prædij Veneris 28 Maij 1621.

SVMMARIA.

1 *A. C. in prima inſtantia in cauſa ordinaria inter forenſes non eſt Iudex competens, & ideo ſubhaſtatio facta in vim illius mandati nulla eſt, & num. 3.*

2 *Promiſſio liberationis à fideiuſſione an contineatur ſub obligatione de conſeruando indemnem.*

4 *Verba in monitorio, iuxta formam ſtatutorum, illud ad ſtatutum coarctant.*

5 *Renunciare quis iuri ſuo non præſumitur.*

6 *Extenſio in contractibus de perſona ad perſonam non datur.*

7 *Subintratio in locum, & obligationem alterius quoad vnum, quoad alia operari non debet.*

Deciſio LIV.

DE Rotæ mandato in iſta cauſa dubitaui ſuper deciſis coram R. P. D. Pamphilio ſub die 9. Decembris 1619. à quibus hodie Domini non receſſerunt, denuò cenſentes, † nul- 1
lam fuiſſe ſubhaſtationem, cum A. C. in prima inſtantia, parte opponente Iudex non eſſet competens ex pluribus in deciſione allegatis.

Nec releuat † ſub obligatione de conſer- 2
uando fideiuſſorem indemnem promiſſionem liberationis à fideiuſſione contineri *ex Bald. in l. fin. §. cum antiquitus nu. 10. Cod. de vſur. rei iudic.* ex quo capitur in vim dictæ obligationis coram A. C. nunc agi potuiſſe. Contraria enim ſententia verior videtur, ſub dicta ſcilicet obligatione talem non venire liberationis promiſſionem, *vt per Doct. in l. ſi pro ea C. mand. &*

Digitized by Google

præcipuè Loſred.num.2. verſ. ſecundus caſus eſt, item Bald. num.16. verſ. nono quaro Salyc. num. 16. Ang. in prim. item Odofred.in l.facere poſſe. num.2.ff.ſol.matrim.Bertazz.clauſ.43.gloſ.3.num.2.in fin.Affl.dec.241. num.3. Molin. in tractat. de contr. illic. quæſt.31. ante num.249. Emanuel Rodriquez in explicat. Motus Proprij Pij V.ſuper cenſib.in cond.6.nu.2.Felician.de cenſib. tom.2. lib.3. cap.3. num.1. in fin.& ſeq.Roderic.de ann. reditib.lib.2.q.13.ſub n.18.

Et hanc opinionem ſequuta fuit *Rota in vna Romana Releuationis Indemnitatis 12. Maij 1603. coram Cardinali Pamphilio.* vltra quod *Bald. in alleg. l.fin.§.& cum antiquitus.C.de vſur.rei iudic.* de fideiuſſore loquitur, qui ſoluit, vel moleſtiam fuit paſſus, vel detruſus in carceres, quod caſui noſtro non applicatur, cum nullas hic fideiuſſor moleſtias receperit.

Præterea non fuit actum ad fideiuſſionis liberationem vigore promiſſionis indemnitatis; ſed in vim diſpoſitionis iuris communis,
3 nec non Vrbis, & Meuaniæ Statutorum, & † ſic dici non poteſt A.C. Iudicem competentem extitiſſe.

Quod autem in caſu noſtro fuerit actum vigore Statutorum ex verbis finalibus monitorij colligitur, ibi, Iuxta formam Statutorum
4 Vrbis, & Meuaniæ, † quæ verba Monitorium ad Statutum coarctant, *Surd.conſ.379. num.33. Seraph.dec.896.n.4.*

Quod etiam arguitur ex d. Meuaniæ Statuti productione, quæ fruſtratoria redderetur, ſi Pannonius in vim illius agere noluiſſet.

Nec valet dicere, ex inſtrumenti verbis probari, debitorem etiam Romæ conueniri potuiſſe, ibi, Et prædicta omnia vera fuiſſe, & eſſe, ac etiam confiteri, & obſeruare promittit in Ciuitatibus Fulginei, Aſſiſij, Peruſiæ, Meuaniæ, Romæ, & vbique locorum. Quia non inde renunciatum cenſetur primæ inſtantiæ fo-
5 ro, † cum quis iuri ſuo renunciare non præſumatur, *c. ſuper hoc de renunciat. Bald. in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. Decian.conſil.43.n.32.lib.2.* ſed intelligi ſolum debet, promiſiſſe debitum confiteri, nec non prædicta Romæ, & vbique legitimè conuentum obſeruare; &, quatenus etiam ille pro indemnitatis releuatione poſſet Romæ conueniri, dictum nihilominus pactum reſtrictum legitur ad expreſſa in inſtrumento, quod liberationis promiſſionem non continet *ex ſupra allegatis.*

Placuit etiam D. D. animaduertere, quod nulla ſit ad Themiſtij fauorem promiſſio releuationis indemnitatis facta per Veſpaſianum, ſed ſolum ad fauorem Annibalis, Vnde Themiſtius, vel eius hæredes contra Veſpaſianum
6 agere non poterant, cum † in contractibus extenſio de perſona ad perſonam non detur, *l. quidquid aſtringendæ. ff. de verb. oblig. Affl. deciſ.403. num.15.*

Nec releuat, ſubintraſſe Veſpaſianum cum eiſdem pactis, & conditionibus Annibalis locum; dicta enim Veſpaſiani ſubintratio fuit ſolum pro ſoluendo cenſu, vt ex eiuſdem obligatione colligitur, ibi, Pro ſoluendo cen-
7 ſu ſubintrauit, &c. Vnde † quoad alia operari non valet, *Surd.conſil.311.n.53.*

Et ita, &c.

REMBOLDO.

Maceraten ſeu Camerinen Bonorum
Lunæ 28. Iunij 1621.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de manutenendo datur conſtito de poſſeſſione de tempore motæ litis per aſſertionem aduerſarij in monitorio.*
2 *Confeſſio in precibus, ſeu libello præiudicat confitenti, & eius hæredibus, ac habentibus ab eo cauſam.*
3 *Qualitas occupatoris reijcitur à confeſſione poſſeſſionis aduerſarij.*
4 *Sententia in ſpolio priuat aduerſarium poſſeſſione.*
5 *Intellige, ſi ſententia ſit iuſta.*
6 *Poſſidens in vim ſubhaſtationis, & deliberationis non poteſt à Iudice poſſeſſione priuari, niſi docto de illius notoria iniuſtitia, vel nullitate.*
7 *Actis ſubhaſtationis, & deliberationis non tranſportatis, non poteſt de illius notoria iniuſtitia, vel nullitate conſtare.*
8 *Sententia in præiudicium ſubhaſtationis, illius actis non viſis, eſt iniuſta.*
9 *Manutentio non negatur ei, qui ſe pro ſpoliato non habuit.*
10 *Excipiens de nullitate iudicij tenetur illius acta tranſportare, & interim pro decreto præſumitur.*

Deciſio LV.

Domini dixerunt, † de Cruciis, & de Petro-Franciſcis dandum eſſe mandatum 1
de manutenendo in poſſeſſione prædij, & domus, de quibus agitur, quia de eorum poſſeſſione tempore motæ litis conſtat ex Monitorio A.C. per Catherinam obtento, in quo dicti de Cruciis, & de Petro-Franciſcis nominantur detentores, & occupatores d. prædij, & domus, † quæ confeſſio in precibus, ſeu libello 2
emanata non ſolum præiudicat confitenti, ſed etiam hæredibus, & omnibus ab eo cauſam habentibus, *l. cum precum. C. de l ber. cauſ. l.2. C. de inſtitut. & ſubſtit. Bart. in l. certum. §. ſi quis abſente. num.4. de confeſſ. Dec. in l. edita. nu.10. C. de eden. Soccin. ſen. conſ.244. n.11. lib.2.* & † qualitas occupatoris 3
reijcitur, *iuxta dec.802. par.1. diuer.*

Nec obſtat ſententia ab A.C. in iudicio ſpolij lata ad fauorem dictæ Catherinæ, † per 4
quam d. de Cruciis, & de Petro-Franciſcis fuerunt dicta eorum poſſeſſione priuati, quia, vt ſæpe fuit dictum, † obiectum procederet, ſi 5
dicta ſententia fuiſſet iuſta; Verum cum dicti de Cruciis, & de Petro-Franciſcis dicta bona poſſiderent vigore ſubhaſtationis, & deliberationis factæ ad inſtantiam illorum de Finis dictæ Catherinæ creditorum Leandro Honorato dictorum de Cruciis, & de Petro-Franciſcis auctore, atque ita præcedente Iudicis mandato, † non potuerunt dicta eorum poſ- 6
ſeſſione priuari non docto, quod dicta ſubhaſtatio,

Digitized by Google

haſtatio, & deliberatio eſſet notoriè iniuſta,
vel nulla. *Felin. in cap. dilectus, il primo, de reſcript.
Ruyn. conſ. 49. num. 11. lib. 4. Rot. deciſ. 53. num. 1. par. 2.
in recent.*

Nec obſtat, quatenus prætenderetur, di-
ctam ſubhaſtationem fuiſſe notoriè nullam, &
7 iniuſtam, quia ſufficit reſpondere, quod, †
cum acta d. ſubhaſtationis, & deliberationis
non fuerint coram A.C. tranſportata, non po-
terat ei de huiuſmodi notoria iniuſtitia, &
8 nullitate conſtare, &. cum per conſequens d.
A. C. ſententia vti lata non viſis actis ſubha-
9 ſtationis remaneat iniuſta, † non poteſt dictis
de Cruciis, & de Petro-Franciſcis qui ſe non
habuerunt pro ſpoliatis, denegari manuten-
tio, *Felin. in c. dilectus, il primo nu. 1. de reſcript. D. in
l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, ff. de acqu. poſſ.
Bald. conſ. 149 in fin. lib. 3.* & in terminis ſimilis
ſententiæ reintegratoriæ latæ ſub prætextu
nullitatis ſubhaſtationis *fuit dictum in Beneuen-
tana pretenſi ſpolij 10 Martij 1614. coram R.P.D. meo
10 Veroſpio*, vbi quod † excipiens de nullitate iu-
dicij tenetur tranſportare acta illius, & inte-
rim præſumitur pro Iudicis decreto, &c.

VBALDO SENIORE.

Fanen. Saluiani Lunæ 10. Ianuarij 1622.

SVMMARIA.

1 *Reſcriptum Signaturæ Gratiæ pro ſubhaſtandis bo-
nis ex ſaluiano captis.*
2 *Deciſiones in cauſa præcedentes in diſputatione al-
terius articuli ſunt ex ſtylo Rotæ præſupponendæ,
non obiter reuocandæ.*
3 *Hypotheca dicitur per mulierem amiſſa per conſen-
ſum, & mandatum viro datum ad vendendum,
præſertim venditione ſequuta. Declara vt nu. 4.
& 5.*
4 *Clauſula, Non aliter, aliàs, nec alio modo, indu-
cit formam præciſam, & adimit conſenſum ab
actu.*
5 *Conſenſu præſtito ſub conditione non impleta, nihil
actum cenſetur.*
6 *Saluiano agi poteſt ſtante hypotheca, & aliis requi-
ſitis.*
7 *Mulier propter adulterium amittit dotem, & do-
nationem propter nuptias.*
8 *Mulieres inhoneſtæ relinquere debent quintam
partem bonorum Monaſterio Conuertitarum.*
9 *Legatum ſub conditione relictum, ea non purifica-
ta, euaneſcit.*
10 *Melioramenta in ſaluiano ſunt habenda in conſide-
ratione ſi aliquo modo iuſtificentur, ſecus ſi de his
nihil conſtet in actis.*
11 *Fructuum perceptorum liquidatio expectari debet,
antequam in ſaluiano deueniatur ad ſubhaſtatio-
nem.*
12 *Liquidatio præcedere debet executionem.*

Deciſio LVI.

DOrothea obtenta in vim vtilis ſaluiani
immiſſione in poſſeſſionem prædij nun-
cupati *del famulato*, quia ex eius fructibus non
niſi longo temporis ſpatio ſibi ſatisfieri poſſe
putabat, impetrauit in Signatura gratiæ † re- 1
ſcriptum, vt præfixo breui, & peremptorio
termino Victoriæ aduerſariæ ad reluendum
prædium ſubhaſtaretur, & deliberaretur, qua
ſubhaſtatione ſequuta, cum Dorotheæ hæres
inſtaret pro deliberatione, plura pro illa eui-
tanda per hæredes Victoriæ opponebantur.
Vnde propoſito dubio, An eſſet dandum man-
datum de deliberando, Domini reſponderunt
reliquas oppoſitiones non obſtare vna exce-
pta, de qua infra.

Et in primis non exiſtimabant, eſſe atten-
dendas oppoſitiones, quæ alias excitatæ, &
ſublatæ remanent *in deciſionibus in cauſa factis,
tam coram Sanctiſſi no D. N. tunc Rotæ Auditore, quæ
ſunt deciſ. 324. & 377. par. 2. in recent.* in quibus fuit
canonizatum creditum Dorotheæ, & ſenten-
tia A. C. lata in Saluiano, quam *coram R. P. D.
meo Pamphilio 8. Martij 1613. & 15. Martij 1618 & 4.
Iulij euſdem anni*, quarum copiæ datæ fuerunt,
cum † in hac diſputatione illæ deciſiones ſint 2
præſupponendæ, nec obiter reuocandæ ex in-
ueterato ſtylo huius Tribunalis.

Quo vero ad alias exceptiones nunc de no-
uo oppoſitas.

Primò Dixerunt, non obſtare, quod † Do- 3
rothea amiſerit hypothecam ob conſenſum
præſtitum, & mandatum procuræ datum Vi-
ro ſuo ad vendendum prædium, de quo agi-
tur, *l. ſi debitor, §. 1. l. ſi conſenſerit. in princip. ff. quibus
mod. pignor. vel hypoth. ſolu.* præſertim venditione
ſequuta, *l. ſicut. §. voluntate, eodem tit.* per quæ iu-
ra, & alia fundamenta ita tenet *Rom. conſ. 140.*

Quia placuit reſponſio, quod mandatum
non fuit liberum, ſed cum certis conditioni-
bus, videlicet, quod ſcuta 500. ex pretio ſolue-
rentur certis perſonis pro extinctione debito-
rum mariti, reſiduum vero tranſmitteretur ad
vrbem, vt inueſtiretur in bonis ſtabilibus, vel
cenſibus, vel locis montium non vacabilium
ad contentamentum ipſius Dorotheæ, & † 4
cum clauſula, Non aliter, aliàs, nec alio modo,
quæ inducit formam præciſam, & adimit con-
ſenſum ab actu, † quo non impleto nihil cen- 5
ſetur actum, *l. de his, vbi Bart. nu. 3. & alij commu-
niter ff. de tranſa. l. gloſ. Bald. & alij in l. ſi quidem, n. 3.
Cod. de excep. l. Caputaq. deciſ. 82. nu. 4. par. 3. & in alijs
per Rot. dec. 445. nu. 3. par. 1. diuerſ. & dec. 115. num. 6. &
dec. 619. n. 2. par. 1. in recent. & deciſ. 286. n. 2 & 570. n. 4.
par. 2.* Et quidquid ſit dicendum, An hoc po-
tuerit præiudicare venditioni, tamen certum
eſt, quod mulier non amiſit ſuam hypothe-
cam, ex quo conſenſit ſub conditione, & certa
forma, de cuius implemento non docetur, &
ſic † ſtante hypotheca, & aliis requiſitis bene 6
potuit agere ſaluiano, prout fuit dictum in
hac cauſa *dict. dec. 324. n. 3. par. 2. in recent.*

Secundò opponitur, quod iſta mulier pro- 7
pter adulterium amiſerit dotem, & donatio-
nem propter nuptias, *ad cap. plerunque de donat.*

Digitized by Google

int.vir.& vxor.cum allegat. & ideò deficiat in hac parte creditum Dorotheæ. Sed reſpondebatur de hoc adulterio non conſtare, vt etiam ſentit *Rota in hac cauſa d. deciſ.377.nu.6.par.2.in recent.* Et quamvis dicatur, fuiſſe porrectam querelam, nec adhuc fuiſſe caſſatam, non tamen ſequitur, Dorotheam fuiſſe de adulterio dam-
8 natam. Nec facit, † quod ipſa reliquerit quintam partem ſuorum bonorum Monaſterio Conuertitarum, cuius ceſſionarius nunc eſt in cauſa. Quia legatum non fuit factum ſimpliciter, ſed ſi aliquid ei de iure debebitur, Vnde niſi oſtendatur, Dorotheam fuiſſe de comprehenſis in priuilegiis d. Monaſterij, ex quibus
9 d. quinta pars ei deberetur, † legatum tanquam ſub conditione relictum, ea non purificata, euaneſcit *l. pecuniam, ff. ſi cert.pet. l. ſi quis fundum, ff. de contr.empt. Rot.deciſ.515.nu.8. & 545.num.4. part.1. recent.* & in legato *Rot. deciſ. 428. num. 2. part.2.*

Opponebantur tertiò alia contra creditum Dorotheæ. quæ tanquam ſublata *in deciſionibus in cauſa factis coram Sanctiſſ. & coram R. P. D. Pamphilio* D. D. non putarunt amplius retractan. vt ſuprà dictum eſt.

10 Quæ dicebantur † de melioramentis in prædio factis, eſſent conſideratione digna, ſi aliquo modo iuſtificarentur, ſed, cum de his nihil conſtet in actis, vana eſt iſta prætentio, *Rot dec.610.n.3.part.1.in recent.*

Demum opponebatur, quod Dorothea poſt immiſſionem in Saluiano obtentam percepit fructus ex prædio, de quo agitur, per multos annos, vnde potuit diminui eius creditum, pro
11 quo data eſt immiſſio, † & ideo debet expectari liquidatio fructuum perceptorum, antequam vlterius ad executionem procedatur, vt in his terminis *fuit dictum in Romana Pecuniaria prima Iulij 1620. coram R. P. D. meo Pirouano*, &
12 eſt regulare, vt † ante executionem debeat præcedere liquidatio, *Bartol. in leg. proinde, §. notandum, num.3. ff. ad leg. Aquil. Oſaſc. deciſ.129.num.6. Rot.deciſ.165. in fin.part.2. recent. & in Mantuana Bonorum 17. Iunij 1611. & 14. Maij 1612. coram me, quæ ſunt deciſ.340. in fin. & 409.nu.6.part.1.in recent.* Vnde Domini concluſerunt, vt fieret priùs d. liquidatio fructuum, Reliqua vero vt ſuprà oppoſitum non obſtare.

Et ita deciſum, &c.

COCCINO.

Romana Præcodij Veneris

10 Iunij 1622.

SVMMARIA.

1 *Intereſſe habens, & non probans non auditur.*
2 *Alienatio bonorum pupillorum requirit decretum Iudicis, auctoritas tutoris, & ex Statuto Vrbis conſenſum duorum conſanguineorum, & numeris 4. & 7.*
3 *Renunciatio adminiſtrationi facta per actorem ad lites an noceat pupillis.*
4 *Immiſſionem petens fatetur, ſe non poſſidere.*
5 *Aliud eſt præſentia Iudicis, aliud decretum, quod requirit interlocutionem.*
6 *Pupillorum bona vendi debent præcedentibus edictis.*
7 *Diſcuſſione pendente poteſt fieri conſignatio bonorum debitoris decocti crediteribus data cautione de reſtituendo ex bulla Pij IV.*
8 *Reſtitutio in integrum datur minori in ſubſidium contra eum, ad quem res peruenit, licet cum eo non contraxerit.*
9 *Facta non præſumuntur, ſed debent probari.*
10 *Venditio nulla ab initio ex poſt non conualeſcit.*
11 *Pupillorum bonorum venditio an teneat ſine ſolemnitatibus in caſu neceſſitatis, & vtilitatis, & num. ſeqq.*
16 *Confirmatio Apoſtolica non tollit nullitates, de quibus in ea mentio facta non fuit.*
17 *Pupillus nec tacitè, nec expreſſè ratificare poteſt venditionem nullam ſine Iudicis decreto, & abſque indubitata ſcientia qualitatis nullitatum, & num.18.*
19 *Pupillus volens reſcindere alienationem, ſeu dicens de nullitate an teneatur in primis reſtituere accepta, & num.20.*

Deciſio LVII.

Propoſui dubium, An venditio Præcodij facta D. Raphaeli Caſali eſſet nulla, vel potius ſuſtineretur. Et, cum Domini de Cecchinis darent de huiuſmodi nullitate; cum opponeretur, quod illorum non intereſſet; Rota ordinauit, quod informaretur ſuper huiuſmodi intereſſe, Nam † intereſſe non habens 1
non auditur, *l. ex conuentione. Codic. de pact. Roman. conſ.499. in princip.* & tenetur illud probare, *Roman. vbi ſupra num.2.* Et, cum non poſſet capi reſolutio, fuit deputatus peritus, qui, ſaluis prætenſionibus vtriuſque partis, retulit, D. D. de Cecchinis remanere creditores in ſcutis 1779.b.23. Vnde præſuppoſito iſto calculo, ex quo conſtat de intereſſe, non poterat denegari audientia ſuper iſta nullitate venditionis. Et propterea quoad primam partem dubij fuit reſponſum, venditionem fuiſſe nullam, & ad ſecundam non ſuſtineri.

Ratio reſolutionis primæ partis fuit, quia, cum D. D. de Cecchinis tunc pupilli mediante tutrice eſſent in poſſeſſione præcodij, quod fuerat patris, quæ quidem tutrix adiuit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, † debuit omnino fieri alienatio cum decreto 2
Iudicis, *l.1. & l. magis puto. §. non paſſim. ff. de rebus cor. Roland.conſil.33.num 9. verſicul.6. requiritur, lib.1.* & cum auctoritate Tutricis, *l. neque 2. Codic. de auctor. præſt. tot. tit. Inſtitut. de auctor. tutor. Roland. in dict. conſil.33. nu.9.* & debuerunt inſuper in alienatione ſeruari ſolemnitates *Statuti Vrbis lib.1. cap.113.* videlicet conſenſus duorum conſanguineorum, quæ cum non interuenerint, negari non poteſt, quin prædicta venditio fuerit nulla.

Non obſtat, quod † actor ad lites renunciauerit adminiſtrationi, quia non conſtat de legitimo mandato d. actoris, & quatenus conſtaret, non releuaret, quia non inde ſequitur, quod tutrix dimiſerit poſſeſſionem bonorum 3
pro

Digitized by Google

pro filiis acquiſitam; immo poſt dictam comparitionem actoris creditores inſtiterunt pro immiſſione, contra quam D. D. de Cecchinis ſe oppoſuerunt allegando, quod creditoribus non competebat immiſſio, ex quo eorum creditum de manu hæredum capere debebant. Signum euidens, quod per dictæ adminiſtrationis renunciationem Domini de Cecchinis non dimiſerunt poſſeſſionem, nec creditores
4 illa acquiſiuerunt, cum † petens immitti fateatur, ſe non poſſidere, & econtra fateatur poſſeſſionem eſſe penes eum, contra quem petit immiſſionem. Et in omnem euentum iſta non operantur, quod venditio fuerit valida tanquam facta cum decreto Iudicis, & interuentu proximiorum, quæ erant neceſſaria, vt ſupra deductum eſt.

Neque etiam obſtat, quod in Congregatione Creditorum fuiſſet in præſentia Iudicis reſolutum, quod Prædium venderetur. Nam
5 fuit reſponſum, quod † aliud eſt præſentia Iudicis, aliud decretum, quod quidem requirit, quod Iudex interloquatur, *iuxta notat. per Bald. in conſil. 24. per tot. lib. 4. & fuit reſolutum in cauſa Romana Hæreditatis, & Paragij Dotis 12. Iunij 1615. coram R.P.D. meo Buratto, quæ eſt in recen. par. 1. n. 3. dec. 723.* Vltra quod in Congregatione fuit ordinatum, quod renouarentur edicti pro venditione Vaccarum, & Equarum pro die 20. Maij 1597.
6 & tamen hoc non fuit obſeruatum, † quod etiam de iure communi erat neceſſarium in venditione rerum pupillorum, *l. & ſi fine. 8. §. 1. ff. de minor. Roland. d. conſ. 33. nu. 13. & ſeq. lib. 1. Menoch. de arbitr. caſ. 129. nu. 2. lib. 2.*

Nec *Bulla felic. record. Pij IV.* ſuper reforma-
7 tione Signaturæ Iuſtitiæ ſuffragatur, † in qua licet permittatur, quod diſcuſſione pendente poſſit fieri conſignatio bonorum debitoris decocti creditoribus data cautione de reſtituendo, tamen nullo pacto probatur, quod verſemur in iſtis terminis. Et ceſſat omnis difficultas, quia huiuſmodi facultas tribuitur Iudici, non autem ipſis creditoribus, nec concedit facultatem creditoribus diſtrahendi, prout fuit factum in caſu iſto. Et ideo in diſtrahendo requirebantur debitæ ſolemnitates, vt dictum eſt; nec etiam apparet de tali conſignatione facta à creditoribus, à quibus emit D. Raphael; ſicut non eſt verum, quod illis ab actore bona
8 fuerint data in ſolutum, & † intrare diſpoſitionem, *l. in cauſa cognitione, 14. §. interdum, ff. de*
9 *minor.* quia hæc nullibi probantur, † nec ſunt præſumenda, *l. in bello, §. facti. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. l. 1. Codic. de prob. l. aſſecuratio 30. Codic. de non num. pecun.*

Quantum attinet ad ſecundam partem dubij, ratio, quare iſta venditio non ſuſtineatur,
10 illa fuit, quia, † cum ſit nulla ab initio, ſcilicet tempore ipſius venditionis, ex poſt non conualeſcit, *c. non firmatur, de regul. iur. in 6. l. pen. ff. de reg. iur. Oldrad. conſil. 94. in princip. verſicul. & quantum ad primum, & in conſ. 216. verſ. ad tertium, & in conſ. 306. n. 2. verſic. accedat* Et propterea non ſufficit, quod hodie oſtendatur, venditionem fuiſ-
11 ſe factam ex cauſa neceſſaria, † & ideò ſuſtineri; vt *in cauſa Romana Nullitatis Obligationis 18. Maij 1616. coram me*, & quod fuerit vtilis pupillis, quia, quidquid ſit de iſta neceſſitate, † ad 12
minus requirebatur conſenſus tutricis, qui non aderat in hoc caſu. Et propterea † non po- 13
terant creditores propria auctoritate vendere, cum pupilli eſſent in poſſeſſione; *gloſ. in l. Pomponius, in verb. haberi. verſ. ſed dicas, ff. de negot. geſt.* Et hac reſponſione tollitur etiam quod venditio fuerit vtilis pupillis: quia, quidquid ſit de hoc, † cum eſſent in poſſeſſione, requirebatur 14
conſenſus tutricis.

Et vlterius conſiderabatur, quod † vtilitas 15
operatur, quod venditio ſuſtineatur etiam ſine ſolemnitatibus, ſi minor velit ſtare contractui, alias ſecus, *Gabr. conſ. 20. n. 87. lib. 2. Put. deciſ. 2. lib. 2. Surd. dec. 278. n. 22. Rot. dec. 177. n. 6. part. 1. in recent.* quia alias eſt controuerſa opinio, an alienatio bonorum minoris, quando eſt vtilis, ſuſtineatur abſque ſolemnitatibus, & negatiua eſt magis communis, pro qua eſt *text. in l. non ſolum, §. fin. ff. de rit. nupt. Seraph. dec. 1242. n. 3.* ſubdens, quod contraria opinio procedit, quando vtilitas eſt ſatis euidens, & euidenter de ea conſtat, *Rot. d. dec. 177. n. 3. & ſeq. & dec. 678. n. 7. par. 1. in recent.*

Neque confirmatio Apoſtolica conualidat d. venditionem nullam; cum in rei veritate fuerit facta ad tollendum vitium litigioſi propter litem motam per creditores illorum de Trinciis, vt expreſsè in ea legitur, non autem poteſt trahi, vt tollat prædictas nullitates, † 16
cum de eis nulla fuerit facta mentio, *Caſtrenſ. conſil. 107. incip. quantum ad primum, col. 2. verſ. circa ſecundum, lib. 2.*

Neque approbatio poteſt deduci ex lite mota contra D. Raphaelem pro relatione peritorum ad arbitrandum pretium, ad illud deponendum, ad ſoluendum, & conficiendum inſtrumentum, quia, † ſicuti ratificatio non 17
poterat fieri expreſsè ſine Iudicis decreto; ita nec tacitè, & prædicti actus fuerunt facti per actorem ad lites, † eoque magis, quia require- 18
batur ſcientia indubitata, & certa qualitatis nullitatum, *Gabr. conſ. 36. n. 60. vol. 1.*

Non obſtat, quod † D D. de Cecchinis non 19
poſſint audiri niſi reſtitutis acceptis; quia ipſi nihil receperunt, ſed creditores. Et in omnem euentum, † cum agant via nullitatis, non eſt 20
deneganda audientia etiam non reſtitutis acceptis, *Natt. conſ. 631. n. 7. Roland. conſ. 7. n. 4. lib. 3. Rimin. iun. conſ. 5. n. 71. lib. 1. & fuit reſolutum in cauſa Valentina Baroniæ 21. Iunij 1602. coram Reuerendiſſ. Attrebaten.*

Et ita fuit reſolutum, præſuppoſito calculo dato, venditionem fuiſſe nullam, & non ſuſtineri, &c.

CARDINALI CAVALERIO.

Spoletana Prædij Lunæ
27 Iunij 1622.

SVMMARIA.

1 *Sententia requiſita ad ſui validitatem.*
2 *A. C. non eſt in prima inſtantia inter Forenſes Iudex competens, parte maximè opponente.*

Digitized by Google

3 *Pretij ſtante iuſtitia, nullitas ſubhaſtationis non attenditur.*

4 *Intellige, ſi tamen iuſtitia pretij concludenter probetur, præſertim ſi adſit commiſſio ſanatoria cum clauſula, Conſtito de iuſtitia pretij.*

Deciſio LVIII.

RESolutum fuit, ſententiam Rotalem eſſe
confirmandam. Validitas enim appare-
1 bat ex actis, ex quibus conſtabat † de iuriſdi-
ctione, citatione, & aliis requiſitis per *Caputa-
quent. dec. 260. part. 2.*

De iuſtitia vero ſatis conſtare viſum fuit *ex
deciſionibus Rotalibus factis coram R.R.P.P.D.D. meis
Pamphilio, & Veroſpio*, ex quibus apparebat de
nullitate ſubhaſtationis prædij per Veſpaſia-
num poſſeſſi ad fauorem Pannonij ex defectu
2 iuriſdictionis A.C. † qui, parte præſertim op-
ponente, non poterat in prima inſtantia inter
Forenſes procedere, vt *in deciſionibus die 9. De-
cembris 1619. & 28. Iunij 1621.*

3 Et quamuis † ſtante iuſtitia pretij nullitas
ſubhaſtationis non eſſet attendenda *iuxta deciſ.
4 Put. 275. lib. 2.* † tamen iuſtitia pretij erat con-
cludenter probanda, præſertim cum in com-
miſſione ſanatoria dictæ nullitatis adeſſet
clauſula, *Conſtito de iuſtitia pretij*, propter quod
talis iuſtitia erat omnino probanda, *Put. deciſ.
252. nu. 7. lib. 2. in antiq. quæ eſt 246. in nou.* talis au-
tem iuſtitia non viſa fuit probata, ſed immo
potiùs videbatur conſtare de iniuſtitia, vt *ex
deciſionibus ſub die 23. Ianuarij 1619. & 17. Decembris
1621.* quarum rationes Dominis placuerunt.

Et ideò viſum fuit, ſententiam reintegrato-
riam Veſpaſiani eſſe confirmandam informan-
tibus ſolis hæredibus Veſpaſiani, &c.

REMBOLDO.

Romana Vineæ Veneris
10. Martij 1623.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de manutenendo datur docenti de ſua poſſeſſione.*

2 *Iudex nulliter, & iniuſtè ad immiſſionem procedens non priuat primum poſſeſſorem ſua poſſeſſione.*

3 *Citationis defectus operatur nullitatem proceſſus.*

4 *Citatio de aliquo requiritur in omnibus actibus ſibi præiudicialibus, nec ſufficit ſola citatio in actu deliberationis.*

5 *Executiuè procedi non poteſt contra tertium, nec in vim obligationis cameralis.*

6 *Conſenſus ſi ſit præſtandus, quatenus opus ſit, non eſt relaxandum mandatum ob illius non præſtationem, niſi conſtito, quod ſit neceſſarius.*

7 *Subhaſtatio iuſtificari debet ex actis ante, non poſt ſubhaſtationem productis.*

8 *Decretum ſubhaſtationis, quod non iuſtificatur ex actis, dicitur notoriè iniuſtum.*

9 *Iniuſtitia notoria æquiparatur nullitati.*

Deciſio LIX.

DOmini dixerunt, mandatum de manute-
nendo eſſe dandum Ioanni Antonio Vi-
ridi, † quia de eius poſſeſſione Vineæ, de qua 1
agitur, conſtat ex confeſſione ipſius Andreæ in
poſitionibus, & ex teſtibus pro dicto Ioanne
Antonio examinatis, *Alexand. conſ. 18. n. 4. lib. 2. &
conſ. 71. n. 4. lib. 3. Rot. dec. 119. n. 5. part. 1. in recent.*

Nec obſtat, † quod Andreas fuit in poſſeſ- 2
ſione dictæ Vineæ Iudicis auctoritate immiſ-
ſus, quia cum Iudex nulliter, & iniuſtè proceſ-
ſerit, non priuauit Ioannem Antonium ſua
poſſeſſione, *l. meminerint, & ibi gloſ. & Doctor. C.
vnde vi. Soccin. in c. quoniam, §. quod ſi ſuper n. 125. ante
med. verſ. 6. ſecus autem in Iudice, vt lit. non conteſt. Rot.
dec. 802. nu. 7. verſ. quia pro reſponſione, part. 1. diuerſ. &
dec. 135. n. 3. & 560. n. 6. & 561. n. 3. part. 1. in recent.*

Quod autem nulliter, & iniuſtè proceſſe-
rit, patet primò, † quia proceſſit non citato 3
dicto Ioanne Antonio, *l. de vnoquoque, ff. de re iu-
dic. l. 4. Cod. de diſtract. pignor. Anchar. conſ. 92. ſub nu. 1.
& conſ. 270. n. 5. Afflict. dec. 358. n. 3.*

Nec obſtat quædam citatio, quæ datur in
ſummario dicti Andreæ in actu deliberationis
Vineæ, quia non ſufficit, † cum dictus Ioan- 4
nes Antonius debuiſſet citari in ſingulis acti-
bus ipſi præiudicialibus, non vero in actu de-
liberationis tantum, *d. l. de vnoquoque, ff. de re iu-
dic. Cephal. conſil. 353. nu. 26. & conſ. 518. num. 37. Pariſ.
conſ. 63. n. 11. lib. 4.*

Secundò dicta ſubhaſtatio eſt nulla quoad
Ioannem Antonium, quia, † cum ipſe eſſet ter- 5
tius poſſeſſor, non autem principalis debitor
cenſus, pro quo fuit facta executio, non pótuit
contra eum procedi executiuè, etiam quod
fuerit actum vigore obligationis cameralis,
*Alexand. in l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus, ſub num. 28.
verſic. & pro hoc bene facit, ff. de re iudic. Aretin. conſil.
86. in fin. cum aliis adductis in deciſ. 22. coram Sanctiſſ.
D.N. & in Bononien. Cenſus 24. Aprilis 1603. coram bo-
næ memoriæ Penia.*

Tertiò eſt etiam iniuſta dicta ſubhaſtatio,
quia promiſſio Henrici principalis debitoris
cenſus de faciendo conſentire Moniales do-
minas directas vineæ, ſuper qua dictus cenſus
fuit impoſitus, legitur facta ſub conditione,
Quatenus opus ſit, & non alias nec aliter, nec
alio modo, ac proptereà † non potuit relaxari 6
mandátum pro ſorte principali dicti cenſus
ſub prætextu, quod dictæ promiſſioni non ſa-
tisfecerit, non conſtito, quod dictus conſenſus
eſſet neceſſarius, *Gabr. conſ. 90. nu. 7. lib. 1. & conſ. 82.
nu. 19. & ſeq. lib. 2. Rot. deciſ. 519. ſub nu. 3. part. 1. diuerſ.
& deciſ. 404. n. 8. par. 2. in recent. Card. Seraph. dec. 1027.
n. 7. & dec. 1319. n. 2.*

Nec obſtat, quod de neceſſitate dictus con-
ſenſus ſatis videtur conſtare ex inueſtitura di-
ctæ Vineæ, quæ datur in ſummario Andreæ
n. 9. tum quia ad effectum nullitatis ſubhaſta-
tionis, de qua agitur, ſufficit, quod dicta inue-
ſtitura nō fuit producta ante dictam ſubhaſta-
tionem, † quæ debet iuſtificari ex actis ante, nō 7
vero poſt ſubhaſtationē productis, *l. illicitas §. ve-
ritas, vbi gloſſ. & DD. ff. de offic. Præſid. Rot. dec. 333. n. 4.
& deciſ. 346. num. 1. part. 1. in recent. cum aliis adductis*

in Ro-

Digitized by Google

in Romana Cenſus 4. Decembris 1595. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio.

Tum etiam quia in omnem euentum non poteſt dici ſufficienter conſtare de neceſſitate dicti conſenſus ex dicta inueſtitura, ex quo non conſtat de identitate vineæ, & quia tam modicus cenſus ſcutorum quatuor monetæ potuit ſuſtineri ſuper domo in vinea exiſtente, ac melioramentis in ea factis abſque eo, quod requireretur conſenſus Monialium.

Vnde merito apparet, decretum dictæ ſub-
8 haſtationis minime iuſtificari ex actis, † ideo-
que eſſe notorie iniuſtum, *Cæſ. de Graſſ. deciſ. 16. nu.
15. de probat. Rot. coram Sanctiſſimo deciſ. 1. numer. 4. &
6. & deciſ. 264. numer. 4. cum ibi not. & fuit dictum in
Romana Teſtamenti, ſeu Hæreditatis 17. Iunij 1611. co-*
9 *ram Illuſtriſſ. D. Cardinali Sacrato.* Et † hæc etiam
iniuſtitia æquiparatur nullitati, *Felin. in cap. inter
cæteras, num. 10. de re iudic. Rot. deciſ. 155. num. 3. par. 1. in
recent. & fuit dictum in Anconitana Aſſecurationis
prima Iulij 1602. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, &c.*

NAVARRO.

Anconitana Bonorum Lunæ 27. Martij 1623.

SVMMARIA.

1 *Citari quis debet in loco domicilij.*
2 *Pater vt legitimus adminiſtrator poteſt procuratorem nomine filij conſtituere.*
3 *Patris mandatum non extenditur ad mandatum nomine filiorum, præſertim tunc non natorum.*
4 *Pater non cenſetur agere actum adminiſtratorio nomine, niſi id ſpecialiter exprimat.*
5 *Fides baptiſmatis probat ætatem.*
6 *Pater non poteſt adminiſtratorio nomine filij, qui ſeptennium exceſſit, procuratorem conſtituere, niſi cum illius conſenſu.*
7 *Filius, qui ſeptennium exceſſit in cauſa propria citandus eſt, nec ſufficit citare patrem.*

Deciſio LX.

1 IN hac cauſa fuerat bis reſolutum *coram Reuerendiſſimo D. meo Merlino nunc Datario ſub diebus 27. Aprilis, & 26. Nouembris 1622.* Ciceris tantum informantibus, mandatum A.C. & ſubhaſtationem, & deliberationem illius vigore factam fuiſſe nullam, & denique vtraque parte informante ex nouiter deductis *coram eodem die 30. Ianuarij* receſſum à deciſis quoad Mutium. Hodie vero propoſito dubio coram me, An eſſet recedendum a deciſis, vel potius dandum mandatum de manutenendo illis de Ciceris, Domini reſponderunt quoad filios ſtandum eſſe in primo loco deciſis, de aliis videatur.

Fundamentum namque deciſionis ad fauorem filiorum Mutij ſubſiſtit, Defectus ſcilicet citationis, quia cum prima citatio fuerit executa Anconæ contra Annibalem Barlettam, & ipſi habitarent Comi, † erant citandi in loco domicilij, *l. 1. §. 1. ff. de lib. & poſt. l. fin. C. de ann. except. Bald. conſ. 187. nu. 2. lib. 3. Ruyn. conſ. 15. n. 7. lib. 4. Surd. conſ. 106. n. 15. & 16. Tiraq. de retract. lignag. §. 9. gloſſ. 2. nu. 20. 21. & ſeqq. Caputaq. deciſ. 117. nu. 2. par. 1. & fuit dictum in hac eadem cauſa ſupradictis diebus 23. Aprilis, & 26. Nouembris præteriti, Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 87. cum aliis in prima deciſione allegatis.*

Nec obſtat, quod Annibal eſſet procurator etiam cum facultate ſubſtituendi: & illa vſus ſubſtituerit Roccum, qui fuit in quolibet actu citatus coram A.C. propter quam rationem fuit receſſum à primis deciſionibus quoad Mutium.

Quia concluſio recte procedit reſpectu Mutij, qui Annibalem conſtituerat procuratorem de anno 1596. cuius vigore fuit facta ſubſtitutio de anno 1620. ſummario numero 1. ſecus vero reſpectu filiorum, qui de anno 1596. nondum nati erant, provt in fide Baptiſmi numero 7.

Nec releuat, quod † Mutius pater eſſet le- 2
gitimus adminiſtrator, & vti talis potuerit Procuratorem nomine filiorum conſtituere.

Quia mandatum de anno 1596. cuius virtute fuit Roccus ſubſtitutus, non refragatur, quia
filij nondum erant in humanis, vt dictum eſt, &
ſic de illis nulla mentio nec potuit, nec debuit
fieri, ſed tantum proprio Mutij nomine ſtipu-
latum legitur, † nulloque modo ad filios exten- 3
dendum, *gloſ. in l. quacunque. in verb. Procurator. ff. de
procurat. Rom. conſ. 446. n. 6. Tiraq. de retract. lignag. gl.
1. §. 10. n. 4.* Quinimmo † nec pater cenſetur age- 4
re actum adminiſtratorio nomine, niſi id ſpecialiter exprimat. *Bart. in l. ſi infanti, nu. 2. C. de iur. delib. Anchar. in cap. acceſſorium, 42. col. 17. in princ. verſ. quicquid ſit ſi excommunicatio. nu. 11. de reg. iur. in 6. Tiraq. de retract. lignag. d. gloſ. 1. §. 10. nu. 3.*

Neque ex alio mandato facto ab eodem Mutio de anno 1621. tanquam legitimo adminiſtratore inferri poteſt, quia ſubſtitutio Rocchi, cuius vigore actus ſubſtineri prætenditur, emanauit de anno 1620. & ſic antequam mandatum prædictum factum fuiſſet.

Præterquam quod eo tempore filij iam ſep-
tennium exceſſerant, provt ex fide baptiſmi,
† quæ probat ætatem, *Caputaq. dec. 314. par. 1. Odd. de* 5
*reſtit. in integr. qu. 37. nu. 83. Menoch. de præſumpt. lib. 2.
præſumpt. 51. n. 53.* & ideo † non potuit Pater admi- 6
niſtratorio nomine Procuratorem conſtituere,
niſi cum eorum conſenſu, *Innoc. in c. accedens, n. 1. &
2. de procur. Roman. conſ. 341. nu. 10. Add. ad dec. Cappell.
Toloſ. 105. n. 2. & 3. Paſqual. de patr. poteſt. par. 1. c. 12. n. 30.*
vbi hanc vti magis receptam ſententiam teſta-
tur, & ita pluries fuiſſe iudicatum, *per text. in l. fi.
§. vbi autem. C. de bon. quæ liber.* † & ideo citari de- 7
bebant filij, *Borgn. Caual. de tut. & curat. n. 312. & 315.*

Et ita fuit reſolutum vna tantum parte informante.

MANZANEDO.

Corduben. Pecuniaria Lunæ 18. Martij 1624.

SVMMARIA.

1 *Executio in parte exceſſiua vitiatur in totum.*

2 *Fructus pro tempore in reſeruatione non comprehenſi non debentur.*

3 *Heres cum beneſicio legis, & inuentarij non tenetur de proprio.*

4 *Decretum abſque citatione eſt inualidum.*

5 *Iudex inhibitus procedendo dicitur procedere ſine iuriſdictione.*

6 *Executio facta poſt appellationem, & inhibitionem eſt nulla, & attentata.*

Deciſio LXI.

PRopoſito per me dubio in hac cauſa, vna tantum parte informante, alia vero renuente, An conſtaret de grauamine Iudicum Executorum, Domini reſponderunt affirmatiue ex triplici capite.

Primo quia ſententiæ latæ in partibus pro Aluero de Cardennas creditore contra Nicolaum Rodriguez, ac ſucceſſiue contra Alphonſum de Lara eius fideiuſſorem per Iudices Executores cuiuſdam concordiæ inter partes initæ ſuper quadam Cappellania, & eius fructibus condemnant Alphonſum pro medietate fructuum d. Cappellaniæ ab anno 1583. vſque ad diem 31. Auguſti 1584. vt patet in ſummario numero 3. Vnde, cum executio pro dicto credito fuerit facta à dicto anno 1583. vſque ad annum 1590. vt in dicto ſummario numero 6.7.& 10. dicitur procul dubio exceſſiua, vt facta pro maiori tempore, & quantitate contentis in dictis ſententiis, & proinde † vti talis in
1 totum vitiatur, nec ſuſtinetur ratione indiuiduitatis pro parte debita, *Rota coram fel. record. Greg. XV. deciſ. 198. & dec. 480. num. 5. & dec. 485. nu. 4. & inter recent. deciſ. 359. num. 8. par. 1. & dec. 630. ſub nu. 3. par. 2. & in Romana Pecuniaria de Pinellis 8. Aprilis 1598. coram Orano.*

Deinde reſultat etiam exceſſus ex eo, quia reſeruatio fructuum dictæ Cappellaniæ, ſecundum concordiam inter dd. partes celebratam, incipit à die expeditionis confirmationis dictæ concordiæ, quæ cum fuerit expedita ſub die prima Septembris anni 1583. vt in ſummario numero 2. non potuit liquidatio illorum, & executio fieri pro toto integro anno 1583. & ſic pro octo menſibus ante diem primam Sep-
2 tembris, † pro quibus certum erat, nullos deberi fructus vti non comprehenſos ſub dicta reſeruatione ad *tex. in l... C. de execut. rei iudic. & fuit dictum in Calaguritana Reſtitutionis in integrum 28. Aprilis 1589. coram Cardinali Platto.*

Vltra quod fuit etiam exceſſiua executio, quia fuit facta contra Petrum Valenzuolam hæredem prædicti Alphonſi de Lara cum beneficio legis, & inuentarij non ſolum ſuper bonis hæreditariis, ſed etiam ſuper ipſius bonis
3 propriis, † quæ ſine dubio non erant ſuppoſita dictæ executioni, *iuxta text. in l. fin. §. & ſi præfatam. C. de iur. delib. Corn. conſ. 91. nu. 1. lib. 3. Surd. conſ. 7. num. 31. Monticol. de inuent. cap. 9. num. 59. Rot. deciſ. 461. num. 10. par. 1. recent.*

Secundo conſtat de grauamine ex capite nullitatis, quia fuerunt lata duo decreta liquidatoria à Prouiſore, & tria à Synodalibus Cor-
4 duben. non ſolum abſque citatione, & ſic nulliter, *iuxta text. in leg. de vnoquoque, ff. de re iudic. cum aliis per Gabr. de citat. concl. 1. nu. 1.* ſed etiam abſque iuriſdictione, † quæ defecerat propter inhibi- 5
tionem emanatam à Synodali Toletano Delegato Apoſtolico, coram quo lis pendebat, quæ fuit præſentata die 6. Nouembris, & ſic octo dies ante prolationem duorum decretorum dd. Synodalium, *c. at ſi Clerici, in princ. de iudic. l. 1. C. ſi à non compet. Iud. l. 1. §. hæc verba, ff. quod quiſque iur. l. 1. §. fin. ff. ad Tertull.*

Tertium caput, ex quo Domini dicebant, pariter reſultare grauamen dd. Iudicum executorum, erat, quia à dictis decretis fuerat pro parte Petri hæredis Alphonſi interpoſita appellatio, vt in ſummario numero 6. & 7. & tamen illa non obſtante fuit facta executio, vt in dicto ſummario numero 7. & 10. Vnde † non poteſt 6
negari, quin vt facta poſt appellationem, ac inhibitionem fuerit nulla, & attentata, vt *late per Lancell. de attent. poſt inhibit. ampl. 6. & tradit Rota coram Sanct. me. Gregor. XV. deciſ. 435. num. 3. & 546. nu. 5. & in vna Rauennaten. Attentatorum 20. Maij 1611. coram D. meo Decano, &c.*

VBALDO SENIORE.

Peruſina Societatis Lucæ
20. Maij 1624

SVMMARIA.

1 *Læſio eſt fundamentum reſtitutionis in integrum, & reſultat ex iniuſtitia ſententiæ.*

2 *Ampl. vt ſufficiat iniuſtitia etiam non notoria.*

3 *Confeſſio in fauorem confitentis, & tertij præiudicium non attenditur.*

4 *Deterioratio, ſeu peremptio in breui temporis ſpacio non præſumitur.*

5 *Sententia concepta per vnicam verborum ſtructuram ſi ſit nulla in parte, redditur nulla in totum ratione indiuiduitatis.*

6 *Sententiæ nullitas nullum reddit etiam mandatum, ſubhaſtationem, & deliberationem inde ſequutam, vti à radice infecta procedentes.*

7 *Sociis lucra, & damna communicari debent.*

8 *Pactum inter ſocios, quod plus lucri, & damni vnus participet, quam alter, eſt validum.*

9 *Capitale extrahi debet à ſocio ex rebus ſocietatis, non autem alius ſocius ad illud condemnari.*

10 *Exactor de conſenſu partium electus præſumitur eaſdem certioraſſe de à ſe geſtis.*

11 *Reſtitutio in integrum conceditur etiam ex nouiter deductis.*

Deciſio LXII.

COmmiſſa cauſa reſtitutionis in integrum aduerſus ſententiam Rotalem, quæ tranſiuerat in iudicatum ob non interpoſitã appellationem, Dubitaui, An conſtaret de cauſis reſtitutionis, quod fuit vnanimi Dominorum cõſenſu affirmatiue reſolutum, quia conſtare putarunt de iniuſtitia ſententiæ, † ex qua reſultat 1
læſio, quæ eſt fundamentum reſtitutionis, *Rot. deciſ. 1. de reſtitut. in integr. in nou. Put. deciſio. 456. num. 2.*

Digitized by Google

num.2.lib.1.Seraph.deciſ.245.num.2.Rot.deciſ.672.num. 1.& deciſ.731.num.1.par.2. in recent. & ſæpe alias &
2 † ſufficit iniuſtitia etiam non notoria ad hunc effectum, Seraph.deciſ.251.numer.2.Caſ.de Graſſ.deciſ. 10.numer.12. de re iudic. quæ eſt deciſ.351.numer.5.par. 1.diuerſ. Rot.deciſ.492. numer. 1. in fin.par.1.recent. & deciſ.635.in fin.par.2. & fuit dictum in Vlixbonen. Beneficij 17.præſentis menſis, & anni coram me, & ſæpiſſime alias.

In ſententia autem, de qua agitur, pronunciatur, Conſtantinum remanere creditorem occaſione ſui capitalis, & reſidui portionis lucri in ſumma ſcutorum 1764.b.42.in quorum cauſam ei aſſignantur merces, quæ alias fuerant deſcriptæ, inuentariatæ, & æſtimatæ ſcuta 257. & relictæ in apotheca, vbi exercebatur negocium, pro reſiduo autem condemnatur Iulius ad dandum, & ſoluendum Conſtantino ſcuta 1507. b.42. quæ ſententia fuit conformis deciſionibus in cauſa factis, quæ tamen detegitur iniuſta.

Primo, quia dictæ merces exiſtentes in apotheca fuerunt de mandato Iudicis, & cum præſentia vtriuſque partis die 6. Auguſti 1619.æſtimatæ in ſcutis 310.b.36.& die 3.Iulij 1620.Iudex mandauit, merces iam æſtimatas, & alias, ſi quæ ſuperſunt, æſtimandas conſignari Conſtantino, & fuerunt inuentæ aliæ merces in apotheca, vt conſtat ex ſecundo Inuentario, & de conſignatione clauium cum dictis mercibus in manibus Conſtantini ſub die 16. Septembris eiuſdem anni 1620.vt in ſummario Iulij num. 2. Itaque conſtat de iniuſtitia, & errore ſententiæ, cum in ea fuerint merces appretiatæ ſcuta 257. & tamen vltra præcedentem æſtimationem in ſcutis 310. fuerunt etiam conſignatæ Conſtantino aliæ merces poſtea inuentæ, vt dictum eſt.

Nec dicatur, Conſtantinum confeſſum fuiſſe, recepiſſe ſe merces valoris ſcutorum 257.

Quia talis confeſſio non iuſtificatur in fa-
3 cto, † & alias non eſſet attendenda in fauorem confitentis, & in alterius præiudicium, l. duobus, §.1.vbi Iaſ.ff. de iur.iur. Rot.deciſ.116.num.2. & deciſ. 649.in fin.part.2.recent.

Sicuti nec ſubſiſtit, quod dictæ merces potuerint vel perire, vel deteriorari, cum ęſtimatio dicatur facta 6.Auguſti 1619.decretum de conſignando die 3. Iulij 1620. & conſignatio die 16. Septembris dicti anni, vt ſupra dictum eſt.

Quia talis deterioratio, & peremptio non
4 probatur, † nec eſt veriſimilis tam breui ſpacio temporis, vt per Bald.in l.2.num.61.vbi etiam alij.C. de reſcind.vendit.

Vnde, cum conſtet de exceſſu in ſententia in ſcutis ſcilicet 53. eoque amplius attentis aliis mercibus in apotheca inuentis, & Conſtantino conſignatis, quæ dicuntur æſtimatæ de com-
5 muni conſenſu in ſcutis 32. † ſententia concepta per vnicum capitulum, & vnica verborum ſtructura redditur nulla in totum ratione indiuiduitatis iuxta deciſ.Put.323.libro primo quam paſſim ſequuta eſt Rota, vt dicitur deciſ.221. numero primo & ſeq.parte ſecunda diuerſ. & deciſion.333.ſub numero tertio, part.2.recent.vbi aliæ deciſiones allegantur. Adeo
6 vt † mandatum relaxatum, ſubhaſtatio, & deliberatio inde ſecutæ omnino reddantur nullæ, tanquam procedentes à radice infecta, vt in Aſſiſien. Subhaſtationis 15. Nouembris 1596. coram Orano, & in Romana Spolij 21. Februarij 1600. coram Iuſto quæ ſunt apud Modern.de commiſſ.part.tertia fol. 45.& 47.

Secundo principaliter iniuſtitia deducebatur ex eiſdem actis, quia ex relatione peritorum conſtat, credita ſocietatis aſcendere ad ſcuta 642.b.97.e.m. cuius ſummæ duæ partes erant adiudicandæ Conſtantino, & alia tertia Iulio, ſiue illa credita eſſent exigibilia, ſiue non,
tum ex diſpoſitione iuris, † ſecundum quam lu- 7
cra, & damna ſunt inter ſocios communicanda, leg.ſi non fuerint in princ.& §.vltimo leg.cum duobus, §.damna. & §. quidem. ff. pro ſoc. Bald.conſil.395. numer.2.in fin.lib.5.tum ex pacto expreſſo in contractu ſocietatis initio inter contrahentes, vt ſupra, vt ſcilicet duæ partes lucri, & damni pertinerent ad Conſtantinum, vna ad Iulium;
† quæ conuentio valuit, dicta lege ſi non fuerint, in 8
princ.ff.pro ſoc.Inſtitut. de ſociet. in fin. princip. Vnde, cum ſententia in totum condemnauerit Iulium ad refundendum Conſtantino ſummam, de qua ſuprà, nulla habita ratione crediti ſocietatis; quod erat communicandum, vt dictum eſt, ſententia etiam in hoc videtur fuiſſe exceſſiua.

Nec facit, quod in eiſdem pactis contineatur, vt poſſet Conſtantinus finita ſocietate detrahere ſuum capitale vel ex mercibus, vel ex pecunia, vel ex creditis ſocialibus ad ſui electionem.

Quia id intelligendum eſt, quatenus pecu-
nia extet, † ſed, ſi illa ſit conſumpta in merci- 9
bus, & in fine ſocietatis extent merces & nomina debitorum, capitale eſt extrahendum ex dictis rebus extantibus, non autem ſocius condemnandus ad capitale reſtituendum de propria pecunia, prout hic factum fuit, Petr.de Vbald. de duob.fratr.part.11.nu.103.& 104.Soccin.ſen.conſ.265. nu.10.verſ.confirmatur ea, lib.2.Felic.in puncto in tract. de ſociet.cap.39.nu.3.& ſeq.

Nec etiam facit, quod ſententia ſit amplexa relationem peritorum, quam & deciſiones in cauſa factæ approbarunt.

Quia ſtant iſta duo ſimul, quod creditum Conſtantini calculandum eſſet prout periti retulerunt, & tamen quod pro illa ſumma Iulius non debuerit condemnari ad ſolutionem in propria pecunia.

Vltra quod multa credita Iulij in d.relatione non fuerunt comprehenſa, vt mox apparebit.

Nam in primis conſtat, fuiſſe ex decreto Iudicis deputatum exactorem, qui exegit ſcuta 120. & depoſuit in Monte Pietatis iuxta d.decretum, de quibus tamen nulla fuit habita ratio in ſententia, & allegata ignorantia d. depoſiti excluditur, ex quo exactor fuit deputatus de
conſenſu partium, † quas præſumitur certioraſ- 10
ſe de à ſe geſtis. Præterea non fuit habita ratio ſcutorum 70.quæ Iulius ſoluit pro fructib.cenſuum debitis per Conſtantinum, quæ debebant ſibi excomputari per Conſtantinum, vt ex inſtrumento. Nec ſcuta 42. pariter ſoluta à Iulio pro penſionibus apothecæ, in qua negocium exercebatur, quę impenſa debebat eſſe communis, vt etiam in d.inſtrumento cauetur.

Nec obſtat, quod hæc non contineantur in

relatione peritorum, quia nec potuerunt con-
tineri, cum illa relatio calculet creditum, &
debita vſque ad diem 7. Aprilis 1619. *vt in ſum-
mario Iulij n. 3. in fin.* dictæ autem partitæ fuerunt
à Iulio ſolutæ poſtea, *vt d. ſummario, numer. 2. circa
finem.*

Neque demum obſtat, quod iniuſtitia ſen-
tentiæ deducatur ex productis poſt eam, quia,
vltra quod non ſubſiſtit in facto; cum priora
duo fundamenta, de quibus ſupra, verificentur
ex adductis ante ſententiam, dicebatur etiam
11 † ad effectum reſtitutionis in integrum iniu-
ſtitiam etiam ex nouiter deductis releuare, *Caſ-
ſad. deciſ. 1. n. 3. de reſtit. in integr. Caputaq. deciſ. 94. par. 3.*
Et ita fuit deciſum, &c.

CARD. VIRILI.

*Bononien. Saluiani Lunæ 13.
Nouembris 1628.*

SVMMARIA.

1 *Clauſulæ libelli, per quas dicatur deductum preca-
rium, & intentata omnis actio, & remedium ex
narratis competens; & libellanti ad victoriam
ſufficiens, & nu. 14.*

2 *Ampl. vt precarium deductum intelligatur etiam ſi
ſuper alio remedio fuerit in libello concluſum.*

3 *Ampl. præſertim ſi adſit clauſula, omni meliori modo,
cum copula Et.*

4 *Pactum precarij ex formulario Bononien. concedit
facultatem variandi, & num. 13.*

5 *Precarium, & illius extentio ex formulario Bononiæ
continet, vt bona poſſint præuia æſtimatione reti-
neri, & etiam ſubhaſtari, & nu. 6.*

6 *Retentio ad fauorem inducta non poteſt retorqueri,
ne quis poſſit vti remedio etiam ſubhaſtationis.*

7 *Immiſſio an dari poſſit pro fructibus cenſus, & an-
nuis præſtationibus decurrendis, & num. ſequen-
tibus.*

8 *Sententia pro annuis præſtationibus decurrendis ac-
cipit interpretationem, quatenus obtinens viuat.*

12 *Saluianum, & precarium non ſunt contraria, ſed di-
uerſa.*

Deciſio LXIII.

Noluerunt D.D. recedere à deciſis ſub
die 17. Maij præteriti ex rationibus in
deciſione deductis.

Non obſtat, quod in concluſione libelli di-
catur, velle ſatisfieri de fructibus, & ſic, cum
reſtrictio ſit reſpectu ſaluiani, non poſſit ſub-
ſtineri ſententia, quæ dicit, donec ex fru-
ctibus, vel ex ſubhaſtatione fuerint ſatisfa-
cti.

Nam fuit reſponſum, in libello dici, inten-
tionem comparentis fuiſſe, & eſſe in bonis tan-
quam ſibi hypothecatis, & pacto precarij ſub-
iectis de credito ſatisfactionem obtinere, &
pro futuris ratis, & paghis tutum ſe reddere,
quare inſtetit pro mandato de immittendo,
ſeu aſſociando in poſſeſſionem bonorum ad
effectum de fructibus illorum ſatisfacien. &c.
tam de ratis decurſis, quàm de maturandis ſuis
loco, & tempore, & poſtea addidit clauſulas
ſalutares, nempe, Et quæcunque præcepta de-
ſuper neceſſaria, & opportuna committi, &
exequi mandari, & in præfatis, & circa ea dici,
fieri, & exequi omnia, & ſingula neceſſaria, &
opportuna, ſibique, & ſuper præfatis ius, & iu-
ſtitiam, & omni meliori, &c. ſuper quibus, &c.
ſaluis aliis, &c. intentans, &c. Vnde, cum in nar-
ratiua declaretur clara intentio, quod vellet
ſatisfieri de credito in bonis hypothecatis, &
pacto precarij ſubiectis, licet petatur immiſ-
ſio, ſeu aſſociatio ad effectum ſibi ſatisfaciendi
de fructibus, ſuffragantur ſupradictæ clauſulæ
ſalutares, † per quas dicitur deductum preca- 1
rium, & intentata omnis actio, & remedium
ex narratis competens, & libellanti ad victo-
riam ſufficiens, *Gail. obſeru. 61. de requiſit. libell. num.
11. & ſeq. lib. 1. Gabr. de clauſ. concl. 4. num. 18. Pol. conſil.
41. num. 10. & 29. lib. 3. Marant. de ord. iudic. part. 6. tit.
de libell oblat. membr. 3. numer. 15. 16. & 17. Mart. de
clauſ. clauſ. 65. numer. 12. par. 1. Rot. Bonon. inter nouiter
recoll. deciſ. 129. numer. 25.* † quod procedit, etiamſi 2
ſuper vno tantum fuiſſet in libello concluſum,
*Ang. in §. omnium, numer. 25. Inſt. de action. Gabr. dict.
concluſ. 4. n. 19. Mart. vbi ſupra n. 11.* † præſertim cum 3
clauſula, Omni meliori modo, ſit cum copula,
Et, *Achill. deciſ. 1. de verb. ſignif. numer. 1. Mart. de clauſ.
clauſ. 88. num. 3. par. 1.* Multo magis, † pactum pre- 4
carij concedit facultatem variandi, *vt in ſumm.
num. 2.*

Non obſtat, quod † extentio precarij non 5
contineat, quod bona poſſint ſubhaſtari, ſed,
quod creditor præuia æſtimatione, illa poſſit
retinere; Quia † retentio eſt inducta ad fa- 6
uorem, ideo non debet retorqueri, ne quis
poſſit vti remedio ſubhaſtationis, *leg. quod fauo-
re, Cod. de legib.* idque oſtendunt etiam ipſa-
met verba precarij, dum dicunt, illa vendere,
& alienare, & apud ſe pro iuſto pretio reti-
nere.

Tandem nihil facit, quod † non potuerit da- 7
ri immiſſio pro decurrendis, cum non ſimus in
fructibus cenſus perpetui, ſed in annua præ-
ſtatione vita durante, & poterat euenire obi-
tus.

Nam fuit reſponſum, quod creditor poterat
ſuperuiuere, & immiſſio fuit iuxta formam in-
ſtrumenti, & ideo † ſententia accipit interpre- 8
tationem, quatenus viuat, vt illa ſubſtineatur,
*leg. Herennius, §. Caia ff. de euict. Gabr. de ſent. concluſ.
7. numer. 1. & ſeq. Seraph. deciſ. 1422. numer. 19.* & pro-
pterea † in annua præſtatione paſſim relaxan- 9
tur mandata etiam pro tempore futuro, exe-
quenda, quando dies ſolutionis venerit iuxta
formam inſtrumenti, *Alex. in leg. de pupillo, §. ſi ex
pluribus, numero quarto & 6. in fin. ff. de nou. oper. nun-
ciat. Oſaſch. deciſ. 130. numer. 9. Surd. deciſ. 120. numer. 13.
& 15. Modern. de cenſib. par. 2. cap. 2. quæſt. 5. art. 7. num.
13. & ſeq.*

Nec obſtat *deciſio 267. poſt eumdem Modernum
de cenſibus.* † Quia illa procedit, quando debitor
fructuum cenſus offert ſolutionem pro fructi-
bus decurſis, & creditor non vult recipere,
tunc enim non datur immiſſio pro decurren-
dis, † at quando adſunt fructus decurſi, & non 10
ſoluuntur,

Digitized by Google

ſoluuntur, ratione adiuncti, & in conſequentiam debiti præteriti, ne fiat multiplicatio immiſſionum, datur immiſſio tam pro fructibus decurſis, quam pro decurrendis, ſed expectatur dies ſolutionis pro decurrendis, vt ita diſtinguit *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 279. num. 2. Modern. dict. art. 7. numer. 16.*

12 Non obſtat, quod † ſaluianum, & precarium
ſint contraria, Quia ſunt diuerſa, vt deducitur
13 ex deciſione, & nunc additur, quod † pactum
precarij tribuit facultatem variandi.

Quod libellus ſit alternatiue conceptus, pa-
tet ex ſupradictis, & ex eius lectura, dum fuit
petita ſatisfactio ſuper bonis hypothecatis, &
pacto precarij ſuppoſitis, & immiſſio ſeu aſſo-
ciatio ad effectum ſatisfaciendi ex fructibus,
cum tot clauſulis ſalutaribus ſupra expreſſis,
14 † ex quibus intelligitur intentata omnis actio,
etiam precarij circa narrata competens ex ſu-
pra allegatis.

Et ita vtraque, &c.

REMBOLDO.

Romana Domus Lunæ 19. Decembris 1624.

SVMMARIA.

1 *Exetutioni trium conformium locus eſt, vbi ſunt validæ, ac iuſtæ.*
2 *Sententiæ conformes dicuntur, quæ in negocio principali, & effectu conueniunt.*
3 *Iuramentum calumniæ ſufficit ſemel fuiſſe præſtitum, niſi noua cauſa calumniæ ſuperuenerit.*
4 *Subhaſtatio, & deliberatio quando valida dicatur.*
5 *Terminus in decreto de deliberando appoſitus eſt ad fauorem debitoris, vt poſſit interim ſoluendo pignus luere, vel conditionem ſuam meliorem per maiorem oblationem facere.*
6 *Debitor conqueri non debet, ſi creditor ſtatim elapſo termino non curauerit bona vltimo offerenti deliberari, ſed alium maiorem oblatorem expectauerit.*
7 *Deliberatio etiam longe poſt elapſum terminum, & abſque alio decreto, & citatione fieri poteſt ſecundum ſtylum, tam illi, qui in termino obtulit, quam illi, qui forte plus obtulit poſt dictum terminum. Limit. vt nu. 8.*
9 *Confeſſio venditoris poſt factam venditionem non nocet emptori.*
10 *Deliberatio fieri debet præſente pecunia.*
11 *Cenſus accollatio non liberat debitorem.*
12 *Cenſus accollatio in ſubhaſtatione vim habet ſolutionis. Ampl. & decl. vt nu. 13.*

Deciſio LXIV.

1 DOmini cenſuerunt, conſtare de tribus
conformibus, & † eſſe locum illarum
executioni, quia ſunt validæ, & iuſtæ. Prima
enim lata fuit à D. Taurello, ſecunda à D. Boſ-
ſio, tertia vero à D. Ceſio, & omnes ſunt con-
2 formes; quia, vt ex earum lectura apparet, † in
negocio principali, & effectu conueniunt, quod ſufficit; *ex adductis per Ruyn. conſ. 114. numer. 10. lib. 5 Surd conſ. 102. num. 9. & Io. Gabr. de execut. rei iudic. concl. 1. nu. 33. & ſeqq. Theſaur. deciſ. 122. n. 8. & deciſ. 228. ſub nu n. 2. Rot. deciſ. 98. ſub num 3. par. 1. in recent. & in Romana Saluiani Interdicti, quæ eſt dec. 74. int. impreſſ. per Pacific. poſt tract. de ſalu. interd. & deciſ. 328. int. impreſſ. per Farinac poſt ſecundum vol. conſ.*

Sunt etiam validæ, & iuſtæ.

De Validitate enim conſtat ex reuolutione
proceſſus, & quoad iuramentum calumniæ li-
cet non fuerit præſtitum coram R. P. D. Ceſio,
fuit tamen præſtitum coram D. Macchiauello,
& † ſufficit, ſemel fuiſſe præſtitum, niſi noua 3
cauſa calumniæ superueniat, *iuxta tradita per
Soccin. in c. 1. num. 16. de iuram. calumn.* de qua in præ-
ſenti caſu non conſtat.

Iuſtitia etiam eſt patens, quia dictæ ſententiæ declarant, ſubhaſtationem, & deliberationem cuiuſdam domunculæ ad fauorem Moitani factam fuiſſe validam.

Et, † quod ſit valida probatur, quia fuit facta 4
ſeruatis ſeruandis præuia citatione ad viden-
dum ſubhaſtari bona in executione capta, & decre-
to de ſubhaſtando niſi per totam, cuius vigore
fuit expeditum mandatum de ſubhaſtando, &
Curſori conſignatum, in cuius manibus fuerunt
factæ tres oblationes, & præuia alia citatione
ad videndum deliberari vltimo, & plus offe-
renti Iudex mandauit deliberari, niſi infra
menſem cum intimatione, quæ fuit eadem die
executa, & in actis reproducta.

Nec obſtat, quod effectus dictæ citationis, & decreti euanauerint poſt lapſum d. menſis, adeo quod, cum oblatio Moirani fuerit facta poſt d. menſem cenſeatur facta, ſine citatione, & decreto.

Quia † terminus d. menſis fuit appoſitus ad 5
fauorem debitoris, vt poſſit, durante illo termi-
no, vel pignus luere ſoluendo, quod debet, vel
conditionem ſuam meliorem per maiorem
oblationem facere, &, † ſi creditor ſtatim ela- 6
pſo menſe non curauit bona vltimo offerenti
deliberare, ſed vlterius voluit expectare, vt
compareret, qui debitoris conditionem melio-
rem faceret, non eſt de quo debitor conquera-
tur, quod deliberatio fuerit facta maiori obla-
tori, † licet oblatio fuerit facta poſt d. termi- 7
num abſque alia citatione, & decreto, cum
etiam abſque alia citatione potuiſſet fieri deli-
beratio etiam longe poſt d. terminum vltimo
offerenti intra d. terminum, & ſic ei, qui minus
obtulerat, ſi maior oblator poſt terminum non
comparuiſſet, & in terminis, quod deliberatio
facta maiori oblatori etiam poſt terminum
abſque alia citatione ſuſtineatur, *fuit dictum in
Romana deliberationis Cenſus 18. May 1584. coram S. M.
Clem. VIII. & in Romana Nullitatis ſubhaſtationis
27. Iunij 1616. coram R. P. D. Pirouano*, & ita ſeruatur
de ſtylo, de quo teſtatur *Saluſt. Tib. lib. 1. cap. 43. nu.
7.* & plures practici Curiales, & Notarij, vt ap-
paret ex atteſtationibus exhibitis, & etiam tunc
coram R. P. D. Pirouano, & prius *coram fel. recor.
Clem. VIII. in dict. Romana Deliberationis Cenſus 18.
Maij 1584. canonizatis.*

Nec obſtant deciſiones in contrarium allegatæ, quia *deciſio in cauſa Romana Spolij 19. Ianuarij*

1615. coram R.P.D. Pamphilio fundatur in eo potiſ-
8 ſimum, † quod decretum de deliberando fuit
per nouum decretum circunductum, quodque
deliberatio non potuit per iſtud nouum decre-
tum ſuſtineri, quia fuit factum cum clauſula,
niſi infra tres tantum, & quia in iſto termino
non fuit facta niſi vnica oblatio, & aliæ etiam
deciſiones procedunt in ſuis caſibus, videlicet
quando oblatio facta poſt terminum non fuit
intimata ei, qui intra terminum licitando vice-
rat, vel quando offerens poſt terminum non fe-
cit meliorem conditionem debitoris, aut ſal-
tem dubium eſt, an eam meliorem fecerit, hoc
enim caſu non poſſet ei fieri deliberatio. niſi
vocato debitore, *vt dixit Rota in Romana Subha-
ſtationis 10. Maij præteriti coram R.P D. meo Buratto.*

Non obſtat allegatus exceſſus, quia de eo
non conſtat, & immo ex calculo ficto apparet,
mandatum fuiſſe relaxatum pro minori ſum-
ma. Nec declaratio Simonis facta poſt delibe-
rationem præiudicat Moirano, cui fuit facta
9 deliberatio, cum † nec confeſſio venditoris
noceat emptori poſt factam venditionem, *Cu-
man. conſ. 155. Rot. deciſ. 106. nu. 2. in fin. part. 2. in recent.*

10 Nec obſtat, † quod deliberatio non fuit fa-
cta præſente pecunia, ſed mediante accollatio-
11 ne cuiuſdam cenſus, quia, † licet accollatio cen-
ſus non liberet impoſitorem cenſus, *Rot. deciſ. 206.
nu. 2. impreſſ. poſt ſecundum vol. conſ. crimin. Farinac. &
12 deciſ. 238. int. impreſſ. poſt modern. de cenſib. n. 2.* tamen
deſeruit pro ſolutione in ſubhaſtatione, *iuxt. not.
in dec. 28. coram Sant. me. Greg. XV.*

Nec refert, quod cenſus eſſet extinctus, quia
huic obiecto fuit abunde ſatisfactum in erudi-
to, & docto *diſcurſu impreſſo R.P.D. Ceſij*, in quo in
ſpecie etiam conſideratur, quod vigore inſtru-
menti d. cenſus fuit ante deliberationem rela-
xatum mandatum pro fructibus contra Ceci-
13 liam nihil opponentem, vnde † adfuit iuſta
cauſa credendi, dictum cenſum non eſſe extin-
ctum; quod videtur ſufficere ad effectum ſub-
ſtinendi ſubhaſtationem, cum præſertim nul-
lum adſit præiudicium Ceciliæ, cui eſt paratus
Moiranus ſoluere in pecunia numerata ſum-
mam accollatam.

Atque hinc tollitur etiam, quod dicitur,
quod, ſi Cecilia fuiſſet denuo citata, potuiſſet
opponere de dicta extinctione, tum quia, cum
dicta Cecilia nihil oppoſuerit, quando fuit ci-
tata pro fructibus dicti cenſus, veriſimile eſt,
quod ignorauerit dictam extinctionem, atque
ita quod eam non oppoſuiſſet neque in dicta
ſubhaſtatione, tum etiam quia in omnem euen-
tum, quod eam oppoſuiſſet, non potuiſſet di-
ctam ſubhaſtationem impedire, quia Moiranus
eo caſu ſummam, quam accollauit, expoſuiſſet
in numerata pecunia, prout nunc eamdem ex-
ponere paratus eſt.

Aliis, quæ leuiora videntur, bene reſponde-
tur *in dicto diſcurſu R.P.D. Ceſij*, & eaſdem re-
ſponſiones Domini approbarunt, &c.

COCCINO.

*Peruſina Pecuniaria Lunæ
6. Iunij* 1625.

SVMMARIA.

1 *Reſtitutio aduerſus rem iudicatam ob non interpoſi-
tam appellationem an requirat læſionem.*
2 *Sententia lata contra minores indefenſos eſt nulla,*
3 *Lim. ſecus ſi ab initio fuerit iudicium legitime in-
tentatum, & conſtet nullam defenſionem eis com-
petere.*
4 *Contradictor legitimus non dicitur, qui non probat
dominium, aut poſſeſſionem, & n. 5.*
5 *Poſſeſſio ſolo animo perditur, ſed non ſolo animo ac-
quiritur.*

Deciſio LXV.

CReditores Iulij Lucciarij obtinuerunt re-
laxari mandata per A.C. ad eorum fauo-
rem, quibus ſe oppoſuerunt filij obiicientes fi-
deicommiſſum, donationem, & credita propria,
& cauſam coram D. Signio introduxerunt, qui
firma remanente cauſa prætenſi fideicommiſſi,
& donationis, moderatus fuit inhibitiones quo-
ad bona Iulij debitoris ad effectum ſubhaſtandi,
& deliberandi, & ex pretio redigendo conſi-
gnandi filiis dicti Iulij, & q. Vincẽtię ſcuta 500.
& Paulæ ſorori flor. 500. deponendiq; reſiduum
penes Montem Pietatis, vt creditorib. dicti Iu-
lij conſignaretur ad omne mandatum Domini;
Quod decretum licet per alium Iudicem fuerit
reuocatum, fuit tamen poſtea confirmatum per
ſententiam Rotalem, quæ tranſitum fecit in iu-
dicatum, vt patet ex rationibus *in hac cauſa dedu-
ctis 9. Febr. anni ſuperioris coram R.P.D. meo Buratto.*

Vnde, commiſſa cauſa reſtitutionis in inte-
grum, dubitaui, an conſtaret de cauſis reſtitu-
tionis, & Domini pro negatiua reſponderunt,
licet enim agatur de reſtitutione aduerſus rem
iudicatam ob non interpoſitam appellationem,
† quo caſu non deſunt Doctores, qui tenent, 1
quod aliter non ſit docendum de læſione; Ni-
hilominus in contrarium ſtat communis ſen-
tentia, vt late per *Odd. de reſtitut. in integr. qu. 36. n.
40. qui licet nu. 46. verſ. aut loquimur*, dicat ſufficere,
quod detur fumus de bono iure petentis reſti-
tutionem, *vt dixit etiam Rota in cauſa Fanen. Emphy-
teuſis 3. Aprilis 1623. coram me.* hic tamen non ſo-
lum nullus datur fumus boni iuris, immo po-
tius contrarium expreſſe apparet *ex prima deci-
ſione in hac cauſa facta prima Iulij 1622. coram R.P.D.
meo Merlino, & die 28. Iunij 1623. coram D. meo Na-
uarro tunc temporis Rotæ Auditore*, & denique *ex alia
13. Nouembris præteriti coram Reuerendiſſ. D. meo Ar-
chiepiſcopo Seleucien.*

Non aduerſatur, quod in cauſa adſint mino-
res, † pro quibus eſt regula, quod ſententia lata 2
contra minores indefenſos nullitati ſubiecta
eſt, vt per *Doctores in leg. cum & minores, C. ſi aduerſ.
rem iud.* Nam huic motiuo fuit reſponſum, quod,
quod, † ſi ab initio iudicium legitime fuit inten- 3
tatum, licet poſtea minor non defendatur, dum-
modo conſtet, quod nullum ius defenſionis illi
competebat, ſententia valida eſt, & ſubſtinetur,
ita *Bald in d. l. cum & minores, nu. 8. & ita tenet Rota
iuxta dec. Put. 298. iuncta vltima addit. lib. 2. in nou.* hic
autem iudicium legitime fuit intentatum, &
vtraq; parte informante fuit facta deciſio corã
D. meo

Digitized by Google

D.meo Merlino, Et licet in ſecunda deciſione coram Nauarro altera tantũ pars informauerit, in ea tamen fuerunt põderata iura de nouo producta per minores, & facto in actis deducto Rota ſuppleuit quoad ius. Cæterum nihil hodie deducitur, quod releuet, aut Iudicis animũ poſſit aliquo modo mouere ad inclinandum, quod minores fuerint indefenſi, præſertim cum dictę deciſiones ſint elaboratiſſimæ, & obiectæ omnibus, qui fieri poſſent, reſpondeãt ad ſatietatem.

Nec ex eo læſio poteſt deduci, ex quo dicti fratres de Lucciariis videntur pro maiori ſumma creditores, vt dicitur in ſummario *num. 5.* Quia quidquid ſit de iſto credito, quatenus etiam eſſet verum, nulla tamen læſio reſultaret, cum primus Iudex, cuius decretum fuit confirmatum à Rota, mandauerit deponi reſiduum pretij in monte Pietatis, vt ſcilicet conſignaretur creditoribus dicti Iulij, prout Dominus mãdabit. Quare certum eſt, fuiſſe præſeruatum ius iſtis fratribus de Lucciariis, quatenus de ſuo credito docuiſſent. Nec prodeſt explicatio, quod ſcilicet mandatum fuerit executum ad inſtãtiam creditorum, inter quos ipſi non enumerantur. Quia mandatum non fuit relaxatum ad effectum conſignandi ipſis creditoribus, ſed ad effectũ deponendi, & facto depoſito non fuit pręcluſa via ipſis fratribus, quo minus iure ſuo vterentur, & creditũ, & anterioritatem deducerẽt.

Neque obſtat, quod Iudex grauauerit moderando inhibitionem modo prædicto, & iſti fratres eſſent audiendi ſuper eorum iuribus. Nam, vt optime reſpondetur in prima, & ſecunda deciſione, hi fratres nullum probant dominium,
4 aut poſſeſſionem iſtorum bonorum † iccirco non erant legitimi contradictores, *l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re iud.* Et quamvis hodie ex aſſertione Iulij prætendant probare poſſeſſionem, hoc tamen ſatis ſublatum fuit in deciſione D.mei Nauarri; cui poteſt addi, quod aſſertio Iulij, ſe poſſeſſionem dimiſiſſe, non infert, quod
5 filiis illa fuerit acquiſita. † poſſeſſio enim, quæ ſolo animo perditur, non poteſt ſolo animo acquiri, *l. licet, ff. de acq. poſſ. l. poſſideri, §. in amittenda, ff. eod. Hoſtien. in c. litteras, n. 2. de reſtit. ſpol. Butr. in c. ad ſedem. n. 25. eod. tit.* Neque aliquid prædictis releuant teſtes, qui hodie dantur, quia non probant poſſeſſionem de tempore emanatę inhibitionis, immo oppoſitum probatum fuit *in deciſione D. mei Merlini.* Hinc parum facit, quod hodie poſſideant, & in relaxatione mandati Rotalis præſupponãtur poſſeſſores, non eſt enim inſpiciendum iſtud tempus, ſed probandum eſſet, quod de tempore, quo inhibitionem obtinuerunt ad impediendos creditores, eſſent poſſeſſores, vel haberent dominium, ita vt eſſent legitimi contradictores, quod nullatenus probatum eſt.

Ex quibus fuit reſolutum, non conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum. Quia tamen mandatum fuit relaxatum etiam contra perſonas fratrum de Lucciariis, & in hoc exceditur, decretum moderans inhibitionem, voluerunt Domini in hac parte, vt reformetur, quod certe fieri poteſt, cum non fuerit contra perſonas executum, & quoad bona reſeruarunt videre, an conſtet de exceſſu in executione, &c.

EODEM.

Eadem Veneris 4. Iulii 1625.

SVMMARIA.

1 *Executio facta in bonis non debitoris dicitur exceſſiua.*
2 *Præſumitur pro executione.*

Deciſio LXVI.

CVm fuerit moderata inhibitio quoad bona Iulij tantùm † prætendebatur exceſſus ex quo exequutio fuerat facta in bonis Barnabei, & Alexandri, qui fecerant fideicommiſſum ad fauorem filiorum Iulij. 1

Cæterum contrarium viſum fuit Dominis, quia, licet per fratres de Lucciariis fuerint deſcripta 42. corpora, vt in ſummario numero 11. tamen, cum exequutio fuerit facta ſolum ſuper corporibus 20. non probant, quod dicta corpora ſint de ſubiectis fideicommiſſo Barnabei, & Alexandri; Immo ex teſtibus clare probatur, quod corpora deſcripta in ſequentibus numeris fuerunt acquiſita per Iulium, videlicet deſcripta ſub numer. 3. 4. 5. 7. 10. 11. 12. 19. 21. 22. 23. 24. & 34. & quoad reliqua corpora, ſuper quibus etiam fuit facta exequutio, licet teſtes ignorent, cuius fuerint; nempe deſcripta ſub numero 6. 17. 18. 37. 38. 39. & 40. tamen, cùm non probetur, quod fuerint Barnabei, aut Alexandri, non eſt dicendum, conſtare de exceſſu, † quia præſumitur 2
pro executione, *l. 4. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, vbi Alex. num. 17. ff. de re iudic. Rot. deciſ. 45. nu. 1. de appell. in nou. Seraph. deciſ. 1189. nu. 2. & fuit late deductum in cauſa Bononien. de Armis 3. Iulij 1623. coram R.P.D. meo Vbaldo.*

Non obſtant alia deducta; quia ſunt extra dubium, cum non contineant caput exceſſus, de quo hodie quæritur.

Et ideo ita concluſum vtraque parte informante, &c.

REMBOLDO.

Anconitana Prædii Mercurii 29. Aprilis 1626.

SVMMARIA.

1 *Creditori ſecundo competit ius offerendi anteriori.*
2 *Lim. ſecus quando primus creditor vendidit pignus iure creditoris, & affertur ratio.*
3 *Creditor ſecundus admittitur ad offerendum, quando primus emit pignus illud tuendi gratia, ſecus ſi emerit vti extraneus, & ad effectum acquirendi dominium.*
4 *Creditor ſupponens alium ad licitandum, & reportans ab illo ceſſionem, oſtendit ſe emere vti extraneum ad effectum acquirendi dominium, non iure creditoris, & ad effectum tuendi pignus.*

Digitized by Google

5 *Creditor non poteſt vendere pignus ſibi ipſi, nec ſimulata perſona, Decl. vt nu. 7.*

6 *Creditor ſecundus ſemper offerre poteſt, vbi eſt nulla venditio.*

8 *Pignus, alio emptore non exiſtente, poteſt adiudicari creditori.*

9 *Ius offerendi ſecundo creditori non competit, niſi conſtito ſufficienter de credito, & hypotheca, cui annexum eſt.*

10 *Mariti ius ſuper fundo dotali reſolutum dicitur per mortem vxoris.*

11 *Obligatio omnium bonorum viri non extenditur ad fundum dotalem, cuius ius iam erat reſolutum per vxoris mortem.*

12 *Ius offerendi requirit realem, & actualem oblationem crediti.*

Deciſio LXVII.

IN hac cauſa fuerunt latæ extra Rotam duæ ſententiæ. Prior in ſubſtantia declarat, Venerabili Collegio Societatis Ieſu Anconæ competere tanquam ſecundo creditori Bartholomei Fanelli ius offerendi Scipioni Rinaldino primo eiuſdem Fanelli creditori, quodque prædium deliberatum Raphaeli, & ab eodem Raphaele venditum d. Rinaldino longe plus valeat ſcutorum 2.m. pro quibus fuit d. Raphaeli deliberatum: ſecunda autem ſententia confirmat primam in ea parte, in qua declarat, competere d. Collegio ius offerendi, in altera vero parte ſententiam reuocat.

Vnde fuit dubitatum, An hæc ſecunda ſententia eſſet confirmanda, & Domini ſtricte quoad primum caput, in quo declarat, dicto Collegio competere ius offerendi, cenſuerunt eſſe reuocandam.

1 Moti ſunt primo, quia regula, † quod ſecundo creditori competat ius offerendi anteriori creditori, *iuxta text. in l. potior. §. fin. ff. qui pot. in pi-* 2 *gnor. hab.* † fallit, quando primus creditor vendidit pignus iure creditoris, tunc enim primus creditor ex licentia ſibi à lege data transfert in emptorem dominium non affectum iuri ſecundi creditoris, & propterea illud cenſetur ſublatum, ac ſi res nunquam fuiſſet obligata poſteriori creditori, quia ſcilicet facultas vendendi pignus præceſſit obligationem ſecundi creditoris, *l. 1. C. ſi antiq. cred. vbi Iacob. de Aren. Bald. Salyc. & alij relati per Neguſ. de pign. memb. 6. 5. part. princ. n. 4. Franc. dec. 69. nu. 1.* Vnde, cum in caſu iſto ad inſtantiam Rinaldini primi creditoris fuerit venditum prædium, de quo agitur, Raphaeli pro ſcutis 2. m. dominium d. prædij fuit in d. Raphaelem tranſlatum, nec vlterius competit Collegio ſecundo creditori ius offerendi, ex ſupra deductis.

Non obſtat, quod d. prædium fuit in effectu deliberatum Rinaldino, non autem Raphaeli, cum habuerit nudum nomen, fueritque eius perſona ab ipſo Rinaldino ſuppoſita ad licitandum, vt conſtat ex Raphaelis declaratione facta ad fauorem Rinaldini.

Quia hoc, quatenus etiam iuſtificaretur, nihil faceret ad effectum, de quo agitur, in hac enim materia inſpicitur tantum, An creditor emerit pignus tuendi pignoris cauſa, ſeu potius vti extraneus, & ad effectum acquirendi dominium, † & ſi quidem emit tuendi pignoris 3 cauſa, tunc ſecundus creditor poteſt offerre, & in iſtis terminis procedunt allegata pro Collegio, ſi vero emit vti extraneus, & ad effectum acquirendi dominium, ſecundus creditor non poteſt offerre, *vt explicat Franc. d. dec. 69. nu. 3. & 4.* † & in caſu iſto ſatis colligitur ex eo ipſo, quod 4 Rinaldinus ſuppoſuit Raphaelem ad licitandum, quod intentio ipſius Rinaldini fuit emere d. prædium non iure creditoris, & ad effectum tuendi pignus, ſed, vti extraneus, & ad effectum acquirendi dominium, & ſic non poteſt competere Collegio dictum ius offerendi.

Non obſtat, quod † creditor non poteſt vendere 5 pignus ſibi ipſi, nec ſimulatæ perſonæ, *l. & qui ſub imagine, C. de diſtract. pignor.* & † vbi venditio 6 eſt nulla, ſecundus creditor ſemper poteſt offerre, *Franc. deciſ. 224.*

Quia † diſpoſitio *text. & in l. & qui ſub imagine,* 7 procedit in pignore conuentionali, non autem in pignore iudiciali, † illud enim poteſt, 8 alio emptore non exiſtente, & ipſi creditori adiudicari, *l. 2. Cod. ſi in cauſ. iudic. vbi Bald. in fin. Surd. conſ. 256. nu. 5. lib. 2. Rol. conſ. 32. nu. 36. lib. 1.*

Secundo viſum fuit Dominis, † non competere 9 ius offerendi, quia non conſtat ſufficienter de credito Collegij minuſque de hypotheca, cui ius offerendi eſt annexum, *Bald. conſ. 50. n. 2. & 3. Theſ. deciſ. 157. nu. 5. Card. Mant. dec. 126. num. 8.* & quod in effectu dicta hypotheca deficiat, probari videtur, quia prædium, de quo agitur, fuit aſſignatum Fanello in dotem, & pro fundo dotali à Virginia eius prima vxore inæſtimatum, vnde † per mortem Virginiæ ius, quod habebat 10 Fanellus in dicto prædio fuit reſolutum, *l. vnic. §. illi. C. de rei vxor. act.* † nec propterea illud cadere potuit ſub obligatione omnium bonorum 11 facta per Fanellum ad fauorem Collegij.

Tertio videbatur aliquibus ex Dominis iniuſta d. ſententia, quia decernit, dandam eſſe immiſſionem Collegio non facta reali, & actuali oblatione crediti, † quæ erat neceſſaria, 12 *Morot. de iur. offer. num. 75.*

Et ita, &c.

PIROVANO.

Eadem Anconitana Prædij
Lunæ 17. Maij 1627.

SVMMARIA.

1 *Creditori poſteriori competit ius offerendi aduerſus anteriorem, qui habuerit pignoris adiudicationem, & poſſeſſionem.*

2 *Pignora iure creditoris venduntur vel legis permiſſione, vel ex pacto.*

3 *Iuri offerendi ad fauorem ſecundi creditoris non eſt locus, quando bona vinculo pignoris venduntur iure creditoris.*

4 *Lim. non procedere in diſtractione pignoris per viam iudicialem, & num. 6.*

5 *Pignoris venditio per viam iudicialem, cum omnia per*

Digitized by Google

per manum Iudicis expediantur, facta non dicitur à creditore, ſed à debitore per factum Iudicis repræſentato.

7 *Ius offerendi non competit ſecundo creditori, vbi diſtractio pignoris facta eſt in extraneum, ſecus ſi emerit idem creditor, quia acquirit ſeruandi pignoris gratia.*

8 *Ampl. etiam quod creditor emat ſub haſta, & per interpoſitam perſonam.*

9 *Ius offerendi annexum eſt credito, & hypothecæ.*

10 *Titulus hæreditarius tribuit dominium.*

11 *Excipere non poteſt de non dominio alicuius ille, qui eandem rem vti eiuſdem ſubhaſtare fecit.*

12 *Depoſitum intra annum reale, & actuale requiritur in reluitione pignoris.*

13 *Promiſſio de deducendo debitum quando ſufficiat abſque depoſito pro reluitione pignoris.*

14 *Oblatio poſt annum non admittitur in debitore, ſed in ſecundo creditore admittitur vſque ad 30. annos, & ſic per tantum tempus, quanto illius durat hypotheca.*

15 *Sententia publicata diuerſo loco, & coram diuerſis teſtibus eſt nulla.*

16 *Nullitas ſententiæ non oppoſita in ſecunda inſtantia non poteſt opponi in tertia.*

Deciſio LXVIII.

CAuſa hodie repropoſita ſuper reſolutis 29. Aprilis 1626. coram bo. me. Remboldo, dictum fuit recedendum à deciſis.

Quia ſententiæ ad fauorem Collegij Anconitani Societatis Ieſu ſuper iure offerendi eidem Collegio competenti viſæ fuerunt iuſtæ.

Collegium enim probat ſe creditorem hypothecarium Eq. Bartolomei Fanelli pro ſcutis bis mille, vnde agente Columnello Rinaldino creditore anteriore Collegio contra bona eiuſdem Fanelli in iudicio ſubhaſtationis pro conſimili ſumma ſcutorum bis mille, ſequutaque
1 adiudicatione, & poſſeſſione, † recte egit Collegium poſterior creditor contra Rinaldinum anteriorem, & poſſeſſorem ex iure offerendi poſterioribus competenti, *l. potior. § fin. ff. qui pot. in pign. hab. l. 1. Cod. eod. tit. Neguſ. de pign. 3. membr. 5. part. numer. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 121. Alban. conſ. 325. numer. 8. Morot. de iur. offer. numer. 12. Caſtill. deciſ. 91. numer. 1. Maſtrill. deciſ. 201. numer. 1. lib. 3.*

Non obſtat principale fundamentum deciſionis, quæ reuidetur, quod, quando bona vin-
2 culo pignoris venduntur iure creditoris, † quod ſolet contingere vel legis permiſſione, vel ex pacto, *l. ſi conuenerit, ff. de pign. act. § 1. Inſt. quibus alien. lic. vel non gloſ. in l. 2. C. ſi antiq. credit. Morot. de ſecund.*
3 *credit. offer. n. 76.* † tunc locus non ſit iuri offerendi in ſecundo creditore, *§ 1. & 2. C. ſi antiq. credit. Neguſ. de pignor. membr. 5. part. 5. princ. nu. 4. Franc. dec. 69. nu. 1.* & quæ facultates dicebantur concurrere in præſenti tam legis diſpoſitione ex allegatis, quam ex pacto propter clauſulam in inſtrumento Rinaldini appoſitam, accipiendi bona debitoris in ſatisfactionem.

Quia fuit reſponſum, concluſionem eſſe ve-
4 ram, † ſed recipere declarationem, quando primus creditor pro conſequendo, quod ſibi
5 debetur eligit viam iudicialem, nam, † cum omnia per manum Iudicis expediantur, non à creditore venditio pignoris facta dicitur, ſed ab ipſo debitore repræſentato per factum Iudicis, *l. ſi ob cauſam, vbi Bart. Bald. & alij, C. de euict. Tiraq. de retract. conſang. § 1. gloſ. 14. nu. 13. Rimin. iun. conſ. 3. num. 30. vol. 1. Surd. conſ. 39. num. 10. lib. 1.* & tunc, † ſicu- 6
ti ab ipſo emptore per oblationem bona poſſent vendicari, quia in eum non potuit transferri dominium liberum, ſed affectum reluitioni, *Caſtill. ead. deciſ. 91. nu. 19.* ita poterit à licitatore idem conſequi, qui per manum Iudicis ab ipſo debitore emiſſe dicitur.

Secundo reſponſum fuit † tunc demum lo- 7
cum eſſe validæ alienationi, & liberæ à poſterioribus, quando ſequitur in extraneum, nam, ſi idem creditor emit, acquirit ſeruandi ſui pignoris cauſa, & ipſi creditori ementi poterit alius creditor poſterior offerre, *leg. cum ſecundus § fin. cum l. ſeq. ff. de diſtr. pign.*

Nec refert, † quod emerit ſub haſta, & per 8
interpoſitam perſonam, prout fecit Rinaldinus mediante perſona Raphaelis, qui paulo poſt declarauit habere tantummodo nudum nomen in re ſibi deliberata, quia & in his terminis *Franc. teſtatur deciſ. 69.* per Concilium Neapolitanum fuiſſe reſolutum & poſtmodum *eandem opinionem ſequutus eſt deciſ. 224. & 450. n. 3. Fab. de Anna conſ. 37. num. 3. Morot. de ſecund. credit. num. 19. Maſtrill. ead. deciſ. 201. num. 6. lib. 3.*

Ceſſat etiam ſecundum principale fundamentum deciſionis, quod non conſtet de credito Collegij, & hypotheca, § cuius offerendi annexum eſt, *Bald. conſ. 50. num. 2. lib. 1. Theſ. deciſ. 157.* 9
num. 5. Mantic. deciſ. 126. num. 5.

Nam de credito non poteſt dubitari, quia de eo conſtat ex publicis documentis, De hypotheca autem verum eſt, quod prædium ſubhaſtatum fuit aſſignatum in dotem inæſtimatum Virginiæ primæ vxori Fanelli, & præmortua Virginia dominium prædij remanſit penes filios eiuſdem matrimonij, nempe Antonium, Iacobum, & tres filias fœminas. Verum decedente maſculo de anno 1600. Bartholomeo Patre eidem hærede ſuccedente in d. prædio, † ex quo titulo dominus effectus 10
fuit, *l. 2. § illud poteſt. ff. de hæred. & act. vendit. Menoch. conſ. 416. numer. 29.* bene potuit illud hypothecare Collegio de anno 1601. ex generali obligatione omnium bonorum præſentium, & futurorum, neque hodie fœminæ ſuperſtites contrarium contendunt, & Rinaldinus † de non do- 11
minio Fanelli excipere non poteſt, poſtquam fecit prædium ſubhaſtare tanquam Fanelli, & pro eius debito, & propterea earum exiſtentia, alio non probato, hypothecam impedire non poteſt.

Demum euitatur deciſionis fundamentum poſitum in defectu realis, & actualis depoſiti, & intra annum facti, † quæ ad huiuſmodi relui- 12
tionem neceſſaria dicebantur, *leg. cum prior. ff. de diſtract. pign. l. 1. C. qui pot. in pignor. Rot. dec. 442. nu. 1. par. 2. recent.* & de prohibitione poſt annum, *Neguſ. de pign. 3. par. memb. 2. nu. 8.*

Quia primum tollitur ex facto, nempe ex oblatione facta tam ante ſententiam, quam poſt, quæ datur in ſummario Collegij *num. 2.* de toto credito cum promiſſione de deducendo

vſuras,& intereſſe medij temporis,& alia contenta in ſententia.

13 Neque dicatur, quod † illa promiſſio non ſufficit, quando debitum eſt liquidum, *Afflict. deciſ.205.*

Quia verum eſt quoad debitum principale, ſed quoad acceſſoria,quæ egent probatione,& iudicio tantum ſufficit verbalis oblatio, cum liquebunt, *Bald.bene diſtinguens in l.ſi reſiduum,n.1. C.de diſt.pig.& in l.accepta,num.19.Cod.de vſur.* quia vere mora non contrahitur in liquidandis, vt dicit idem *Afflict.d deciſ.205.*

Secundum vero etiam euitatur declarando *Cephal.conſ.298.numer.16.& Neguſ.de pignor.3.par.2.*
14 *membr.n.8.* qui fuerunt in ea opinione,vt † oblatio poſt annum ſuſtineatur, vt procedat quoad debitorem, vt declarat *Rim.iun.conſ.3.nu.33.* ſecus vero quoad ſecundum creditorem,cui ſuccurritur tanto tempore, quanto hypotheca illius durat,& ſic per 30. annos, *Franc. deciſ.69. numer.12.Gayl.obſeru.18.numer.12.lib.2.Morot.de ſec.cred.numer.59.*

Supereſt exceptio inualiditatis ſententiæ de partibus,quæ lata die 24.Nouembris eſt publicata in diuerſo loco,& coram diuerſis teſtibus,
15 † contra *text.in l.1.& 2.C.de ſent. ex breuiloq.recit. Vant.de nullit.ſent.defect.proceſſ.num.69.*

16 Verum † & illa euitari poteſt,dum non apparet coram ſecundo Iudice in Curia de ea fuiſſe oppoſitum, *Rot.dec.7. de re iudic.in antiq. & latiſſime fuit firmatum in dec.572.num.3.par.2. recent. vbi num.4.* additur ratio,quia nullitatum plures ſunt ſpecies, & ideo monſtrandæ Iudici, alias confirmatio prioris ſententiæ non erit impedienda.

Et ita,&c.

CARD. VEROSPII SENIORIS
tunc Peruſiæ, & Vmbriæ Gubernatoris.

VOTVM

In Peruſina Prætenſi Spolij Gubernatoris.

SVMMARIA.

1 *Remedium reintegrandæ non competit aduerſus poſſidentem ex iudicis mandato.*

2 *Spolij actio datur, quando ſubhaſtatio eſt nulla, vel iniuſta. Decl.vt nu.4.*

3 *Iudex nulliter, & iniuſte ad ſubhaſtationem procedens dicitur ſpoliare, & tanquam priuatus procedere.*

5 *Inſtrumentum facit probationem probatam.*

6 *Executiue an agi poſſit pro intereſſe non promiſſo, & num.8.*

7 *Executiue tantum agi poteſt pro expreſſis in inſtrumento.*

9 *Doctorum opinio facit rem dubiam, & excludit notorium.*

10 *Fructus dotis debentur marito pro intereſſe.*

11 *Obligatus pro dote, & intereſſe poteſt conueniri executiue pro interuſuriis.*

12 *Fructus poſt tenutam capti debent in ſortem imputari.*

13 *Tenuta non dat dominium,nec poſſeſſionem.*

14 *Fructus rei in tenutam captæ ante deliberationem in dubio percepti cenſentur ab ipſomet debitore.*

15 *Sententia in iudicio poſſeſſorio non iuſtificatur ex nouiter deductis.*

16 *Fructus pendentes dicuntur pars rei, & veniunt in deliberatione.*

17 *Dictio,Incirca,non firmat certum tempus.*

18 *Dictio,Citra,quomodo intelligatur.*

19 *Teſtes in materia ſpolij debent clare, & concludenter deponere,non obſcure.*

20 *Exceſſus etiam in minimo nullam reddit ſubhaſtationem in totum.*

21 *Fructus dotis non intelliguntur remiſſi per receptionem ſortis.*

22 *Fructus dotis an debeantur ſoluto matrimonio extantibus filiis, eſt articulus controuerſus, & conſequenter,ex ſubhaſtatione eorum cauſa facta non intrat ſpolium.*

23 *Subhaſtatio facta non præſente pecunia nulla eſt.*

24 *Lim.ſtante conſenſu creditoris,cum illius fauore inductus ſit actus numerationis.*

25 *Liberatio debitoris eſt neceſſaria ad ſubſtinendam ſubhaſtationem factam non præſente pecunia.*

26 *Minorum ad fauorem iudicium claudicat, & tenet ſubhaſtatio etiam facta à perſonis non legitimis.*

27 *Conſenſus, qui requiritur ratione præiudicij,ſat eſt, quod quandocunque interueniat.*

28 *Subhaſtatio facta pro maiori ſumma, quam mandatum contineat,eſt nulla.*

29 *Limit. ſecus ſi hoc contingat ex maiori oblatione facta ab emptore, quia debitori competit repetitio.*

30 *Reſiduum pretij rei ſubhaſtatæ vltra debitum debet ex Statuto Peruſino deponi.*

31 *Statuti forma circa ſubhaſtationem non ſeruata ſubhaſtatio corruit.*

32 *Conditio curſu longi temporis præſumitur impleta.*

33 *Conditionem non fuiſſe impletam allegenti incumbit onus probandi, quando ex non implemento ſpolium prætendit.*

34 *Retentio datur pro expenſis litis etiam non liquidis,ſicuti datur filio bonorum patris pro legitima non factis deductionibus.*

35 *Retentio non datur pro credito illiquido.*

36 *Decl. procedere ad effectum retardandi executionem rei iudicatæ, ſeu alterius obligationis executiuæ,ſecus ad effectum ſolius retentionis.*

37 *Retentio competit pro melioramentis etiam ante factam illorum liquidationem.*

38 *Spolium induci non poteſt ex retentione habente titulum,ſeu colorem impenſarum.*

39 *Retentio datur pro melioramentis ex ſtatuto,vel pacto reficiendis,etiam quod ſint illiquida,nec excluditur per oblationem cautionis.*

40 *Mandatum relaxatum pro tota ſumma contra vnum ex pluribus obligatis abſque obligatione inſolidum eſt nullum.*

41 *Notoria iniuſtitia, vel nullitas ſententiæ, vt excludatur, & ex ea non intret ſpolium, ſufficit, quod recipiat controuerſiam in iure, vel in facto.*

Digitized by Google

Deciſio LXIX.

ANno 1603. Perſianus, & Pandulphus de
Anſideis hæredes Vincentiæ Al phanæ
matris obtinuerunt mandatum executiuum
contra bona Cleophæ eiuſdem Vincentiæ ge-
nitricis pro ſcutis 900. ex cauſa reſidui dotis
maternæ & pro ſcutis 252. pro fructibus acci-
pientes tenutam bonorum debitoris, quæ in an-
no 1607. fuerunt deliberata q. Siluio Cinello, &
ab inde citra poſſeſſa per eoſdem de Anſideis
viuente Cleophe, Qua defuncta Marcellus, &
Horatius de Alphanis illius ex filio nepotes de
anno 1620. mouerunt iudicium in remedio
reintegrandæ contra prædictos de Anſideis, in
quo fuit pronunciatum ad eorum fauorem.
Cauſa coram me in ſecunda inſtantia introdu-
1 cta pronunciaui, malè iudicatum, quia † reme-
dium intentatum minimè competit aduerſus
poſſidentem ex iudicis mandato, *leg. iuſte poſſidet,
ff. de acq. poſſ. Rot. deciſ. 641. part. 1. diuerſ. deciſ. 545. nu. 2.
part. 2. recent. Ludouiſ. dec. 43. num. 1.* & in poſſidente
ex deliberatione Iudicis *coram me in Beneuentana
Spolij 10. Martij 1614.*

2 Et, † quamvis actio Spolij detur quando
3 ſubhaſtatio eſt null., vel iniuſta, † ex quo tunc
Iudex ipſe dicitur ſpoliare procedens tanquam
priuatus, *Abb. in cap. conquerente, num. 8. de reſtit. ſpol.
Seraph. deciſ. 623. Ludouiſ. deciſ. 198. 201. 362. Coccin. deciſ.
336. numer. 12. in fin. & in puncto Rot. deciſ. 746. num. 3.
part. 2. recent. Gratian. diſcept. for. cap. 733. nu. 25. & 26.
part. 4.*

4 Id † tamen verum eſt, quatenus ſententia ſit
euidenter, ac notorie nulla, ſiue iniuſta, ita vt
aliqua ratione nec celari, nec offuſcari poſſit,
*Abb. in c. cum cauſam, nu. 4. de appell. Franc. in c. dilecto,
num. 153. eod. tit. in terminis Rot. deciſ. 646. num. 1. & 2.
part. 2. recent.*

Quæ autem deducta ſunt ex parte illorum
de Alphanis pro nullitate, & iniuſtitia ſubha-
ſtationis, non viſa fuerunt mihi releuantia, vt
diſcurrendo de ſingulis apparebit.

Primo ſiquidem opponebatur, non conſtare
de obligatione Cleophæ vltra ſcuta mille, quæ
iam fuerunt ſoluta.

Sed contrarium apparebat ex inſtrumento,
in quo Balthazar promiſit ſcuta 4000. pro do-
te Vincentiæ ſororis ſoluenda infra quinquen-
nium, cui obligationi acceſſit Cleophes ſub his
verbis (*fra il qual tempo da cinque anni detta Ma-
donna Cleophe ſua Madre, oltre il detto meſſer Baldaſ-
ſarre promette di ſuo proprio effetualmente pagare, &c.*
5 quod † inſtrumentum facit probationem pro-
batam, *Bald. in leg. multum intereſt. in vlt. not. Cod. de
ſolut. Aym. conſ. 317. Rot. deciſ. 59. poſt tract. Zacch. de oblig.
camer.*

Secunda deducebatur nullitas ex modo a-
gendi illorum de Anſideis, qui petierunt fru-
ctus dotis executiue ex inſtrumento Petrogal-
li, in quo nulla legitur promiſſio de illis præ-
6 ſtandis, & tamen † non poteſt agi executiue pro
intereſſe non promiſſo *ſecundum opinionem Butr.
quam communem dicit Iaſ. in leg. certi conditio. num. 20.
vbi Dec. num. 7. ff. ſi cert. pet.* & ex alia concluſione,
7 quod † via executiua competat tantum pro ex-
preſſis in inſtrumento, *Bald. in l. ab Anaſtaſio. num.
4. Cod. mand. Rot. deciſ. 742. numer. 11. parte prima di-
uerſ. deciſ. 57. numer. 2. 77. num. 1. 111. in recoll. à Zacch.
vbi ſupr.*

Sed † aliam opinionem, vt pro intereſſe de- 8
tur via executiua, licet de illo non fuerit habi-
ta mentio in inſtrumento, tenent *Rom. & alij,
quos adducit Alex. in l. certi conditio. n. 5. Zacch. de form.
camer. qu. 31. numer. 7. Antonin. lib. 2. var. reſol. vlt. caſ. 18.
verſ. hoc. & dicit Gratian. cap. 852. for. diſcept.* quod dif-
ficile ſit in hoc articulo diſcernere, quæ ſen-
tentia ſit verior, & magis recepta. Vnde non
poteſt ex hoc capite induci nullitas notoria,
cum † Doctorum opinio faciat rem dubiam, & 9
excludat notorium, *Surd. deciſ. 59. num. 7. Contard. de
moment. poſſ. limit. 3. num. 8. limit. 7. nu. 70. Antonin. lib. 1.
var. reſol. cap. 100. nu. 14.*

Et ceſſat controuerſia ex facto, quia Cleo-
phes in eodem inſtrumento promiſit ſoluere
intereſſe, ibi, quam pœnam, &c. quæ clauſula,
ſecundum ſtylum eiuſdem Notarij extendi de-
bet vna cum damnis, expenſis, & intereſſe,
† fructus autem dotis debentur marito pro in- 10
tereſſe, *Bart. in l. ſi inſulam. §. vſuras numer. 3. ff. ſolut.
matr. Canon. in c. ſalubriter. de vſur. Cagnol. in l. curabit.
nu. 42. C. de act. empt. Ioſ. Ludouiſ. deciſione luc. 21. num.
27.* & † obligatus pro dote, & intereſſe poteſt 11
conueniri executiue pro interuſuriis, *Rota coram
bona memoria Andrea in Interamnen. Dotis 10. Iunij
1618.*

Tertia erat nullitas ex eo prætenſa, quod
Anſidei perceperint fructus ex dictis bonis du-
rante tenuta, † quos debebant imputare in ſor- 12
tem *D.D. in leg. ſi finita, §. Iulianus ff. de damn. inf. Fe-
lyn. in cap. conſultationibus, de offic. deleg. Soc. reg. 324. in
verb. immiſſus.*

Sed hoc non fuit iuſtificatum in facto, ſiqui-
dem † creditor accipiendo tenutam bonorum 13
debitoris non acquirit dominium, nec poſſeſ-
ſionem illorum, & conſequenter † fructus ante 14
deliberationem cenſentur percepti ab ipſomet
debitore, *Seraph. dec. 1007. nu. 3. in fin. Rota coram Car-
dinal. Sacrato in Peruſina Pecuniaria de Timotheis 28.
Maij 1618.*

Et teſtes non releuant, cum fuerint exami-
nati poſt latam ſententiam reintegratoriam,
† quæ iudicio poſſeſſorio non iuſtificatur ex 15
nouiter deductis, *Rot. deciſ. 28. in fin. par. 1. recent. Se-
raph. deciſ. 337. num. 14.*

Nec minus probant perceptionem fructuum
ante deliberationem, quia fructus anni 1607.
† tanquam pendentes dicuntur pars rei, & ve- 16
niunt in deliberatione, *Ludouiſ. deciſ. 430. numer. 3.
Rot. dec. 33. part. 1. recent.*

Ante vero deliberationem non concludunt,
cum deponant à quindecim annis citra, & in-
circa, † quæ dictio, Incirca, non firmat certum 17
tempus, † & dictio, Citra, poteſt intelligi poſt 18
deliberationem, *Bart. in l. Celſus numer. 23. de prob.
Rota coram Cardin. Mantu. deciſ. 175. nu. 10.* & in aliis.
† & in hac materia teſtes debent clare, & con- 19
cludenter deponere, non autem obſcure, *Capu-
taq. deciſ. 30. par. 2.*

Quarta nullitas deducebatur ex inſtrumento
confecto per acta Ballarini anno 1587. in quo
fuit facta quietatio de parte dotis ſoluta, & pro-
miſſum ſoluere reſiduum vna cum fructibus de-
currendis, à quo tempore vſque ad obitum An-

Digitized by Google

fidei eiuſdem Vincentiæ Viri fructus non aſ-
20 cendunt ad ſcuta 228. & tamen † exceſſus
etiam in minimo reddit nullam ſubhaſtationem
in totum, *Rota coram Orano in Aſsiſien. Subhaſtationis 15. Nouembris 1596. coram Iuſto. & in Romana Spolij 21. Februarij 1600. de quibus apud Marcheſ. par. 3. de commiſſ. pag. 45. & 47.*

Et hoc pariter corruit in facto, quia Anſidei egerunt ex inſtrumento Petrogalli, ſecundum quod calculando tempus moræ fructus aſcen-
21 dunt ad petita ſcuta 252. † qui non cenſentur
remiſſi per receptionem ſortis, *Magon. dec. Flor. 33. per tot. Ludouiſ. deciſ. 93 num. 3. vbi Add. num. 10.* Vl-
22 tra quod † ex hoc non potuit induci ſpolium,
cum articulus ſit controuerſus, an fructus dotis debeantur ſoluto matrimonio, quando remanſerunt filij, *Rot. deciſ. 10. num. 6. & 7. poſt Zacch. de oblig. camer.*

23 Quinta † nullitas erat ex ſubhaſtatione facta
non præſente pecunia contra *l. à Diuo Pio, §. ſed ſi emptor ff. de re iudic. Rot. deciſ. 50. num. 5. par. 3. diuerſ. Ludouiſ. deciſ. 23.*

Cæterum interuenit conſenſus creditorum
24 habentium fidem de precio, † qui ſufficit ad
validitatem ſubhaſtationis, cum fauore ipſorum inductus ſit actus numerationis, *Alex. in d. § ſed ſi emptor. col. 2. Rot. deciſ. 247. part. 4. diuerſ. Ludouiſ. deciſ. 430. nu. 4. Gratian. cap. 356. n. 5. par. 2. forenſ. diſcept.*

Nec obſtat, quod Anſidei principales minime conſenſerint, ſed Liuius illorum Curator, & alius negotiorum Geſtor non conſtito de illorum facultatibus, Vnde non fuit inducta li-
25 beratio debitoris, † quæ neceſſaria eſt ad ſu-
ſtinendam ſubhaſtationem factam non præſente pecuni-, *Rot. coram Cardin. Sacrato in Aſculana Pradij 22. Iunij 1601. apud Marcheſ. dicta par. 3. pagin. 46.*

26 Quia Anſidei tunc erant minores, & † ad ip-
ſorum fauorem iudicium claudicat, & tenet ſubhaſtatio, etiam ſi facta ſit à perſonis non legitimis, *Doct. in l. non eo minus, C. de procur. Rol. conſ. 99. num. 36. lib. 1. Surd. conſ. 9. num. 13. Ludouiſ. deciſ. 574. num. 2.*

Et liberatio debitoris fuit inducta re ipſa, dum nec Cleophes, nec illius hæredes ab inde citra paſſi ſint aliquas moleſtias, & Anſidei ex cauſa talis crediti poſſederunt bona ſubhaſtata, nec non Perſianus vult hodie conſentire libe-
27 rationi; qui conſenſus releuat, † quoniam, vbi
requiritur ratione præiudicij, ſat eſt, vt quandocunque interueniat, de communi *Mynſ. cent. 2. obſeru. 24. Gratian. cap. 140. nu. 19. par. 1.*

28 Sexta † nullitas erat ex ſubhaſtatione facta
pro ſcutis 1198. & mandatum fuit relaxatum pro ſcutis 1152.

Verum Anſidei non petierunt ſubhaſtari
29 bona, niſi pro ſcutis 1152. † quæ ſi fuerunt de-
liberata pro maiori ſumma ab emptore ſponte oblata, non corruit ſubhaſtatio, ſed datur actio debitori ad repetendum illud plus, *Mandoſ. ad Rom. conſ. 454. littera O. Rota coram Vbaldo in Romana Subhaſtationis 2. Iunij 1614. apud Zacch. de ſociet. offic. deciſ. 60.*

30 Septima, † nullitas erat, quia reſiduum precij,
quod ſuperfuit, non fuit depoſitatum, vt cauetur *in Statut. Peruſ.* habente clauſulam annullati-
31 uam *lib. 2. rubr. 39. verſ. ſi vero placuerit,* † cuius for-
ma non ſeruata actus corruit, *Alex. conſ. 42. nu. 16. lib. 1. Surd. conſ. 371. nu. 70. lib. 3.*

Sed fuit reſponſum pluribus modis.

Primo, Quod Alphani actores tenentur probare negatiuam, maxime ſtante lapſu 14. annorum à die factæ deliberationis vſque ad
tempus motæ litis, † ex quo depoſitum præſu- 32
mitur factum, *Rot. deciſ. 132. numer. 6. & 7 part. 1. diuerſ. in puncto, Gratian. in forenſ. diſcept. cap. 704. num. 8. part. 4.*

Secundo Statutum mandat, quod in primis ſatisfiat creditori de debito, & expenſis, & reſi-
duum deponatur, † propterea ad effectum ſpo- 33
lij Alphani agentes tali remedio debent probare, quid ſuperfuerit deductis impenſis, *Seraph. deciſ. 264. nu. 10. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 42. nu. 6. Grat. in forenſ. diſcept. cap. 375. n. 11. par. 2.* Certum eſt enim,
Anſideos feciſſe impenſas in lite, † quæ licet 34
non fuerint liquidatæ, interim pro illis datur retentio, ſicut datur filio bonorum Patris pro legitima ante factas deductiones, *Capr. conſ. 19. Gabr. conſ. 36. n. 11. lib. 2. Rot. deciſ. 184. n. 9. part. 4. diuerſ. Ludouiſ. deciſ. 185.*

Nec obſtat † haud competere, vbi creditum 35
ſit illiquidum, *Surd. dec. 46. in fin. Rot. deciſ. 433. nu. 2. part. 2. recent. & poſt Zacch. de form. camer. deciſ. 50. nu. 8. Seraph. deciſ. 1455. part. 2.*

Quia † verum eſt ad retardandam executio- 36
nem rei iudicatæ, aut alterius obligationis executiuæ, ſecus ad effectum ſolius retentionis pro qua ſat eſt conſtare de credito in genere, licet
non conſtet de quantitate, † vt de retentione 37
propter melioramenta ante factam illorum liquidationem tradunt *Doct. in leg. ſi area, ff. de cond. indeb. Mareſc. lib. 2. var. reſol. cap. 112. numer. 20. Rot. poſt Zacch. de oblig. camer. deciſ. 129. nu. 3.*

Et in omni caſu † ex hac retentione habente 38
titulum, ſeu colorem propter cauſam impenſarum non poteſt induci ſpolium, *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. nu. 569. Amat. deciſ. March. 23.*

Præſertim quia Statutum ipſum diſponit,
quod creditori ſatisfiat de impenſis, † vt dicitur 39
de melioramentis, quæ ſi ex Statuto, vel pacto ſint reficienda, vtique pro illis alioquin illiquidis datur retentio, quæ non excluditur per oblationem fideiuſſionis de illis reficiendis facta liquidatione, *Neguſ. de pign. 4. memb. 5. par. nu. 11. Peregr. de fideicomm. art. 50. n. 83. Gratian. deciſ. March. 225. num. 3. & nu. 5. in add.*

Vltima nullitas erat, quia contra Cleophem fuit relaxatum mandatum pro integra ſumma ſcutorum 900. abſque ipſius obligatione inſolidum cum Balthazare principali promiſſore,
† & conſequenter nulliter, *Ronchegall. de duobus* 40
reis, §. cum in tabulis, num. 3.

Sed prædicta ceſſant in facto, quia Cleophes ſe obligauit ſoluere de ſuo dotem ſcutorum 4. m. & conſtat in proceſſu, quod Balthazar ſoluit ſcuta 2. m. Cleophes vero ſcuta 1100. & conſequenter ſcuta 900. remanentia, pro quibus fuit actum, erant pro rata debita ab eadem Cleophe.

Quare viſum fuit mihi, conſtare de vero cre-
dito, & bono iure Perſiani, † cui ſufficit, quod 41
prædicta recipiant aliquam controuerſi[am] Iuris, vel facti, vt excludatur notoria iniuſtitia, vel nullitas ſententiæ, vt non intret actio ſpolij, *Surd.*

Digitized by Google

Surd.conſ.118. n.13.& 14. Gratian. in forenſ. diſcept.cap. 374.n.17.part.5. Antonin lib.1.var.reſolut.57.n.6. in puncto. Rot. d.dec.646.part.2. recent. & dec.60. in recoll. à Zach. de oblig.camer.&c.

COCCINO.

Ariminen. Bonorum Veneris
5. Martij 1627.

SVMMARIA.

1 *Bona capta per ſaluianum non poſſunt abſque licentia Principis ſubhaſtari.*

2 *Libellus interpretationem recipit à voluntate libellantis.*

3 *Narratiuæ commiſſionis eſt fides adhibenda præſertim ſi ſit à principali producta.*

4 *Saluianum ſola poſſeſſione contentatur.*

5 *Hypothecaria requirit plenam dominij probationem.*

6 *Dotis ob reſtitutionem poſſunt alienari, & ſubhaſtari etiam bona ſubiecta fideicommiſſo. Decl. vt n.7.*

8 *Conſenſus poſſidentis ſufficit ad ſuſtinendam ſubhaſtationem. Decl. vt nu.13.*

9 *Declarationis illius, qui fecit actum, ſtandum eſt in his, quæ dependent ab eius animo.*

10 *Declaratio facto mediante maior eſt qualibet alia declaratione.*

11 *Hæres grauatus ſub conditione poteſt, vita ſua durante, diſponere de rebus fideicommiſſo ſubiectis; ſecus per viam vltimæ voluntatis.*

12 *Legitima in filio hærede fideicommiſſo grauato cenſetur electa in primis alienationibus.*

14 *Tranſactio non eſt ad res diuerſas extendenda, ſed reſtringenda intra limites præſcriptos.*

15 *Fructus ſuos facit, qui poſſidet titulo validæ ſubhaſtationis.*

16 *Fructus in ſaluiano ex iuris diſpoſitione computantur in extinctionem ſortis, & n.18. in fin.*

17 *Fructus lucrantur à bonæ fidei poſſeſſore, nec in ſortem imputantur.*

18 *Lim. ceſſante bona fide per litem motam.*

19 *Lim. vt bona fides non ſuffragetur pro acquiſitione fructuum, cui lex expreſſe reſiſtit.*

Deciſio LXX.

CVm ſub die 8. Iunij 1626. circumſcripto
reſolutionis effectu fuiſſet firmatum, Lu-
cretiam non ſe reſtrinxiſſe in libello ad ſolum
Saluianum, dubitaui, An præſuppoſita huiuſ-
modi reſolutione recedendum eſſet à deciſis
ſub die 4. Martij 1622. & Domini negotio plu-
ries diſcuſſo perſtiterunt in reſolutis. Quia fir-
mum adhuc remanet fundamentum quod †
1 cum Lucretia poſſideret vigore Saluiani, non
potuit ſine licentia Principis venire ad ſubha-
ſtationem *Eugen.conſ.65.num.86. Rot. diuerſ.deciſ.43. num. 2. verſ. neque de iure. part.1. Seraph. deciſ. 100. num.1.*

Non obſtat, quod in libello non ſe reſtrin-
xerit ad ſolum Saluianum, quia ex poſtea ge-
ſtis, & primo ex narratiua commiſſionis cau-
ſæ, & illius remiſſionis ad Gubernatorem Ari-
minen. ibi, prædictæ exponentes volentes
contra eos iudicio Saluiani interdicti agere,
euidenter conſtat de illius intentione, & vo-
luntate proſequendi, dumtaxat Saluianum,
quod ſufficit, † cum libellus ab ipſius volun- 2
tate interpretationem reciperet, *l.ſi quis intentione. & ibi Bart. ff.de iudic. l.inter ſtipulantem, §.ſi ſtichum, ff.de verb.oblig. Papien. in form. libell. act. real. in gloſ. ſaluo iure, nu.3.* Nec poteſt dubitari, † quin 3
huiuſmodi narratiuæ ſit fides adhibenda, cum
emanauerit in commiſſione, *ad text. in l.cum precum. C.de liber.conſ.* & ab eadem Lucretia per pro-
ductionem Breuis, in quo continebatur, ple-
nius fuit approbata, *Bart. in l.poſt legatum. ff de his quib. vt indig. Bald in l.ſcripturæ in princ. C.de fid.inſtr. Dec. in c.cum ſuper, n.23. de offic.deleg. quos ſequitur Rota apud S.M. Gregor. dec.385. n.1.* vnde dici non po-
teſt, quod tanquam emanata à Procuratore
non habente ad id ſpeciale mandatum Lucre-
tiæ præiudicare non potuerit.

Secundo idem etiam colligitur ex actis, ex
quibus cum fuerit ſolummodo probata de-
tentio Ioannis Pauli, non autem dominium
Matthei, euidenter conſtat quod Lucretia vo-
luit agere Saluiano, † quod ſola poſſeſſione 4
contentatur, *Rot. deciſ.34. num. 2. part. 1. diuerſ.* † 5
non autem hypothecaria, quæ plenam domi-
nij probationem requirit, *Socc.conſ.102. nu.7. lib 4. Neguſ. de pignor. 3. memb. 4. part. nu.26.*

Nec dicatur, quod ſubhaſtatio non proceſ-
ſit in vim iudicij, ſed in executionem concor-
diæ, quæ iudicium ſuppreſſit, quia aduerten-
dum eſt, quod, cum in caſu iſto effectus con-
cordiæ fuerit remouere obſtaculum, quod
Ioannes Paulus opponebat actioni per Lucre-
tiam intentatæ in Saluiano, ſequitur, quod
remoto per concordiam huiuſmodi obſtacu-
lo, actio effectum ſuum ſortita ſit, & in con-
ſequentiam capta poſſeſſio vigore Saluiani, &
ſic in illius continuationem ſubhaſtatio ema-
nauit.

Sicuti nec minus licite dici poteſt, quod, † 6
cum Lucretia ageret ad reſtitutionem dotis,
potuit licite deuenire ad alienationem bono-
rum in fideicommiſſo comprehenſorum, & ſic
etiam ad illorum ſubhaſtationem, per *auth.res, quæ C.comm.de legat.*

Quia, quidquid ſit de hoc, † in quo tamen 7
requirebatur omnimodo decretum Iudicis, cui
debebat plene conſtare, non adeſſe alia bona
libera, in quorum defectum datur remedium
d. auth. tanquam ſubſidiarium, ſed etiam de-
buiſſent citari fideicommiſſarij, quorum neu-
trum factum fuit, in caſu iſto tollitur difficul-
tas omnis, quia Lucretia non egit hoc reme-
dio aduerſus fideicommiſſarios, ſed dedit li-
bellum contra tertios poſſeſſores, aduerſus
quos dici non poteſt, quod egerit remedio *d. auth.res, quæ.*

Nec obſtat, quod † cum Ioannes Paulus poſ- 8
ſideret iure legati d. prædium S. Paterniani, il-
lius conſenſus ad ſuſtinendam ſubhaſtatio-
nem ſufficeret. Quia fuit reſponſum.

Primo. Quod ex ipſiuſmet Ioannis Pauli cõ-
feſſione iurata contrarium conſtat, videlicet,
quod ipſe non poſſidebat d. prædiũ iure legati,
ſed iure pignoris, nempe pro alimentis ſibi re-
lictis à Scipione fratre carnali fideicommitten-
te, ibi, *Entrai in poſſeſſo della poſſeſſione di S. Patrignano*

Digitized by Google

per aſſigurarmi di po r conſeguire d tt' aliment, *& non*
9 *per altra ragione*, *&c.* † cui declarationi in hoc ſtandum eſt, vt *per Alex. conſ.126. ſub numero 4. v. quinimmo. lib.7. Corn. conſ.37. ſub num.2. lib.3. Aym. conſ.197. nu.4. tenuit Rota apud S.M. Greg. in d.dec.460. num.13.*

Quæ declaratio corroboratur ex tenore concordiæ inter eumdem Ioannem Paulum,& Lucretiam initæ, ibi; *Purche al Sig. Gio. Paolo ſiano aſſegnati in prima gli alimenti laſciatigli dal Sig. Scipione*, & ibi, *Se prima non ſaranno de Monſig. Garzone li ſuoi alimenti &c.* Vnde ex hoc colligitur, prætenſiones Ioannis Pauli ſolummodo reſpexiſſe dd. alimenta, & ſic tanto facilius præſumendum eſt, in dictam cauſam poſſediſſe, maxime cum, illis receptis, d. prædium ceſſe-
10 rit, & quod concurrit etiam declaratio facti, † quæ maior eſt qualibet alia declaratione, *c. dilecti filij. vbi gloſ. in verb. facto. de appell. Ambar. conſ. 321. nu.3. Rota apud S.M. Greg dec.247. n.18.* Et plurimum etiam ſuffragantur litteræ Gubernatoris Ariminenſis tranſmiſſæ ad Præſidem pro confirmatione,& auctoramento eiuſdem concordiæ, in quibus expreſſe dicitur. *Poſſedendo il Sig. Gio. Paolo vna poſſeſſioni fuori, & vna Caſetta dentro alla Città per gl' alimenti laſciatigli in teſtamẽto del Padre &c.* ex quibus ſimul iunctis ſaltem itá adminiculatur prædicta eiuſdem Ioannis declaratio, vt non debeat dici ex poſt facto in fraudem,& præiudicium alicuius.

Vltimo fuit ex abundanti reſponſum, quod, dato etiam ſine veri præiudicio, quod Ioannes Paulus poſſideret tanquam legatarius Matthæi, attamen non ideo fuit ei ius aliquod dominij acquiſitum in d.d. bonis, quia nulla-
11 tenus legatum ſuſtinebatur; † Quamuis enim Mattheus tanquam hæres grauatus ſub conditione potuiſſet, vita ſua durante, diſponere de rebus fideicommiſſo ſubiectis, prout in *l. generaliter, §. ſub conditione, ff. qui, & à quibus.* late *Peregr. de fideicomm. art.40. n.6.* Tamen ſecus eſt per viam vltimæ voluntatis, quæ confert effectum diſpoſitionis poſt mortẽ, & ſic in tempus prohibitum, in quo erat iam purificatum d. fideicommiſſum ad fauorem vocatorum, in quorum præiudicium diſponere non potuit; *Alex. & alij in l. Marcellus. §. res, quæ, n.4. in fin. ff. ad Trebell. late idem Peregr. loc. ſupr. citat. n.42. verſ. quamuis in inſtitutione.* vbi plures cumulat.

Nec ratione detractionum huiuſmodi legatum poterat ſuſtineri,

Quia quoad legitimam debitam Mattheo in bonis Scipionis Patris fideicommittentis, idem Mattheus tot bona alienauerat, quæ om-
12 nem illius portionem abſorbebant,† quo ſuppoſito alienata eligere cenſetur, ad tradita per eumdem *Peregr. art.39. nu.4. & per tot. & nu.9. verſ. quinto quia* vbi dicit, hanc ſententiam ſibi ſemper viſam fuiſſe de mente iuris. & conſumptio legitimæ ſaltem ad ſummam ſcutorum 10. m. quæ videtur reſultare ex computis, quæ dantur, redditur admodum veriſimilis. ex quo hæres Matthei hæreditatem tãquam damnoſam repudiauit. Trebellianica vero, quę ſecundum opinionem Rotæ filiis etiam primi gradus poteſt prohiberi, ex voluntate teſtatoris non erat detrahenda; vnde, quidquid ſit de ſtylo illarũ partium, de quo non conſtat, non eſt de illa agendum,& ideo ſuppoſito, & ſine veri præiudicio, quod tota hæreditas aſcendat ad ſcuta 25. m vtique conſumptio ſcutorum 10. m. ſatis ſuperque abſorbet portionem legitimæ.

Et ſic firmum remanet, quod Ioannes Paulus poſſidebat loco pignoris in cauſam alimentorum, non autem iure alicuius dominij, † & 13
ideo nullatenus potuit conſentire prædictæ ſubhaſtationi, vel, ſi conſenſit, conſenſus nullũ potuit operari effectum, vt in terminis de mero poſſeſſore, quod illius conſenſus nihil operetur in diſtractione proprietatis, eſt *text. in l.1. C. ſi pign. dat. ſit. in verſ. ſed ſi vos.* vbi ſi habens pignoris poſſeſſionem vendidit proprietatem non tenet venditio. *Bart. in l. ſi is, qui. §. iura prædiorum in fin. ff. de pignor.* vbi, quod, qui habet obligatum vſumfructum, ſi ſibi non ſoluitur, non poteſt vendere proprietatem.

Non obſtat, quod in tranſactione ſubſequuta videatur fuiſſe approbata huiuſmodi ſubhaſtatio.

Quia ex lectura eiuſdem tranſactionis cõtrarium conſtat, ex quo fuit reſtricta ad ſummam cõtrouerſam ſcutorum 437.& viſa fuit ſublata omnis difficultas ex pacto expreſſo ibidẽ appoſito, *Che tra lor non ſtiano, ò noccia, ſe non ad preſente negotio*,&c. vnde † nõ eſt contra voluntatẽ tranſi- 14
gentium extendenda ad res diuerſas, ſed eſt reſtringenda intra limites præſcriptos, *l. ſi decreta, C. d. tranſact. Gabr. de reg. iur. concl.4. n.21. Rota apud S.M. Greg. d. c.258. & dec.29. n 4. part.1. recent. & fuit dictum in dicta deciſione ſub die 4. Martij coram me.*

Sicut etiam ex eiſdem rationibus excluditur, quod huiuſmodi prædium S. Paterniani ſit comprehenſum in laudo anni 1599. lato per Gubernatorem Arimini, cum dictum laudum ſit reſtrictum ad eamdem ſummam & quia in vim dicti laudi emanauit prima tranſactio.

Minus obſtat, quod dicta ſubhaſtatio facta de anno 1593. videatur confirmata, ſiue approbata per ſententiam eiuſdem Gubernatoris Ariminen. de anno 1599.

Quia imò ex illius tenore manifeſte excluditur.

Primo, Quia in illa declaratur creditum dotis Lucretiæ aſcendere reſpectu ſortis ad ſummam ſcutorum 4500. nec in diminutionem illius imputatur dictum prædium S. Paterniani ſubhaſtatum pro ſcutis 1500. ſignum euidens, quod ſubhaſtatio habita fuit pro nulla, & infecta, quia, ſi pro valida habita fuiſſet, dicta ſumma ſcutorum 1500 fuiſſet imputata in diminutionem ſortis,& ſic creditũ fuiſſet taxatum ſolummodo ad ſcuta 3. m. non autẽ 4500.

Secundo, Quia in illa pariter declaratur, fructus perceptos ex bonis hæreditariis computãdos in creditũ eiuſdem Lucretiæ, quod nõ modo excludit prætenſam confirmationẽ ſubhaſtationis ex eo, quia, ſi illa fuiſſet habita pro valida, nõ fuiſſet neceſſe imputare fructus in ex-
tinctionem ſortis, cum Lucretia † tanquam 15
poſſidens ex titulo validę ſubhaſtationis feciſſet fructus ſuos ad *text. in l fructus, C. de act. e npt. Alexand. conſ.121. n.6. lib.4. Surd. conſ.53. n.24.* Sed aperte nobis declarat, quod ſemper fuit ſuppoſitũ, Lucretiam poſſediſſe vigore Saluiani,† in quo 16
ex

ex diſpoſitione iuris fructus computatur in extinctionem ſortis, vt late *Statil. Pacif. de ſalu. inſp.4.cap.1.n.28.*

Nec tandem dicatur, quidquid ſit de validitate ſubhaſtationis, cum hodie agatur ad effectum acquiſitionis fructuum, ſufficit, DD. de
17 Ricciardellis bona fide poſſediſſe, † nec teneantur illos imputare in ſortem.
18 Quia aduertendum eſt, primo, quod † huiuſmodi bona fides ceſſauit à die motæ litis anno 1598 immò in tantum fuit ſublata per dictam ſententiam Gubernatoris Ariminen. de anno 1599. in qua DD de Ricciardellis condemnantur expreſſe ad imputationem fructuum perceptorum in bonis poſſeſſis in extinctionem ſortis, inter quæ bona non controuertitur, quod non fuerit prædium S. Paterniani, de quo agitur. Secundo fuit conſideratum, quod, cum ex ſupra deductis Lucretia, & ſucceſſiue DD. de Ricciardellis ab illa cauſam habentes poſſederint vigore Saluiani, in quo ex diſpoſitione legis fructus imputantur in di-
19 minutionem ſortis, vt dictum fuit † bona fides non ſuffragatur pro acquiſitione fructuum, cui lex expreſſe reſiſtit, vt magiſtraliter *Bart. in l. ſed & ſi §. ſcire, nu.4. & ibi add. de petit. hæred.* & hanc tanquam communem opinionem Doctorum ſequuta eſt *Rot. in cauſa Ariminen. Spolij 3. Decembris 1610. coram R.P.D. meo Pirouano. quæ eſt dec.320.n.4. par.2. recent.*

Et ita concluſum vtraque parte informante, &c.

EODEM.

EADEM.

Mercurij 23. Februarij 1628.

SVMMARIA.

1 *Immiſſus ex ſaluiano, cui ex fructibus ſatisfieri debet, non poteſt ad bonorum ſubhaſtationem deuenire ſine Principis licentia, & n.2. in fin.*
2 *Fructus ſuos facit poſſeſſor bonæ fidei.*
3 *Bona fides excluditur in eo, qui aliquid facit, quod facere non debebat.*
4 *Fructus in ſaluiano imputantur in ſortem.*
5 *Bona fides ad acquirendum fructus non ſuffragatur, vbi ius reſiſtit.*
6 *Creditor poſſidens rem nulliter ſubhaſtatam vigore ceſſionis ſibi ab emptore factæ an faciat fructus ſuos. & n.ſeqq.*
7 *Fructus ſuos facere poteſt emens ad haſtam, etiam quod ſubhaſtatio fuerit inualida.*
8 *Simulationis vehemens præſumptio inſurgit ex poſſeſſione creditoris rei extraneo deliberatæ.*
9 *Suppoſitio perſonæ colluſiue per creditorem facta in emptione ad haſtam non debet ſupponenti ſuffragari.*
10 *Mala fides cauſata ex prohibito tranſitu ad ſubhaſtationem ſemper obſtat.*
11 *Semel conſtitutus in mala fide non poteſt amplius præſcribere.*
12 *Lis conſtituit in mala fide etiam quoad ſucceſſores. Ampl. vt n.16. & 17.*
13 *Bona fides ceſſat à die motæ litis.*
14 *Ampl. vt in totum ſublata dicatur poſt ſententiam contra reportatam, & n.17.*
15 *Mala fides defuncti tranſit in ſucceſſorem.*

Deciſio LXXI.

SVb die 4. Martij 1622. & 5. eiuſdem menſis anni præteriti recedentes Domini à prius reſolutis 11. Martij 1620. coram bo. me. Card. Sacrato, & 15. eiuſdem menſis anni 1621. coram me firmarunt, non conſtare de bono iure DD. de Ricciardellis ad effectum, vt potuerint facere ſuos fructus prædij S. Paterniani, ad quod Hortenſia tanquam vocata agit iure fideicommiſſi.

Reſolutionis autem ratio fuit, quia, † cũ Lucretia poſſideret dictum prædium, vt in iudicio Saluiani de illius fructibus pro ſua dote ſibi ſatisfaceret, non potuit ſine licentia Principis conuolare ad prætenſam ſubhaſtationem, in vim cuius aſſerebant, dictos fructus ſuos facere potuiſſe. 1

Verumtamen, quia † adhuc prætendebant tanquam bonæ fidei poſſeſſores illos percepiſſe, & ſic ſuos feciſſe & ſuper hoc quatuor ab hinc menſibus inſtiterunt audiri, vt illis ex ſolita Dominorum benignitate ſatisfacerem, Iterum dubitaui, An eſſet recedendum à reſolutionibus vltimo loco captis, & ipſis informare recuſantibus, Domini abſque alia difficultate ſteterunt in reſolutis. 2

Viſum enim fuit de huiuſmodi bona fide nullatenus conſtare. Nam, aut prætendunt ſibi poſſe ſuffragari ex perſona Lucretiæ, & in illa omnino bona fides excluditur, ex eo, quod ſine licentia Principis ad dictam ſubhaſtationem proceſſerit, † quod facere non debebat, *l. tutor, qui* 3
repertorium ff. de admin. tutor. l. dolo ff. ad leg. falcid. l. ſi procuratorem §. dolo. ff. mand. vnde ſequitur, quod,
† dum poſſedit vigore ſaluiani, debent neceſ- 4
ſario fructus ab ipſa percepti imputari in extinctionem ſortis, cum † bona fides non poſſit 5
ſibi ſuffragari in illorum acquiſitione, cui ius reſiſtit, *ſecundum diſtinctionem Bart. communiter approbatam in l. Sed & ſi lege: §. ſcire, ff. de petit. hæred. quam ſequitur Rota dec.320.n.4. part.2. recent.*

Nec dicatur, † illam poſſediſſe in vim ceſ- 6
ſionis habitæ à Mattheo Senſulo, cui dictum prædium per viam prædictæ ſubhaſtationis fuerat deliberatum, & † qui potuit facere fru- 7
ctus ſuos, etiam ex ſubhaſtatione inualida, ex late deductis per *Rot. d. dec.320. per tot part. 2. recent.*

Quia vltra quod de huiuſmodi ceſſione, nec minus de aliqua poſſeſſione prædicti Matthei nullatenus conſtat, immo conſtat de continuatione poſſeſſionis eiuſdem Lucretiæ, † ex 8
qua inſurgit vehemens præſumptio ſimulationis, & quod perſona dicti Matthei præcipue tanquam familiaris, & domeſtici fuerit ad colluſionem ſuppoſita, † quod nullatenus debuit 9
Lucretiæ ſuffragari, in omnem caſum ſuppoſita etiam dicta ceſſione, quæ tamen omnino negatur, quidquid ſit, an dictus Mattheus fructus ſuos facere potuiſſet, nihilominus dicta ceſſio non potuiſſet ſuffragari Lucretiæ ad effectũ lucrandi dd. fructus tanquã bonæ fidei poſſidenti, quia † anterior mala fides cauſata, vt di- 10
ctum eſt, ex prohibito tranſitu ad ſubhaſtationem ſemper obſtetiſſet, vt in ſimili, quod † quis 11
ſemel cõſtitutus in mala fide nõ poſſit amplius

præſcribere, *eſt deciſ. Seraph. 908. nu. 7.* Sed tollitur
12 omnis difficultas ex ſuperuenientia litis, †
quæ, vt modo dixi, Hieronymum, & conſe-
quenter DD. de Ricciardellis ſucceſſores in
mala fide conſtituit.

Aut vero prætendunt dictam bonam fidem
ſibi poſſe ſuffragari ex perſona Hieronymi he-
redis Lucretiæ & Patris ipſorum de Ricciar-
dellis, & bona fides, ſi quę adfuiſſet tam ex per-
13 ſona præfati Matthei, non ſolum † per ſuper-
uenientiam malæ fidei ceſſauit à die motæ li-
tis contra eundem Hieronymum vſque de an-
no 1598. *d. l. ſed & ſi lege, §. etiam ſi ante litem. vbi
Doct. ff. de petit. hæred. Menoch. de recuper. remed. 3. nu.*
14 *637. & ſeq.* † ſed fuit in totum ſublata per ſen-
tentiam Gubernatoris Ariminen. de anno 1599.
in qua idem Hieronymus condemnatur ad
imputandos in extinctionem ſortis fructus
perceptos ex bonis poſſeſſis, inter quæ procul
dubio aderat prædium S. Paterniani, de quo
agitur.

Aut denique eam poſſe ſuffragari, prætendunt
ex perſona propria, & clare conſtat, ipſos
15 non poſſe dici bonæ fidei poſſeſſores, quia, †
non ſolum mala fides ex perſona Hieronymi
tranſitum fecit in ipſos tanquam hæredes, *l.
cum hæres, ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. Bart. in l. ex
diuerſo §. 1. n. 12. ff. de re iudic. Socc. iun. conſ. 183. nu. 28.*
16 *lib. 2. Menoch. vbi ſup. d. remed 15. nu. 617.* † ſed ceſſat
omnis difficultas ex lite, quæ contra ipſos etiã
fuit continuata, & ex altera ſententia contra
17 eoſdem lata, † quæ, cum dicatur tranſitum fe-
ciſſe in iudicatum, tanto magis illos à prætenſa
bona fide excludit, *c. cum inter. de re iudic. Surd.
conſ. 61. n. 2.*

Nec obſtat aſſerta ceſſio eiuſdem Matthei ad
fauorem ipſorum, quia de poſſeſſione illius
non conſtat, vt dictum eſt & ad effectum, de
quo agitur non eſt habenda in conſideratio-
ne, cum fuerit facta de anno 1617. poſt vltimam
ſententiam contra eoſdem de Ricciardellis la-
tam, & ſic 24. annos poſt factam ſubhaſtatio-
nem de anno 1593. & in omnem caſum lis, &
ſententia, de quibus dictum eſt, illis ſemper ob-
ſtarent ad effectum, de quo agitur.

Et ita concluſum, &c.

EMIN. D CARD. VBALDO.

*Foroliuien. Ceſſionis Cenſus Mercurij
2. Iunij 1627.*

SVMMARIA.

1 *Mandato relaxato debet ad illius executionem deueniri & executio ad finem perduci.*

2 *Ampl. præſertim ſi mandatum ſit iuſtum, & validum.*

3 *Mandati relaxatio quæ requirat pro eius validitate.*

4 *Inexigibilis dicitur cenſus ſi bona debitoris occupata ſint ab anterioribus creditoribus.*

5 *Cenſus fructus, & ſors veniunt ratione damnorum, & intereſſe.*

6 *Excuſſio formaliter eſt facienda contra debitorem ceſſum ad docendum de inexigibilitate.*

7 *Decl. vt ſufficiat facta mediantibus mandatis executiuis, & ſequeſtris, quæ fuerint ab anterioribus creditoribus reuocata.*

8 *Decl. 2. vt ſufficiat docere, quod bona ſint intricata.*

9 *Decl. 3. vt non ſit opus agere contra creditores poſteriores ſatisfactos de bonis debitoris, contra quos non datur actio perſonalis.*

10 *Executio fieri debet prius in mobilibus.*

11 *Decl. 1. vt in dubio præſumatur ſeruata forma iuris, & quod mobilia non fuerint reperta.*

12 *Decl. 2. vt ex obligatione reali poſſit fieri executio in ſtabilibus, & ſecus ſit, quod non adſit dolus creditoris.*

13 *Mandatum relaxatum ſimpliciter contra plures inſolidum non obligatos, & iuxta formam obligationis intelligitur pro virili.*

14 *Remiſſoria poſt rem iudicatam ſolet denegari.*

Deciſio LXXII.

FVit hodie in cauſa reſolutum, proceden-
dum eſſe ad vlteriora in executione † man- 1
dati relaxati per Reuerendiſſ. D. meum Patriar-
cham Manzanedum contra DD. de Ceſis ad
fauorem Iulij Oliuæ pro ſorte principali, &
fructibus cenſus ſcutorum 500. Quia, cum mã-
datum fuerit relaxatum in vim rei iudicatæ
ob non interpoſitam appellationem, ſeu eius
non legitimam proſecutionem à ſententia in
cauſa lata, vt in deciſione deſuper facta coram
eodem D Patriarcha die 29. Maij 1626. Non re-
ſtat aliud faciendum, † quam ad executionem 2
deuenire, illamque ad ſuum finem perducere,
*clem. 1. de re iudic. Gabr. de execut. rei iudic. concl. 1. nu. 1.
Rot. dec. 183. n. 3. part. 2. in recent.* † Idque maxime 3
procedit, cum mandatum fuerit validum, &
iuſtum. Fuit enim relaxatum ſeruatis ſeruan-
dis † iuxta requiſita, de quibus per *Verall. dec.* 4
*260. part. 2. Rot. diuerſ. dec. 678. n. 1. & dec. 708. n. 1. part. 2.
recent.* Et de iuſtitia apparet ex publico inſtru-
mento ceſſionis cenſus factæ per DD. de Ceſis
contra Facchineum ad fauorem Lauræ, cuius
eſt hæres Iulius, cum promiſſione, quod cen-
ſus erat exigibilis, vnde cum conſtet, illum eſſe
inexigibilem, † ex quo bona Facchinei fuerunt 5
occupata ab aliis anterioribus creditoribus; Iu-
re merito habet regreſſum Iulius cõtra DD. de
Ceſis cedentes pro eius damnis, & intereſſe, vt
per *Dec. conſ. 102. poſt princ. verſ. ad tollendum. Eugen.
conſ. 73. n. 9. n. 9. & ſeqq. lib. 1.* & bene deducitur *in di-
cta deciſione coram Reuerendiſſ. D. Patriarcha,* † ratio- 6
ne autem damnorum, & intereſſe veniunt fru-
ctus, & ſors principalis cẽſus, *Rot. diuerſ. deciſ. 741.
n. 1. part. 1. & dec. 77. n. 3. part. 2. in recent. Add. ad dec. Gre.
564. n. 5.* Non obſtat, † quod prius debuiſſet for- 7
maliter fieri excuſſio contra bona dicti Facchi-
nei debitoris ceſſi, quia † ſatis apparet, id fuiſſe 8
factum per Iulium ex ſequeſtris, & mandatis
executiuis per ipſum obtentis contra bona di-
cti Facchinei, quæ omnia fuerunt reuocata ad
inſtantiam creditorum anteriorum; ex quibus
ſaltem negari non poteſt, quin bona dicti Fac-
chinei eſſent valde intricata, † quod ſufficit ad 9
hoc, vt ceſſionarius illa amplius excutere non
teneatur, *Rot. Iannen. deciſ. 156. nu. 7. Scac. de commerc.
§. 2. gloſ. 5. fol. 556. nu. 268.* & bene deducitur in di-
cta deciſione D. Patriarchæ, in qua fuit etiam

optimè

Digitized by Google

optime reſponſum obiectioni, quod Iulius pro
conſequutione ſui crediti potuiſſet agere con-
tra creditores poſteriores ſatisfactos de bonis
9 dictæ hæreditatis, † nempe quia in omnem
caſum D. Iulius non poterat agere contra ter-
tios poſſeſſores, contra quos non datur actio
perſonalis, quæ fuit conſiderata in promiſſio-
ne illorũ de Ceſis directa Facchinei, ita vt ipſe
deberet eſſe verus, & exigibilis debitor, *Ruyn.
conſ.87.n.1.lib.4.Seraph.deciſ.168.& dec.529.n.1*

Non obſtat, quod DD. de Ceſis eſſent mino-
res, quando fecerunt ſupradictam ceſſionem, &
propterea ceſſet illorum obligatio. Quia tolli-
tur difficultas ex lectura inſtrumenti, in quo
apparet, fuiſſe celebratum contractum cum
debitis ſolemnitatibus.

10 Non obſtat, † quod debuiſſet prius fieri ex-
cuſſio in mobilibus. Quia placuit reſponſio,
11 quod † præſumitur ſeruata forma iuris, quod
mobilia non fuerit reperta, ad tradita per *Me-
12 noch. de præſ. præſ. 26. lib. 2. nu. 4.* Et † ſtante obliga-
tione reali potuit fieri executio in ſtabilibus. &
ſat eſt pro validitate, quod non adſit dolus cre-
ditoris, *Bart. in l. à Diuo Pio. §. in venditione, num. 5.
ff. de re iudic. Aſin. in prax. §. 31. cap. 6.*

Non obſtat, quod DD. de Ceſis non ſint o-
bligati in ſolidum, & ideo vnuſquiſque intel-
ligatur obligatus pro ſua virili portione. Quia
ex hoc capite DD. de Ceſis non habent, vnde
13 conquerantur, † cum mandatum fuerit pro D.
Iulio relaxatum iuxta formam obligationis
ſimpliciter contra ambos fratres, & exequu-
tum in portionibus vtriuſque, vt in inſtrumen-
to adiudicationis, quod fuit datum in ſumma-
rio Iulij numero 12.

Non obſtant ea, quæ dicuntur de Remiſſo-
14 ria, tum quia negatur illius petitio, tum quia †
poſt rem iudicatam etiam ſolet denegari, *Rot.
apud Greg. XV. dec. 284. n. 2. vbi Add. nu. 7. & deciſ. 211.
num. 1.*

Ad nullitates ex defectu iuriſdictionis, &
tranſportationis actorum fuit ſatis reſponſum
in deciſione D. mei, quæ valde Dominis pro-
bata eſt, à qua propterea putarunt non eſſe re-
cedendum.

Et ita deciſum, &c.

MERLINO

*Ariminen. Spolij Mercurij
2. Iunij 1627.*

SVMMARIA.

1 *Iudex rite, & recte non procedens in ſubhaſtatione
dicitur procedere tanquam priuatus, & ſpoliare.*
2 *Executio facta extra formam mandati dicitur nul-
la, & ſpoliatiua.*
3 *Remedium de iure competens non ſuffragatur vbi
non illud, ſed diuerſum fuit intentatum.*
4 *Fructus percepti poſt tenutam captum ex primo de-
creto non efficiuntur tenutarij, ſed in ſortem de-
bent imputari.*
5 *Subhaſtatio facta pro tota ſumma contenta in man-
dato non habita ratione fructuum perceptorum
poſt captam tenutam dicitur exceſſiua.*
6 *Subhaſtatio exceſſiua in parte remanet ſpoliatiua in
totum ratione indiuiduitatis.*
7 *Subhaſtatio facta de pluribus corporibus bonorum,
vbi vnum ſufficiebat, eſt vitioſa in totum, nec pro
parte ſuſtinetur.*
8 *Et ita etiam obſeruatur in praxi.*
9 *Statuti Ariminenſis circa executiones declaratio.*
10 *Mandati forma ſeruari debet in illius executione.*
11 *Spolij actio vti in rem ſcripta competit etiam contra
ſingularem ſucceſſorem.*
12 *Et contra licitatorem, cui ſub haſta fuit res delibe-
rata.*

Deciſio LXXIII.

FVerat de anno 1610. relaxatum ad inſtan-
tiam Franciſci Paſtori de Rauenna man-
datum executiuum ab A.C. contra Sebaſtia-
num Paſtonum de Arimino pro ſorte princi-
pali cenſus ſcutorum 3600. & eiuſdem fructi-
bus decurſis, & non ſolutis ad ſummam ſcuto-
rum 450. aſcendentibus, vt in mandato, cuius
vigore, cum Franciſcus acceperit poſſeſſionem
duorum prædiorum, quæ ſpectabant ad Se-
baſtianum, vt in inſtrumento aſſociationis, &
inſtante Franciſco ſubhaſtata etiam fuerunt.
Verum cum aſſociatio, & ſubhaſtatio prædi-
cta per Sebaſtianum impugnarentur, dedi du-
bium. An intraret ſpolium. Quo propoſito
Domini affirmatiue reſponderunt.

Quia † Iudex, vbi rite, & recte non procedit 1
ad ſubhaſtationem, dicitur procedere tanquã
priuatus & ſpoliare, *ad c. conquerenti. vbi Abb. n. 8.
de reſtit. ſpoliat. Rota apud S. M. Gregor. XV. deciſ. 105. nu.
5. & dec. 209. num. 2. apud Reu. D. meum Decanum inter
eius impreſſ. deciſ. 97. nu. 1. & in Romana Spolij Dominus
17. Februarij 1617. & 28 Iunij eiuſdem anni coram Re-
uerendiſſ. D. meo Patriarcha Pamphilio.*

In præſenti autem, Iudicem nulliter, & in-
iuſte proceſſiſſe, apparet, quia mandauit d. d.
prædia ſubhaſtari ad inſtantiam Franciſci cre-
ditoris, qui illa habebat cum vitio ſpolij, vt
patet quia in mandato A.C. committebatur
Executoribus, vt caperent de bonis Sebaſtia-
ni, † Executores vero, hac forma non ſerua- 2
ta, aſſociarunt Franciſcum in poſſeſſionem,
quæ propterea fuit nulla, & ſpoliatiua, *Felyn.
in c. cum olim, numero 11. verſ. limita niſi Commiſſa-
rius, de offic. deleg. Caſtr. conſil. 321. ſub numero 3. verſ.
2. ſunt. lib. 1. Alex. conſ. 5. numero 3. lib 3. Put deciſ. 318.
num. 4. lib. 2. Rota apud S. M. Gregor. XV. deciſ. 416.
numero 4.* Non obſtante quod eidem Franciſco
alia competeret aſſociatio, quia † remedium 3
de iure competens non ſuffragatur, vbi non
illud, ſed diuerſum fuit intentatum, *Rota apud
Zacch. de oblig. camer. deciſ. 24. numero 3. in fin. & in
Romana Dotis 17. Aprilis 1617. coram bon. mem. Rem-
boldo.*

Præterea ex teſtibus datis in ſummario hæ-
redum *num. 4.* probatur, quod Franciſcus, poſt-
quam fuit aſſociatus ad d. d. prædia, poſſedit ea-
dem ſpacio temporis vltra duos annos, fructuſ-
que collegit aſcendentes quolibet anno ad lib.
800 vt ita cõfeſſus fuit Hieronymus emptor ſub
haſta, contra quem hodie agitur ſpolio, in d.
ſummario *nu. 7.* Vnde, † cum fructus prædictos 4

Digitized by Google

ſuos non fecerit, ſed in ſortem debuerit impu-
tare tanquam captos ex primo decreto in a-
ctione perſonali, *l.fulcimus.vbi gloſ. verb.non debere, ff.quib.ex cauſ.in poſſ.eat & in l.ſi finita §.ſi plures. in verb.prius.prop. finem verſ.effectu primi decreti. & ibi Bart.in §.Iulianus,n.5.ff.de damn.inf.Cyn.in l.cum pro-ponas,ver.tamen hoc,C.de bon.auct. iudic.poſſid. Papien. in for.reſponſ.rei conuent. verſ.in termino n.18.* & ſub-
haſtatio nihilominus facta pro tota ſumma
5 contenta in mandato A.C. † ſequitur, ſubha-
ſtationem fuiſſe exceſſiuam, & pro maiori ſum-
6 ma, quam deberetur, † ac proinde remanſit ſpo-
liatiua in totum ratione indiuiduitatis, *Bart.in l.ſi non ſortem,§.ſi centum. vbi etiam Iaſ.n.2. ff.de cond. indeb.Pariſ.conſ.82.n.36.lib.2. Surd conſ.68. nu.20. Rot. dec.33.n.6.part.2 diuerſ.apud S.M.Greg.XV. deciſ.198.n. 1.& dec.319.n.3,& recent.dec.362.n.3.part.2.*

Et demum corruit ſubhaſtatio vti facta de
duobus prædiis diſtinctis, & ſeparatis precio
ſcutorum 6000. quorum vnumquodq; aſcen-
debat ad ſummam ſcutorum 3.m, & ſic vnius
tantum prædij ſubhaſtatio fuiſſet ſufficiẽs pro
ſumma, quæ demptis fructibus ſupradictis, nec
non aliis 250. ſolutis per Cæſarem Capriolum
D.Paſtono Rauennæ, de quibus in dicto ſum-
mario *n.5.* remanebat debitum pro ſcutis 2800.
7 † & conſequenter ſubhaſtatio alterius prædij
fuit in totum vitioſa, nec poteſt in parte ſuſti-
neri, *Galleſ.de obl.camer.tit.de quæſt. proceſſ.inci.nu.28.*
8 *verſ. quod tamen humaniter.* vbi quod † ita etiam
praxis obſeruat. *Seluſt.in praxi A.C.lib.1.cap.4.n.15. & dixit Rota in Romana nullitatis Subhaſtationis 27. Iunij 1616. coram R.P.D. meo Pirouano.*

Non obſtat, quod in aſſociatione fuerit ſer-
uata forma Statuti Ariminenſis, nam, quid-
quid dicendum ſit, an illa fuerit ad vnguem
9 ſeruata † Statutum procedit quoad tenutam
datam in cauſa iudicati, vel per contumaciam,
qui caſus differt à præſenti, cum agatur de
mandato executiuo relaxato ſub certa forma,
10 † quæ debuit ſeruari ex allegatis.

Nec quidquam refert quod Hieronymus
emptor vt ſupra non ſpoliauerit, ſed Franciſ-
cus, ad cuius inſtantiam facta fuit ſubhaſtatio.
11 etenim † actio ſpolij tanquam in rem ſcripta
competit etiam contra ſingularem ſucceſſo-
rem, *Rip.in l.1.§.ſi hæreſ.n.9.ff.ad Trebell.Surd.conſ.28. n.58.Gabr.conſ.36.n.3.lib.1.Menoch.de recup.remed.1. n. 410.Rot.dec.244.n.2.part.1.diuerſ.apud S.M. Greg. XV. dec.592.ſub n.3.& ibi Add.ſub n.10.& 11.& recent. dec. 307.n.3.part.1.& dec.476.num.2. part.2.* & in ſpecie,
12 quod † detur etiam contra licitatorem, cui ſub
haſta res fuit deliberata, qualis eſt d.Hierony-
mus, quia cenſetur habere cauſam à ſpoliatore,
fuit dictum in Anconitana Spolij 9. Iunij 1610. coram bon.mem. Card.Sacrato, quæ eſt impreſſa apud Marcheſ. de comm.part.2. pag.235. & in Narnien. Bonorum 22. Aprilis 1622. coram bon.me. Remboldo.

Et ita vtraque parte informante, &c.

EODEM.

EADEM.

Veneris 17. *Martij* 1628.

SVMMARIA.

1 *Executor exequendo non debet cenſeri plus facere voluiſſe, quam in mandato, ad quod ſe refert, continetur; nec voluiſſe facere illud, ad quod mandatum non deſeruiebat.*

2 *Limit. ſecus vbi aliter conſtet ex eius relatione.*

3 *Immiſſio ex primo decreto non præbet ius percipiendi fructus, nec dominium, nec poſſeſſionem.*

4 *Subſequentia declarant præcedentia.*

5 *Fructus percepti præſumuntur ab eo, quem conſtat poſſediſſe.*

6 *Subhaſtatio facta pro plus debito eſt nulla in totum.*

7 *Deliberatio non explicite facta pro determinata ſumma contenta in mandato an poſſit dici exceſſiua, ſi tota ſumma mandati non debeatur, & num.8.*

8 *Liquidatio veri debiti præcedere debet executionem.*

Deciſio LXXIV.

PLacuit Dominis reſolutio in hac cauſa fa-
cta die 2. Iunij præteriti 1627. coram me,
non obſtantibus iis quæ in contrarium dice-
bantur pro Hieronymo.

Non enim viſum fuit obſtare, quod Execu-
tor retulerit, ſe aſſociaſſe, & immiſiſſe in exe-
cutionem mandati A. C. & pro ſumma in eo
contenta, † & conſequenter non videatur plus 1
facere cogitaſſe, quam quod in ipſo mandato,
ad quod expreſſe ſe retulit, continebatur, *l.aſſe toto, ff.de hered.inſtit.Dec.conſ.63.n.6. Crau. conſ.45.n. 4. Surd.conſ.105.nu.3.& conſ.362.nu.8.* & in terminis
executionis *Rot.dec.397.n.3.part.1.recent.* & intel-
lexiſſe tantum de aſſociatione, & immiſſione
ex primo decreto, & ad effectum ſubhaſtandi,
non autem de vera, & propria aſſociatione, &
immiſſione ad alium effectum, cui non deſer-
uiebat mandatum executiuum, *Surd.conſ.19.nu. 19.& ſeqq. Rot.d.dec.397.n.2. circa fin.*

Quoniam obiectum viſum fuit † ceſſare ex 2
lectura ipſius relationis, in quo clare habetur,
Executorem mandaſſe laboratoribus poſſeſ-
ſionum, ſuper quibus facta fuit executio, vt in
futurum recognoſcerent in dominum Franciſ-
cum Banditum vti agentem Franciſci Paſto-
ni, & ipſi reſponderent de omnibus fructibus
in d.poſſeſſionibus recolligendis, quod aper-
te excludit immiſſionem ex primo decreto ad
effectum ſubhaſtandi, † per quod non acqui- 3
ritur ius percipiendi fructus, nec dominium,
neque poſſeſſio, *Alex.conſ.70.num.7.lib.7. Abb.conſ. 84.num.4.part.2. Menoch. de retin.remed.3. nu.225.& de recuper.remed.9.nu.201.*

Idque etiam apertius colligitur ex eo, quod
dictus Franciſcus poſt aſſociationem non pro-
curauit ſtatim deueniri ad ſubhaſtationẽ, pro-
vt feciſſet, ſed continuauit poſſidere, & fructus
percipere per duos annos, & vltra, ex quo ſatis
deprehenditur, ipſum ad effectum vere poſſi-
dendi, & fructus percipiendi, non autem ſub-
haſtandi fuiſſe aſſociatum; † ex ſubſequenti- 4
bus enim declaratur, quid actum fuerit in præ-
cedentibus, *Arg. in l.ſi ſeruus plurium, §.fin. vbi Iaſ.*

Digitized by Google

Iaſ. num. 30. in fin. ff. de leg. 1. Dec. in lege petens, numero 11. C. de pact. cum aliis per Surd. conſil. 150. numero 95.

Neque obſtat ſtylus, & atteſtatio Cauſidicorum, de qua in ſummario Hieronymi *nu. 2.* Quoniam illa ſolum probat, quod, quando conceditur mandatum ad effectum ſubhaſtandi, dari conſueuit aſſociatio, & immiſſio, ſed non loquitur, quando Executor mandauit Colonis vt recognoſcerent in dominum, & reſponderent de fructibus, prout factum fuit in caſu propoſito.

Secundum deciſionis fundamentum, quod ſcilicet imputari debuiſſent fructus duorum annorum, & vltra, quos conſtat per Franciſcum fuiſſe perceptos, tam ex teſtium depoſi-
5 tionibus, quam etiam † ex præſumptione reſultante ex eo, quod apparet, ipſum per dictum temporis ſpacium bona, de quibus agitur, poſſediſſe, *Bellam. deciſ. 703. Rot. deciſ. 25. de præben. in nou. & coram Cardin. Seraphino deciſ. 1245. num. 6. & coram S. M. Greg. XV. deciſ. 50. num. 2. vbi*
6 *Add. num. 5.* † & conſequenter ſubhaſtatio tanquam facta pro plus debito, fuerit nulla in totum, iuxta tradita *per Bart. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condit. indeb. cum aliis in deciſione alle-*
7 *gatis*, adhuc pariter viſum fuit ſubſiſtere, † non obſtante, quod bona fuerint deliberata pro ſumma ſcutorum 6. m. per licitatorem oblata nulla explicita mentione facta de integra ſumma contenta in mandato, vt per *Rot. deciſ. 545.*
8 *num. 45. part. 2. recent.* Quia, † cum deliberatio fuerit expreſſe facta vigore mandati, & in illius executionem, ſatis conſtat pro tota ſumma in eo contenta & in illius executionem factam fuiſſe, & in omnem caſum, cum debiti quantitas fuiſſet iam diminuta mediante dd.
9 fructuum perceptione, & computatione, † debebat totalem executionem præcedere liquidatiô quantitatis remanentis, & verè debitæ, *Bart. in l. proinde. §. notandum. ff. ad leg. aquil. gloſ. Bart. Caſtr. & Iaſ. in l. 1. ff. de eden. Roman. conſil. 211. num. 5. cum aliis congeſtis per Surd. conſil. 248. num. 12. & ſeqq.*

Neque etiam obſtat, quod Franciſcus de tempore, quo percepit fructus prædictos, fuerit etiam coactus ſoluere fructus cenſus poſt mandati relaxationem, & illius executionem decurſos, & conſequenter fructus prædiorum percepti cum huiuſmodi fructibus cenſus ſolutis compenſari debuerint, tum quia fructus prædiorum, qui, vt apparet ex dicta confeſſione Hieronymi, aſcendebant quolibet anno ad libras 1000. excedunt fructus cenſus poſtea decurſos, & ſic ſemper eſt verum dicere ſummam in mandato contentam ex reſidui ſaltem imputatione fuiſſe diminutam. Tum etiam quia apparet fuiſſe de anno 1612. obtentum aliud mandatum ſeparatum pro dictis fructibus poſtea decurſis, vt in ſummario Paſtoni num. 1. & conſequenter cum illis dictam prætenſam compenſationem factam non fuiſſe.

Ex quibus, & aliis deductis in prima deciſione permanſerunt Domini in ſententiam, quod intret ſpolium &c. vtraque parte informante, &c.

EMIN. D. CARD. VBALDO.

Narnien Dotium Veneris
4. Februarij 1628.

SVMMARIA.

1 *Mandatum relaxatum contra vnum non poteſt exequi contra tertium poſſeſſorem.*

2 *Lim. vt poſſit executiuè procedi abſque actione reuocatoria contra tertium, in quem facta fuit alienatio in fraudem paratæ, & cœptæ executionis.*

3 *Ampl. limitationem eo magis data ſcientia ipſius tertij, & tunc nec citatio requiritur.*

4 *Dos detrahi debet etiam ex bonis fideicommiſſo ſubiectis.*

5 *Detrahi debent ex fideicommiſſo dotes, & alimenta per fideicommittentem relicta, & æs alienum.*

6 *Conſtitutum non operatur contra tertium.*

7 *Mandati forma in illius executione non ſeruata executio redditur nulla.*

8 *Legitima quoad bona fideicommiſſo ſubiecta præſumitur conſumpta in alienationibus primo loco factis.*

9 *Executionis exceſſus non præſumitur, ſed eſt concludenter probandus ab allegante.*

Deciſio LXXV.

Vigore mandati Rotalis emanati vſque de anno 1616. fuerunt factæ executiones ſuper bonis ſpectantibus ad hæreditatem Michaelis Capocacciæ ad inſtantiam Fauſtæ, & Fuſciæ eiuſdem Michaelis filiarum pro alimentis, & pro credito ſuarum dotium in ſcutis bis mille pro qualibet. Sed, cum ſupradictas executiones conſumare non poſſent ob impedimentum præſtitum à Virginia, & Fauſtina, quæ reperiebantur in poſſeſſione eorumdem bonorum vigore ſubhaſtationis poſtea factæ de anno 1622. ad inſtantiam Lauræ earum Matris, quæ erat vxor Franciſci filij dicti Michaelis, & repetebat dotem, fuit hodie dubitatum, An ſupradictæ executiones eſſent nullæ, & reuocandæ, vel potius ad vlteriora procedendum, & fuit reſolutum, eſſe procedendum ad vlteriora.

Quia, licet ſupradictæ Virginia, & Fauſtina
ſint tertiæ poſſeditrices, † & ſic non videatur 1
poſſe contra eas ad vlteriora procedi, iuxta tradita per *Alexandrum in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper*
rebus, num. 28. ff. de re iudic. † Cum tamen illarum 2
poſſeſſio habeat originem à ſupradicta ſubhaſtatione, quæ fuit facta in fraudem incœptæ, & paratæ executionis vigore ſupradicti mandati Rotalis emanati de anno vſque 1616. vtique poteſt in hoc caſu etiam contra tertium executiuè procedi abſque actione reuocatoria, *Caſtr. in d. l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus, num. 8. & ibi Iaſ. nu. 10. verſ. mihi placet concordia. ff. de re iudic. Bart. in l. Creditoris. nu. 23. verſ. aut habet cauſam ab eo. C. de pignor. Bald. in l. ob maritorum. num. 4. C. ne vxor pro marit. Capyc. deciſ. 128. nu. 12. in fin. & faciunt deducta per deciſion. Pedemont. 65. num. 4. & Surd. qui alias*

Digitized by Google

cumulat, conſ.533. nu.4. lib.4. & tenuit Rota in Romana legitimæ, ſeu Melioramentorum, vel Statuarum 5. Decembris 1614. coram bon.mem. D.meo Vbaldo, & in Interamnen. Bonorum 17. Decembris 1616. coram Illuſtriſſ.D.Cardinali Caualerio.

Et tanto magis hoc procedere dixerunt in
caſu noſtro, ſtante ſcientia, quam habuit Lau-
ra tam litis, quam executionis iam factæ ad
3 inſtantiam dd.filiarum,† quo caſu abſque dif-
ficultate poteſt agi via executiua etiam con-
tra tertium poſſeſſorem abſque alia citatione,
Bart. in l.fin.C.de litig.Nat.conſ.350.nu.4.verſ.præterea.
Oſaſ.de.iſ.64.nu.4.Gratian.qui alios cumulat, diſcept.
502. nu.22. & 24. & dixit Rota in Veneta Donationis
15. Aprilis 1616. coram bon.mem.Buratto.

4 Non obſtat, quod † dos Lauræ detrahi de-
beat ex ſupradictis bonis Michaelis, quamuis
fideicommiſſo ſubiectis, iuxta *auth. res, quæ C.*
comm. de legat. Quia, cum agatur de reſtituen-
da dote vigore hypothecæ poſtea conſtitutæ
5 per Franciſcum filium fideicommittentis, †
prius debent ſolui dotes, & alimenta, quæ
erant antea relicta, & debita filiabus eiuſdem
fideicommittentis, tum quia ſunt anteriores
in credito, tum quia de fideicommiſſo debet
prius detrahi æs alienum fideicommittentis,
& ſic dd. dotes, & alimenta, *Gabr.conſ.93.nu.13.*
lib.2. & dixit Rota in Bononien. fideicommiſſi de Cataneis 10. Martij 1617.coram R.P.D.meo Pirouano.

Non obſtat clauſula conſtituti appoſita in
inſtrumento dotali ad fauorem Lauræ; Quia
poſſet operari effectum ſuum in bonis Fran-
ciſci mariti conſtituentis probata eius poſſeſ-
ſione; non autem reſpectu bonorum Michae-
6 lis, in quibus prætenditur executio,† nec con-
ſtitutum ſuffragatur contra tertium, *Rot. deciſ.*
768.n.4.part.2.recent.Seraph.deciſ.302.num.6. Quod
maxime procedit, cum Laura obtinuerit man-
datum executiuum contra bona hæreditaria
Franciſci, & tamen illud exequi fecerit ſuper
bonis, de quibus agitur, quod excludit præ-
7 tenſam poſſeſſionem, †& inducit nullitatem
ob non ſeruatam formam eiuſdem mandati,
Alex.conſ.5.nu.3.verſ.poſito autem lib.2. Put. deciſ.318.
num.4. lib.2. in antiq. Rot.deciſ.8.de dol. & contum. in
nou.Seraph.dec.972.n.5. & 6.

Non obſtat legitimæ prætenſio Franciſci in bonis Michaelis Patris, pro qua bene dicatur executio facta in iſtis bonis.

8 Quia placuit reſponſio, quod † legitima
præſumitur conſumpta in alienationibus pri-
mo loco factis per Franciſcum. *l. Marcellus.§.res,*
quæ. & ibi communiter Doct.ff. ad Trebell. Gabr. de legit. qui alios allegat, concl.4.n.4.

Non obſtat inhibitio obtenta per Lauram; Quia eſt contra creditores Franciſci, & ſic non afficit Fauſtam, & Fuſciam creditrices Michaelis, in cuius bonis fuit facta executio.

Non obſtant ſolutiones allegatæ ex aduer-
ſo, quibus ſtantibus executio fuerit exceſſiua,
quia admittitur ſolum ſolutio ſcutorum 880.
facta Fuſciæ, & ſolutio ſcutorum 300. facta
Fauſtæ; nam aſſignatio cenſus ſcutorum 1300.
non docetur effectuata, vnde pro reſiduo debet
9 cenſeri facta executio, † cuius exceſſus non
præſumitur, niſi concludenter probetur ab al-
legante. *Gig.de penſ.quæſt.9.nu.4. & ſeq.Rot.dec.45.*
de appell.in nou. Seraph. deciſ.1189. nu.2. & dixit Rota in firmana fontis, ſeu Expenſarum 31. Ianuarij 1614. coram bon.mem.D.meo Vbaldo.

Et ita deciſum vtraque parte informante, &c.

PIROVANO.

Anconitana Prædij Veneris 4. Februarij 1628.

SVMMARIA.

1 *Adiudicatis bonis in iudicio ſubhaſtationis anteriori creditori competit poſteriori hypothecario ius offerendi. & n.14.*

2 *Decl.ſecus ſi venditio ſtat iure creditoris.*

3 *Subdecl.niſi primus creditor elegerit viam iudiciariam. & n.4. vbi ratio. & n.17.*

5 *Subdecl.2. declarationem procedere in venditione, quæ fit ipſi primo creditori per interpoſitam perſonam. & n.6. vbi ratio. & n.18.*

7 *Creditor primus vendere poteſt iure creditoris in vim pacti in eius inſtrumento appoſiti.*

8 *Vendidiſſe non dicitur debitor Iudice mediante, vbi ex inſtrumento legatur, vendidiſſe creditorem iure creditoris.*

9 *Expreſſum facit ceſſare tacitum.*

10 *Renunciatio vendendi per viam extraiudicialem ceſſat, dum iure creditoris venditur.*

11 *Creditor non poteſt eſſe emptor, & venditor contraria cumulando.*

12 *Pignoris prætorij venditio conſumitur de mandato Prætoris.*

13 *Debitor vendere dicitur pignus, dum vendit Iudex illum repræſentans. & n.4.*

15 *Ius offerendi non tollitur ſecundo creditori, vbi emit primus magis ſeruandi ſui pignoris gratia, quam acquirendi dominium. & n.6. & 20. & ſeq.*

16 *Creditor emens vti tertius non debet eſſe deterioris conditionis, quam extraneus & n.20.*

17 *Creditor plus offerens admittitur ad licitandum, & emendum, vt quilibet extraneus.*

21 *Creditor licitare, & emere præſumitur conſeruandi potius pignoris gratia, quam acquirendi dominium coniecturis concurrentibus, ſecus contra & n.22. & 23. vbi de coniectura.*

24 *Ius offerendi ſecundi creditoris adhæret hypothecæ, & ſine ea illi locus eſſe non poteſt.*

25 *Hypotheca probatur inſtrumento.*

26 *Succeſſor in bonis vti dominus poteſt illa obligare.*

27 *Pater tranſiens ad ſecundas nuptias amittit ſucceſſionem filij primi matrimonij, illaque defertur ad alios filios ſuperuenientes. Decl.vt n.30.*

28 *Dos ex conſuetudine Martini decedente filia ante 18. annum, reuertitur ad dotantem, non autem in illa ſuccedit pater. Decl.vt n.31.*

29 *Pater filio decedenti ſuperſtitibus ſororibus ſuccedit pro virili. Decl.vt n.32.*

Deciſio LXXVI.

Dictum fuit ſtandum eſſe in deciſis vltimo loco die 17. Maij præteriti Quia regulæ

ſunt

Digitized by Google

ſunt pro Collegio creditori cum hypotheca bonorum Equitis Bartholomei Fanelli pro
1 ſcutis duorum millium; vt propterea † agente Columnello Rinaldino creditore anteriore Collegij contra bona eiuſdem Fanelli, & obtinente bonorum adiudicationem in iudicio ſubhaſtationis pro conſimili ſumma ſcutorum 2000.rectè pariter egerit Collegium ad vendicationem eorundem bonorum ex iure offerendi poſterioribus à lege indulto, per *l. potior. §.fin.ff.qui pot.in pignor.hab.* cum aliis in deciſione
2 cauſæ allegatis, & † quamvis, ſi venditio contingat fieri iure creditoris, non idem ſeruan-
3 dum ſit, per *l.1.& 2.C.ſi antiq.cred.* † attamen eadem cauſæ deciſio regulam declarabat, primo, non procedere, quando primus creditor pro conſequendo, quod ſibi debebatur, elegit viam iudicialem accipiendo per manum Iudicis
4 venditionem pignoris, † ex quo tunc debitor vendere dicatur, nec poteſt rem liberam transferre in emptorem ab onere Iuris luendi per ſecundum creditorem per ius offerendi. Secun-
5 do dicebatur, † tunc demum eſſe locum liberæ alienationi, & tranſlationi, quando venditio ſequitur in extraneum ementem, vt acqui-
6 rat ſibi dominium, † ſecus, vt hic, quando idem creditor emit per interpoſitam perſonam magis ſeruandi pignoris ſui cauſa, quam dominij acquirendi.

7 Non obſtat, quod † Rinaldinus potuerit vendere iure creditoris vigore pacti in inſtrumento ſui crediti poſiti, & hoc ipſum admittatur in deciſione cauſæ, per *l.ſi conuenerit, ff. de pignorat.actor.§.1.Inſtit.quibus alien.lic.* & vendiderit iure creditoris Raphaeli ementi ſub haſta
8 ex inſtrumento, quod datur, vt † propterea ceſſare videatur venditio facta per debitorem
9 per manum Iudicis, ne dum, quia † expreſſum facit ceſſare tacitum, *Crauet. conſ.32.n.2.Surd.conſ.*
10 *156.nu.22.* Sed, quia † electa via creditoris ceſſat præſumptio renunciationis licentiæ vendendi per viam extraiudicialem.

Quia fuit reſponſum, ex facto obiectum ceſſare, nam, cum Rinaldino inſtante bona fuerint ſub haſta poſita, & Iudex mandauerit deliberari Raphaeli perſonæ ſuppoſitæ eiuſdem Rinaldini, vt ipſe declarauit in retroceſſione bonorum vti nudæ perſonæ eidem adiudica-
11 torum, † vel non potuit eſſe & emptor, & venditor ſibi ipſi iure creditoris cumulando contraria in eodem ſubiecto, *Bald. in cap. inter Monaſterium, in fin. de ſentent. & re iudic. Mantic.de coniect.lib.11.tit.2.n.11.* † vel dicendum eſt vendidiſſe
12 tanquam pignus prætorium, de cuius mandato conſumitur venditio, *l.2.C.ſi in cauſ.iudic.Bald.*
13 *in l.ordo.n.5.Codic. de execut. rei iudic.* † propterea à debitore ſemper procedit venditio, cuius perſona à Iudice repræſentatur, poſtquam ab eo venditio fieri debet, *l.ſi ob cauſam.Codic.de euict.* &
14 † per conſequens ſemper remanſit conſeruatum creditori hypothecario poſteriori beneficium iuris offerendi *Caſtill. dec.91.Morot.de iur.offer.n.12.Maſtrill dec.201.n.1.lib.3.*

Non obſtat, quod nec etiam ſecunda reſponſio deciſionis cauſæ ſuſtineri poſſet, dum
15 firmatur, † locum non eſſe liberæ alienationi à poſterioribus creditoribus, quando venditio ſequitur in creditorem ementem magis pignoris ſui ſeruandi cauſa, quam acquirendi dominium, ex *Franch.deciſ.69.124.& 430.cum aliis ibidem allegat.* ex quo † creditor emens tanquam 16
tertius non debeat eſſe deterioris conditionis, quam quilibet extraneus, *Surd. conſ.256.n.6.Menoch.præſumpt.121.n.6.lib.3.Franch. eadem dec.69.nu.3.& 4.*

Quia † ſufficit Collegio, venditionem eſſe 17
factam per manum Iudicis, & iure debitoris, vt inde ſit locus iuri offerendi, ſiue transferatur in extraneum, ſiue in creditorem gaudentem eodem iure, ſed nihilominus, † ſi eſſet ſer- 18
uanda diſtinctio creditoris, & extranei, adhuc opinio *Franchi*, & aliorum ſupra relatorum præualeret; nec contrarium dicit *Surd. alleg. conſ.256.n.6.* quia in ſuo caſu non eſt quæſtio de iure offerendi, ſed de validitate executionis omiſſa æſtimatione, quando bona adiudicantur venditori, dicens quod † creditori plus of- 19
ferenti venditur pignus, cum non prohibeatur ſicut quilibet extraneus licitare, per *l.2. C.ſi in cauſ.iudic.* & quod † non eſt iuſtum, quod inter 20
creditorem, & tertium, vel alium extraneum conſtituatur diſcrimen, quando vtriuſque par eſt conditio; ſed quod eadem ratio ſit ſeruanda ad excludendum ius offerendi, hoc non dicit, & merito, quia † ſemper viget præſumptio 21
conſeruationis pignoris magis, quam dominij acquirendi, quæ deterior per ius offerendi non efficitur, & *Menoch dict.præſumpt.121.n.11.& 12.* abſolutè non contrariatur opinioni *Franchi*, & aliorum in deciſione cauſæ relatorum, ſed † 22
tunc quando non vrgent coniecturæ arguentes, quod magis iure creditoris, & ſui crediti ſeruandi cauſa emere voluerit, quam dominij acquirendi cauſa, † quæ tamen non deſunt in præſenti caſu, dum tantum obtulit in licita- 23
tione, quantum capiebat creditum ſuum, quæ coniectura admittitur per eundem *Menoch. ſub n.12. vſque ad fin.*

Quæ vero pertinent ad hypothecam, † cui 24
ius offerendi adhæret, & ſine qua locus illi eſſe non poteſt, *Bald. conſ.50.n.2.lib.1.Theſ.dec.157.n.5.*
† dicebatur in deciſione cauſæ de ea conſtare 25
ex publicis documentis, ex quibus apparebat, prædium ſubhaſtatum aſſignatum fuiſſe in dotem D. Virginiæ vxori Fanelli; & quamvis ea præmortua remanſerint filij eiuſdem matrimonij, nempe Antonius, Iacobus, & tres aliæ filiæ fœminæ, nihilominus de anno 1600. decedente maſculo domino prædij ſucceſſit Fanellus pater in dicto prædio, & effectus fuit dominus, † & potuit obligare prædium ac- 26
quiſitum, *l.2. §. illud.ff.de hered. & actor.vend.cum aliis in eadem deciſ.allegat.*

Non obſtat, quod Fanellus mortuo Iacobo Antonio maſculo de dicto anno 1600. ipſe poſtmodum de anno 1609.tranſierit ad ſecundas nuptias, † amiſerit ſucceſſionem filij, & de- 27
lata fuerit ad ſorores maſculi, quæ adhuc ſuperuiuunt, & vlterius † ex conſuetudine Mar- 28
tini decedente filio ante 18. annum dos reuertatur ad dotantem, non autem pater in illa ſuccedat, Seraph. *deciſ.1221. in princip.* ac demum quia † idem Fanellus potuit ſuccedere 29
in portione tantum maſculi, & ſic in quarta

Digitized by Google

parte, cum ſuperſint tres eiuſdem maſculi ſorores.

30 Quia primum obiectum tollitur, † ex quo non agitur de ſucceſſione patris à iure communi delata, ſed ab ipſo *Statuto Anconitano rubr. 102.* in quo patri defertur hæreditas filij aliis excluſis. Secundum vero obiectum euitatur,
31 quia † ſuperſtitibus filiis ex eodem matrimonio, provt adhuc fœminæ prædictæ ſuperſunt, dos non redit ad dotantem. Et tertium obiectum ſoluitur ab alio Statuto Anconitano
32 rubr. 55. per quod † filiæ fœminæ dotatæ excluduntur à ſucceſſione dotis maternæ, maſculo ſuperſtite; Vnde, ſi per excluſionem proprij iuris non admittuntur ad dotem maternam, & per concurſum ad hæreditatem fratris remouentur ex perſona patris ex iam *dict. Statuto 102.* inde ſequitur, Fanellum ex ſucceſſione filij in prædio ſubhaſtato pleno iure fuiſſe dominum.

Supererant aliæ duæ exceptiones circa validitatem depoſiti, & validitatem ſententiæ, quibus cum fuerit ſatisfactum in deciſione cauſæ, nec vlterius aliud releuans fuerit replicatum, cum reſponſionibus iam datis Domini tranſierunt.

Et ita, &c.

CARDINALI VIRILI.

Imolen. Spolij Veneris
31 Martij 1628.

SVMMARIA.

1 *Immiſſio in vim ſententiæ, & rei iudicatæ priuat primum poſſeſſorem ciuili, & naturali poſſeſſione etiam abſque alia expulſione.*

2 *Poſſeſſor priuatus auctoritate Iudicis, qui ritè, & rectè proceſſit, non reſtituitur.*

3 *Poſſidens in vim ſubhaſtationis nulliter factæ, non facit fructus ſuos, ſed imputat in ſortem; & tenetur actione ſpolij.*

4 *Reintegratio competit, vbi Iudex nulliter, vel iniuſtè proceſſit.*

5 *Declara procedere probata per allegantem nullitate vel iniuſtitia notoria.*

6 *Spolium prætendens ex capite nullitatis, vel iniuſtitiæ tenetur producere proceſſum, & n. 12.*

7 *Citatio probatur ex atteſtatione Notarij.*

8 *Citatio præſumitur ex curſu 20. annorum, & rei iudicatæ.*

9 *Calculus peritorum confirmatus per ſententiam, & curſum 20. annorum retractari non ſolet, ſaltem ſine clara liquidatione, & contraria probatione.*

10 *Spolium vt excludatur, ſat eſt, vt non doceatur de nullitate, vel de notoria, & euidenti iniuſtitia.*

11 *Hypothecaria requirit probationem dominij.*

12 *Præſumitur pro re iudicata, ſtante præſertim curſu longi temporis.*

Deciſio LXXVII.

NOn eſſe locum reintegrationi, voluerunt Domini, nam poſſeſſio Hieronymi patris Iuliæ non poteſt ſuffragari, † cum in vim rei 1
iudicatæ, & mandati de immittendo vigore ſententiæ latæ ad fauorem Ceuli in hypothecaria à bon. mem. Vitellio Clerico Cameræ de anno 1597. fuerit Hieronymus poſſeſſione ciuili, & naturali priuatus etiam abſque alia expulſione, *Angel. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas, nu. 2. in fin. Imol. n. 1. Alexand. n. 2. ff. de acquir. poſſ. Mohed. dec. 4. n. 4. de reſtit. ſpoliat. Seraph. dec. 1325. nu. 1. Greg. dec. 582. n. 5. Rot. diuerſ. dec. 802. n. 6. part. 1.*

Vnde prætenſio nullitatis ſubhaſtationis procederet, ſi in vim ſubhaſtationis fuiſſet amiſſa poſſeſſio, ſed, cum poſſeſſio iam per tres annos antea ob mandatum de immittendo fuerit deperdita, non ſubhaſtatio, ſed immiſſio auctoritate Iudicis anterior dedit cauſam amiſſioni poſſeſſionis, & conſequenter cum de tempore ſubhaſtationis Ceulus poſſideret, non autem Hieronymus pater Iuliæ, nec Iulia, ceſſat primum extremum poſſeſſionis requiſitum pro reintegratione, & † priuatus auctoritate 2
Iudicis ritè, & rectè procedentis non reſtituitur, *l. iuſte poſſidet. ff. de acquir. poſſ. gloſſ. in cap. præſent. 7. q. 1. Cephal. conſ. 867. n. 10. Greg. dec. 43. n. 1. in fin.*

Nec placuit Dominis, † quod ſtante nulli- 3
tate ſubhaſtationis Ceulus fuerit ſatisfactus ex fructibus, & ideo intret ſpolium pro recuperatione bonorum, *Rum. conſ. 165. nu. 4. lib. 5. Surd. deciſ. 46. in fin. & fuit dictum in Romana Spolij 9. Iulij, & 10. Decembris 1627. coram R. P. D. meo Merlino.*

Quia, dum diſputandum remanet ſuper nullitate ſubhaſtationis, & an Ceulus fecerit fructus ſuos, vel illi ſint imputandi in ſortem, & an conſtet de integra ſatisfactione crediti & liquidatione fructuum perceptorum, quæ ſaltem requirunt altiorem indaginem, remanet anterior poſſeſſio Ceuli acquiſita iure hypothecæ per tres annos antea ob immiſſionem habitam virtute rei iudicatæ bon. me. Vitellij.

Non obſtat, quod Vitellius nulliter, vel iniuſte proceſſerit, † quo caſu competit reinte- 4
gratio, *Greg. deciſ. 43. n. 2.* quia † procedit, ſi Iulia 5
probaret nullitatem, vel notoriam iniuſtitiã, *Rot. deciſio. 646. n. 1. parte 2. recent. Seraph. deciſio. 867. n. 1. & fuit dictum in Romana de Bombellis 31. Maij 1613. coram bon. mem. Cardinali Sacrato.*

Nullitas ex defectu citationis non probatur à Iulia, provt requiritur; nam, cum Creditores Ceuli ſint poſſeſſores, nec agant ad executionem ſententiæ, † Iulia, quæ ad effectum ſpolij 6
dat de nullitate, tenetur producere proceſſum, & ex actis probare defectum citationis, *Rot. diuerſ. deciſ. 636. n. 2. parte 1.* † & tamen ex at- 7
teſtatione Notarij de citatione apparet, & † ex 8
curſu viginti annorum & vltra, & rei iudicatæ præſumitur Citatio, *Alexandr. conſil. 123. nu. 4. lib. 2. Gabr. de præſumpt. concluſ. 1. n. 36.*

Non obſtat, quod ſententia bon. mem. Vitellij, & eius executio ſit pro plus debito, cum illa ſit pro ſcutis 20. m. & tamen creditum Ceuli ſit ſolum ſcutorum 17471. cum ex partitis conſtet, Ceulum recepiſſe à ſubappaltatore Ghelleno ſcuta 52. mill. & 9043. & ex effectibus gabellæ ſcuta 19843. Quia fuit reſponſum ex calculis factis & ex relationibus Peritorum, & ex libris Ceuli conſtare de credito ſcutorum 20. mill. & vltra etiam non habita
ratione

Digitized by Google

ratione ad tres partitas, quas periti quoad quantitatem præciſam remiſerunt arbitrio
9 Vitellij Iudicis,& conſequenter † calculus factus à Peritis confirmatus ex ſententia Iudicis, & ex longinquitate temporis 20. annorum, & vltra retractari non ſolet, *Bartol. in l. inſtar. nu. 7. Codic. de iur. fiſi.* vel ſaltem requiritur clara liqui-
10 datio,& contraria probatio. Vnde, † vt excludatur ſpolium, ſat eſt, quod non doceatur de nullitate, & notoria, & euidenti iniuſtitia, vt fuit ſupra deductum.

11 Tandem non facit, quod † in hypothecaria requiratur probatio dominij, quia, dum per
12 Iuliam non exhibentur acta, † prout requiritur, vt ſupra probatum eſt, non poteſt dici, non
13 fuiſſe probatum dominium, cum † pro re iudicata præſumatur, ſtante præſertim lapſu tanti temporis, *Butr. in cap. quoniam contra. colum. 15. verſicul. ſi eſt ſententia. de probat. Gabr. de ſentent. concluſ. 4. n. 14. Seraph. dec. 381. n. 1.*

Et ita vtraque parte informante fuit reſolutum, &c.

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO IVNIORE.

Romana Syluæ Mercurij 28. Iunij 1628.

SVMMARIA.

1 *Poſſeſſio capi non poteſt ex adiudicatione nulla, & vigore mandati de adiudicando ſine nouo Iudicis miniſterio, & mandato de immittendo.*

2 *Mandatum de immittendo licet ſit quid conſecutiuum ad decretum Iudicis ſuper adiudicatione, eſt tamen diſtinctum ab ipſo mandato de adiudicando.*

3 *Poſſeſſionem accipiens vigore ſolius decreti adiudicationis dicitur accipere propria, non Iudicis auctoritate, & ex ea ſpolium reſultat priuatum, non iudiciale, etiam quod in adiudicatione adſit facultas capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, & num. 8.*

4 *Iudex dans in decreto adiudicationis facultatem capiendi poſſeſſionem propria auctoritate dicitur nulliter, & non ſeruata tela iudiciaria, ſed extraiudicialiter, & vti priuatus procedere.*

5 *Mandatum de adiudicando non eſt adiudicatio.*

6 *Adiudicatio ad inſtar venditionis regulatur.*

7 *Et in ea ſeruanda ſunt ea omnia, quæ in venditione.*

Deciſio LXXVIII.

NOn acquieſcente D. Angelo Clauario deciſioni coram me ſub die 15. Maij præteriti, in qua firmabatur, ſententiam Rotalem eſſe confirmandam, propoſui iterum dubium, & Domini ſteterunt in deciſis ex rationibus, de quibus in dicta deciſione, quas neque Angelus controuertebat, ſed querelabatur, fuiſſe in ea firmatum, poſſeſſionem ſyluæ à ſe captam propria auctoritate, & ſine miniſterio Iudicis, indeque quaſi videretur argui ſpolium violentum, eſſet condemnandus ad fructus etiam ante litem motam. Placuerunt tamen Dominis fundamenta deciſionis, quia † propter nul- 1
litatem adiudicationis firmatam *in deciſione D. mei Durani 3. Iunij 1626.* & vigore mandati de adiudicando non potuit Angelus capere poſſeſſionem ſine nouo Iudicis miniſterio, & mandato de immittendo vigore decreti adiudicationis, cum † mandatum de immittendo, etiam 2
quod ſit quid conſequutiuum ad decretum Iudicis ſuper adiudicatione, ſit tamen diſtinctum ab ipſo mandato de adiudicando, iuxta *text. in l. 1. & tot. titul. ff. ſi in cauſ. iudic. Rot in Interamnen. Officij 27. Februarij 1576. coram Rubeo, & in Romana Pecudum 14. Nouembris 1611. coram Card. Caualerio, & Romana Domorum de Roncionibus 17. Iunij 1616. coram bon. mem. Buratto,* & vt propterea † cum Angelus 3
vigore ſolius decreti adiudicationis ſyluæ poſſeſſionem capiendo, non poſſit dici, id feciſſe Iudicis auctoritate, ſed propria, quidquid ſit de ſpolio violento, quod hucuſque nunquam firmatum fuit, certè ſpolium priuatum, non iudiciale dici debet, Immo etiam quod Iudex in adiudicatione dediſſet Angelo facultatem capiendi poſſeſſionem dictæ Syluæ propria auctoritate, adhuc ſpolium non dici deberet iudiciale, ſed priuatum ea ratione, quia † non 4
ſolum Iudex hoc caſu procederet nulliter, & non ſeruata tela iudicij, verum extraiudicialiter, & tanquam priuatus, *Bald. in l. 1. in princip. Codic. de Carbon. edict. Soccin in l. iuſtè poſſidet. n. 8. verſicul. ſecunda concluſ. ff. de acquir. poſſeſſ. Neguſ. de pignor. part. 3. memb. 2. n. 22. Crauett. conſ. 5. n. 8. & conſ. 302. n. 3. Bero. conſ. 76. n. 11. lib. 3.*

Et propterea, † cum mandatum de adiudi- 5
cando non ſit adiudicatio, quæ cum † ad inſtar 6
venditionis reguletur, *l. ſi prædium. C. de euict. Bart. in l. eleganter. in princip. ff. de pignor. Alberic. in l. cætera §. ſed, ſi parauerit, ibidem Iaſon. n. 10. de leg. primo. Tiraquel. de retract. lignag. § 1. gloſſ. 14. nu. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 662. num. 5. part. 1.* † ſeruanda erant in 7
illa ea omnia, quæ in ipſa venditione, *Soccin. iun. conſ. 47. num. 7. & 8. lib. 2. Anchar. q. 28. num. 3. lib. 1. Surd. conſ. 225. n. 9. lib. 3* † poſſeſſio, quam Angelus 8
adeptus fuit vigore ſolius mandati de adiudicando, non expectata adiudicatione, & non ſeruatis omnibus, quæ in ipſa adiudicatione erant neceſſaria, non poteſt non dici ſpoliatiua, & ab ipſo vti priuato, non autem Iudicis auctoritate fuiſſe captam, prout Domini denuo reſponderunt.

An vero ex hoc ſpolio deberentur fructus ante motam litem, vel à die motæ litis reſeruarunt videre in liquidatione.

Et ita vtraque parte informante concluſum fuit, &c.

EMIN. D. CARD. VBALDO.

Romana Cenſus ſcutorum X. m. Veneris 12. Ianuarij 1629.

SVMMARIA.

1 *Articuli admitti ſolent in Curia cum clauſula, ſaluo iure, &c.*

Digitized by Google

2 *Declara procedere, ſi ſit dubium an ſint, vel ne impertinentes, & irrelevantes, ſecus ſi clarum.*

3 *Statutum de admittendis probationibus, & exceptionibus ſaluo iure, &c. non procedit in euidenter impertinentibus.*

4 *Adiudicatio ſine citatione eſt inualida.*

5 *Adiudicata re nulliter, competit primò poſſeſſori manutentio & n.11.*

6 *Probatio, quæ non releuat, ſed affert tantum diſpendium, incommodum, & dilationem, non eſt admittenda.*

7 *Citationis defectus affert maximum præiudicium parti, ex quo tollit defenſionem de iure naturali, & Diuino competentem.*

8 *Articuli concernentes petitorium non dicuntur impertinentes in interdicto vti poſſidetis.*

9 *Intellige procedere, quando poſſunt aliquo modo colorare, & coadiuuare poſſeſſorium.*

10 *Nullitatis articulus eſt in primis, parte petente, terminandus.*

12 *Adiudicatione nulla exiſtente debet creditor ex integro iuris ordine, & de nouo adiudicationem procurare.*

13 *Actus nulliter factus perinde habetur, ac ſi factus non fuiſſet.*

14 *Adiudicationem non fuiſſe leſiuam fruſtra articulatur, ſi de læſione non eſt agendum.*

15 *Arbitrari de diminutione valoris rei ob vincula, & onera non ſpectat ad teſtes, ſed ad Iudicem.*

Deciſio LXXIX.

FVerunt in hac cauſa factæ quatuor deciſiones, in quibus omnibus fuit vtraque parte informante reſolutum concedendam eſſe manutentionem D. Ioan. Franciſco Vrſino in quaſi poſſeſſione exigendi fructus cenſus, de quo agitur, non obſtante, quod iam fuiſſet adiudicatus Dom. Ioanni Baptiſtæ de Aſte, & licet in prioribus deciſionibus fuerit capta reſolutio tam ex capite nullitatis, quam iniuſtitiæ adiudicationis ſub prætextu, quod cenſus fuiſſet adiudicatus pro longè minori pretio, quam valeret; attamen in duabus vltimis confirmarunt Domini ſupradictam reſolutionem ex capite ſolius nullitatis ex defectu citationis; ſed cũ ſcribentes pro Dom. de Aſte crederent, poſſe fieri meliorem eiuſdem Aſti conditionẽ pro ſubſtentatione dictæ adiudicationis, ſi euitaretur iniuſtitia pretij, quæ, vt dixi, fuerat per D.D. conſiderata in primis deciſionibus, ideo dederunt ſuper hoc articulos, ſuper quibus cum hodie fuerit propoſitum dubium, An ſint admittendi, fuit negatiuè contra eundẽ Dom. de Aſte reſolutum, & fundamentum reſolutio-
1 nis fuit, quia, † licet in Curia admitti ſoleant articuli cum clauſula, ſaluo iure, &c. attamen
2 † id procedit quando in ambiguo res poſita eſt, an articuli ſint, nec ne impertinentes, & irreleuantes, ſecus vero quando illorum irreleuantia eſt clara, & apparet, quod nihil prorſus faciunt ad cauſam, vt in caſu noſtro, tunc enim aliquo modo non admittuntur, *gloſſ. in cap. cum contingat. in verb. nihil. de offic. deleg.* quæ eſt valde ſingularis ſecundum Bald. ibi, ex quo articuli irreleuantes, & impertinentes admitti non debent, nec teſtes ſuper eis recipi, vt eſt *text. in l. ſi duo patroni, ♋. idem Iulianus, ff. de iureiur. vbi Bald. Decian. conſ. 161. n. 1. Modern. Roman. diſcept. for. cap. 803. n. 55. Grauat. ad Veſtr. lib. 5. cap. 14. nu. 26. in verb. ſed cum proteſtatione, latè Grammat. deciſ. 45. num. 5. 6. 7. & 8.* † 3
id ampliat, quod etiam ſi in loco adſit ſtatutum quod Iudex admittere debeat omnes probationes, & exceptiones ſaluo iure impertinẽtium, & non admittendorum, nõ tamen poterit admittere exceptiones euidenter impertinentes, idque ex mente *Imol. & aliorum in l. 4. ♋. Prætor att. ff. de damn. infect. quos refert Iaſon. in d. l. ſi duo patroni. ♋. idem Iulianus, n. 33. 34. & 35. ff. de iureiur. vbi ſubdit*, id eſſe notandum, & latè tradit poſt alios *Modern. Roman. de iudic. lib. 2. cap. 7. q. 6. n. 91. & ſeq.*

Quod verò in caſu noſtro articuli nihil prorſus faciant ad cauſam ſupradictæ manutentionis, & penitus ſint impertinentes, & irreleuantes clariſſimè apparet ex eo, quòd d. duæ vltimæ deciſiones in cauſa factæ non ſe fundant in iniuſtitia pretij adiudicationis, ſed ſolùm in nullitate ex defectu citationis; vnde dato etiã, quod adiudicatio probaretur iuſtiſſima, † non 4
tamen remaneret ſublata nullitas ex defectu citationis, *Rot. dec. 179. n. 3. part. 1. in recent.* † quæ ſo- 5
la ſufficit pro manutentione, *S. M. Greg. XV. deciſ. 458. nu. 9. & 307. nu. 7.* & firmatur in dictis duabus vltimis deciſionibus, & ſic, † cùm probationes 6
iſtæ non poſſint releuare in hoc iudicio manutentionis, fruſtra agitur de admiſſione articulorum, qui admiſſi non poſſunt importare niſi diſpendium, incommodum & dilationem litis, *S. M. Greg. XV. dec. 356. n. 2. & 477. n. 2. Mantic. deciſ. 216. nu. 1. & tradunt ſupradicti D.D. Grammat. Grauat. ad Veſtr. Decian. & Iaſon. in loc. ſup. alleg.* & licet non omnes loquantur de articulis admittendis pro faciendis probationibus in Curia, ſed quando agitur de danda remiſſoria in partibus, attamẽ ratio per *Doctor.* adducta, quod non ſit admittenda probatio, quando non releuat, quia eſt fruſtratoria, applicatur etiam probationi in Curia faciendæ. Vnde tota difficultas reducitur ad ſupradictam irreleuantiam, quæ quando apparet clara, articuli non ſunt, neque in Curia admittendi iuxta ſuperius allegata.

Non obſtat, quod in vltima deciſione dicatur, quod hic agitur de notabili præiudicio partis, quia Domini intellexerunt de præiudicio reſultante ob nullitatem ex defectu citationis, de qua ex profeſſo dicta deciſio loqui-
tur, † & ex illa reſultare maximum præiudi- 7
cium parti, negari nõ poteſt, cum tollat defenſionem de iure naturali, & Diuino ipſi competentem, *gloſſ. in clem. ſæpe in verb. defenſiones, de verb. ſignif. Decian. conſ. 602. n. 11. & 12. Rot. dec. 179. n. 2. part. 1. recent. Vant. de nullit. ex defect. citat. n. 9.*

Non obſtat, quod † articuli concernentes 8
petitorium non dicantur impertinentes in interdicto vti poſſideris; Quia † hoc verum eſt, 9
quando illi poſſunt aliquo modo colorare, & coadiuuare poſſeſſorium, vt per *Gayll. obſeruat. 81. n. 7. lib. 1. Rot. deciſ. 241. nu. 2. & ſeqq. par. 1. diuerſ. S. M. Greg. XV. dec. 422. n. 3.* In caſu autem noſtro articuli concernentes iuſtum pretium adiudicationis, non poſſunt aliquid operari quoad ipſum poſſeſſorium, cum etiam data hac probatione
adhuc † parte petente ſit terminãdus articulus 10
nullitatis,

Digitized by Google

11 nullitatis, † quæ ſola ſufficit ad manutentio-
12 nem,vt ſupra dixi,& D.de Aſte † neceſſe haberet agere ex integro,& iuris ordine ſeruato pro ſuo credito procurare de nouo adiudicationem, *Gabr.conſil.28.nu.1.lib.2.*quod ita ſeruat Rota,*Modern.Rom.diſcept.516.n.2. Reuerendiſſ.D.meus Decanus dec.206.n.1.& 2.Rot.dec.474.nu.11.par.2.in recent.* Ea
13 ſcilicet ratione, quia † actus nulliter factus perinde habetur,ac ſi factus non fuiſſet,*Menoch. conſ.230.n.13.Modern.Rom.de ſent.& re iudic.gloſ.14.q.11.n.56.S.M.Greg.XV.dec.496.nu.9.*& conſequenter
14 † fruſtra articulatur,adiudicationem non fuiſſe læſiuam,ſi de illa non eſt agendum.

Deinde ex abundanti fuit conſideratum, quod articuli concernentes iuſtum pretium adiudicationis eſſent etiam ex alio impertinentes, quia, dum tendunt ad probandum, quod cenſus d.d.ſcutorum X.m. ſortis,& ſcutorum 350.circa pro fructibus tunc decurſis,iuſtè fuit adiudicatus pro ſcutis 6000. incirca propter onera,& vincula,quibus erat ſuppoſitus,apparet,quod teſtes ſemper hoc deponendo neceſſe
15 habent excedere officium teſtium, cum † arbitrari de diminutione valoris ob vincula, & onera non ſpectet ad teſtes, ſed ad Iudices, vt probat *text.in l.1.ante med.ibi,Pretio videlicet arbitrio Prætoris conſtituendo, C.de comm.ſer.manum.Socc.iun. conſ.104.n.4.& ſeqq.lib.3.Menoch.de arbitr.caſ.217.n.5.* Et ita deciſum vtraque,&c.

REVERENDISSIMO P.D. DVNOZETTO IVNIORE.

Recanaten. Dotis Veneris 22. Iunij 1629.

SVMMARIA.

1 *Executio dicitur valida, quæ apparet facta ſeruatis ſeruandis cum omnibus requiſitis, & conſenſu præſtito ſubhaſtationi,& deliberationi.*
2 *Executio eſt iuſta, quæ facta eſt in vim mandati ex actis iuſtificati.*
3 *Obligationis cameralis vigore poteſt agi contra debitorem debitoris.*
4 *Creditor reſpectu bonorum debitoris ſui debitoris in concurſu poteſt vti anterioritate, & iuribus euſdem ſui debitoris.*
5 *Creditum probatur ex confeſſione debitoris in teſtamento iunctis adminiculis ex receptis.*
6 *Creditum non liquidum non dicitur iuſtificatum.*

Deciſio LXXX.

FVit reſolutum in hac cauſa ſub diebus 16. Iunij,& 22.Nouembris præteriti,D.Antonio Cruciano dandum eſſe mandatum de manutenendo in poſſeſſionem prædij, de quo agitur.

Nunc verò proſequendo diſputationem in petitorio propoſui dubium, An executio facta ſuper d.Prædio eſſet reuocanda.Domini negatiuè reſponderunt.

Siquidem viſum fuit, conſtare de illius validitate, † ex quo facta fuit ſeruatis ſeruandis 1
cum omnibus requiſitis, ac cum interuentu Procuratoris Bartholomæi debitoris, qui ſubhaſtationi,& deliberationi conſenſit,ex quo ſequitur,quod nunc non poſſit aliqua nullitas allegari,*Alex.in l.iuſta,n.16.fallent.3.ff.de acquir.poſſeſſ. Roman.conſ.107.in princip. Vant.de nullit. titul.fin. numer.27.*

Iuſtitia † quoque viſa fuit patens, cum ea 2
pendeat à iuſtitia mandati, quod benè ex actis iuſtificatur.

Nam,cum Bartholomæus,& Cæſarea occaſione adminiſtrationis tutelæ Theobaldi tenerentur ſoluere debitum tutelare, provt ſe obligauerant per inſtrumentum obligatione camerali vallatum,vigore illius ne dum poterat relaxari mandatum contra bona ſupradictorum Bartholomæi, & Cæſareæ, verum etiam contra bona hæreditaria Antonij Ciccolini eiuſdem Cæſareæ Viri, & debitoris, cum † vigore obli- 3
gationis cameralis poſſit agi etiam contra debitorem debitoris. *Pariſ.conſ.107.num.8.lib.3. Rota in Romana Conſignationis Sequeſtri Veneris 16. Ianuarij 1598.coram bonæ memoriæ Cardinali Lancellotto relata per Zacch.de oblig.camer.deciſ.7.nu.1.* ex quo ſequitur, quod ſiue prædium, ſuper quo fuit facta executio,fuerit in bonis Cæſareæ,ſiue in bonis Antonij, adhuc executio, & deliberatio de ea facta ſuſtineatur tanquam facta in bonis debitoris.

Non obſtat,quod Maria tanquam creditrix anterior Bartholomæi pro ſua dote eſſet præferenda Theobaldo creditori poſteriori.

Nam fuit reſponſum, quod, licet Theobaldus reſpectu Mariæ ſit creditor poſterior, tamen cum ipſe egerit contra Cæſaream, quæ occaſione ſuæ dotis in prædio, de quo agitur, erat creditrix anterior Maria,ad excludendam ipſam Mariam poteſt vti anterioritate Cæſareæ,cum † ipſe tanquam creditor poſſit vti iuri- 4
bus ſuæ debitricis, *Caſtr.in l.ſi cui.num.1.C. de non numer.pecun. Mandell.conſil.447.num.32. Rota coram Greg.dec.362.num.10.*

Minus obſtat, quod non conſtat de credito anteriori Cæſareæ in bonis Antonij eius viri.

Quia quoad creditum illud probatur ex confeſſione ipſius Antonij facta in eius teſtamento, † quæ confeſſio licet non ſufficiat; tamen 5
cum ſit adminiculata ex pluribus receptis antea factis ab Antonio,quæ dantur in nouo ſummario Antonij Cruciani *num.1.* optimè probat, *Aym.conſ.40.numero 4. Bero.conſ.60.numer.43.lib.2. Mohed.dec.2.num.2.de confeſſ.Rota coram Gregor.XV. deciſ.62.numero 2.* Quo verò ad anterioritatem ea pariter iuſtificatur, quia creditum prouenit ab anno 1565. creditum verò Mariæ ab anno 1594.

Denique non obſtat, quod † debitum tute- 6
lare Cæſareæ non iuſtificetur, ex quo non præceſſit liquidatio, nec redditio rationis adminiſtrationis tutelæ.

Quia obiectum tollitur, ex quo in inſtrumento legitur, quod fuerunt viſa, & ſolidata computa, & debitum tutelare remanere in dictis ſcutis 1237. provt ex inſtrumento, quod datur in ſummario Cruciani *num.2.*

Et ita vtraque,&c.

Digitized by Google

CARDINALI VIRILI.

Imolen. Bonorum Mercurij 4. Iulij 1629.

SVMMARIA.

1 *Citatio eſt in ſubhaſtatione pignorum neceſſaria, alias nulliter agitur, & nu. 8.*

2 *Præſumitur pro validitate ſubhaſtationis, & quod citatio interuenerit, ſi non agatur ad effectum exequendi ſententiam, ſed de defendenda poſſeſſione, niſi eius defectus, & nullitas probetur.*

3 *Citationis defectus probatur ex inſpectione proceſſus.*

4 *Decl. procedere, ſi ſit integer, ſecus ſi defectiuus.*

5 *Acta ſubhaſtationis ſi deficiant in aliqua parte, eſt veriſimile, quod poſſint deficere etiam in alia.*

6 *Ampl. præſertim ſi Notarius atteſtetur, ſubhaſtationem fuiſſe factam ſeruatis de ſtylo ſeruandis.*

7 *Actorum integra tranſportatio quando præſumatur.*

Deciſio LXXXI.

PRo inualiditate ſubhaſtationis prædij *del Taſſo*, & Molendini Naui deducebatur defectus citationis debitoris, & tertij poſſeſſoris,
1 † quæ requiritur in ſubhaſtatione pignorum, alias ſubhaſtatio eſt nulla, *l. creditor. Cod. de diſtr. pign. gloſ. in l. debitoris, C. de pignor. Rolan. conſ. 32. nu. 19. lib. 1. Affl. deciſ. 358. num. 3. Gregor. dec. 319. numer. 1.* qua prætentione non obſtante Domini reſoluerunt, non probari ſubhaſtationem eſſe nullam; cum enim Gotius, & Nicolaus Guarinus non agant pro executione ſententiæ, ſed ſolum ſe defendant, & in vim decreti Iudicis ſint poſſeſ-
2 ſores ſpatio 20. annorum, † præſumitur pro validitate ſubhaſtationis, & quod interuenerit citatio, niſi eius defectus, & nullitas probetur, *Rot. in recent. deciſ. 457. nu. 1. par. 2. & dec. 201. n. 1. par. 1. & fuit dictum in Romana Subhaſtationis coram bonæ memoriæ Vbaldo 2. Iunij 1614. apud Zacch. de ſociet. offic. deciſ. 60. num. 1.*

Vnde cum Iulia hæres Hieronymi tertij poſſeſſoris non probet defectum citationis, & nullitatem Subhaſtationis, vtique ſubhaſtatio cenſetur valida.

3 Non obſtat, quod † ex inſpectione proceſſus probetur iſta negatiua defectus citationis, *Caſtr. conſ. 81. num. 3. lib. 2. Verall. dec. 192. n. 3. lib. 3. Greg.*
4 *dec. 416. num. 5. & 8.* quia † procederet, ſi proceſſus probaretur integer, ita vt ex inſpectione appareret defectus citationis, *Seraph. dec. 1307. nu. 3. Rot. in recent. dec. 611. num. 4. par. 1. & dec. 626. num. 1. par. 1. diuerſ.* ſecus ſi proceſſus appareat defectiuus, & non integer. *Rot. diuerſ. dict. deciſ. 636. num. 3. par. 1. & in recent. deciſ. 293. num. 6. & 7. par. 1. & deciſ. 684. nu. 4. par. 2.*

Hic proceſſus apparet defectiuus, nam deficit mandatum in Camera Apoſtolica obtentum à Carolo contra Hieronymum, cuius mandati vigore fiebat ſubhaſtatio, quod mandatum Notarius enunciat, & aſſerit, ſibi fuiſſe conſignatum, & inferiùs regiſtratum, vt in ſummario *nu.* 2. littera A. Vnde ex deficientia iſtius mandati
apparet, quod proceſſus non eſt integer, & † ſi- 5
cuti iſtud deficit, ita veriſimiliter poteſt citatio deficere, *Corn. conſ. 349. nu. 8. verſ. & maximè deduci-*
tur lib. 1. † præcipuè cum Notarius dicat, ſubha- 6
ſtationem fuiſſe factam ſeruatis de ſtylo ſeruandis, *Seraph. dec. 1307. nu. 3. verſ. immò potiùs.*

Non obſtat, quod † præſumitur pro integra 7
tranſportatione actorum, & Simon Riccius Notarius dicat, exemplum extractum continere totum integrum contentum in originali proceſſu meo penes me extante, & in originali nil aliud contineri, quia proceſſus non fuit cœptus à d. Simeone Riccio, ſed à Iohanne Verello, coram quo fuerunt facta quamplura acta, vt in atteſtatione eiuſdem Simeonis Ricci; Vnde cum atteſtatio Simeonis Ricci ſuper integritate ſit reſtricta ad ſuum proceſſum penes ipſum extantem, & non comprehendat partem proceſſus Verelli, in qua poſſit reperiri citatio, donec etiam iſta pars proceſſus Verelli exhibeatur, non poteſt dici conſtare de non integra tranſportatione per præallegata, & præſumptio pro integritate vincitur ex alia fortiori præſumptione, cum deficiant plura acta facta per Iohannem Verellum, inter quæ poteſt adeſſe iſta citatio.

Quare non eſt opus ingredi difficultatem,
† An omiſſio citationis vitiet ſubhaſtationem, 8
& intret *doctr. Cyn. & Bart. in l. creditor. de diſtr. pign.* quia hic præſumitur, Citationem præceſſiſſe ex ſupra deductis.

An autem intrent aliæ nullitates deductæ per informantes, particulariter erit videndum.

Et ita vtraque, &c.

MOTMANNO.

Ariminen. Spolij Veneris 26. Aprilis 1630.

SVMMARIA.

1 *Spolium intrat ex ſubhaſtatione facta de bonis captis per Saluianum non obtenta à Principe licentia.*

2 *Spolij actio competit & ſpoliato, & illius heredibus.*

3 *Spolij actio datur etiam contra ſingularem ſucceſſorem.*

4 *Poſſeſſio antiqua actoris in ſpolio probatur ex confeſſione aduerſarij in libello in alio iudicio.*

5 *Confeſſio auctoris praiudicat ſucceſſori etiam ſingulari.*

6 *Confeſſiones in vno iudicio explicitæ, & expreſſæ probant etiam in alio.*

7 *Poſſeſſione prætenſi ſpoliati ceſſante nulla ſpoliatio conſiderari poteſt.*

8 *Immiſſus ex primo decreto cuſtodiæ cauſa non priuat debitorem poſſeſſione, cum eam non ſibi, ſed illius nomine, vti pignus prætorium detineat.*

9 *Spoliatus ille dicitur cuius nomine alter poſſidebat.*

10 Extre-

Digitized by Google

10 *Extremum ſecundum in ſpolio probatur ex inſtrumento emptionis, & litis ſubſtentatione.*

11 *Dmmiſſus ex ſaluiano poßidet ad effectum, vt ſibi ſatisfiat de fructibus.*

12 *Subhaſtari non poſſunt bona capta ex ſaluiano ſine licentia Principis, cum natura iudicij, & iuris diſpoſitio repugnet.*

Deciſio LXXXII.

CReditores q. Iulij Cæſaris priores, & potiores à moto Brixiano poſteriori creditore à detentatione domus, de qua agitur, obtinuerunt in ſaluiano non modo ſe immitti, & aſſociari in illius poſſeſſionem, ſed etiam pro ſuis reſpectiue creditis eandem domum præuia ſubhaſtatione deliberari cuidam Malateſtæ, à quo per alias ſubſecutas venditiones dicta domus peruenit ad Fabritium.

1 Cum † vero huiuſmodi ſubhaſtatió fuiſſet
facta ſine Principis licentia, Ideo M. Antonius
d.q. Iulij Cæſaris hæres in iudicio ſpolij per ip-
ſum coram A.C. contra d. Fabritium intentato
ad ſui fauorem obtinuit ferri ſententiam rein-
tegratoriam ad dictæ domus poſſeſſionem,
quam quidem ſententiam Domini in ſecunda
inſtantia me hodie proponente cenſuerunt eſſe
2 confirmandam. Quia, † ſicuti q.d. Iulio Cæſari,
ſi viueret, remedium reintegrandæ competiiſ-
ſet, *Afflict. deciſ. 395. per tot. Rot. deciſ. 99. par. 1. diuerſ.* ita
etiam huiuſmodi remedium hæredi ipſius de-
functi ſpoliati competere debet, *Soccin. in l. rem,
quæ nobis, nu. 10. verſ. item quia tranſit ad hæredes, ff. de
acq. poſſ. Creſc. deciſion. 3. de reſtitut. ſpoli. Mohed. deciſ. 3.
num. 2. eod. tit Put. deciſ. 172. & deciſion. 177. lib. 2. in nou.
Rot. in Meleuitana Pratenſarum Penſionum 19. Februa-
3 rij 1596. coram bon. mem. Littu.* † etiam contra ſin-
gularem ſucceſſorem, *Rot. deciſ. 476. nu. 2. par. 2. re-
cent. & coram Greg. XV. dec. 542. n. 3. & ibi Add. nu. 10.*
De poſſeſſione autem dicti q. Iulij Cæſaris,
4 quæ eſt primum huius iudicij extremum, † con-
ſtat ex libellis eorumdem creditorum in ſaluia-
no exhibitis, vti fatentur, ipſum Iulium Cæſa-
rem ſemper tenuiſſe, ac poſſediſſe domum, de
5 qua agitur, † quæ confeſſiones auctorum Fa-
britij ipſi vti eorum ſucceſſori, licet ſingulari,
præiudicant, *Aym. conſ. 29. num. 1. Ruyn. conſ. 32. nu. 6.
lib. 1. Surd. deciſ. 71. num. 9. & conſil. 151. num. 59. Rot. di-
uerſ. dec. 776. num. 1. par. 2. & in Maceraten. Hæreditatis
coram bonæ memoriæ Iuſto, quæ eſt deciſio 157. par. 1. re-
6 cent.* &, † cum ſint explicitæ, & expreſſæ pro-
bant in quocunque alio iudicio, *Rot. in antiq.
deciſ. 8. num. 11. de teſtam. Caſ. de Graſſ. deciſio. 9. num. 17.
de except. & fuit dictum in Romana Domorum in
Burgo 24. Maij 1602. quæ eſt deciſ. 26. num. 14. impreſſ.
poſt tract. de ſalu. interd.*
Huic vero probationi non obſtat, quod de
tempore immiſſionis in poſſeſſionem domus
per d.d. auctores Fabritij obtentæ, ea tunc non
poſſideretur ab ipſo Iulio Cæſare debitore, ſed
à Brixiano alio creditore detineretur occupa-
7 ta. Vnde videtur inferri, quod † Iulij Cæſaris
poſſeſſione de medio ſublata nulla ſpoliatio
poſſit in hoc caſu conſiderari, *Afflict. dict. deciſ. 395.
numer. 7.* Quia fuit reſponſum, quod Brixianus
8 † cum fuerit immiſſus ex primo decreto cuſto-
diæ cauſa, & in contumaciam debitoris il-
liuſque poſſeſſio per aliam poſſeſſionem po-
ſtea d.d. creditoribus anterioribus conceſſam
intra annum defecerit; non priuauit Iulium
Cæſarem poſſeſſione dictæ domus, quam ipſe
non ſibi, ſed illius nomine vti pignus prætorium
poſſidebat, *leg. 3. §. fin. ff. de acq. poſſ. Bart. in
leg. Celſus, numer. 15. ff. de vſucap. Natt. conſ. 535. numer. 5.
& ſeq. Cephal. conſil. 63. numer. 21. Surd. conſil. 481. nu-
mer. 14. Neguſ. de pign. par. tertia membr. ſecundo, num.
6. Menoch. de retin. remed. tertio, n. 168. & 170. cum ſeqq.*
Vnde quamvis d. Brixianus fuerit à detenta-
tione deiectus, † attamen Iulius Cæſar, cuius 9
nomine poſſidebatur, vere dicitur fuiſſe ſpolia-
tus *iuxta text. in cap. cum veniſſet, in fin. de reſtit. ſpo-
liat. Abb. in cap. ex parte, il ſecondo numero quinto, de
reſcript.*
Secundum extremum, nempe poſſeſſio Fa-
britij ſufficienter † probatur ex publico inſtru- 10
mento emptionis dictæ domus per ipſum ce-
lebratæ, ac etiam ex ſuſtentatione litis, *iuxta dec.
387. nu. 2. in fin. par. 1. recent. Greg. XV. dec. 491. nu. 11. &
fuit dictum in Romana fideicommiſſi de Vipera 25. Iunij
1629. coram Illuſtriſſ. D. Card. Virile.*
Ex quibus ita ſe habentibus ſequitur, ſen-
tentiam reintegratoriam eſſe iuſtam, quando-
quidem creditoribus vigore ſaluiani poſſiden-
tibus domum Iulij Cæſaris debitoris † ad effe- 11
ctum, vt de fructibus illius ipſis ſatisfieret, *Rot.
deciſ. 135. num. 7. apud Modern. de ſaluiano.* † non li- 12
cuit inconſulto Principe procedere ad rei ſic
poſſeſſæ ſubhaſtationem, cui natura iudicij
cœpti, ac iuris diſpoſitio repugnant, *Seraph. deciſ.
1100. numer. 2. & dixit Rota in Ariminen. Bonorum 28.
Iunij 1628. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano.*
Et ita, &c.

EODEM.

EADEM.

Mercurij 26. Iunij 1630.

SVMMARIA.

1 *Saluianum ſimul, & ſemel intentari poteſt cum hypothecaria.*

2 *Sententia debet ſtricte interpretari.*

3 *Sententia, quæ ex lectura apparet lata in ſaluiano, non poteſt cenſeri lata etiam in hypothecaria.*

4 *Hypothecaria requirit dominij probationem contra tertium.*

5 *Sententia, non probato dominio, dicitur potius lata in ſaluiano, quam in hypothecaria.*

6 *Aſſerens, ſe intentaſſe, & obtinuiſſe in ſaluiano declarat, ſe illud ſolum proſequutum fuiſſe, non autem etiam hypothecariam.*

7 *Immiſſus ex ſaluiano non poteſt deuenire ad ſubhaſtationem ſine reſcripto Principis, quia id eſt contra naturam iudicij, & iuris diſpoſitionem.*

8 *Petitio dicitur reſtricta ad ea, quæ petens proſequutus fuit.*

9 *Solutio facta per aliquem de debito, & ex pecuniis debitoris reportata ceßione non operatur iurium tranſlationem, ſed ſolam quietationem, & liberationem.*

Digitized by Google

10 *Spolium ante omnia purgandum eſt, nec eſt retentioni locus in re, quæ ad manus peruenit cum ſpolij vitio.*

11 *Sententia contra ſententiam, quæ tranſiuit in iudicatum nulla eſt.*

12 *Lim. primò non procedere in ſententia lata in diuerſo iudicio.*

13 *Lim. ſecundò non procedere in ſententia iniuſta.*

Deciſio LXXXIII.

FVit ſub die 26. Aprilis præteriti altera tan-
tum parte informante concluſum pro con-
firmatione ſententiæ reintegratoriæ Marci An-
tonij, hæredisque Iulij Cæſaris ad domum, de
qua agitur.

Et cum pro parte Fabritij dictæ domus de-
tentoris plura adducerentur ad effectum pro-
bandi, quod creditoribus dicti q. Iulij Cæſaris
eius auctoribus tanquam agentibus non modo
in Saluiano, ſed etiam actione hypothecaria li-
cuerit ſine Principis licentia deuenire ad eiuſ-
dem domus ſubhaſtationem; Iterum cauſam
propoſui; ſed his non obſtantibus Domini à de-
ciſis non eſſe recedendum cenſuerunt.

Non enim obſtat, quod dicti creditores in
libello dato contra Brixianum aſſerendo do-
mum eſſe de bonis Iulij Cæſaris debitoris,
cumque de tempore impoſitionis cenſuum il-
lam tenuiſſe, & poſſediſſe, intentauerit reme-
dium Saluiani, & cumulatiuè actionem hypo-
1 thecariam, † quod poſſe fieri poſt *Caſtr. in l. rem
alienam nu. 10 ff. de pignor. act. & Menoch. de adipiſc.
remed. 3. nu. 160. docet Statil. in tract. de Saluian. interd.
inſp. prima cap. 3. nu. 77. & ſeq.*

Quia fuit multipliciter reſponſum; Primò
ſcilicet quod verſamur in terminis ſententiæ
immiſſionis in poſſeſſionem donec, & quovſque
dictis creditoribus anterioribus fuerit integrè
2 ſatisfactum de fructibus, † quæ ſententia cum
ſtrictam debeat recipere interpretationem, *l. 1.
Cod. ſi plur. vn. ſent. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 5. in fin.*
3 † non poteſt cenſeri lata ex vtroque remedio,
ad tradita per *Corn. conſ. 63. numer. 8. & 9. lib. 2. quem
allegat Caſ. de Graſſ. dec. 3. numer. 9. & 10. de reſtit. in
integr.*

Deinde fuit reſponſum, quod, cum non con-
4 ſtaret de dominio Iulij Cæſaris, † cuius domi-
nij probatio requiritur in hypothecaria inten-
tata contra tertium, *leg. & quæ non dum. §. quod
dicitur, ff. de pignor. l. ante omnia, ff. de prob. l. qui genera-
liter, ff. quæ res pign. obl. poſſ. Specul. in tit. de pign. §. 1.
nu. 12. & in tit. de oblig. & ſolut. n. 26. Soccin.* qui dicit
eſſe communem opinionem, *conſ. 112. num. 7. lib. 4.*
5 † dicti creditores non potuerunt obtinere à Iu-
dice ferri ſententiam niſi in Saluiano, iuxta *Rot.
deciſ. 34. num. 8. part. 2. diuerſ. Statil. d. inſp. prima cap. 3.
num. 80.*

Prætereà accedit confeſſio dd. creditorum,
de qua in inſtrumento venditionis domus, cre-
ditorio nomine celebratæ, qui dum aſſeruerunt,
ſe intentaſſe iudicium, & obtinuiſſe in Saluia-
6 no, † conſequenter declararunt, ſe illud ſolum
remedium eſſe proſequutos, neque aliud vo-
luiſſe deducere, vt conſiderat *Surd. conſ. 273. n. 27.
verſ. & vbi actor intentat. lib. 2. quem ſequitur, poſt
alios, quos cumulat, Statil. d. inſp. prima c. 3. nu. 62. & ſeq.*

Quibus reſponſionibus non obſtant enuncia-
tiuæ mandatorum executiuorum, & tenutæ iu-
dicialiter captæ per creditores, vnde arguitur,
quod ipſi proſequuti fuerint actionem hypo-
thecariam, quia non conſtat de huiuſmodi
enunciatis ex actorum reuolutione, & quate-
nus adeſſent, ea poſſent ſuffragari ad iuſtifican-
dum iudicium executiuum, ſed † inde non poſ- 7
ſet inferri, quod ipſis immiſſis in poſſeſſionem
vigore Saluiani licuerit ſine reſcripto Principis
contra naturam iudicij, quod proſequebantur,
& iuris diſpoſitionem deuenire ad actum ſub-
haſtationis, vt in ſimilibus terminis dixit *Rota in
Ariminen. Bonorum 28. Iunij 1628. coram Reuerendiſſ.
D. meo Coccino Decano.*

Neque obſtat, quod admiſſa proſequutione
in Saluiano, & circumſcripta ſubhaſtatione ad-
huc vigeat effectus eiuſdem Saluiani, ita vt d.
hæredi non debeatur reintegratio, donec Fabri-
tio, qui hodie locum creditorum defuncti obti-
net, fuerit ſatisfactum de fructibus non modo
tempore dati libelli decurſis, ſed etiam in poſte-
rum decurrendis, cum pro omnibus immiſſio
fuerit petita; Quia hic obiectus tollitur ex le-
ctura ſententiæ, quæ dictam immiſſionem re-
ſtrinxit ad fructus cenſus maturatos, & non ſo-
lutos. Vnde probatur, quod † illa petitio credi- 8
torum fuerit reſtricta ad ea ſolum, quæ ipſi fue-
runt proſequuti, *l. 2. & ibi Iaſ. num. 2. C. de iudic. &
tradit Soccin. in conſ. 18. nu. 43. lib. 1.*

Minus obſtat, quod creditores emptori do-
mus ceſſerint tranſlatiuè cenſus, vt ille iuribus
ceſſis vteretur ad effectum tam agendi, quam
retinendi; Quia † huiuſmodi ceſſio facta ipſi 9
emptori ſoluenti debitum alienum ex pretio
domus ipſius debitoris non poteſt operari iu-
rium tranſlationem, ſed ſolummodò vim habet
quietationis, inducitque liberationem, *ad text. in
l. Senatus, §. fin. ff. de leg. 1. Bald. in l. 1. num. 41. vbi etiam
Salyc. nu. 27. C. de act. & oblig. Ruyn. conſ. 119. nu. 19. lib.
2. Rot. dec. 426. nu. 3. part. 2. recent.*

Inſuper non obſtat, quod, ſi ſubhaſtatio, ac
deliberatio dicantur nullæ, & ſpoliatiuæ, tunc
ſolutio debet cenſeri facta per oblatorem de
propriis pecuniis, ex quibus validè ſibi acqui-
rere potuerit iurium ceſſionem aduerſus Iulium
Cæſarem principalem debitorem.

Quoniam ex inſtrumento deliberationis ma-
nifeſtum eſt, ipſum oblatorem ſoluiſſe debitum
alterius obligari, non autem habuiſſe animum 10
acquirendi cenſum, & †, cum domus ad Fabri-
tium peruenerit cum vitio ſpolij, quod ante
omnia purgari debet, non eſt retentioni locus,
*cap. fin. de ordin. cognit. quem text. in propoſito allegat
Redoan. in tractat. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 72.
capit. 12. numer. 7. & idem tenuit Rot. deciſ. 724. in fin.
par. 2. recent.*

Demum fuerunt oppoſitæ ſententiæ latæ ab
aliis iudicibus, altera ſcilicet ſuper manutentio-
ne primi emptoris domus aduerſus Iulium Cæ-
ſarem, & altera ſuper allegata nullitate execu-
tionis inſtrumenti, in quo Fabritius vti Inquili-
nus recognouit eumdem Iulium Cæſarem in
dominum d. domus; Vnde † infertur ad nulli- 11
tatem ſententiæ poſterioris tanquam latæ con-
tra prædictas duas ſententias, quæ tranſierunt
in iudicatum, *l. 1. & ibi Doctor. Cod. quand. pro-
uoc.*

Digitized by Google

uoc.non eſt neceſſ. Verum hanc obiectionem Do-
12 mini dixerunt etiam † non obſtare, quia cum illæ ſententiæ fuerint latæ in iudiciis omnino diuerſis, ac pariter inter diuerſas perſonas, & neutra earum pronunciata ſit in ſpolio, de quo agitur, iure meritò poſterior ſententia R. P. D. Tornielli poteſt confirmari, ſecundum opinionem, quam probauit *Ang. in d.l.1.n.1.verſ. & ex diuerſis, C. quand. prouoc. non eſt neceſſ.* & ſequitur *Aret. conſil. 73. num. 4. verſ. ſed dubium.* Tum etiam quia
13 ex præmiſſis conſtat, † huiuſmodi ſententias fuiſſe iniuſtas, cumque vti tales nunquam tranſierint in iudicatum, allegata concluſio, quod ſit nulla ſententia, ſi lata ſit contra ſententiam, quæ tranſiuit in iudicatum, patitur fallentiam, de qua per *Rotam coram bon. mem. Cardin. Seraphin. dec. 1123. n. 5. verſ. ſed fuit reſponſum, & n. 6. quæ eſt etiam inter diuerſ. dec. 49. n. 4. in fin. & cum ſeq. par. 1.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. GHISLERIO.

Narnien. Dotium, & Alimentorum Mercurij 29. Maij 1630.

SVMMARIA.

1 *Confeſſione partis nulla probatio eſt excellentior.*
2 *Solutio partis legati confirmat obligationem in reſiduo ita vt amplius dici non poſſit, obligatum non teneri, vel legatum non deberi.*
3 *Executio fieri, ſeu conſummari non poteſt ſuper re, quæ ad manus tertij peruenerit ante cœptam executionem, ſecus ſi poſt in illius fraudem, & num. 4. & ſeq.*
4 *Subhaſtatio facta per mulierem de bonis viri pro credito dotis indicat, eam ante ſubhaſtationem eadem bona non poſſediſſe.*
5 *Alienatione facta in fraudem paratæ executionis, etiam contra tertium poſſeſſorem admittitur executio.*
6 *Ampl. præſertim ſi tertius ſciuit litem, & executionem cœptam, atque etiam contra habentes cauſam ab eo, & lite pendente intruſos ex cauſa ſubhaſtationis, poteſtque contra eos executiuè procedi.*
7 *Exceſſus in executione pro pluribus cauſis non dicitur, ſi aliqua quantitas poſita ſit in vnam cauſam, & debeat poni in aliam.*
8 *Citatio contra maiorem 20. annorum: an teneat non citato curatore.*
9 *Soluens in vim ſententiæ nulla dicitur ſententiam approbare, ita vt ſuſtineatur in vim pacti ſeu tranſactionis.*
10 *Clauſula, dummodo non fuerit proceſſum via executiua, vel ſimili, in commiſſione poſita præſeruat iuriſdictionem Iudicis à quo.*

Deciſio LXXXIV.

ETiamſi ex deciſionibus factis à R. P. D. meo Vbaldo 4. Februarij 1628. & 4. Aprilis 1629. remoueantur deducta per Fauſtinam, & Virginiam de Capocacciis ad impediendum, quin procedatur ad vlteriora in executione mandati Rotalis contra bona hæreditaria q. Michaelis Capocacciæ pro credito dotium Fauſtinæ, & Fuſciæ filiarũ eiuſdem in ſcutis bis mille pro qualibet, & legitimæ, nec non pro alimentis. Ego tamen iterum conſului Dominos, An eſſet ad vlteriora procedendum in executionibus, & Domini confirmando allegatas deciſiones ad vlteriora eſſe procedendum reſoluerunt, quia de credito docetur tam ex teſtamento Michaelis, qui dotes filiabus reliquit, quam ex ſubſecutis ſolutionibus factis ab Angelo in executionem ſententiæ Rotalis latæ ab Eminentiſſ. Cardinali Veroſpio vſque de anno 1616. ac denique ex eiuſdem Angeli debitoris confeſſione, † qua nulla excellentior probatio, 1
iuxta tradita in ſimilibus terminis per *Soccin. conſ. 82. nu. 3. lib. 3. Couar. reſol. lib. 1. cap. 7. n. 5.* Et † ſolu- 2
tio partis legati confirmat obligationem in reſiduo, vt ampliùs dici non poſſit obligatum non teneri, vel legatum non deberi *Rom. conſ. 222. n. 2.* Quare, cum Angelus per plures ſolutiones ab ipſo factas ad computum dotium ratificauerit mandatum in vim ſententiæ relaxatum, in præſenti ex ſupradictis non poteſt dubitari de agnitione debiti.

Nec releuat, quod † non poſſit procedi ad 3
vlteriora contra Lauram, & habentes cauſam ab ea, ex quo ipſa vti tertia poſſidebat bona, de quibus agitur, antequam cœpta eſſet executio mandati Rotalis, non autem poſt in fraudem dictæ executionis, quia, ex quo ipſa Laura poſt executionem mandati Rotalis obtinuit pro ſua dote mandatum executiuum contra bona hæreditaria Franciſci ſui viri, illudque exequi fecit ſuper bonis, de quibus agitur, quæ poſtea ſubhaſtari obtinuit, † dicendum eſt, ipſam ante di- 4
ctam ſubhaſtationem non poſſediſſe, ſed cœpiſſe poſſidere poſt dictam ſubhaſtationem, & ſic in fraudem executionis mandati Rotalis iam cœptæ ante dictam ſubhaſtationem, *vt fuit firmatum in prima deciſione Reuerend. P. D. m. Vbaldi 4. Februarij 1628.*

Neque obſtat, quod filiæ Lauræ ſint tertiæ poſſeditrices, nam † alienatione in fraudem 5
paratæ executionis facta, etiam contra tertium poſſeſſorem admittitur executio, ex latè traditis à *Couar. pract. quæſt. cap. 15. nu. 7. Gutierez in l. nemo poteſt. numer. 32. & bene reſpondetur in deciſionibus in hac cauſa factis*, in quibus plura cumulantur. Quinimmò, † cum dictæ filiæ cauſam habeant 6
à Laura matre, quæ ſciuit litem, & executionem iam factam, vt firmatur in prima huius cauſæ deciſione, contra ipſas tanquam lite pendente intruſas, & ſi tertias poſſeditrices ex cauſa dictæ ſubhaſtationis, poteſt executiuè procedi, *Bart. in leg. creditores, nu. 23. C. de pig. Caſtr. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, nu. 8. ff. de re iudic. Surd. qui alios cumulat, conſ. 533. numer. 4. lib. 4. Rot. deciſ. 609. parte 2. recent.*

Nec † ſubſiſtit allegatus exceſſus in exe- 7
quendo, quia, cum tam reſiduum dictæ dotis, quam alimenta debeantur, parum refert, quod ſolutio ſcutorum 231. in quam prætenditur exceſſus, ad computum vnius, & non alterius crediti facta fuerit.

Vlteriùs cenſuerunt DD. eſſe procedendũ ad vlteriora pro alimentis debitis, nec ſubſiſtere,

Digitized by Google

quod dicta alimenta non ſint liquidata reſpectu quantitatis, *quia ex vltima deciſ. R.P.D.m. Vbaldi* clarè patet, illa fuiſſe liquidata, nc dum reſpectu quantitatis, ſcilicet ad rationem ſcutorum trium pro quolibet menſe, & perſona, & pro toto tempore, quod dictæ mulieres creditrices degerant in vrbe, verum etiam reſpectu temporis, quia in eadem deciſione firmatur, quod prædictæ mulieres degerunt in partibus per quinquennium, ſcilicet ab anno 1610. vſque ad annum 1615. ab inde citra, ſcilicet ab anno 1615. vſque ad annum 1618. degerunt in vrbe, prout deponunt teſtes, qui dantur in ſummario dd. mulierum; Vnde, coaceruata quantitate alimentorum pro integro quinquennio ad rationem trium, & pro quinquennio ad rationem quinque, clarè liquet, nullum adeſſe exceſſum, cum dictæ mulieres in longe maiori quantitate creditrices remaneant.

Nec prætenſas nullitates obſtare fuit reſolutum, nam quoad nullitatem præſertim ex
8 defectu citationis ex eo, † quod non fuit citatus curator eiuſdem Angeli, Reſpondetur illam tolli, cum ſufficiat fuiſſe citatum Angelum debitorem, qui de tempore dictæ ſententiæ erat maior 20. annorum, vt ex aduerſo non controuertitur, quia apparet, cum fuiſſe natum die 26. Iunij 1594. ſententiam verò fuiſſe latam 4. Iulij 1616. Vltra quod tollitur ex ſubſecutis ſolutionibus factis ab eo in executionem prædictæ
9 ſententiæ, † per quas quidem ſolutiones cenſetur eandem ſententiam approbaſſe, ita & taliter quod niſi ſententia ſuſtineri valeret vti ſententia; tamen ex dicta ſubſecuta approbatione ſuſtineretur in vim pacti, vel tranſactionis, *Rip. in l. 4. § condemnatum, nu. 18. & ſeqq. de re iudic. Scacc. de appell. qu. 19. nu. 1. concl. 5. nu. 10. cum aliis per Rot. in Ariminen. Nullitatis obligationis 6. Iunij 1629. coram R.P.D. m. Pirouano.*

Tandem non releuat, quod fuerit proceſſum ad huiuſmodi alimentorum liquidationem poſt inhibitionem emanatam vigore commiſſionis directæ R.P.D.m. Dunozetto, quia iuriſdictio eidem tributa fuit ſub conditione, dummodo non fuerit proceſſum via executiua, vel ſimili,
10 † quæ clauſula præſeruat iuriſdictionem Iudicis à quo, itavt abſque vitio attentatorum poſſit procedere ad executionem in vim clauſulæ, Appellatione remota, appoſitæ in priori commiſſione, quæ vires ſuas per ſecundam commiſſionem non amiſit ſtante dicta conditione, Dummodo, quæ operatur, vt ceſſet effectus dictæ commiſſionis.

Et ita DD. confirmando dictas deciſiones reſoluerunt vt ſuprà.

PIROVANO.

Montis Faliſci Fideicommiſſi Mercurij 29 Maij 1630.

SVMMARIA.

1 Alienatio per ſubhaſtationem dicitur facta per ipſum debitorem per manus Iudicis, qui in venditione pignoris iudicialis partem ipſam repræſentat.

2 Acquiſitum quod ſemel fuit alicui, non poteſt denuò eidem acquiri.

3 Ceſſione facta de iuribus, quæ quis habet, ſi iura non releuent, nihil venditum, aut tranſlatum dicitur.

Deciſio LXXXV.

PRo Scarinciis tantum informantibus reſolutum fuit, prædium nuncupatum *della Petrara* fuiſſe per Camillum Biſentium alienatum ante diem 5. Auguſti 1589.

Conſtat enim ſubhaſtatum fuiſſe pro debito eiuſdem Camilli, & die 10. Iulij 1587. deliberatum Iohanni Bucigliono, à quo Scarincij datum habent; Vnde, † cum de propria Camilli 1
alienatione dubitari non poſſit, quamvis per manum Iudicis, qui tamen in venditione pignoris iudicialis repræſentat ipſam partem, *l. ob cauſam, Cod. de euict. l. ſi pignora, ff. eod. titul. de euict. Tiraq. de retract. conſang. § 1. gloſ. 14. nu. 13. Surd. conſil. 49. num. 1. vol. 1.* ſatis patet, venditionem fuiſſe factam de anno 1587. non autem 1589.

Non obſtat, inſtrumentum venditionis huius prædij *della Petrara* factum de anno 1589. 5. Auguſti per Camillum dictis Scarinciis. Quia ex dicta ſubhaſtatione, & deliberatione facta Buciglioно, & ab eodem ceſſione Scarinciis, prout ex inſtrumentis datis apparet, ex dicta prima alienatione dominium dicitur tranſlatum, non
autem ex ſecundo contractu. Quia, † quod ſe- 2
mel fuit acquiſitum Scarinciis, de nouo non poteſt illis acquiri, *l. 3. § ex contrario, ff. de acq. poſſeſſ. l. non vt ex pluribus, ff. de reg. iur. vbi Dec. & Cagnol. § ſic itaque. Inſt. de action. Surd. conſ. 305. num. 56. vol. 3.* Et nihilominus inſtrumentum, quod datur ſummario nu. 4. non eſt venditionis, ſed ceſſionis iurium Camillo competentium ſuper dicto prædio *della Petrara*, quæ ſimul poſſunt ſe compati cum alienatione per ſubhaſtationem ratione iuris petendi annullationem, vel reſtitutio-
nem in integrum, quæ † ſi non releuant, nihil 3
venditum, aut tranſlatum dicitur, *Bart. in l. ſi ſic legatum, § 1. ad fin. ff. de leg. 1. Crauett. conſ. 127. num. 7. Hond. conſ. 38. num. 56. vol. 2.*

Et ita fuit reſolutum, &c.

MOTMANNO.

Romana Dotis Veneris 14. Iunij 1630.

SVMMARIA.

1 Solemnitates requiſita in contractibus mulierum ſufficiunt adhibita in ſpeciali mandato procura illius, quo mediante contrahitur.

2 Læſio quando conſideretur in inueſtimento pretij, & non in alienatione.

3 Mulier dans de læſione reſpectu inueſtimenti pretij rei alienatæ, illudque repetens tenetur excomputare, quod in eius vtilitatem verſum eſt.

4 *Cenſus impoſitio ſuper re etiam aliena obligat imponentem.*

5 *Mandatum executiuum ſi ſit pro ſumma exceſsiua, reduci poteſt ad ſummam debitam.*

6 *Decretum continens plus debito, & omnia inde ſequuta ſunt nulla, & corruunt in totum.*

7 *Lim. ſi nondum ſit conſumpta executio, vbi redditur ratio. & num. ſeqq.*

8 *Mandata executiua pro ſumma exceſsiua de ſtylo A.C. ſuſtinentur pro ſumma debita.*

9 *Circuitus ſunt euitandi.*

10 *Rotæ in tribunali rei veritas inſpicitur, & ne partes ſuper vna, eademque re diu litigando immodicis expenſis grauentur.*

11 *Compenſationi locus eſt ad fauorem rei conuenti pro concurrenti quantitate ſui crediti. Lim. vt numer. 12.*

Deciſio LXXXVI.

FVit die 15. Martij præteriti reſolutum, non eſſe concedendum mandatum de deliberando pignora capta vigore mandati executiui ad inſtantiam R. Sulpitiæ per A.C. pro reſtitutione integræ ſuæ dotis relaxati, ex eo, quod huiuſmodi mandatum executiuum ratione quarundam partitarum eidem mulieri antea ſolutarum contineret plus debito.

Deinde fuit dubitatum, An eſſet recedendum à deciſis, & poſt trinam cauſæ propoſitionem. Hodie Domini dixerunt, moderandum eſſe d. mandatum executiuum in duabus partitis, vna ſcilicet ſcutorum 409. & altera ſcutorum 700. reſeruato, vt particulariter videretur de aliis partitis, ac etiam de nullitatibus oppoſitis ex alio capite, quam d. exceſſus.

Nam, licet D. Sulpitia per Procuratorem ſeruatis ſeruandis conſtitutum alienauerit loca Montis Baronum ſibi in dotem aſſignata, vnde
1 inferebat deciſio, quod † ad validitatem actus geſti per Procuratorem ſuffragarentur ſolemnitates adhibitæ in ipſa Procuratoris conſtitutione, & conſequenter bona ſtabilia ex rei alienatæ pretio empta in illius locum ſubrogata petitā dicti pretij reſtitutionem excluderetur: Attamen cum eædem ſolemnitates non fuerint ſeruatæ in inueſtimento pretij, quod ipſamet mulier fecit, non autem illius Procurator, non debet conſiderari læſio in conſtitutione procuratoris, vel in contractu ſubſequutæ alienationis,
2 † ſed in actu dicti inueſtimenti pretij, vt dixit *Rota in Romana Hæreditatis 29. Nouembris*
3 *1602. coram bon. mem. Litta*, & eidem mulieri dicenti, ſe propterea fuiſſe læſam, competit actio pro repetitione pretij ex dicta alienatione redacti aduerſus mariti hæredes, dempto eo, quod in vtilitatem d. mulieris agentis ipſi conuerſum eſſe docuerint, iuxta text. expreſſum in *auth. ſi qua mulier. in fin. ibi, niſi manifeſtiſsimè probetur, quod pecuniæ in propriam ipſius mulieris vtilitatem expenſæ ſint. C. ad S.C. Velleian. Specul. in tit. de oblig. & ſolut. §. 1. nu. 9. prope fin. Imol. in c. cum contingat. num. 24. verſ. ſed iuxta prædicta. de iur. iur.*

Conſtat autem de duabus partitis, quæ minuunt creditum dotis, de qua agitur, vna videlicet impoſitionis cenſus ſcutorum 700. factæ per Sulpitiam ſuper bonis in dicto inueſtimento comprehenſis, † quæ cenſus impoſitio, 4
etiam ſuper re aliena, obligat imponentem, *leg. rem alienam. ff. de contr. empt. Rot. apud Cenc. de cenſib. deciſ. 17. numero 2. & 3. & fuit dictum in Vrbeuetana Cenſus 10. Maij 1628. coram R. P. D. meo Vbaldo.* Altera verò partita ſcutorum 409. quæ de pecuniis ſpectantibus ad hæreditatem fuerunt iuxta d. D. Sulpitiæ promiſſionem perſoluta eius ex primo viro filiæ; & ratione huiuſmodi partitarum Domini cenſuerunt † eſſe locum modera- 5
tioni ſummæ contentæ in mandato, *argum. tex. in leg. pen. ibi, illa tantummodo cauſa, vel pars retractetur, Cod. de tranſact. Cuman. conſil. 156. numer. 3. & ſeqq. Dec. conſil. 525. numer. 6. Menoch. conſil. 91. num. 59. cum ſeq.*

Non obſtat, quod † decretum continens 6
plus debito, & omnia inde ſequuta vti nulla in totum corruant, *l. 1. §. hæc verba, ff. ne vis fiat ei. Bartol. in leg. ſi non ſortem. §. ſi centum. numer. 6. & ibi Iaſ. numer. 2. ff. de cond. indeb. Put. dec. 315. num. 1. lib. 2. in correct.*

Fuit enim reſponſum, † id minimè procede- 7
re, quando, vt in præſenti caſu, nondum conſumpta eſt executio mandati, cum res in eodem ſtatu exiſtat, vt hæredes abſque iuris ſui detrimento ſoluendo ſummam debitam poſſint ſe ab executione liberare; & idem in caſu ſimilis decreti continentis ſummam partim debitam, partim verò non debitam ex æquitate cenſuiſſe Conſilium Neapolitanum, dicit *Capyc. deciſ. 51. numer. 17. verſ. fuit votatum, & Rota alias comprobauit in Romana Pecuniaria de Columnis 21. Aprilis 1617. coram bonæ memoriæ Seleucien.* † Quod 8
etiam conforme eſt ſtylo tribunalis A. C. cuius facultates fuerunt mihi in commiſſione huius cauſæ attributæ, vt ſcilicet mandata pro ſumma non debita relaxata ſuſtineantur pro ſumma debita, quem ſtylum antiquum eſſe, atteſtatur *Saluſt. in pract. lib. 1. cap. 37. nu. 4. verſ.* & † quam- 9
vis, & æquitati conſonum eſſe ſuadet ratio circuitus euitandi, *leg. dominus teſtamento & ibi Iaſ. numer. 3. ff. de cond. indeb. clem. Auditor. & ibi gloſ. in verb. circuitus, de reſcript. Bald. conſil. 100. ante fin. verſ. alias eſſet circuitus, lib. 4. Menoch. conſ. 68. numer. 19. Tiraq. de retract. conuent. §. 2. gloſ. 1. numer. 71.* attento præſertim inſtituto huius tribunalis, † in quo 10
maximè rei veritas inſpicitur; ne partes ſuper vna, eademque re diu litigando immodicis expenſis grauentur, vt in caſu ſententiæ ſimiliter continentis exceſſum vltra ſummam verè debitam dixit *Rota in Peruſina Executionis 18. Decembris 1595. coram bonæ memoriæ Penia, quæ eſt impreſſa apud Marcheſ. de commiſſ. par. 3. §. 3. pag. 114.*

Minus obſtat, quod examinatis rationibus tutelæ per D. Sulpitiam adminiſtratæ Peritus in calculo retulerit, eam remanere creditricem hæreditatis in ſumma ſcutorum 672. † vnde in- 11
fertur pro concurrenti ſumma eſſe locum compenſationi, ad tradita *per Surd. de alim. tit. 3. qu. 7. n. 19. & ſeq.*

Quia, cum peritus in eodem calculo plures partitas propter vtriuſque partis prætenſiones ad Iudicem cauſæ decidendas remiſerit, inde probatur, quod † non poteſt eſſe locus allegatæ 12
compenſationi, niſi integrè facta omnium partitarum computatione, argumento eorum, quæ

in terminis tutoris conuenti ante præſtitam omnium rationum redditionem tradit *Aymon. conſil 175. ſub numer. 13. & dixit Rota coram Cardinal. Seraphin.deciſ.1314.numer.1.verſic. & hoc dixerunt.*

Et ita vtraque parte informante fuit concluſum,&c.

REVERENDISSIMO P.D. DVNOZETTO IVNIORE.

Romana Legatorum Hebræorum Veneris 20. Decembris 1630.

SVMMARIA.

1 *Sententia tranſit in iudicatum non ſecuta infra decem dies appellatione.*

2 *Statutum Vrbis de duabus conformibus locum habet inter incolas, vbi ſententiæ ſunt iuſtæ & validæ.*

3 *Et comprehendit etiam Hebræos.*

4 *Sententiarum conformitas probatur, ex quo vna confirmet aliam.*

5 *Pronunciatio per decretum diffinitiuum facit numerum ad effectum conformium. Ampl. vt numero 6.*

7 *Incolatus quomodo probetur.*

8 *Sententiarum validitas præſumitur, & probatur, ſi concurrant requiſita.*

9 *Reſtitutio in integrum operatur ante,non poſt cœptam executionem.*

10 *Mandatum executiuum poteſt obtineri, & exequi etiam contra bona propria hæredis,ſi vti talis citatus ad exhibendum inuentarium,& de inuentariatis rationem reddendum,non exhibuerit,nec rationem reddiderit.*

11 *Mandatum de deliberando vti relatiuum ad petitionem, acta,edicta, cedulam ſubhaſtationis, & decretum de deliberando, ab his ſi diſcordet, recipere debet interpretationem.*

12 *Notarius, ſi perperam loquutus fuerit in mandato de deliberando,non potuit parti præiudicare.*

Deciſio LXXXVII.

CEnſuerunt Domini, conſtare de re iudicata ad fauorem ſocietatis Hebræorum,
1 ne dum † quia à ſententia bon. mem. Maſtici
lata ad eius fauorem non fuit infrà decem dies
appellatum,cum ſententia fuerit lata 5.Aprilis,
& appellatio interpoſita fuerit 28. eiuſdem
mentis,*Auth.hodie.C. de appell.c.concertationi. de appell.in 6.*

Verum etiam quia d.ſententia eſt confirmatoria alterius R.P.D.Caſtracani pariter latæ ad
2 fauorem dictæ ſocietatis,& propterea † ſtantibus his duabus conformibus validis, & iuſtis
latis inter Incolas intrat ſtatutum de duabus
conformibus, quæ habet vim trium,& faciunt
3 rem iudicatam, † cuius quidem ſtatuti diſpoſitionem habere locum,& comprehendere etiam
Hebræos, tenuerunt *Rimin. Iun.conſ.653.numer.58. Burd. deciſ.133.nu.3. Seraphin.dec.988.n.1.& fuit deciſum in Romana Alimentorum coram bona memoriæ Patriarcha Manzanedo.*

Conformitas † enim dictarum ſententia- 4
rum patet, ex quo vna confirmat aliam in omnibus, & per omnia *gloſ. in Clem.1. verb. aliam. de ſent. & re iudic. Rota deciſ. 305. numer. 3. par. 1. diuerſ.*

Nec releuat,quod R.P.D.Caſtracaneus non
pronunciauerit per ſententiam, ſed per decre-
tum,quia † ſat eſt,quod dictum decretum fue- 5
rit diffinitiuum ad hoc, vt comprehendatur
ſub ſtatuto loquente de duabus conformibus,
Rota in Romana cenſus 9. Maij 1599. coram bon.mem. Cardinal. Blanchetto, maximè † quia à dicto de- 6
creto fuit appellatum & deinde fuit per aliam
ſententiam confirmatum, quapropter dicitur
habere vim ſententiæ,*Gabr.de execut.rei iudic.concluſ.2.nu.13.& 15.*

Quod verò dictæ ſententiæ fuerint latæ inter
incolas probatur,nam Incolatus ſocietatis Hebræorum Actorum non controuertitur,† Inco- 7
latus autem Beniamin Rei conuenti pariter
probatur,tam ex inſtrumento quietantiæ dotis,
& ex duabus Inhibitionibus per ipſum obtentis,in quibus appellatur, *Rom.ad l.publia, §.fin.ff. depoſit.& notat.in l. exemplo, C. de probat. Rota in Romana Saluiani interdicti 7. Nouembris 1602. coram Litta*,quam etiam ex habitatione in Vrbe vltra
decem annos, negotiorum geſtione, & familia
ſuſcepta,prout in ſummario ſocietatis *n.8.* Quæ
omnia ſatis probant Incolatum ad effectum,de
quo agitur,*Rota in Romana ſocietatis Aromatariæ prima Iunij 1590. & in Romana officij ſcriptoriæ 21. Iunij 1591.coram Comitulo.*

Validitas demum, ac iuſtitia dictarum ſen-
tentiarum pariter probantur,nam † quoad va- 8
liditatem illa præſumitur, ex quo concurrunt
omnia requiſita per *Verall.deciſ.260.part.2.* Iuſtitia
verò patet, ex quo prædictæ ſententiæ fundantur ſuper teſtamento Samuelis, qui iure legati
reliquit ſupradictæ ſocietati ſcuta 400. Vnde
iure meritò ſocietas prædicta vigore dicti teſtamenti egit pro conſequutione dicti legati,&
mandatum contra bona hæreditaria reportauit.

Neque obſtat,quod Beniamin aduerſus rem
iudicatam obtinuerit reſtitutionem in inte-
grum, quia † reſtitutio in integrum tunc de- 9
mum ſuffragatur, ſi ea petatur ante cœptam
executionem,ſecus verò, ſi poſtquam fuit facta
executio, prout hic,cum ſocietas ante petitam
per Beniamin reſtitutionem iam exequi fecerit
mandatum, *Cephal. conſ. 263. in fin. Odd.de reſtit.in integr.par 2.qu.100 art.1.*

Denique non obſtat, quod dicta executio ſit
exceſſiua vti facta,ne dum ſuper bonis hæreditarijs dicti Samuelis teſtatoris, ſed etiam ſuper
bonis propriis Beniamin eius hæredis,cum illa
fuerit facta ſuper tolerantia totius iuris fœnerandi ſpectante pro medietate ad hæreditatem
Samuelis,& pro altera medietate ad Beniamin,
fuit enim reſponſum, quod, † cum ipſe Benia- 10
min fuerit vti hæres citatus ad exhibendum Inuentarium,& reddēdam rationem de bonis inuentariatis, & ipſe nō exhibuerit,nec rationem
reddiderit,benè potuit etiam contra bona propria ipſius mandatum obtineri, & exequi iuxta
pra-

praxim, de qua per *Saluſt. Tiber lib.1.cap.45 nu.17. Rota in Ceſenaten. Bonor.13. Iunij 1608.coram Eminentiſſ.D.meo Card.Pamphilio.*

Nec releuat, quod mandatum de deliberando loquitur ſolum de medietate Iuris fœnerandi ſpectante ad hæreditatem Samuelis, nam,
11 † cum ex decreto de deliberando, ex petitionibus & actis factis, ac ex edictis, & cædula ſubhaſtationis appareat re vera ſuper toto Iure fœnerandi fuiſſe decretam executionem; cumque d. mandatum de deliberando ſit relatiuum ad prædicta, ab his recipere debet interpretationem, *leg. ait Prætor. §. ſi Iudex, & ibi D. D. ff. de re*
12 *iudic.* Et propterea, † ſi Notarius perperam loquutus eſt in mandato de deliberando, non potuit parti præiudicare, *ad text. in leg. ſi librarius, 93. ff. de reg. iur. Reuerendiſſ. D. meus Decanus, deciſ. 373. numer. 10.*

Et ita vtraque, &c.

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO IVNIORE.

Romana Syluæ, ſiue Crediti Dotalis Lunæ prima Decembris 1631

SVMMARIA.

1 *Mandatum non poteſt relaxari pro credito non liquido propter exceptiones.*
2 *Spolij exceptio non impedit nouum iudicium, niſi illud fuerit violentum, & nu. 4.*
3 *Spolium committitur ob executionem nulliter factam.*
5 *Spolio violento commiſſo competit interdictum Vnde vi, ſiue bonorum raptorum cum vi expulſiua, vel ablatiua.*
6 *Fructus bonorum paraphernalium præter, & vltra dotem promiſſorum ſunt vxoris, ſicut & ipſa bona.*
7 *Vxoris obitu ceſſant matrimonij onera, & in conſequens fructus dotis in illo caſu tantum permiſſi.*
8 *Fructus ad compenſationis effectum probantur ex instrumentis affictuum.*
9 *Compenſationis exceptio hodie ſemper admittitur de debito liquido tam in iudicio bonæ fidei, quam ſtricti iuris.*
10 *Compenſatione oppoſita ſtatim extinctum dicitur debitum, & Iudex coactus illam admittere, & numer. 15.*
11 *Compenſationis exceptionis peculiare eſt, vt perimere poſſit actionem.*
12 *Replicatio non admittitur contra exceptionem compenſationis.*
13 *Differentia non eſt inter exceptionem compenſationis, & alias in modo proponendi, ſed in effectu, & num. 14.*
14 *Exceptiones, quæ competunt, ſunt proponendæ, alias vim ſuam non operantur.*
16 *Iuramentum continet ſpecialem renunciationem exceptioni compenſationis.*
17 *Decl. procedere in exceptione, quæ tunc competebat, ſecus in ea, quæ ſuperuenerit.*
18 *Compenſationis exceptio opponi poteſt contra debitum iuratum ſi poſt illud orta fuit. Ampl. vt n. 19.*
20 *Fructus percepti, & qui percipi potuerunt, à die ſpolij debentur in ſpolio violento, & attentato ſecundum Rotam, & nu. 26.*
21 *Bona fides, quæ ſemper in poſſeſſore præſumitur, ſatis eſt ad effectum lucrandi fructus, & nu. 22.*
23 *Fructus in iudiciis ſingularibus compenſantur vel cum melioramentis, vel cum damnis, & intereſſe.*
24 *Compenſatio quando admittatur ipſo iure abſque oppoſitione.*
25 *Fructus ſuos non facit poſſeſſor ceſſante bona fide, & cauſa.*
27 *Fructuum condemnatio in iudiciis reſtitutoriis cur non fiat niſi de perceptis à die motæ litis.*
28 *Cauſa qualibet excuſat à dolo.*
29 *Exceptiones probatæ, vel incontinenti probandæ admittuntur etiam in obligatione camerali.*

Deciſio LXXXVIII.

CVm reuideretur hodie deciſio, quæ facta fuit coram me in hac cauſa 21. Iunij anni proxime præteriti, Placuit Dominis Reſolutio, quæ capta tunc fuit, vt, licet non obeſſet Angelo exceptio ſpolij, quo minus audiri poſſet in nouo iudicio, quod inſtituerat ſuper conſecutione crediti dotalis Marſibiliæ matris, † non 1
tamen obtinere poſſet aliquod mandatum ex cauſa eiuſdem crediti, quod propter plures exceptiones, quæ illi opponebantur, non poterat dici omni ex parte liquidum. Et primæ partis huius reſolutionis, vt † per exceptionem ſpolij 2
non retardaretur hæc petitio dotis, eædem fuerunt hodie rationes, quæ placuerunt in alia diſputatione, quod, cum eſſet hoc iudicium nouum, & omnino diuerſum à primo, † in quo 3
Angelus propter executionem nulliter factam ſuper Sylua ſpolium commiſit, † non poſſent 4
fratres de Fabiis eiuſdem Syluæ poſſeſſione ſpoliati iuuari hac exceptione, dum idem ſpolium non fuerat violentum, † ita vt competeret 5
illius cauſa interdictum vnde vi, ſiue bonorum raptorum cum vi expulſiua, aut ablatiua, *per doctr. Io. Andr. in cap. frequens, de reſtit. ſpoliat. lib. 6. nu. 1. verſ. ibidem etiam tenuit, quam ſequuti fuerunt Gemin. in eod. cap. §. 1. nu. 11. verſ. ſed quid ſi reus. Butr. nu. 8. Afflict. dec. 19. num. 3. & alij cumulati per Sarnen. in deciſ. 46. lib. 1.* vbi etiam atteſtatur, hanc eſſe communem opinionem, *& in dec. 718. nu. 1. & dec. 721. par. 1. diuerſ. coram Greg. dec. 781.*

Illiquiditas crediti fuit etiam ratio alterius reſolutionis cum eædem exceptiones, quæ in ea diſputatione oppoſitæ fuerunt, viſæ fuerint etiam hodie obeſſe. Et quia duo erant harum exceptionum genera, cum plura dicerentur detrahenda de ſumma, & quãtitate totius crediti, ex cuius cauſa Angelus agebat contra Fabios, quos in alio iudicio ſpoliauerat, plurima prætenderent Fabij, vt idem Angelus ſibi ipſis teneretur compenſare, & referre tanquam accepta in cauſam huiuſmodi crediti, voluerunt Domini, vt per partes viderentur hæ exceptiones, & diſputarentur ad hunc effectum duo dubia, quorum primum contineret, ad quam ſummam aſcenderet hoc Angeli creditum, ſub quo poteſt haberi ratio omnium, quæ ex eodem credito

Digitized by Google

prætendunt ipſi Fabij eſſe detrahenda, vt ſunt
fructus dotales poſt obitum Marſibiliæ, fructus
parapherni, & ſumma ſcutorum 204. ex pretio
frumenti, cum hanc ſummam eidem ſolutam
fuiſſe, & quidem in cauſam huiuſmodi crediti
*dictum fuiſſet in deciſione facta coram R.P.D. meo Du-
rano 3. Iunij 1626.* & eorum fructuum negarent
6 Fabij ſe debitores, † dum fructus bonorum pa-
raphernalium, quæ promiſſa dicebantur præ-
ter, & vltra ipſam dotem, eſſe debebant ipſius
vxoris, cuius erant eadem bona, *l. ſi ego, §. dotis, ff.
de iur. dot. l. vlt. de pact. conuent. Rot. coram Greg. deciſ.
80.* & præter auctoritates adductas in præterita
deciſione *Bald. in l. aſſiduis C. qui pot. in pign. hab. &
in l. maritus, Cod. de procurat. Ang. in §....... Inſt. de
7 action. num. 77. &* † poſt obitum eiuſdem vxoris
ceſſauerat cauſa onerum matrimonij, propter
quæ ſolui poterant fructus cum ſolum eſſent
permiſſi in caſu *c. ſalubriter, de vſur. & ibi omnes id
notant, & deductum fuit latiſſimè in Romana fructuum
Dotis 12. Maij 1625. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano,
& nouiſſimè in alia Romana fructuum Dotis 23. Iunij
proximè præteriti coram me, & in d. deciſ. 3. Iunij 1626.
coram R. P. D. meo Durano in hac eadem cauſa,* cum
ageretur de ſpolio.

In ſecundo dubio voluerunt domini, vt vide-
retur, ad quam ſummam aſcenderent fructus,
quos tenebatur Angelus compenſare, quia,
8 † cum probarentur iidem fructus ex publicis
inſtrumentis affictuum, vt ſatis eſſe putauit alias
Rota ad hunc effectum, vt liquidi dici poſſent,
*apud Card. Seraph. dec. 372. n. 1. & coram Card. Caualer.
dec. 323. n. 4. & in Romana Liquidationis Fructuum 23.
Maij 16... coram R. P. D. meo Pirouano,* erat locus
9 compenſationi oppoſitæ, † quæ hodie ſemper
admittitur in debito liquido, ſublata differentia
iudiciorum bonæ fidei, & ſtricti iuris, vt *in l. vl-
timo, C. de compenſat. & per Doct. inſt. in bonæ fidei Inſt.
de action. Bald. in l. ſi conſtat. n. 5. C. de recompenſat. Tyn-
10 dar. eod. tract. art. 7. n. 37. & declarat Cuiac. lib. 8. obſeru.
cap. 16.* Immò, † poſtquam fuerat oppoſita, hæc
erat vis eiuſdem compenſationis, vt ipſo iure
ex ea cenſeretur exſtinctum hoc debitum pro-
pter neceſſitatem Iudici impoſitam admitten-
11 di hanc compenſationem, & cum † id præci-
puum habeat hæc exceptio compenſationis, vt
12 perimere poſſit actionem, dum † contra eam
non admittatur replicatio, quæ iuxta terminos
leg. ſi vnus, §. pactus, ne peteret, ff. de pact. datur contra
alias exceptiones, vt declarat *Salyc. in d. l. ſi con-
ſtat. num. 2. Bald. numer. 5. Cod. de compenſat. Aret. in §.
in bonæ fidei. numer. 10. Inſtit. de act.* qui omnes ſe-
quuntur declarationem *Petr. de Bellapert. qui in l.
vlt. de compenſat.* ita primò explicauit *opinionem
13 Martini antiqui gloſſatoris,* † quaſi non eſſe debeat
differentia in modo proponendi inter hanc, &
14 alias exceptiones, cum † omnes debeant pro-
poni, & ſolum prodeſſe poſſint, & vim ſuam
operari, poſtquam oppoſitæ fuerint, ſed in effe-
15 ctu, quia † ſtatim, atque oppoſita eſt hæc exce-
ptio, ipſo iure tollere poteſt obligationem, vt
declarat *Bartol. in leg. verum, ff. de compenſat. & in l. ſi
plures, ff. de fideiuſſ. & in leg. Iulianus, nu. 34. de condit.
indeb. Afflict. deciſ. 121. nu. 2. Eſcubar. de ratioun. comput.
14. num. 8.*

Neque, ideo quod hoc creditum dotis, ex
quo ipſe Angelus agebat, eſſet firmatum obli-
gatione camerali, dici poterat excludi petitam
compenſationem propter virtutem iuramenti,
† inter cuius effectus hic etiam numeratur à 16
Doctoribus, vt huic exceptioni in ſpecie cen-
ſeatur renunciatum, *vt not. in cap. ad noſtram, de iur.
iur. & de communi teſtatur Couar. in cap. quamvis pa-
ctum de pact. lib. 6. par. 1. §. 4. num. 6. Viu. comm. opin. cap.
114. num. 3. Gabr. de iur. iur. concl. 7. nu. 1.*

Hæc enim ratio non poterat videri applica-
bilis in caſu, de quo agitur, in quo cum hæc cau-
ſa ſpolij, & fructuum, quorum Fabij ſint credi-
tores, eſſet poſterior obligatione dotis, † non 17
poterat dici, id quoque promiſſum fuiſſe à de-
bitore, quod hac exceptione non vteretur, ſi
tempore contractæ obligationis eadem exce-
ptio non competebat, vt conſiderarunt *Soccin. in
l. Iulianus, nu. 14. ff. de cond. & demonſtr. Tyndar. de com-
penſat. art. 7. num. 14. Sebaſt. Medic. eod. tract. lib. 1. quæſt.
25. num. 21. Seraph. de priu. iur. priu. 74. nu. 130. Affl. dec.
381. numer. 3. Capyc. dec. 167.* Qui omnes cum hac di-
ſtinctione approbarunt opinionem, quam te-
nuit *Bart. in leg. amplius non peti. ff. rem rat. hab.* vt
† etiam, quod contra debitum iuratum opponi 18
poſſit compenſatio admiſit *Rot. in Romana Com-
penſationis 16. Maij proximè præteriti anni 1631. coram
R. P. D. meo Ghiſlerio.* & † vbi non ſolum ſuperue- 19
nit creditum poſt præſtitum iuramentum, ſed
etiam cauſa, ex qua procedit idem creditum
eſt poſterior promiſſione iurata, rem omni
prorſus dubitatione carere, teſtatur *Gabr. de iur.
iur. concl. 7. num. 6.* quod pariter contingit hoc ca-
ſu; quo ipſum ſpolium, propter quod Fabij ſunt
creditores horum fructuum, commiſſum fuit
poſt obligationem dotis.

Sed eodem dubio dixerunt Domini etiam
videri poſſe, an eoſdem fructus teneretur An-
gelus reſtituere ſolum à die litis motæ, vt dice-
bat Angelus, an vero à die commiſſi ſpolij, vt
Fabij prætendebant, nam, † licet ſolum in ſpolio 20
violento, & attentato ſoleat *Rota* hanc con-
demnationem facere in fructibus, qui percipi
potuerunt, aut qui percepti fuerint ante litem
motam, vt de hoc ſtylo Palatij *atteſtatur deciſ. 4.
de reſtit. ſpoliat. in nou. dec. 552. n. 3. par. 1. diuerſ. dec. 551. n.
2. par. 1. recent. & coram Reuerendiſſ. D. meo Decano dec.
339. n. 1.* † ſiue id ſit ex cauſa bonæ fidei, quæ ſem- 21
per præſumitur in poſſeſſione, & † quæ ſola ſa- 22
ris eſt ad hunc effectum lucrandi fructus, *l. bonæ
fidei, ff. de acq. rer. domin. §. ſi quis à non domino. Inſtit.
de rer. diuiſ. Rot. d. deciſ. 4. de reſtit. ſpoliat. in nou. coram
Greg. deciſ. 74. & pleniſſimè in deciſ. 320. par. 2. recent.*
ſiue † quia in iudiciis ſingularibus compenſen- 23
tur iidem fructus vel cum melioramentis fa-
ctis in ipſa re, vel etiam cum damnis, & in-
tereſſe, quæ paſſus eſt creditor, dum eandem
poſſedit, *vt poſt Abb. in cap. grauis 6. de reſtitut. ſpo-
liat. conſiderauit Imol. in l. ſi fur. §. ſi quis, ff. de vſucap.
Burſat. conſ. 73. numer. 30. lib. 1. Neuiz. conſ. 77. numer. 22.
Becc. conſ. 95. numer. 11.* Immò † hunc eſſe vnum ex
caſibus, in quibus compenſatio admittitur ipſo
iure, & quamvis non fuerit per partem oppo-
ſita, dixit *Bald. in dict. leg. ſi conſtat. numer. 9. Salyc. nu.
2. Cod de compenſat. Aret. in §. in bonæ fidei, Inſtit. de
action. numer. 8.* tamen, ſicut conſideratum fuit
in deciſione, quæ reuidetur, non deficiebant
rationes, † quæ cum viderentur conclude- 24
re, vt nunquam fuerit Angelus in bona fide,
neque

Digitized by Google

neque ſubeſſe poterat cauſa, propter quam
ſuos potuerit facere eoſdem fructus, quos per-
26 cepiſſet, licet, † vt teneretur etiam de iis quos
percipere potuit, requireretur hæc qualitas,
vt ſpolium fuerit violentum, vt *diſtinguit Abb. in
dict.cap.grauiſſ.numer.7. de reſtitut. ſpoliat. Aret.in §.
ſi quis à non domino. Inſtitut. de rer.diuiſ. numer. 5.
Pont. de ſpol.lib. 4.cap.2. Put.deciſ.373.lib.1. in correct.
& admiſit Rot.in dict.deciſ. 4.de reſtit.ſpoliat. in nou.
& deciſ.552.numer.2.par.1.diuerſ. quæ cum Ægid. in
cap.grauiſ.quæſt.11.numer.40.* hanc præcipuè ratio-
27 nem conſiderauit, cur † in iudiciis reſtitutoriis
non ſoleat fieri hæc condemnatio, niſi in fru-
ctibus perceptis à die litis motæ, & illam di-
xit eſſe, quia, cum ferè ſemper agatur reme-
dio *can. reintegranda*, non autem directè, & ex
interdicto Vnde vi, vel nunquam probatur hæc
mala fides poſſeſſoris, vel non ita concluden-
28 ter, vt opus eſſet, dum † quælibet cauſa poteſt
à dolo excuſare. Et has rationes ſicut & alias,
quæ negare videbantur quantitatem totius cre-
diti, quod Angelus petebat, voluerunt Do-
mini in dubiis, quæ proponerentur, maturiùs
conſiderari, cum in deciſione, quæ reuidetur,
ſolum adductæ fuerint pro cauſa, & ratione
29 dubitandi, vt tanquam † exceptiones, quæ
vel erant probatæ, vel poterant in continen-
ti probari, deberent admitti in hoc iudicio,
etiam quod ageretur vigore obligationis ca-
meralis.

Et ita, &c.

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO IVNIORE.

Romana Domus Veneris 19. Decembris 1631.

SVMMARIA.

1 *Subhaſtatione facta ſeruatis ſeruandis tenetur vltimus, & maior oblator ſoluere, ſeu deponere pretium oblatum, & creditor non poteſt recuſare facere illi inſtrumentum deliberationis, & num. ſeq. Ampl. vt nu.7.*

2 *Contractus in primis bannimentis, in quibus res venalis declarata fuit maiori oblatori, initus dicitur inter creditorem vendentem, & eum, qui plus promiſſurus eſt, etiam quod tunc ſit perſona incerta.*

3 *Miſſilia in vulgus iactata cenſetur dominus velle eſſe capientis.*

4 *Res habita pro derelicta cenſetur donata occupanti.*

6 *Pecunia de forma interuenire debet in ipſo actu deliberationis.*

7 *Obligatio cameralis habet executionem paratam, nec vllam admittit exceptionem extrinſecam à contractu.*

8 *Solutio partis debiti facta creditori poſt oblationem factam per aliquem pignori ſub haſta poſito an præbeat iuſtam cauſam oblatori recedendi ab ipſa oblatione, & num. ſeqq.*

9 *Solutio vni facta non inducit liberationem ab obligatione aliorum fauore.*

10 *Obligatio non tollitur in obligatione quantitatis niſi quoad ſummam, & quantitatem ſolutam.*

11 *Debitor excluſus dicitur à redemptione rei ſuæ, quæ venditur in cauſam iudicati, poſt vltimam oblationem, quæ ſit acceptata.*

12 *Debitoris intereſſe poſt tertiam oblationem non eſt conſiderabile ad effectum, vt citari debeat.*

13 *Ceſſio facta tertio ſoluenti ex pecuniis debitoris non poteſt habere niſi vim quietationis, & liberationis.*

Deciſio LXXXIX.

Reſponderunt Domini in hac cauſa, Ho-
ratium teneri ſoluere, vel deponere pre-
tium oblatum in ſubhaſtatione facto ſibi in-
ſtrumento deliberationis, ſicut quærebatur in
dubio, quod hodie propoſui, quia, † cum in 1
ſubhaſtatione, & deliberatione Domus, & me-
lioramentorum, de quibus agitur, fuerint om-
nia ſeruata, de quibus per *Bart. in leg. licitatio.
numer.2.de public.& not.in leg.1.Cod.de fid. inſtrum.
& iur. lib. X.* & fuerit ipſe Horatius vltimus, &
maior oblator non poterat recuſare ſolutio-
nem ſummæ per ſe oblatæ, ſicut non poterant
creditores Xenophontis, quorum nomine fie-
bat ſubhaſtatio, recuſare eidem facere hanc
deliberationem, cum † in primis bannimen- 2
tis, in quibus res declarata fuit venalis maiori
oblatori, fuerit contractus initus inter ipſos
creditores vendentes & eum, qui plus promiſ-
ſurus erat, licet incerta tunc eſſet perſona, quæ
hanc oblationem facere debebat, vt declarat
*Io. à Plat. in leg. ſi tempora. numer. 2. Cod. de fid. inſtrum.
& iur. lib. X. idem Bart. in leg. licitatio. numer. 4. ff. de
public. Bald. conſ. 191. lib. 3. Capyc. deciſ. 36. numer. 5. Fab.
de Mont. de empt. & vend. quæſt. 5. princip. numer. 89.*
exemplo Miſſilium, † quæ iactata in vulgus 3
cenſetur Dominus voluiſſe, vt eſſe deberent
capientis, *vt in §. hoc amplius. Inſt. de rer. diuiſ. l. qua
ratione, § pen. ff. de acq. rer. domin.* aut rei habitæ pro
derelicta, † quæ pariter videtur donata occu- 4
panti, *leg. ſi id, quod. ff. pro derelict. §. qua ratione. Inſt.
de rer. diuiſ.* Hanc † autem neceſſitatem præcisè 6
deponendi, aut ſoluendi ſummam, quam obtu-
lit non ſolum dixerunt Domini habere eum-
dem Horatium à iure, & ex forma ipſius con-
tractus, vt habetur *in l. à Diuo Pio, §. ſed ſi emptor.
ff. de re iudic. & in auth. hoc ius porrectum, Cod. de ſacro-
ſanct. Eccleſ.* † in quibus iuribus cum requiratur, 6
vt pecunia interuenire debeat tempore ipſius
actus, hanc ſolemnitatem eſſe de forma, colli-
git *Bart. in leg. vniuerſa, numer. 5. Cod. de precib. Imper.
offer.* & ſæpiùs etiam dixit Rota, *vt in Fauentina,
ſeu Imolen. Bonorum 25. Iunij 1593. coram Litta, & in
Aſculana Prædij 22. Iunij 1601. coram Card. Sacrato, &
in aliis cumulatis per Adden. ad deciſ. 23. & 28. Gregor.
ex traditis per eumdem Bart. in dict. leg. vniuerſa, & in
leg. cum lex. num. 8. ff. de fideiuſſ. Bald. in rubr. Cod. de
reſcind. vend. num. 5. Felin. in cap. cum dilecta. num. 6. de
reſcript.* Sed cum adhuc ipſe Horatius etiam ſe
obligauerit, dum nomine proprio promiſit ſol-
uere, vel deponere ſummam, quam offerebat
in actu deliberationis ſibi faciendæ. † Ea enim

obligatio, quæ concepta erat ſub forma Cam.
habebat executionem paratam, neque vllam
admittebat exceptionem extrinſecam ab ipſo
contractu, *Ang. in l.4.§.condemnatum,numer.4.ff.de
re iudic.Caſtr.in leg.poſt rem iudicatam,numer.3.ff.eod.
tit.Caſſad.deciſ.736.numer.1. Galleſ.de oblig.cam.quaeſt.
2.num.8.*

8 Nec † poterat dici; vt ab hac ſua obligatio-
ne viſi fuerint liberaſſe Horatium iidem cre-
ditores propter aliquas ſolutiones, quas rece-
perant à Monaſterio debitore Xenophontis,&
cuius erant Domus,& melioramenta,ſuper qui-
bus facta fuit executio.Nam eædem ſolutiones
ſolum nocere potuerunt creditoribus, quibus
factæ fuerunt, non autem aliis creditoribus,
quibus vel nihil ſolutum fuit, vel qui ſolum
partem pretij receperunt, & horum nomine
ſatis eſſe dixerunt Domini, vt cogi poſſet Ho-
9 ratius ſuam promiſſionem implere, † cum non
potuerit reſpectu ſolutionis vni factæ induci
liberatio ab obligatione aliorum,*ex reg.tex.in l.ſi
vnus,§.ante omnia,ff.de pact.& in l.ſi Stichum,8.§.ſi
10 ab alio.l.cui.x.& l.non ideo 25.ff. de nouat.* † neque
in obligatione quantitatis (vt hæc erat) tolli
obligatio præter ſummam, & quantitatem ſo-
lutam,*l.ſi ſtipulatus,§.qui decem.& ibi Bart.ff.de ſo-
lut.l.vbi fideiuſſor.24.ff.eod.tit. idem Bart.in l.ſtipula-
tiones non diuiduntur,nu.22. & in l.in executione,85.
ff.de verb.oblig.Iaſ.in l.ſtipulationum,§.& harum,nu.
14.ff.eod.Bald.conſ.424.nu.2.lib.2.*

Præterea eædem ſolutiones,licet receptæ ab
aliquibus creditoribus nomine Monaſterij de-
bitoris, factæ non fuerunt ab eodem Horatio
licitatore, qui etiam erat Procurator eiuſdem
Monaſterij & omnes apparebant poſteriores
termino dato debitori ad reluendum. Vnde,ſi-
cut non potuiſſet licitatori præiudicari eiſdem
ſolutionibus, ſi hoc vellent creditores, cum
11 † poſt vltimam oblationem,quæ acceptata ſit,
excluſus cenſeatur debitor à redemptione rei
ſuæ quæ venditur in executionem iudicati, *l.ſi
prius,Cod.de diſtract.pign. & fuit dictum in Romana
Nullitatis obligationis 28.Iunij 1610. coram R.P.D.m.
Pirouano,in Romana Domus 9.Decembris 1624.coram
bonæ memoriæ Remboldo, & antea in Romana Delibe-
rationis Cenſus 18. Maij 1584. coram Aldobrandino.*
12 † adeò vt poſt tertiam oblationem neque con-
ſiderabile ſit eiuſdem debitoris intereſſe,ex cu-
ius cauſa citari debeat, vt conſideratum fuit in
eiſdem deciſionibus,Ita nec eſſe debet in poteſ-
ſtate licitatoris, ſoluendo nomine debitoris, ſe
eximere à ſua obligatione in præiudicium cre-
ditorum, quibus ius quæſitum fuit non ſolum
ex ſua oblatione, ſed etiam ex particulari pro-
miſſione ſub iuramento, & cum obligatione
Camerali ſoluendi (vt dicebam) ſummam
oblatam. Nec quidquam referre poteſt, quod
nomine debitoris acceptatæ fuerint eædem ſo-
lutiones, quia non inde licet arguere, vt iuri
ſuo, & obligationi, quam habebat licitator
emendi renunciare voluerint, cum ſemper ex
pecunia debitoris, quæ redigitur ex pretio rei
ſubhaſtatæ, cenſeatur facta ſolutio. Ex quo ne-
que etiam prodeſſe poſſet ceſſio, quam ad fauo-
rem Monaſterij idem Horatius reportare po-
tuiſſet, dum † tanquam facta ipſi debitori ſolum
potuit vim habere quietationis, & liberationis,
*l.nulla,C.de ſolut.Bart.in l.Modeſtinus nu.4.Caſtr.n.4.
& 5.ff.de ſolut.Salic.in l.1.n.27.C.de act.& oblig.Ruyn.
conſ.17.nu.8.lib.4. & conſ.88.n.6.lib.5. Rot.dec.426.nu.
3.par.2.recent.*

Et ita, &c.

COCCINO.

*Fulginaten. Alimentorum Lunæ
26. Ianuarij 1632.*

SVMMARIA.

1 *Alimentorum cauſa bona quæcumque fideicommiſſo, ſeu maioratui ſuppoſita poſſunt alienari.*

2 *Legati ſolutio facienda ex reditibus, & prouentibus hæreditariis non poteſt fieri ex alienatione bonorum. Lim.vt nu.6.*

3 *Alimenta debita ſiue ex teſtamento ſiue ex alia cauſa præſtari debent non ex venditione proprietatis, ſed ex reditibus, & fructibus patrimonij. Limit. vt nu.5.& 6.*

4 *Executoribus creditur atteſtantibus, non adeſſe alia bona,ſeu fructus ſuper quibus fieri poſſit executio.*

5 *Alimenta in ſubſidium debentur ex corporibus, & ſubſtãtia hæreditatis,& n.8.vbi ratio.Lim.vt n.7.*

6 *Bona ſubiecta fideicommiſſo in ſubſidium diſtrahi poſſunt pro ſolutione legati.*

9 *Alimenta deſcendentibus debentur iure naturali, & publicæ vtilitatis intuitu,& nu.18.*

10 *Alimenta in bonis proaui debentur iure ſanguinis.*

11 *Hypothecaria competit pro legatis.*

12 *Hypothecaria importat facultatem diſtrahendi bona hypothecata penes hypothecantem,ſeu illius hæredem exiſtentia.*

13 *Alimenta deſcendentibus debentur non ſolum per hæredem patris,ſed etiam per hæredem hæredis.*

14 *Bona defuncti,quamvis ſint hæredis,non tamen mutarunt naturam, quin dicantur paterna reſpectu lineæ,à qua deuenerunt,& oneris à teſtatore,ſeu lege iuncti.*

15 *Bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt in ſubſidium pro dote alienari, quamvis etiam reſpectu dotis alienari ſint prohibita.*

16 *Alimenta doti & æquiparantur,& præferuntur.*

17 *Auth.res quæ. Cod. comm. de legat. loquens de dote procedit etiam in alimentis debitis deſcendentibus.*

18 *Dos debetur iure natura ſicut alimenta à deſcendentibus.*

Deciſio XC.

FRanciſcus Iacobillus ſenior,inſtituta ad fauorem Iulij filij eiuſq; deſcendentiũ primogenitura,non ſolum diſpoſuit,quod primogeniti cæteris non primogenitis teneantur præſtare alimenta cum famulo,ſed mandauit vlterius,vt prædicti primogeniti debeant de reditibus, & prouentibus ſuæ hæreditatis prouidere eoſdem non primogenitos,quam primum ad 20.ætatis annum peruenerint de annuo reditu ſcutorum 200.vel illius ad prædictã quantitatem ſupplemento, quatenus per d. Franciſcum teſtatorem in totũ,vel pro parte non fuiſſet de d.annuo reditu prouiſum,prohibens tamen, ac interdicens,

ne vllo

Digitized by Google

ne vllo vnquam tempore de bonis,ac hæredi-
tate quidquã detrahere, aut alienare poſſet ex
quibuſvis,etiam quantumcumq; licitis,hone-
ſtis,& neceſſarijs cauſis,& oneroſis titulis,etiã
propter alimenta,& dotationes &c.Cùm verò
Iulius iunior , & fratres ex Laurentio Iulij ſe-
nioris ſecundo genito teſtatoris pronepotes e-
gerint contra Gregorium primogenitum tam
ad d.alimenta jam taxata ad annua ſcuta 360.
quàm ad ſolutionem d. annui legati ſcutorũ
200.& poſt tres conformes in judicatum tranſ-
actas in Rota obtinuerint expeditionem mã-
dati executiui contra fructus quorumcumq;
bonorum dict.primogenituræ per eorumdem
fructuum oblationem, perceptionẽ, ſequeſtra-
tionem,ſubhaſtationem,& deliberationem, ac
per eorumdem bonorum oblationem,occupa-
tionem,& detentionem,quia propter impedi-
menta maximi æris alieni ſuper fructibus bo-
norum d. primogenituræ tanquam deſtinatis
in ſatisfactionem Montis Iacobilli,& aliorum
creditorum ſupponebatur reddi impoſſibilem
executionem d.mandati.

Dubitaui hodie,An d.mandatum in ſenten-
tijs,& re judicata Rotalibus relaxatum ſit ex-
pediendum etiam cum facultate procedendi
ad ſubhaſtationem d. d. bonorum primogeni-
turæ,& fideicommiſſo ſuppoſitorum.

Et Domini affirmatiuè reſponderunt pro
relaxatione mandati aduerſus bona niſi infra
1 menſem. Moti eâ ratione,quia † ex cauſa ali-
mentorum bona cuicunq; fideicommiſſo, ſeu
majoratui ſuppoſita poſſunt alienari, *Doct.com-
muniter in auth.res,quæ C.comm.de legat. & cumula-
tis in hanc communem ſententiam Doctoribus firmat
Fuſar.de ſubſtit.q.536.num.1. Seraph.dec.925.nu.2.& 5.
Gregor.dec.543.n.2.*

Non obſtat, quod teſtator mandauerit, d.
legatum ſcutorum 200. ſolui de reditibus, &
2 prouentibus ſuæ hæreditatis, & † propterea
non poſſit deueniri ad alienationem bonorũ,
3 *Surd.de aliment.priuileg.19.tit.8.nu.8.* † prout etiam
regulariter ſiue ex teſtamento, ſiue ex alia de-
bita cauſa præſtari debet non ex venditione
proprietatis, ſed ex reditibus, & fructibus pa-
trimonij,*ad doctrinam Bart.in l.penult.in princ.ff.de
aliment.& cibar.legat.*

Quia, cùm ex atteſtationibus executorum,
4 † quibus eſt fides adhibenda,*Bart.in l.à Diuo Pio.
§.in venditione,num.7.ff.de re iudic.*nec non ex alijs
adminiculis per informantes ponderatis ſuf-
ficienter conſtet, non adeſſe alia bona, aut fru-
5 ctus,ſuper quibus fieri poſſit executio,† in ſub-
ſidium alimenta debentur ex corporibus , &
ſubſtantia hæreditatis *l.Lucius,vbi Bart.num.7.de
aliment. & cibar.legat.l. inter ſtipulantem,§. ſacram.
nu.6.de verb.oblig. Gratianus diſcept.294.n.3.*† provt
6 etiam in ſubſidium bona fideicommiſſo ſubje-
cta pro ſolutione legati diſtrahuntur,*Pariſ.conſ.
43.nu.24.lib.3.Odd.de fideicomm.quæſt.33.nu.11.* Præ-
ceptum enim teſtatoris, ac regula juris com-
munis eam recipiunt interpretationem, vt lo-
cum vendicent ſibi , quatenus fructus, & pro-
uentus hæreditatis ſufficiant.

Minus etiam obſtat,quod idem teſtator ex-
preſſe prohibuerit quamcumque proprietatis
alienationem etiam ex cauſa alimentorum , † 7
quo caſu non videtur à teſtatoris diſpoſitione
recedendum,*Crott. Surd. & Intrigliol. relati per Fu-
ſar.d.quæſt.536.nu.6.*Quia pro reſponſione aduer-
tendum eſt , quod dicta prohibitio , quamuis
expreſſa etiam ad caſum alimentorum , nihil
operatur, ea demum ratione, quod dicta *auth.
res,quæ.C.comm.de legat.*†ex qua deducitur facul- 8
tas alienandi in ſubſidium pro alendis deſcẽ-
dentibus,non fundatur in præſumpta volun-
tate teſtatoris,quæ per contrariam expreſſam-
que teſtatoris voluntatem , tolli dicatur, quã
ratione mouentur Doctores contrarium ſen-
tientes,ſed in publica vtilitate,ac in debito na-
turali,cui teſtator prædicare non poteſt, ita vt
in caſu noſtro Proauus teſtator d.alienationem
prohibendo non potuerit bona ſua eximere ab
illo onere, † cui jure naturali,& publicæ vtili- 9
tatis intuitu erant obnoxia,*Barboſ.in leg.1.p.4.nu-
mero 11.ff.ſolut.matrim. Monter.dec.16.num.24.quos in
puncto refert,& ſequitur Giurb.deciſion.5.nu.45.prope
fin.Grat.diſcept.832.nu.38.& 39.* cùm agatur de ali-
mentis debitis in bonis ejuſdem Proaui teſta-
toris † non ſolum jure ſanguinis, *Menoc.conſ.411.* 10
nu.4. ſed etiam particulariter per eumdem te-
ſtatorem legatis,† pro quibus competit hypo- 11
thecaria,*Grat.dec.March.129.nu.17.* † quę quidem 12
hypothecaria importat facultatem diſtrahen-
di bona hypothecata penes hypothecantem,
vel illius hæredem exiſtentia, *Neguſ.de pignor.p.
6.membr.1.nu.15.verſ.ſecundo amplia iuncto 17.* Quẽ- 13
admodum etiam non ſolum hæres Patris,ſed
ipſius hæredis hæredes eodem jure coguntur
ad præſtanda alimenta , quę Pater tenebatur
erga ſuos deſcendentes, *Giurb.dec.6. nu.7.* † non 14
enim ex eo,quod bona ſunt hęredis,mutarunt
naturam,quin dicantur paterna reſpectu lineę,
à qua deuenerunt,& oneris à teſtatore, ſeu le-
ge juncti,*l.de emancipatis,C.de legitim.hæred. cum a-
lijs per Giurb. dict. deciſ. 5. numero 45. verſ. non enim
ex eo.*

Et in proximis terminis,quod † non attenta 15
quacunq; expreſſa etiam ex cauſa dotis prohi-
bitione alienationis,ſi de dote non poſſit aliũ-
de prouideri , licita ſit diſtractio , & alienatio
bonorum fideicommiſſo ſubjectorum latè põ-
deratis Doctorum rationibus firmauit idem
Fuſar.q.531.num.71. vbi quod in conſulendo,& in
judicando ab hac opinione non eſt receden-
dum & plenè diſcuſſo articulo, examinatiſque
pariter rationibus *reſolutum fuit in cauſa Romana
Dotis 20.Martij 1618.coram Eminent. Domino meo Car-
din.Veroſpio,*quæ quidem rationes multò fortiùs
procedunt in caſu noſtro,cùm alimenta doti
non ſolùm æquiparentur, *Menoch. præſumpt.189.* 16
num. 17.& 18.lib.4. ſed tanquam magis neceſſa-
ria, ac priuilegiata præferantur, *Peregr.de fidei-
commiſſ.artic.41. numero 87. Gratianus diſcept.832. nu-
mero 33.*licèt enim dicta *authent.res,quæ.*loquatur
de dote, † attamen ex identitate rationis pro-
cedit etiam in alimentis debitis deſcendenti- 17
bus,*Bald.in eadem auth.num.23.Caſtr.nu.tertio,Gabr.
conſ.153.nu.17.libro ſecundo.Hond.conſil.72.libro primo,
Menoc.præſumpt.191.n.1.lib.5.* † Quia verò tam ali-
menta,quam dos debentur jure naturę,ab ejus 18
debito aſcendentes per fideicõmiſſum,vel alio

quouis modo bona ſua eximere non poſſunt ex deductis.

Et ita reſolutum parte vtraque informante, &c.

PIROVANO.

Imolen. Bonorum Mercurij 5. Maij 1632.

SVMMARIA.

1 *Nullitas ſubhaſtationis non probatur non producto illius integro proceſſu.*

2 *Nullitates ſubhaſtationis, & defectus citationis probatur ex proceſſus reuolutione.*

3 *Citatio in ſubhaſtatione requiritur debitoris, & tertij poſſeſſoris.*

4 *Tranſportatio præſumitur integra in productione proceſſus validi.*

5 *Lim. ſecus in proceſſu defectiuo, & nu. 8.*

6 *Ampl. limitationem, etiam quod deinde tranſportetur ſcriptura, quam conſtabat deficere.*

7 *Citationis defectus quando non probetur ex reuolutione proceſſus.*

9 *Negatiua non exiſtentiæ aliorum actorum meliori modo non probatur, quam per diligentias factas in loco vbi eſſe debent, ſecus è contra.*

10 *Archiuiſtæ creditur atteſtanti de non delatione ſcripturarum, ſeu actorum ad ipſum Archiuium, ex quo deponit de pertinentibus ad ejus officium.*

Deciſio XCI.

Tertio hac cauſa propoſita reſolutum fuit, ſtandum eſſe in deciſis 31. Martij 1628. & 4. Iulij 1629.

Quia verum eſt fundamentum pro dene-
1 gatione reintegrationis, Iuliam ſcil. † non probare nullitatem ſubhaſtationis non producto proceſſu illius integro, dum agit contra creditores Ceuli, & poſſeſſores, contra quos tenetur producere proceſſum, vt inde † ex reuolutio-
2 ne ejuſd. poſſit conſtare de nullitatibus prætenſis & allegatis, *Rota diuerſ. dec. 636. n. 2. p. 1. & dec. 457. n. 1. p. 2. recent. & in Romana Subhaſtationis 2. Iunij 1614. coram bo. me. Franciſco Vbaldo, quæ eſt impreſſa per Zach. de ſociet. offic. in ordine 60.*

Non obſtat, quod proceſſus ſubhaſtationis fuerit productus, & ex illius reuolutione probetur negatiua exiſtentiæ citationis debitoris, & tertij poſſeſſoris, † quæ requiritur in vendi-
3 tione pignoris, *leg. creditor. C. de diſtract. pign. Rol. conſ. 32. nu. 30. lib. 1. Affl. dec. 358. nu. 3.*

4 Quia, etſi † ſoleat eſſe præſumptio pro integra tranſportatione actorum, quando producitur proceſſus validus, *Rota dec. 59. nu. 1. 72. nu. 1. & 118. nu. 3. coram Pap. Greg. XV.* Attamen, † quando
5 proceſſus apparet defectiuus, ceſſat illa præſũptio juris, quæ ſtat pro Notario exemplante, *Rota dec. 636. nu. 3. p. 1. diuer. & 293. nu. 6. p. 1. recent.* & in præſenti autem deficiebat mãdatum in Camerã Apoſtolicã obtentum à Ceulo, quod † etſi
6 poſtea fuerit productum, non propterea reintegratur illa præſumptio, quæ ſtabat pro inte-
gritate actorum, † & tenetur Iulia aliunde 7
probare non exiſtentiam citationis, quam ex
lectura proceſſus non integri exemplati, † maximè accedente, quod proceſſus ſubhaſtationis fuit inchoatus à Ioan. Verello, & poſtmodum continuatus per Simonem Riccium, & atteſtatio illius in integro proceſſu exemplato ſit reſtricta ad proceſſum penes ipſum Simonem exiſtentem; Vnde non tranſportatis actis coram Verello factis ſemper ceſſat allegata præſumptio integræ tranſportationis. 8

Non obſtat, quod hodie vigore litterarum compulſorialium factæ fuerint diligentiæ in Archiuio Imolen. in quo acta Verelli conſeruantur, & per reuolutionem illorum non fuerit reperta quod videbatur ſufficere, quia † d.
negatiua alio meliori modo non poterat probari, quam per diligentias, *Rota dec. 140. nu. 1. p. 1. recent. & 139. nu. 15. coram Pap. Greg. XV.* 9

Quia ad Archiuium acta, & proceſſus non fuerunt delata, ſed tãtum protocolla, & inſtru-
mẽta ex atteſtatione Archiuiſtę, † cui vti de pertinentibus ad ejus officium fidem facienti credendum eſt, *Caputaq. dec. 245. & 266. p. 2. Put. dec. 187. li. 3. Seraph. dec. 1223. n. 3.* ex quibus omnibus ſatis patet reſponſio *ad dec. Imolen. Subhaſtationis corã bo. me. Iuſto,* quæ vltra quod loquitur de alijs bonis, ex nouiter tamen deductis pro Annibale tunc non informante eſſet recedendum. 10

Et ita, &c.

MOTMANNO.

Anconitana Pecuniaria Lunæ 22 Martij 1632.

SVMMARIA.

1 *Exceptio non implementi oriens ex ventre inſtrumenti etiam obligatione camerali vallati in omni judicio, & quandocunque admitti debet.*

2 *Pignus conuentionale vigore pacti venditum reſtituere non tenetur.*

3 *Lim. ſecus ſi venditum fuerit per ſubhaſtationem, & ſic judicialiter parte non legitimè citata, & n. 4.*

4 *Bona fide agi non dicitur, quando fit aliquid irrequiſito eo, cujus intereſt.*

5 *Citatio requiritur in ſubhaſtatione, vt debitor ſciat ſolutionem, vel ei aſſiſtat,*

6 *Subhaſtatio pignoris conuentionalis ex pacto facienda non requirit citationem, & ſi fiat dicitur ex vrbanitate facta.*

7 *Decl. procedere vbi debitori nulla poteſt competere defenſio, ſecus in dubio.*

8 *Facultatem habens ingrediendi poſſeſſionem propria auctoritate etiam abſque citatione, debet nihilominus partem citare, ſi aliqua probabiliter poſſit competere ei defenſio.*

9 *Nuntij relatio eſt quid diuerſum à citatione.*

10 *Forma, vbi adeſt decretum irritans, mutari non licet.*

Deciſio XCII.

Domini cenſuerunt, ſtandum eſſe in deciſis ſub die 10. Decemb. proximè præteriti, quod

Digitized by Google

quod ſcilicet infirmandum ſit mandatum exe-
cutiuum ab A. C. relaxatum pro reſiduo ſum-
mæ debite, quia Tudeſio agenti pro illius cō-
ſecutione obſtat exceptio quantitatis Corrio-
rum non redditæ juxta promiſſionem conten-
1 tã in inſtrumento, cujus vigore agitur; † Exce-
ptio enim non implementi oriens ex ventre
inſtrumenti, etiam obligatione camerali val-
lati in omni judicio, & quandocunq; admitti
debet, *l. eum, qui ita, ff. de verb. oblig. leg. ex prædijs, & ibi Bald. numero primo, C. de euict. Felin. in capit. ex parte, il ſecondo numero 12. de offic. Iud. de leg. Ayn. 151. n. 10. Rota in Firmana Pecuniaria 30. Maij 1616. coram bo. me. Remboldo.* & retardat executionem, *Corn. conſ. 291. nu. 8. lib. 3. Rot. dec. 418. n. 7. p. 1. recent.*

Non obſtat, quod deficientibus debitoribus
in ſolutione poſt lapſum tēporis inter eos con-
uenti, d. Creditori vigore pacti licuerit diſtra-
here Coria, pecuniáſq; inde retractas in pro-
prium vſum, ac ſui crediti computum conuer-
2 tere, † quas propterea reſtituere non teneatur,
l. ſi conuenit, ff. de pign. act. l. ſi ceſſante, C. de diſtract. pign.

Quia, dum non conſtat de venditione legi-
timè facta prædicti textus non procedunt, Co-
ria enim fuerant diſtracta per ſubhaſtationem,
3 & ſic judicialiter, † ita vt requireretur legitima
denunciatio, *jux. gl. in d. l. ſi conuenit. in verb. lueat. ff. de pign. act. cujus opinionem poſt Iacob. de Aren. & Cyn. ſequitur Bald. in l. ſi creditor. la ſeconda C. de diſtr. pigno.*
4 vbi ſingulariter notat, † non videri bona fide
agi, quando fit aliquid non requiſito eo, cujus
intereſt. *idem Bald. in l. prædia. n. 9. verſ. ſed Iudex. de fideic. Rom. auu. in §. eum, n. 143. Inſtit. quib. alien. lic. vel non.* Eadémq; opinio procedit non obſtante,
quod in inſtrumento præſcriptus ſit dies ſo-
lutioni, quia præfixio diei licèt operetur, vt de-
bitor in morâ conſtituatur, non tamen excuſat
5 defectum citationis, † quæ ſaltem, vt debitor
ſciat fieri ſolutionem, vel vt ei aſſitat, requiri-
tur, *l. 1. §. licet autem, ff. de peric. & commod. rei vend. Caſtr. in dicta lege ſi conuenit. n. 4. ff. de pig. act.*

6 Neque obſtat, quod † attento credito, de
quo clarè conſtat per inſtrumentum cum fa-
cultate vendendi Coria pro precio reperibili,
d. creditor videatur potius ex vrbanitate, & vt
ſecurius fieret venditio, quam quod require-
retur partis citatio, deueniſſe ad ſubhaſtatio-
nem, ad tradita *per Menoch. de adipiſc. remed. 5. n. 150.*
vnde infertur, ſubhaſtationem, non obſtante
defectu citationis, ſubſtineri.

Quia concluſio *Menoch. & Doctor.* quos alle-
7 gat, † procedit in caſu debitoris, cui nulla po-
teſt competere defenſio, non quando de alicu-
jus defenſionis competentia probabiliter du-
bitari poteſt, veluti propter impedimentum,
quod in præſenti caſu erat poſſibile, cùm de-
bitores non eſſent Ciues Anconitani, ſed Fo-
renſes, & extra territorium commorantes, &
propterea, non obſtante dicto pacto, debebant
8 citari, vt † in terminis inſtrumenti cum pacto
de capienda poſſeſſione propria auctoritate ſi-
ne aliquâ partis citatione, quod nihilominus
requireretur citatio propter probabilem defē-
ſionem ex negligentiâ Adminiſtratoris Mo-
naſterij; cenſuit *Rota corā Card. Mantic. dec. 104. n. 6.*

Neq; poteſt ſuffragari citatio ad videndum
ſubhaſtari, & deliberari Coria, quæ fuit facta
per affixionem ſchedulæ ad fores Audientiæ
Mercatorum Ciuitatis Anconitanæ, & conti-
net à tergo relationem illius executionis cum
expreſſione nominis Nuncij Executoris.

Quia per hujuſmodi expreſſionem non fuit
ſatisfactum Statuto requirenti nomen Nuncij
citantis in ipſa citatione cum decreto, quod a-
liter facta citatio non valeat ipſo jure, † Nuncij 9
enim relatio eſt quid ſeparatum à citatione, vt
per *Speculat. tit. de citat. §. ſequitur ſub num. 10. & per Marant. parte primâ diſtinct. 16. numer. 9. & parte 6. de citat. num. 54.* Vnde per dictam expreſſionem in
hujuſmodi relatione factam non potuit ſup-
pleri nomen Nuncij citantis omiſſum in cita-
tione, cùm illius expreſſio requireretur formâ
præciſâ, † quæ propter decretum irritans illi 10
adjectum non licuit mutari *gloſ. in clem. 1. in verb. tertio. de vit. & honeſt. clericor. ſimiliter gloſ. in cap. 1. in verb. tertiam vocationem vbi Bald. num. 2. de Milit. Vaſſall. qui contum. eſt in Vſibus feud. idem Bald. in l. 1. ff. de lib. & poſthum. Felin. in cap. cum dilecta. numero 10. de reſcript. dixitque Rota deciſione 175. numero 4. parte prima recent.*

EMINENTISS. D. CARD. VBALDO IVNIORE.

Auximana Fideicommiſſi Veneris 25. Iunij 1632.

SVMMARIA.

1 *Variari non poteſt de via ordinaria ad exequutiuam; nec de vno iudicio ad aliud, niſi de conſenſu partium, & iudicis, & n. 4. 6. & 12.*

2 *Incompatibilis eſt actio executiua cum ordinaria.*

3 *Iudicio in ordinario agitur de reum condemnando, in executiuo habetur idem reus pro condemnato, & executio præcedit cognitionem.*

5 *Appellatione deſerta, cauſa tranſit in iudicatum.*

7 *Iudicium jactationis dicitur ille, contra quem motum eſt, inuitum ſubire, ſi ita proteſtetur.*

8 *Proteſtatio neceſſaria eſt in judicialibus, alias quis ſibi præjudicat ex tacito conſenſu.*

9 *Ampl. vt proteſtatio ſit repetenda in qualibet parte judicij.*

10 *Exceptione rei judicatæ non oppoſita, dicitur conſenſum, vt in cauſa denuò procedatur.*

11 *Reſtitutione in integrum aduerſus rem judicatam conceſſa, dicitur etiam permiſſum alteri parti appellare à ſententia, ſi qua contra feratur.*

12 *Æqualitas ſeruanda eſt inter actorem, & reum.*

13 *Clauſula, Cum facultatibus A. C. ſeu Cum facultatibus Gubernatoris, quid importet, & numero 14.*

14 *Reſcriptum proueniens ex Signatura juſtitiæ intelligi debèt provt de jure.*

15 *Exceptio juris tertij quando non poſſit opponi.*

16 *Nullitas decreti quoad vnum operatur etiam quoad alium, quando eſt vna omnium defenſio, & cauſa communis.*

17 *Probatio ſumi non poteſt ex inſtrumento, quod non eſt in actis.*

18 *Renunciaſſe quis dici non poteſt fideicommiſſo, cujus notitiam non habebat.*

Deciſio XCIII.

PRopoſuit iterum idem dubium,quod fuit
in hâc causâ reſolutum 30.Maij anni pro-
ximè præteriti , an concedendum eſſet Febo
mandatũ de manutenendo in poſſeſſione præ-
dij Fraſchettalis, ſuper quo execurionem fece-
rant creditores Põpilij,& ex duobus præcipuè
fundamentis reſponderunt Domini ad fauo-
rem ejuſd.Febi, quæ etiam fuerunt in eâ deci-
ſione cõſiderata,& non viſa fuerunt hodie tol-
li ex his,quæ pro parte creditorũ deducebãtur.

Primum fuit fundamentum ex turbato or-
dine judicij propter tranſitum à via ordinaria
ad viam executiuam,cùm,ſicut in d.deciſione
deductum fuit,obſtaret creditoribus,quod ipſa
exceptio fideicommiſſi,cui dicebat Febus locũ
factum fuiſſe ad ſui fauorem,prejudicialis eſſet
illorum petitioni,& actioni,quam inrentaue-
rant cõtra eadem bona Hieronymi tanquã li-
bera,& quod ſuper eâd. exceptione agi etiam
1 cœptum fuiſſet de cõſenſu eorundẽ credito-
rum; † vt non potuerint poſtea noua via,& e-
2 xecutiuè agere cõtra eadẽ bona,ſiue hujus rei
cauſa referenda ſit † ad incompatibilitatem
vtriuſq; actionis,vt voluit *Rom.conſ.133.arg.cap.vt
quis duas de elect.lib.6.& c.1.de poſtulat.prælat.eod.lib.*
3 cum † in judicio ordinario id ſemper agatur,
vt condemnetur Reus per ſententiam,in judi-
cio verò executiuo habeatur idem Reus pro
condemnato,& ipſa executio præcedat cauſę
cognitionem,vt conſiderarunt *Bald. in l.1. nu. 1.
C.de executione rei iudic.Caſt.conſ.39. nu.1.in fin.libr.2.*
4 *Rota dec.446.nu.2.parte 2.recent.*ſiue etiam † id tri-
buendum ſit majeſtati Iudicis, coram quo via
judicij agi cœptum eſt,cùm alias eſſet in pote-
ſtate, & arbitrio vnius partis recedere ab eo-
dẽ judicio,quod intentatum fuit,quod voluit
*Ruin.dicens,hanc rationem omninò veram in conſil. 57.
numero tertio,libro quarto, & idem Rom.in.dict.conſil.
133.*quatenus requiri dixit conſenſum Iudicis,
vt in caſu,ſuper quo conſuluit,potuiſſent par-
tes ab eodem judicio recedere, *Coler. de proceſſ.
execut parte 3.c.5.nu 37.& 38.gloſ.in clem.ſæpe in verb.
partibus.de verb.ſignif.*

Et quãuis negaretur hodie idẽ conſenſus
ex facto tamen tollebatur hæc difficultas,cùm
tàm in partibus,vbi primum judicium mouit
Febus ex remedio *l.diffamari.* contra creditores
Pompilij,quam introducta ab eodem cauſa in
hoc Tribunali , poſtquam locumtenens Pro-
uinciæ in ſententiâ, quam tulit ad fauorẽ cre-
ditorum, declaraiuit nullum extare fideicom-
miſſum, de hâc exceptione ejuſdẽ fideicõmiſ-
ſi ſemper poſtea actum fuerit, vt enim appare-
bat ex actis,& regiſtris hujus cauſæ,illa,primũ
commiſſa fuit bon. me.Card. Lancellotto, qui
reuocata ſententia Locumtenentis, conceſſit
5 Febo immiſſionem ; cùm autem ea ſententia
Card.Lancellotti † propter deſertam appella-
tionem tranſirum feciſſet in judicatum, fuit à
creditoribus obtẽta commiſſio reſtitutionis in
integrum,quæ directa fuit primò bo.me.Vbal-
do,cùm coram eo penderet alia cauſa inter Fe-
bum, & quoſdam de Campanis, tanquam
detentores bonorum dicti fideicommiſſi, &
deinde bonæ memoriæ Manzanedo, qui ſub-
rogatus fuit in locum Vbaldi ex conſenſu tam
Febi, quam creditorum, cùm idem Vbaldus
ſententiam dediſſet inter Febum, & Campa-
nos;ex his verò quæ ita geſta apparebant,non
videbatur, quod poſſet dubitari vel an hoc fi-
deicommiſſo actum fuerit,vel an eadem actio,
vel judicium ſuper dicto fideicommiſſo tra-
ctatum fuerit de conſenſu eorundem credito-
rum † itavt non potuerit per eoſdẽ creditores 6
ab eodem judicio poſtea recedi,licet enim ſub-
ſtineri poſſet reſponſio, quam dabant Infor-
mantes pro creditoribus, vt † ex eo Iudicio, 7
quod motum à Febo fuit in partibus per viam
jactationis, & quod ijdem creditores inuiti ſu-
birẽ coacti fuerint,non poſſet colligi aliquis il-
lorum conſenſus;cui tamen reſponſioni obſta-
re videbatur, quod tam in eo judicio jactatio-
nis,quam in nouâ causâ appellationis deuolu-
ta ad Rotam nunquã proteſtati fuerint ijdẽ
Creditores quod inuiti ad illud judicium tra-
hebanrur,† ſicut neceſſaria videbatur ea prote- 8
ſtatio, ne ex tacito ſuo conſenſu cenſerentur
hoc ſibi præjudicium feciſſe, vt habetur in *leg.
filiusfamilias. 18. ff.ad S.C.Maced. & not.ex ea gl.Iaſ.
in leg.quæ dotis nu.92. ff. ſolut.matrim. Bart.in leg.quo
nu.§.1.ff.rem ratam hab.Castr.in l.de pupillo, §. ſi quis
ipſi Prætori,nu.4.ff.de oper.nou.nunc.*& quidem † in 9
quacunq; parte Iudicij,vt per *Mohed. deciſ.2. de
Iud.Rota dec.611.nu.3.p.1.& dec.51.nu.2.& dec.55.n.5.
p.2.recent.*ipſa prętcrea commiſſio reſtitutionis,
quàm poſtea impetrarunt creditores poſt la-
tam ſententiam à Card. Lancellotto ad fauo-
rem Febi, eiſdem præcipuè obſtabat, non ſo-
lum,quia † poſt impetrarionem,& vſum ejuſ- 10
dem commiſſionis,ex quâ renouata fuit cauſa
ſuper fideicommiſſo terminata per rem judi-
catam ad fauorem Febi,non poterat negari hic
illorum cõſenſus, vt ea exceptio fideicommiſſi
cognoſceretur,vt habetur *in dec.Acchill.12.num.6.
de ſent.& re iudic. & apud Mohed.deciſ. 4.eod.titul.Ve-
rall.dec.233.num.4. parte 1.dec.278.& dec.279. parte 2.
Iaſ.in leg.patre furioſo,numer.22.ff.de his,qui ſunt ſui,
vel alieni iur.& fuit dictum in hac cauſa coram bon.me.
ManZanedo 18. Maij 1619.* ſed,† dum ea commiſ- 11
ſione concedebatur eiſd.creditoribus,vt venire
poſſent contra factum primi Iudicis in reme-
dio ordinario reſtitutionis,eod.modo permiſ-
ſum eſſe debebat Febo appellare à ſententia,
quæ contra ſe ferri potuiſſet, † vt ſeruaretur
æqualitas inter actorem,& reum, quam pari- 12
ter rationem Doctor.conſideranr in propoſito,
vt non permiſſa ſit hæc variatio, & tranſitus à
via ordinaria ad viam executiuam, *vt not. Con-
tard.ad legem vnicam C.ſi de mom.poſſ.limit.14.numero
15.Rugginell.de appell. §.2.cap.3.numero 163. Scacc.ſu-
per eodem tract.quæſt.17.limit.9.n.44. Rota dec.132.n.1.
parte 1.diuerſ.*

Neq; ex reſcripto Signaturę,quod ſuperue-
nit,cum cauſa coram eodẽ Mãzanedo pende-
ret,ex quo cõmiſſa eidem fuit hæc ipſa cauſa
ad inſtantiam creditorũm etiam † cum facul- 13
tatibus A.C.dici poterat,vt fuerit eiſdem cre-
ditoribus conceſſum ; vt deſerere illis liceret
viam ordinariam, quam inſtituerant, cum
† eiuſ-

14 † ejuſmodi reſcriptum tanquam proueniens ex Signatura Iuſtitiæ non poſſit intelligi niſi provt de jure,& ita quatenus eadem via executiua de jure competeret, *vt not. Iaſ. in leg. ex facto, num. 5. ff. de vulg. Bald. conſ. 121. num. 2. libro 1. Sarment. in compendio vtriuſque ſignaturæ nu. 23. Rota deciſ. 158. nu. 2. in fin. parte 1. recent. & fuit dictum in Ferrarien. Bonorum 24. Ianuarij 1600. coram Corduba, & in Valentina Diſmembrationis 21. Februarij 1620. coram Eminentiſſ. Domino meo Card. Veroſpio.* & in his eiſdem terminis commiſſionis cauſæ cum facultatibus Gubernatoris *eſt dec. Verall. 162. nu. 5. parte 1. & fuit firmatum coram Manzanedo in dicta deciſione 18. Martij 1619.*

Alterum fundamentum, quod fuit in eâd. deciſione conſideratum, erat circa ipſam executionem propter exceſſum in eâ commiſſum, qui exceſſus etiam circumſcripto fideicommiſſo non poterat controuerti, etenim de ſola poſſeſſione Pompilij dubitabatur, an ſcilicet, illam liberè habuerit ab Hieronymo teſtatore, vel cum onere reſtitutionis ad fauorem ſuorũ filiorum, qui ſimul cum patre vocati fuerant in eodem teſtamento, tamen fuit creditoribus conceſſa immiſſio in bonis filiorum Cornelij, quos etiam teſtator vocauerat propter ipſum Pompilium,& illius filios, neq; poterat idem
15 exceſſus excuſari, quod † hęc exceptio tanquã de jure tertij non poſſet ad ipſum Febum pertinere, quia, vt etiam in ead. deciſione conſideratum,& juſtificatum fuit, hodie plenius cauſa tractabatur etiam ad inſtantiam filiorum Cornelij, etenim poſt reſcriptum Signaturæ in quo commiſſioni directæ bonæ memorię Manzanedo additę fuerunt facultates A.C. egerunt creditores pro executione mandatorũ, quę anteà obtinuerant ab eod. A.C. contra bona Pompilij,& quorum executionem Rota reuocauerat tanquam attentatam; cùm verò eadem executio fuiſſet illis conceſſa ſuper duabus ex tribus partibus bonorum Hieronymi, relicta Febo ſolum ſua tertia parte, ab hoc decreto, & conceſſione executionis appellarunt tam Febus, quam ijdem filij Cornelij, & cauſa hujus appellationis primùm directa fuit honę memorię Remboldo cum clauſula, ſi quid exequendum, & hodie pendet coram me, cùm executionem conceſſam dictis mandatis confirmaſſet R.P.D. meus Ghiſlerius, tanquã ſubrogatus in locum Remboldi, ex quibus rectè apparebat de veritate vtriuſq; illius rationis, quę pro juſtificatione dicti exceſſus,& ſuper ſecundo hoc deciſionis fundamento conſiderata fuit in deciſione, de cujus confirmatione agebatur in dubio propoſito, quod ſcilicet nõ poſſet dici hęc exceptio de jure tertij, aut propoſita contra voluntatẽ filiorum Cornelij,& quod
16 † nullitas decreti, in quo fuit creditoribus conceſſa dicta executio, non citatis ejuſdem Cornelij filijs operaretur etiam ad fauorem Febi, dum vna erat omnium defenſio, & vtriuſque communis hęc cauſa fideicommiſſi.

Non etiam poterat defendi idem exceſſus eo, quod hoc prędium fraſchettalis ſuper quo facta fuit executio fuiſſet ſolius Pompilij, cum id neutiq; probaretur ex inſtrumento diuiſionis ſecutę ſuper bonis Hieronymi fideicõmittentis inter Pompilium, & ejuſdem Cornelij filios, non ſolum quia † non poterat aliqua 17
probatio deſumi ex eod. inſtrumento, quod non erat in actis, ſed quia, quando copia ejuſd. inſtrumenti, quæ data fuit, aliquid probaret, adhuc tamen integrum erat jus filiorum Cornelij, dum non apparebat ex eodem inſtrumẽto, quod notitiam habuerint hujus fideicommiſſi Hieronymi, † vt propterea dici poſſent, 18
quod eidem fideicommiſſo renunciauerint, *ad notata per DD. in leg. de hu ff. de tranſact. & in leg. cùm pater. §. hæreditate. el. 2. ff. de leg. 2. per Bart. in leg. qui Romæ, §. duo fratres, q. 5. nu. 12. ff. de verb. oblig. Gabr. de fideicomm. concluſ. 1.*

Demum idem exceſſus ſubſiſtebat etiam ſuper portione debita Pompilio propter plures detractiones, quæ Febo competebant in bonis ejuſdem Pompilij, tam ratione dotis maternæ, quàm ex cauſa cujuſdam cenſus in ſumma ſcutorum 856. quem idem Pompilius vnà cum Cornelio fratre impoſuerat ſuper his bonis fideicommiſſo ſubjectis.& ipſe Febus poſteà extinxerat, reportata ceſſione jurium à creditore ejuſdem cenſus, quam etiam ratione tacitę hypothecę pro reintegratione fideicommiſſi alienata per eundem Pompilium, quorum omnium jurium cauſa erat Febus anterior creditoribus, quibus conceſſa fuit executio.

Et ita vtraque,&c.

EMIN. D. CARD. VEROSPIO IVNIORE.

Romana Domus Veneris 19. Nouembris 1632.

SVMMARIA.

1 *Ægidiana non intrat, vbi conſtat de nullitate,& injuſtitia ſententiæ.*

2 *Sententia contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem judicatam, nulla eſt.*

3 *Sententia ex qua quis eſt in poſſeſſione, cujus nullitas, vel injuſtitia non probatur, non poteſt dici ſpoliatiua.*

4 *Præſumitur in dubio pro ſententia, & ideò ex ea non poteſt competere ſpolium.*

5 *Nullitates poſt rem judicatam allegari non poſſunt.*

6 *Statuti forma ſeruanda eſt in alienatione pignoris pratorij.*

7 *Statutum Vrbis de alienatione pignoris pratorij eſt ordinatorium, & non ſeruatur, niſi in foro capitolij, & nu. 9.*

8 *Stylus, & conſuetudo Iudicis exequentis in executione attendi debet.*

10 *Solemnitates vnius Tribunalis non ſunt ſolemnitates alterius.*

11 *Statutum Vrbis circa ſolemnitates in alienatione bonorum pupillorum, ſiue minorum procedit in alienatione, & obligatione voluntaria, non in neceſſaria.*

12 *Proprietas reſeruata filijs in quarto dotali ex ſtatuto vrbis non dicitur vnquam deſiiſſe eſſe in patris hæreditate.*

Digitized by Google

Deciſio XCIV.

POſt ſententiam reintegratoriam, quam ab
A.C.obtinuerunt Franciſcus,& Iulius filij,
& hæredes Coſmi de Curlis contra Hierony-
mum Roſolinum ejuſdem Coſmi creditorem,
& Vincentiũ Panizzam poſſeſſorẽ domus, ſu-
per qua fuerat facta executio ad inſtantiã Hie-
ronymi,&cujus poſſeſſione ſe ſpoliatos dicebãt
ijdem hæredes, fuit ex parte Hieronymi com-
miſſa mihi cauſa appellationis, &, cùm dubi-
taſſem,an eſſet locus Ægidianæ juxta formam
reſcripti Signaturæ, DD. propoſito hodie per
me dubio,reſponderunt,non poſſe intrare eã-
1 dem Ægidianam,quia,† cùm conſtaret de nul-
litate, & injuſtitia ejuſdem ſententiæ reinte-
gratoriæ,ex ipſa Conſtitutione Cardin. Ægidij
permittebatur appellatio,vt aduertit *Rot.dec.19.
nu.2.lib.2.p.3.diuer.Put.dec.4.de Ægidiana. & deciſ.
469.nu.6.lib.2.Bald.in l.vnic.n.3.C.de moment.poſſ.*et-
enim fuit hęc actio,& judicium ſpolij pro par-
te dictorum hæredum intentatum ſuper hac
domo, quam poſſidebat Panizza in executio-
nem alterius ſententiæ quam contra eoſd.hæ-
redes obtinuerat Roſolinus, quæq; jam tran-
2 ſitum fecerat in judicatum, † vnde non ſolùm
nulla erat ex hoc capite ea poſterior ſententia
tanquam contra rem judicatam, *l.1.C.quan.pro-
uoc.non eſt neceſſ.Butr.conſ.27.n 2.Roman.conſ.410.n.4.*
3 ſed, † cùm non oſtenderetur nullitas,aut inju-
ſtitia prioris ſententiæ, ex qua Roſolinus erat
in poſſeſſione, non poterat illa dici ſpoliatiua,
*l.iuſtè poſſidet,ff.de acq.poſſ.Bald.in l.1.in p.notab.C.vnd.
4 vi.Rot.dec.741.n.1.p.1.diuerſ.*&,† cùm præſumptio
eſſet pro ead. ſententia,non poterat d.D.Fran-
ciſci hęredibus competere hoc remedium ſpo-
lij,juxta gloſ. communiter approbatam *in cap.
præſentium.n.7.q.1. Abb.in c.conquerente. nu.6.de reſtit.
ſpol.Ruyn.conſ.49.n.11.lib.1. Rota coram Greg.dec.336.n.
4.*ſed neq; impugnabatur ead.ſententia ex hoc
capite injuſtitiæ,cùm ſolùm ex parte dd.hęre-
dum adductæ fuerint aliquę nullitates contra
5 executionem, † de quibus licèt poſt rem judi-
catam dari non poſſit,*ad clement.vt calumnijs.de re
iudic.Creſcent.dec.22.eod.tit.*neq; propterea illę vi-
ſæ fuerunt obeſſe.Et reſpondendo ſingulis eiſ-
dem nullitatibus.

Non ideò poterat impugnari ead.executio,
6 quod † non fuiſſet in ea ſeruata forma, quam
præſcribebat *Statutum* in alienatione pignoris
7 prætorij *in c4.192.lib.1.*Quia † cùm idem Statutũ
ſolum ordinatoria reſpiceret,vt de eo *dictũ fuit
in dec.Verall.56.lib.2.in manuſcript. & apud Greg.dec.
352.n.7.* non fuerunt neceſſariæ ſolemnitates e-
juſdem Statuti, ſed ſatis fuit, ſeruaſſe ſtylum
Tribunalis A.C.in quo conceſſa fuit executio.
8 Tum ex regula,quod †debet in executione at-
tendi conſuetudo,& ſtylus Iudicis exequentis,
de quo *Ang.in l.ſi fundus,ff.de euiction. Bart.in l.cun-
ctos populos,in prima quæſt.C.de ſum.Trinit.& fid.Ca-
thol.Iaſ.in l.à dmo Pio,§.ſententia, n.7.ff.ſent.& re iu-
9 dic.Riminald.conſ.243.n.2.* Tum quia † idem Sta-
tutum, quatenus ſolùm jus agendi reſpicie-
bat, non poterat,niſi in eo foro ſeruari, & alia
10 juris regula eſt, quod † ſolemnitates vnius
Tribunalis non ſunt ſolemnitates alterius,de
qua *idem Bart.in dict.leg. cunctos populos, numero 15.
Iaſ.in prima lectur. num.20.& in ſecunda nu.57. Caſtr.
conſ.321.num.5.libro 1. Surd.conſ.24. num.7. Card.Se-
raph.dec.208.n.2.*

Eodem modo non fuerunt neceſſariæ aliæ
ſolennitates quas ſeruari mandabat idem Sta-
tutum in cap.113. ejuſd.lib.1.in alienatione bo-
norum pupillorũ, ſiue minorum(& tempore
ſecutę deliberationis probatur hęc minor ętas
dictorum hęredum,cùm eadem deliberatio fa-
cta fuiſſet citato ſemper Philippo Curlo illo-
rum tutore.)Nam & hoc Statutum neq; pote-
rat in hâc venditione locum habere, † cùm ſo- 11
lùm procederet in caſu alienationis volunta-
riæ, non autem neceſſariæ, vt de eod. Statuto
etiam dictum fuit in *dec.Verall.199.p.3. & in Peru-
ſina Terrarum 16.Iunij 1608. coram Card.Pamphilio,&
in Romana Spolij 19. Ianuarij 1618. coram bo.mem.Bu-
ratto,* & generaliter de obligatione facta à mi-
nore ex cauſa neceſſaria notat *Salyc.in leg. 1.C.de
præd.& alijs reb.minor.n.1.Signorol.conſ.49.nu.1. Tiraq.
ad ll.connubial.gloſ.8.n.187.Lambert.de contra.gl.1.princ.*

Demum non viſum fuit obeſſe, quod ead.
executio diceretur facta ſuper bonis, quæ non
erant ipſius Coſmi debitoris; Licèt enim ve-
rum dici poſſet,& fuiſſet hæc domus aſſignata
Clementiæ matri horum hæredum, & Vxori
Coſmi ex causâ quarti dotalis (quod tamen
non probabatur ex inſtrumento,quod datum
fuit,cùm id ſolùm in dicto inſtrumento conti-
neretur,quod ſuper eâdem domo fieri debebat
hæc aſſignatio,non autem quod tunc fieret,vel
quod facta jam fuiſſet) adhuc illa dici deberet
hæreditaria, quia, cùm reſtitutio ejuſd. quarti
cenſeretur non ſolùm facta reſpectu vſusfru-
ctus, vt expreſſis verbis diſponit idem Statu-
tum,& tempore deliberationis in ejuſdem do-
mus proprietatem per mortem Clemẽtiæ ma-
tris ſucceſſiſſent illius filij,dictam domum cen-
ſebantur habere tamquam Coſmi ſui patris
hæredes,dum † proprietas, quæ illis reſeruata 12
fuit à Statuto, nunquam deſierit eſſe in ejuſd.
patris hæreditate,vt *contra Afflict.tenuit Vincent.de
Franch.dec.160.numer.3. Tiraquell.in tract.le mort.&c.
parte 1.declar.7. Gabr.conſ.19. numero 3.libro 2.*& ita
noſtrum hoc Statutum ſæpius interpretata
fuit *Rota coram Greg.deciſ.398.numero 8.in vna Roma-
na lucri.dotis 20.Februarij 1615. coram R.P.D.meo Pi-
rouano inter recentio.deciſ.653.numero 4.parte 2. in Ro-
mana Quarti dotalis 16.Martij 1618.coram bonæ memo-
riæ Reinboldo, & nouiſſimè in Romana hæreditatis de
Caualerijs 22. Martij præteriti coram Reuerendiſſimo
Domino meo Decano, & in Romana fideicommiſſi 16.
Aprilis præteriti coram R.P.D.meo Vbaldo.*

Et ita, &c.

REVERENDISS. P. D. DVNO-ZETTO IVNIORE.

Anconitana Prædij Lunæ 29. Nouembris 1632.

SVMMARIA.

1 *Statutum Anconitanum dat debitori terminum
ſex*

ſex menſium ad releuandum pignus ſubhaſtatum facto depoſito.

2 *Statuti diſpoſitionem habens pro ſe dicitur habere caſum legis.*

3 *Statutum loquens de datione in ſolutum facta creditori an comprehendat adjudicationem factam tertio.& n 5.*

4 *Prælatio longè differt à facultate reluendi.*

6 *Obſeruantia quoad judicialia probatur ex teſtibus Curialibus.*

7 *Et ex ſententijs latis. Decl.vt n.10.*

8 *Obſeruantia non probatur niſi quadragenaria. Lim.vt num. 9.*

11 *Obſeruantia vniformis non eſt neceſſaria in materia interpretatiua, ſed attenditur,quod eſt magis obſeruatum.*

Deciſio XCV.

CEnſuerunt Domini, ſententiam A. C. reuocatoriam alterius de partibus,qua fuit
pronunciatum,Aſcanio Marganetto non competere jus redimendi prædium ſubhaſtatum,
& adjudicatum Iacobo Bellono licitatori plus offerenti, vt juſtam eſſe confirmandam.

Iuſtitia enim fundatur ſuper diſpoſitione
1 Statuti Anconitani,quo cauetur,† debitori facto depoſito licere reluere infra ſex menſes pignus in ſolutum datum Creditori prętio Iudicis decreto.Cùm igitur Marganettus in termino dicti Statuti depoſitum,& pignus redimere velle declarauerit, jure merito fuit per ſen-
2 tentiã A.C.admiſſus,quia † habens diſpoſitionem Statuti pro ſe dicitur habere cauſam legis juxta quam ſemper venit judicandum,*l. Ancillæ. Cod.de furt. Oſaſch dec.28.n.8. Surd.dec.195. num.2.*

Nec obſtat,quod Statutum loquatur de datione in ſolutum factâ creditori,non autem de adjudicatione facta tertio licitatori.

3 Quia, quidquid ſit, † an Statutum loquens
de datione in ſolutum factâ creditori comprehendat adjudicationem factam tertio, ex quo Domini valde dubitarunt,cùm inter vnum, & alterum caſum magna adſit differentia,& doctores, qui pro comprehenſione d. caſus allegantur loquuntur in diuerſis terminis,ſcilicet in materia alienationis ad effectum prælatio-
4 nis, † quæ longè differt à materiâ reluitionis.

5 Tamen ex quo † Statutum in d.Ciuitate ita
obſeruatur vt debitores in caſu adjudicationis factæ tertio licitatori admittantur ad reluendum , Domini poſita hujuſmodi obſeruantia firmarunt eſſe locum dicto Statuto.

Obſeruantia autem fuit ſufficienter probata tam ex teſtibus Curialibus d. Ciuitatis for-
6 miter examinatis,† quos ſufficere ad eam probandam, tenent *Bart.& Cyn.in l.2.C. quæ ſit long. conſ. Arct.in l. de quibus,ff.de leg.2. Guidop. conſ.116.& conſ.171.n.3.* quam ex pluribus ſententijs latis in
7 prædictis caſibus, † quæ pariter deſeruiunt ad probandam obſeruantiam, *l.ſi de interpretatione. & l.nam Imperator ff.de legib. Gratian.diſcept.for.cap.*
8 *743.nu.20.* Nec releuat, quod † ad probandam obſeruantiam requiratur quadragenaria.

9 Etenim † concluſio procederet, ſi ageretur
de cõſuetudine noui juris inductiua, ſecus autem venit dicendum in obſeruantiâ interpretatiua,ad quam probandam non requiritur tẽpus aliquod determinatũ,*Surd.conſ.140.n.45. Menoch. conſ.21.nu.15. Crau.conſ.117.n.2. Rot.dec.448.nu.3. parte 1.recent.*

Deniq; nec prædicta obſeruantia eliditur ex alijs ſententijs contrarijs, quæ dantur in
ſummario Bellolij num. 4. 10

Quia, † præterquam quod ſunt dubiæ, & æquiuocæ, nec apparent latæ in caſu adjudicationis factæ tertio licitatori, Domini dixerunt illas non eſſe attendendas in concurſu aliarum,quæ dantur pro hac obſeruantia,quia illæ fuerunt latæ ſuper negatiua,iſtę verò ſuper affirmatiua , & vlterius cum eis depoſitiones teſtium.Ideóq; veniunt præferendæ,& ad
effectum,de quo agitur,viſæ fuerunt ſufficien- 11
tes, quia † in materia interpretatiua non eſt neceſſaria obſeruantia vniformis, ſed id venit attendendum quod magis fuit obſeruatum, *Menoch.conſ.75.n 66. Bart.in l.de quibus,nu.16. ff.de legib. Dec.conſ.11. nu.12. verſ.ſecundo reſpond. Becc. conſ. 101.num.51. lib.1.*

Et ita vtraque, &c.

MERLINO.

Ferrarien. Spolij Lunæ 25. Iunij 1633

SVMMARIA.

1 *Sententia iniuſta non tranſit in iudicatum.*

2 *Fructuum condamnatio in ſpolio, & alijs interdictis non fit niſi à die litis conteſtatæ,excepto ſpolio violento, & attentato.*

3 *Spolium violentum,quando dicatur , & quando non attentatum,& nu.4.*

5 *Poſſeſſor malæ fidei, qui ſpolium commiſit,condemnatur in fructibus à die ſpolij.*

6 *Decl. procedere in mala fide euidentiſſima, quæ non poſſit excuſari,nec velari.*

7 *Cauſa, quæ excuſet à mala fide.*

8 *Bona fides quando dicatur adeſſe in poſſeſſore.*

9 *Poſſeſſor bonæ fidei eſt citandus.*

10 *Mala fides euidentiſſima quando non inferatur à poſſeſſione anteriori ad poſteriorem,& n.27.28.29.*

11 *Præſumitur pro Iudice,& executore,& n.29.*

12 *Præſumitur , & tenetur Executor perquirere, quis poſſideat bona.*

13 *Bona fides non requiritur in poſſeſſione , ſed ſufficit abeſſe malam,& quæ manifeſta non ſit.*

14 *Exceptio non juris notoria admittitur etiã in ſpolio.*

15 *Donatio eſt denuncianda Gabellarijs ex Statuto Ferrariæ.*

16 *Nullitas ob non denunciationem in vim Statuti à quo poſſit opponi.*

17 *Denunciationis defectus quomodo probetur.*

18 *Donatione nitens tenetur illam validam,& cum ſolemnitate etiam extrinſeca, vt denunciationis,& inſinuationis oſtendere.*

19 *Agens poſſeſſorio,qui habet reſiſtentiam Statuti tenetur illius qualitates probare.*

20 *Facti quæ ſunt,non præſumuntur.*

21 *Cauſa vna expreſſa in donatione excludit aliam.*

22 *Gabellæ quare exigantur.*

23 *Poſſeſſio in ſpolio eſt concludenter , non præſumptiuè probanda.*

24 *Clauſula conſtituti corruit ex nullitate inſtrumenti, cui accedit, & nu.31.*

25 Fides quando dicatur adempta instrumento, & conſtitutum ex eo non probetur.
26 Iuramentum non probatur ſcriptura, cui fidem adimit Statutum.
27 Conſtitutum & inſtrumentum probat poſſeſſionem de tempore rog tus, non poſt.
30 Statutum Ferrariæ prohibet forenſibus acquiſitionem dominij, & poſſeſſionis.
32 Poſſeſſio quando remaneat penes conſtituentem.
33 Poſſeſſio inſtrumentalis alio exiſtente in poſſeſſione, non ſuffragatur.
34 Locatio ſine actuali perceptione fructuum poſſeſſionem non probat contra tertium.
35 Confeſſio de recepto non probat poſſeſſionem contra tertium, Ampl. vt nu. 36.
37 Reintegratio quando non competat.
38 Exceptio tituli notorie vitioſi, & inhabilis ad poſſeſſionem admittitur in omni judicio etiam ſummario.
39 Citandus non eſt in apprehenſione poſſeſſionis, qui non poſſidet.

Deciſio XCVI.

GRimaldus Oldouinus creditor bon. me. Reuerendiſ Rouerelli Epiſcopi Campaniæ principalis debitoris, & Dominorum Comitum Hippolyti, Ioannis, & Aurelij de Rouerellis, obtinuit de anno 1614. mandatũ executiuum à D. Iacobo Spinola Locũtenente Ciuili Ferrarię, & obtenta etiam fuit immiſſio in fundo Bundeni, qui eid. Grimaldo tanquam majori licitatori in ſubhaſtatione fuit deliberatus.

Dominus autem Comes Valerius Rouerellus de anno 1621. coram Fantono Locumtenẽtẽ Ciuili Ferrariæ, intentauit iudicium ſpolij, & petijt reintegrationem ad poſſeſſionem dicti fundi, qui Fontanus abſoluit Grimaldum, & pronunciauit immiſſionem, & madatum executiuum ritè, & rectè peracta fuiſſe.

Ab hac ſententia appellauit D. Comes Valerius ad Rotam Ferrarię quæ reuocauit ſententiam Fantoni, & pronunciauit intrare ſpolium.

In tertia verò inſtantia introducta cauſa in hoc tribunali informante tantùm Domino Comite Valerio, reſponſum fuit conſtare de re judicatà, quæ eſſet exequenda, non de cauſis reſtitutionis in integrum.

Verum hodie comparentibus, & plura deducentibus hæredibus dicti Grimaldi, reſolutum fuit, recedendum eſſe à deciſis ex capite injuſtitiæ vltimæ ſententiæ latæ in Ciuitate
Ferrarîæ, † qua data injuſtitia non dicitur ſen-
1 tentiam tranſiuiſſe in judicatum, quamuis, qui
ſuccubuit intra legitima tempora non prouocauerit, *cap. inter veras vbi DD. communiter de re judicat. Alexand. conſ. 95. num. 2. lib. 6. Rota dec. 311. num. 2. p. 2. diuerſ.*

Injuſtitia verò ex eo deſumpta fuit, quod vnica verborum ſtructura conceſſa fuit reintegratio Domino Comiti Valerio, & condemnatus Grimaldus ad reſtitutionem fructuum perceptorũ à die commiſſi ſpolij, † cùm tamen ve-
2 rior, & receptior ſit ſententia, vt in ſpolijs, pro-
vt in alijs, quod non fiat condemnatio, niſi à die litis conteſtatæ, præterquam in ſpolio violento & attentato, *Archidiac. in ca. reintegranda, verſic. quid de fructibus 3. q. 1. Nat. conſ. 4. n. 14. & ſeqq. Theſaur. dec. 29. n. 6. & ſeqq. & per tot.* & *Rota* perpetuò amplexa eſt hanc ſententiam *vt in dec. 4. n. 2. & dec. 5. n. 1. de reſtit ſpoliat. in nou. Caputaquel. dec. 27. ta 2. & alijs obmiſſis coram bo. mem. Card. Caualerio dec. 586. n. 3. in fin. & dec. 552. n. 1. & 2. p. 1. diuerſ. & in Farſen. ſpolij 17. Maij 1610 coram Eminentiſſ D. Card. Pamphilio*, vbi, quod ita Rota ſeruat, *& in Romana prætenſi ſpolij 2. Iunij 1614. coram Eminentiſſ Card. Veroſpio.*

Nec contrarium dicit *Benintend. dec. 93. nu. 11.* quod ſcilicet ſi citatus non fuerit poſſeſſor, condemnatio ſit facienda à die commiſſi ſpolij, & perperàm hoc dixiſſet, attenta opinione Rotæ, quod non fit condemnatio à die commiſſi ſpolij, niſi in violento, & attentato.

Hic verò non verſamur nec in ſpolio attentato, nec in violento, nulla enim vis illata eſt, nec metus, nec fractura commiſſa, nec alius actus hoſtilis, neq; facta violentia expulſiua, vel turbatiua perſonæ ſpoliatæ, vel ejus familiæ,
† provt requiritur ad hoc, vt dicatur ſpolium 3
violentum, *Rota dec. 10. de reſtitut. ſpoliat. in nou. Put. dec. 9. eod. tit. & fuit dictum in Spoletana ſpolij 14. Aprilis 1567. coram Grato & 4. Martij 1571. coram Robuſterio.* Attentatũ verò omninò ceſſat, cum de mandato Iudicis, peractóque proceſſu, nec alia lite
pendente omnia geſta fuerint, † ex quibus at- 4
tentati vitium, & violentia etiam excluditur juxta tradita per *Pont. de ſpol. lib. 4. c. 1. n. 22. in fin. Plot. in l. ſi quando numero 735. C. vnde vi.*

Non obſtat prætenſa mala fides Grimaldi deducta ex eo, quod Grimaldus non citauerit D. Comitem Valerium, qui poſſidebat, & ſic
apprehenderit poſſeſſionem rei alienæ, † quo 5
caſu condemnationem fieri poſſe in fructibus à die commiſſi ſpolij tradit *Anton. Theſaur. in addit. ad Patris deciſio. 29. in fin.*

Quoniam † non quælibet mala fides, ſed e- 6
uidentiſſima requiritur, † ita vt nulla intret 7
excuſatio, nulláq; ratione velari poſſit, ad quã excludendam ſufficit quęlibet cauſa etiam temeraria, & beſtialis, & qualis occaſio poſſidendi, *Bald. in l. irritum num. 3. C. de vſucapion. Surd. dec. 211. num. 7. Menoch. præſumpt. 130. nu. 3. lib. 3. Cabal. conſ. 94. nu. 5. lib. 2. Franc. Anton. Coſta conſ. 41. nu. 11. & ſeqq. Rota dec. 320. nu. 2. & dec. 528. nu. 7. parte 2. ac dec. 608. n. 1. ac 622. n. 10. p. 4. recentior.* at in Grimaldo nedum
hujuſmodi mala fides, ſed imò † bona fides a- 8
derat, dum authore Prætore fundi poſſeſſionẽ apprehendit, & deinde per aliam ſententiam Fantoni canonizata fuit illius immiſſio. Nec vllibi probatur Grimaldum ſciuiſſe tempore relaxationis mandati executiui, Comitem Va-
lerium poſſediſſe tenutam, ſeu fundum, † adeò 9
vt eſſet citandus, & quamuis deducatur poſſeſſio anterior ipſius Comitis, nempe de anno
1610, † ad effectum tamen inducẽdi malam fi- 10
dem euidentiſſimam non rectè infertur à poſſessionę anteriori ad poſteriorem, cùm pro Gri-
maldo militet validior pręſumptio, † quę ſtat 11
pro Iudice, qui tenutam adjudicauit Grimaldo, & pro executore, qui poſſeſſionem tradidit, *iuxta doctrinam Imol. in c. inter Monaſterium, nu. 9. poſt med. verſic. ſed verius de Senten. & re iudic. Alciat. de præſumpt. Regul. 2. præſumpt. 21. nu. 16. Maſcard. de probat.*
concluſion. 1195. numer. 62. & ſeqq. & † præſumitur, 12
quod ipſe exequutor fecerit diligentias in perquirendo, quis poſſideret bona, provt

de jure

Digitized by Google

de jure tenebatur,*Caſtren. in leg.fin.nu.16. verſicul.
in dubio autem, Codic.edict. Diu. Adrian.tollen.Natt.
conſ.654.num.5.Menoch.de adipiſcen. remed. num.922.
Surd.conſ.39.num.7.Rota in fulginaten.Bonorum 12.Ia-
nuarij 1611.coram bonæ memoriæ Card.Horat.Lancellot.*
Attento præſertim, quod non eſt veriſimile,
Reuerendiſſimum Epiſcopum Campaniæ vi-
rum integrum locaſſe, & penſionem exegiſſe
pro fundo, cujus alter nactus fuiſſet poſſeſſio-
nem, & attento notabili interuallo temporis,
quo Comes Valerius nunquam reclamauit à
poſſeſſione apprehensâ per Grimaldum, quod
auget præſumptionem bonæ fidei ejuſdem
Grimaldi, † quæ tamen bona fides non requi-
13 ritur;ſed ſufficit abeſſe malam, & quæ manife-
ſta non ſit *ex ſupradictis, & Anton. Theſaur. in dict.
additione ad deciſion. patris 29.* ſignanter loquitur
quando apprehendens poſſeſſionem ſciebat
rem eſſe alienam, & ſuum vitioſum eſſe titu-
lum, quæ ſcientia hic deficit, provt etiam defi-
cit vitium tituli.

Verum ex abundanti ab hac reintegratio-
ne rejiciendum eſſe Comitem Valerium Do-
mini exiſtimabant, quia incontinenti notoriè
14 conſtat de non jure ejuſd. Comitis Valerij, †
quę exceptio, vbi notoria eſt, admittitur etiam
in hoc Iudicio Spolij, *Bald.in leg. ſi de proprietate,
nu.17.C.ſi à non compet.Iudic. Alexand.in l.naturali-
ter, §.nihil commune, nu.28.ff.de acquir.poſſeſſ.Pontan.
de ſpol.lib.3.ca.2.nu.48.Gabr.de reſtit.ſpoliat. concluſ.1.
nu.94.Surd conſ.166.nu. 26.*

Non jus autem Comitis Valerij apparet ex
eo, quod in actis exhibuit titulum ſui juris, &
poſſeſſionis ex donatione ſibi facta, & tamen
hæc donatio non fuit denunciata Gabellarijs,
15 † provt requiritur ex diſpoſitione Statutorum
Gabellarum Ferrariæ rubr.4. & 18. quæ etiam
fuerunt confirmata à Sęde Apoſtolica, qua o-
miſſa denunciatione declarantur donationes
nullæ, & inualidæ, ac nullius virtutis ipſo ju-
16 re;adeò vt nec declaratoria requiratur, † & ne-
dum ab ipſis Gabellarijs, ſed à quolibet tertio
hæc nullitas opponi poſſit, vt egregiè verba
dicti ſtatuti examinando tradit *Laderch. conſ. 8.
nu.7.in fin.& nu.10.& ſeq. Rimin. Iun.conſ.72. nu.1.&
2.ac per tot.*

Hæc verò omiſſio denunciationis patet ex
inſpectione librorum, in quibus adnotantur
ſimiles denunciationes. vbi hæc non legitur, †
17 & inde probatur deficientia, *argumento l. fin.Co-
dic.de reb.credit. Becc.conſ 40.nu.2.Menoch.conſ.98. nu.
49.& 50. Surd.conſ.21.nu.1. Rota dec.64.nu.2. parte 1.
18 diuerſ.* Imò Comes Valerius, † dum nititur do-
natione, tenetur exhibere donationem validã,
etiam cum ſolennitate extrinſeca, provt dici-
tur de donatione cum inſinuatione, de reſigna-
tione cum publicatione, & de ſimilibus, *vt fuit
conſideratum in Peruſina hæredit. X.Decemb.1628.bon.
mem, Card. Virili.*

Alia etiam nullitate laborat d.donatio, quia
D. Comes Valerius Originarius eſt Ciuitatis,
ſeu Diœceſis Ceſenaten. vbi facta eſt donatio:
Statutum verò Ferrariæ li.2.c.98. reſiſtit requiſitioni-
bus ſtabilium in fauorem forenſium, etiã ſi na-
ti ſint ex Ciuibus originarijs, niſi in ipsâ Ciui-
tate, vel diſtrictu habitauerint tempore acqui-
ſitionis, & poſteà ſaltem per quinquennium
perſeuerauerint, & ſubſtinuerint onera realia,
& perſonalia. & † propterea D. Comes Vale- 19
rius agens poſſeſſorio tenetur probare iſtas
qualitates, vt in terminis iſtius ſtatuti Ferrarię
*firmauit Rimin.Iunior.conſ.352.n.2.& nu.28.& 30.La-
derch.conſ.133. nu.11. in fin.* familiáq; Rouerella eſt
quidem ex antiquioribus, & primarijs Ciuita-
tis Ferrariæ, ſed requiritur ex diſpoſitione ſta-
tuti etiam habitatio, & ſubſtentatio onerum, 20
quæ cum ſint quid † facti non præſumuntur,
vt per *Laderch.d.conſilio 133. nu 11.& ſeqq.*

Nec ſuffragátur, quod donatio emanauerit
ex cauſa matrimonij, quia de hoc nullum ver-
bum legitur in inſtrumento, ſed imò ibi dici-
tur ex mera liberalitate donãtis, & † ſic exclu- 21
ditur alia cauſa, *juxta tradita per Surd.conſ.361.n.17.
Rota coram Card Canalc.dec.354.nu.7.* & quando e-
tiam hæc cauſa probaretur, objectum non ca-
reret difficultate, quia onus denunciandi, &
ſoluendi Gabellam eſt in fauorem Principis,
qui Gabellas exigit † vt Ciuitatem ſartam, & 22
tectam præſtet, & in recompenſationem one-
rum ipſius Principis, vnde cauſa publica vide-
tur præferenda priuato bono familiarium.

His autem poſitis nullitatibus donationis,
ſubſequitur etiam deficere probationem primi
extremi, ſcil. poſſeſſionis anterioris Comitis
Valerij Actoris, † quæ tamen poſſeſſio in ju- 23
dicio ſpolij concludenter eſt probanda, nec
ſufficit præſumptiua probatio, *Rota deciſ.165.nu.
1.& 5.& dec.237.in princip. parte 2.diuerſ.& dec.543.
n 3.p.3.recent.& in Colombrien. ſpolij 1618. coram bon.
mem. Archiepiſcopo Dunozetto.*

Non enim probatur poſſeſſio ex clauſula
conſtituti inſerta in inſtrumento donationis,
quia, † ſi contractus principalis donationis eſt 24
nullus, & inſtrumentum, ac ſcripturæ ſunt in-
efficaces, & nullius valoris, clauſula etiã con-
ſtituti, tanquam acceſſoria corruit, *Soccin.Sen. in
leg.1.§.ſi vir vxori.nu.12.ff.de acquir.poſſeſſ. Rota deciſ.
224.nu.1.parte 2.diuerſ. & coram bon.mem. Card.Ca-
ual.dec.473.nu.3. & deciſio.868. nu.3.& 4. parte 4.di-
uerſ.* Imò, † ſi ſtatutum reddit inefficaces dictas 25
ſcripturas, & inſtrumentum nullius valoris,
hinc dicitur adempta fides inſtrumento, &
ſcripturæ, & conſequenter, clauſula conſtituti
non probatur ex tali ſcriptura cui fides à ſtatu-
to adempta eſt, provt in ſimili de juramento, † 26
quod non probetur per hujuſmodi ſcriptu-
ram, quoties ſtatutum illi fides adimit, tradit
*Surd.conſ.361.nu.12.Gratianus deciſio marchiæ 211.nu.6.
Molned.deciſ.5.de præſcrip.Put.deciſion.111. libr.1.in cor-
rect. cum alijs deductis in Romana Pecuniaria 10. Iunij
1624. coram me.*

Sed ceſſat difficultas, quia in omnem caſum
† clauſula conſtituti, & ipſum inſtrumentum
probaret ſolùm poſſeſſionem de tempore quo 27
fuit conditum inſtrumentum, nempe de anno
1610. nõ autem probaret poſſeſſionem de anno
1614. quo fuit facta adjudicatio Grimaldo, atq;
vt ſupra oſtenſum fuit, † non ſit illatio à poſſeſ-
ſione pręterita ad ſubſequentem. nec pręſumi- 28
tur continuatio poſſeſſionis, quando adeſt va-
lidior præſumptio in contrarium, provt in ca-
ſu præſenti vrget præſumptio, quæ ſtat pro
Iudice, & pro executore ex ſuperiùs adductis.
Ex his etiam ceſſat motiuum deductũ ex in-

Digitized by Google

ſtrumento apprehenſæ poſſeſſionis ab eod. D.
Comite Valerio, quia hic actus geſtus fuit de
29 anno 1610. † vnde non inducit probationem
poſſeſſionis de anno 1614. quo tẽpore fuit im-
miſſus Grimaldus, nec inducitur præſumptio
continuationis ſtante aliâ potentiori prȩſum-
ptione, quæ militat pro validitate actus, nem-
pe Iudicis decernentis immiſſionem, & execu-
toris eund. Grimaldum in poſſeſſionẽ immit-
30 tentis, ſempérq; † obſtat ſtatutũ, quo ipſe Co-
mes Valerius tanquam non degens, nec domi-
cilium habens Ferrariæ, de illo tempore erat
incapax acquiſitionis, nedum reſpectu domi-
nij; ſed etiam poſſeſſionis, vt in verbis ſanci-
tum eſt in ſtatuto Ferrarienſi, & declarant *La-
derch. & Rimunald. in locis præallegatis.*
31 Siq; † donatio non erat valida. & inefficax
32 erat clauſula conſtituti, vt ſuprà dictum eſt, †
conſequenter poſſeſſio adhuc dicebatur rema-
nere penes conſtituentem, nempe donantem,
& ſic poſſeſſio Comitis Valerij de anno 1610.
erat merè inſtrumentalis, † nec ſuffragabatur,
33 ſi adhuc donans erat in poſſeſſione, *ad not. per
Rotam apud Sanct. mem. Greg. XV. deciſ. 138. nu. 2. 3. & 4.*
vbi etiam quod hoc à tertio poteſt allegari.
Minus probata videtur poſſeſſio Comitis
Valerij ex inſtrumentis locationum, quia †
34 contra tertium ſine actuali perceptione fru-
ctuum hujuſmodi inſtrumenta non probant,
*Boer. dec. 105. num. 15. Grat. diſcept. for. num. 8. Rota apud
Cardinal. Mantic. deciſio. 341. numero 2.* perceptio ve-
rò fructuum non oſtenditur, nam quietantiæ,
quæ dantur, continent ſimplicem confeſſio-
nem de recepto, † quȩ non probat poſſeſſio-
35 nem contra tertium, vt cenſuit *Rota deciſio. 62.
num. 4. verſicul. vltra prædicta poſt Pacific. de Saluian.*
& ſolùm cantant de anno 1615. & 1620. & ſic
poſt adjudicationem, & immiſſionem ſequu-
tam de anno 1614. † nec officiunt Grimaldo,
36 qui tunc temporis authoritate Iudicis poſſi-
debat, *Bartol. in leg. qui vniuerſas. §. quod per Colo-
num, numero primo, ff. de acquir. poſſeſſ. Afflict. deciſio.
325. num. 1. Socin. ſentent. conſilio. 106. numer. 2. libro 3.
Pontan. de ſpoliat. lib. 2. capite 13. numero 88. verſicul. ſi
tamen tertius, Rota d. dec. 62. num. 3. in fin. poſt Pacific.
de Saluian.*
Et ſemper obſtat D. Comiti Valerio, quod
ipſe faſſus eſt apprehendiſſe poſſeſſionem vi-
gore prȩdictȩ donationis, qui titulus, vt ſuprà
dictũ fuit, eſt omninò notoriè vitioſus, & inha-
bilis ad acquiſitionem ex d. *Statuto Ferrariæ li. 2.
rubr. 48.* vbi quod talis eſt etiam incapax poſ-
ſeſſionis, & † ſic non competit ei reintegratio
37 ad poſſeſſionem, vt in puncto obſeruat *Laderc.
d. conſ. 133. num. 20. verſicul. ſed quando ſtatutum, & nu.
11.* addit, iſtam exceptionem admittendam
38 eſſe in quocunq; Iudicio, quamuis ſummario,
Rimin. Iun. conſ. 352. nu. 28.
Ex quibus deducitur, quod conſtat incon-
tinenti notoriè de non jure Comitis Valerij, &
quod non probatur primum extremum, ſcili-
cet, poſſeſſio ejuſd. Comitis Valerij, † & conſe-
39 quenter, ſi non poſſidebat, nec erat citandus à
Grimaldo in illius apprehenſione.
Et ita vtrâque parte informante concluſum
fuit, &c.

PIROVANO.

*Anconitana Prædij Veneris 13.
Februarij 1637.*

SVMMARIA.

1 *Dominium rei ſubhaſtatæ quæritur alicui mediante oblatione ſui procuratoris ad id conſtituti.*
2 *Procurator, qui mandatum ſuſcepit ad licitandum tenetur rem conſtituenti reſtituere etiam quod emerit proprio nomine, & nu. 14.*
3 *Teſtibus ſingularibus ſingularitate obſtatiua varijs, & contrarijs fides adhiberi non debet.*
4 *Subhaſtatio in perſonam alicujus probatur ex illius inſtrumento.*
5 *Teſtes duo, vel tres in quocunque negocio plenè probant.*
6 *Ampl. etiam contra quoſcunque magnos Principes.*
7 *Teſtes contrarij, & repugnantes non probant.*
8 *Teſtium contrarietas, vt excludatur, ſumenda eſt omnis interpretatio.*
9 *Tempus prandendi non eſt omnibus eadem hora præſcriptum, & nu. 10.*
10 *Dominus noſter in deſerto iuſſit turbam illuc diſcumbere.*
11 *Teſtes ſingularitate loco, & tempore non ſingularitate obſtatiua, ſed cumulatiua non prohibentur conjungi.*
12 *Confeſſio extraiudicialis abſente parte facit ſemiplenam probationem.*
13 *Probatio plena quomodo conſtituatur.*

Deciſio XCVII.

DIctum fuit, ſententiam Rotalem eſſe con-
firmandam, quia ejus validitas non con-
trouertitur, & juſtitia probatur ex ſerie facti
per teſtes de ſubhaſtatione Prȩdij concluden-
tes de mandato Franciſci, † cui dominium ex 1
perſona Ianuarij oblatoris fuit quȩſitũ, & po-
tuit quȩri per ea, quȩ dicit *Bald. in leg. multum in-
tereſt, nu. 3. ſi quis alt. vel ſib. Dec. conſ. 143. num. 18. Rota
dec. 806. num. 3. parte 1. diuerſ. cum alleg. in dec. cauſa,* &
† attenta ſuſceptione mandati ad licitandum 2
tenetur rem etiam proprio nomine emptam
conſtituenti reſtituere, *leg. ſi procuratorem, §. fin. ff.
mand. Surd. deciſio 304. num. 11.*
Non obſtat, quod, cùm hujuſmodi manda-
tum ex parte Gaſparis prȩtendatur probari ex
teſtibus vltimo loco examinatis, nullatenus
contractum videatur, ſiue tractatus, ſiue execu-
tionem tractatus, ſiue Ianuarij confeſſionem
ſubſequentem attendamus, ex quo † teſtes 3
omnes ſingulares ſingularitate obſtatiua varij,
& contrarij, quibus fides adhiberi nullo modo
poteſt ad reſoluendum dominium per Ianua-
rium acquiſitum in judicio hujus prȩdij ſub-
haſtationis, † de quo per inſtrumentum con- 4
cludens probatio datur, *gloſſ. in l. fin. verſicul. mani-
feſtum: Codic. de rebus cred. Surd. conſ. 192. num. 13. & dec.
321. nu. 1. coram Papa Greg. XV.*
Quia de mandato ſuſcepto, & de prȩcedenti
tractatu per Ianuarium ad offerendum, & lici-
tandum

Digitized by Google

tandum pro Franciſco deponunt ſecundus, & quintus teſtis ſuper tertio conteſtes,& de cõſignatione pecuniæ in ſacculo eid.Ianuario per Franciſc.facta deponunt tertius,& quartus teſtes ſuper tertio,ac demũ de effectuatione ſubhaſtationis,& deliberationis prædij pro Franciſco ex ore Ianuarij deponunt ſecundus teſtis de certa ſcientia,quartus, & quintus de audi-

5 tu, † qui reſpectiuè teſtes, ſiue duo,ſiue tres in quocunq; negocio pro plena , & concludenti probatione ſufficiunt,*l.vbi numerus,ff.de teſtibus c. omni negotio.ca.licet.eod.tit. Dec.conſ.342.in princip.& Surd.conſ.12.n.32.*

6 dicens † etiam ſufficere contra quoſcunq; magnos Principes.

Non obſtat, quod ſecundus,& quintus, ex quorum depoſitionibus Ianuarius conuincitur mandatum acceptaſſe ad offerendũ in ſubhaſtatione prędij cõtrouerſi pro Franciſco ſint ſingulares loco, & tempore ſingularitatè obſtatiua,dum aſſeritur,ſecundum dixiſſe tractatum ſuprad.concluſum fuiſſe in Apotheca Petrobelli,quintum verò in Apotheca Ianuarij,†

7 neminem probare propter contrarietatem, & repugnantiam,*leg.teſtium.Codic.de teſtibus. Anthar. conſil.147.num.2.Crauet.de antiq.tempor. parte 4.verſicul.ſed enim,numero ſecundo,Rota deciſio.390.numero quarto coram Papa Greg.XV.*

Quia pro reſponſione aduerterunt Domini ad vtramq; tã ſecundi,quàm quinti teſtis depoſitionem,quæ nullam continent contrarietatem, aut diuerſitatem, ſecundus enim juxta 15.tria dicit,primo,fuiſſe requiſitum à Franciſco Petrobello, vt offerret Prædio Equitis Bartholomei Fanelli, quod tunc ſubhaſtabatur, ſubdẽs,*e me lo richieſe in bottega ſua*,ſecundo,quod ipſe teſtis recuſauit,tertio, ob recuſationẽ ſtatim vocaſſe Ianuarium requirens eum in pręſentiã iſtius teſtis,quatenus vellet offerre pro emendo,d.prædio, qui Ianuarius accedere ad offerendũ promiſit,& acceſſit hucvſq; de concluſione tractatus , At mandati magis in vna Apotheca, quam altera nullum verbum , ſed tantummodo de loco recuſationis mandati in Apotheca Petrobelli:Quintus verò tęſtis ſuper tertio concludit tractatum , & ſuſceptionem mandati ex parte Ianuarij, ſecundo dicit, eundẽ Ianuarium *ſi parti di bottega dicendo al fratello,che voleua andare à far detta offerta*,qui diſceſſus ex Apotheca propria neq; reſponſio ad interrogatorium in cauſa ſcientiæ,ſcil.prædicta ſcire per ea,quæ ſuprà depoſuit, & quia præſens fuit, audiuit à d.Ianuario,& de loco in Apotheca d. Ianuarij Zanolæ,vllam prorſus continent cõtrarietatem cum depoſitione ſecundi teſtis,qui de loco,in quo Ianuarius fuit à Franciſco requiſitus nullum verbum,ſed tantummodo de loco, in quo ipſe teſtis ad offerendum fuit requiſitus,ibi,*me lo richieſe in bottega ſua*,& cùm hęc ſint inter ſe diuerſa,requirere teſtem,vel requirere Ianuarium ad concludendam contrarie-

8 tatem,non poteſt de vno ad alterum inferri,† ſed ad illam excludendam ſumenda eſt omnis interpretatio,*Cæſar.de Graſſ. dec.4. nu.5. de teſtibus, Caputaquel.dec.270.num.7,particula tertia.& 309. coram Papa Greg.XV.*

Neq; ſupradictæ diſtinctioni repugnare videntur dicta ejuſd.ſecundi teſtis,dum juxta 16. reſpondit , ibi , *e fu in queſta bottega di Pietrobelli*, quia interrogatorium,& reſponſio ſecundi teſtis reſpiciunt diuerſum actum ab ipſa concluſione tractatus,& mandati ſuſcepti per Ianuarium,nempe in quo loco Franciſcus poſt relationem acquiſiti prędij per oblationem Ianuarij conſignauerit pecuniam cum ſacculo pro ſoluendo integro pretio ipſius prædij, vt non mirum ſi concluſio tractatus facta fuerit in Apotheca Zanoli, & conſignatio pecuniæ ex interuallo in Apotheca Petrobelli.

Quo verò ad executionem tractatus,& mandati,de qua deponunt idem ſecundus teſtis juxta 16. & quartus teſtis nominatus *il Patron Giorgio*, & datus in conteſtem per Franciſcum Mariam Mancinum ſecundum teſtem affirmantes. Ianuarium ex ore ipſius obtuliſſe, & rediſſe ad Franciſcum,qui illi conſignaret pecuniam pro pretio ſoluendo,ſimiliter non obſtat,quod ſint ſingulares obſtatiuæ ſingularitate reſpectu temporis,dum ſecundus teſtis dicit conſignationem contigiſſe de manè , quartus verò teſtis dicat poſt prandium.

Quia deciſio cauſæ tollit objectum,quod,† 9
cùm non ſint omnibus habitantibus in Ciuitate Anconæ prandendi tempus pręſcriptum, &
prout † in deſerto Dominus noſter juſſit tur- 10
bam illuc diſcumbere , facilè vnus hora ſexta erit jejunus,& alter hora nona refectus.

Et prędicta eo magis veriſimiliora reddũtur, & comprobantur ex confeſſione ipſius Ianuarij, de quã deponunt octauus , & nonus teſtes primi examinis, primus, tertius, quintus, ſextus, ſeptimus, octauus,& nonus ſecundi examinis,dicentes,audiuiſſe ab eod.Ianuario,ipſũ emiſſe prædium pro Franciſco,& ſcuta 600.recepiſſe, qui teſtes, & ſi ſint ſingulares loco, & tempore in referendo confeſſionẽ Ianuarij , at-
tamen, † quia illorum ſingularitas non eſt ob- 11
ſtatiua,dum non repugnat, quod quis ſæpius faſſus fuerit debitum, vel mandati executionẽ in diuerſis locis,& diuerſo tempore,neque diuerſificatiua, ex quo depoſitio de diuerſis confeſſionibus prædij, ſed verè ſit ſingularitas accumulatiua.& tunc non prohibentur conjun-
gi iſtę probationes,vt plenè probent,nempe † 12
hæc ſemiplena de confeſſione extrajudiciali abſente parte,*l.certum,§.ſi quis abſente,ff.de confeſſ. Iaſon.in leg.admonendi n.158.ff.de jur.jur. Gabr.de confeſſ.conclu.1.n.52.Menoc.præſumpt.41.n.2.li.1.Surd.conſ. 60.nu.10.* & prima de veritate tractatus,& illius executione,quatenus de per ſe perfecta dici nõ
poſſet, † quam tamen Domini ſufficere exiſti- 13
marunt,& exinde plenam conſtituant probationem ſecundum veriorem,de qua in his terminis, per *Crauett. eodem tractat. de antiqu. tempor. parte 4.verſicul.ſed enim,nu.9.& ſeqq.*

Quibus maximè conuenit declaratio ejuſd. Ianuarij, de qua deponunt teſtes ſecundi examinis,primus ab eod.Ianuario audiuiſſe,quod debeat declarationem facere, ſe pro Franciſco emiſſe prædium , & duodecimus, ipſum non negaſſe facere declarationem ; ſed prius inter eos ineunda eſſe computa ex quã videbatur ſatis aperta rei veritas;& ſeries facti correſpectiua ad mandatum ſuſceptum per Ianuarium
bene probata, † per quod de jure cogi poteſt 14

Digitized by Google

ad declarandum, ſe emiſſe pro Franciſco, & prædium reſtituere per *dict.leg.ſi procuratorem,§. fin.ff.mand.*

Et his ſtantibus non eſt neceſſarium quęrere de veritate dominij iſtius prædij acquiſiti per Ianuarium per inſtrumentum deliberationis, & deſcriptionis ad extimum ſolutionis mercedis Notarij rogati,& poſſeſſionis,& locationis,cùm omnia tendant ad firmandum dominium prædij contra promiſſionem,& mandatum ſuſceptum, quod non impugnat factum,ſed excipitur nihilominus teneri ad reſtitutionem prædij.

Et quæ dicebantur de ſatisfactione crediti Franciſci per aſſignationem fructuum ejuſdem prædij ſatisfacit deciſio cauſæ, cum qua Domini tranſierunt.

Et ita, &c.

PIROVANO.

Imolen. Bonorum Lunæ 11. *Aprilis* 1633

SVMMARIA.

1 *Pecuniæ præſentia opus eſt ad ſubhaſtationis validitatem. Lim. vt nu.4.*

2 *Forma legis omiſſa actus corruit.*

3 *Pecuniæ præſentiæ requiſitum creditoris fauore eſt introductum.*

4 *Creditore conſentiente valet ſubhaſtatio habita fide de precio.*

5 *Finis ad quem dirigitur ſubhaſtatio, eſt vt debitor liberetur.*

6 *Subhaſtationi non eſt locus ex immiſſione in Saluiano,& ex eiſdem actis.& nu.8.*

7 *Saluianum auocat ſolam poſſeſſionem,& in eo res conceditur cauſa pignoris, vt de fructibus creditori ſatisfiat.*

9 *Subhaſtationi locus eſt in actione hypothecaria,& n.11.*

10 *Saluiani,& hypothecariæ differentiæ.*

Deciſio XCVIII.

SVbhaſtationi, de qua agitur, opponebatur, nempe defectus citationis, quod plus debito facta fuerit, quod in hypothecaria non eſſet probatum dominium, quod ſubhaſtatio facta fuerit non præſenti pecunia, ac demum, quod non eſſet locus ſubhaſtationis in actione hypothecaria.

Primæ, ſecundæ,& tertiæ quæſtioni fuit ſatisfactum in deciſionibus cauſæ coram D. Cardinali Virili 30. Martij 1628. 4. Iunij 1629. & 5. Maij 1632. coram me.

Quarta verò in ordine, quod fuerit deuentũ
ad ſubhaſtationem non præſenti pecunia, ex
facto reſoluitur, nam, etſi † vera ſit concluſio,
1 quod, vbi non exhibetur pecunia, ſubhaſtatio
non ſubſtinetur, per *l.à Diuo Pio.§.ſed ſi emptor,ff. de re iudic. Rota dec.23.nu.1.& 139.coram Greg.XV.* vbi
de ratione quæritur propter formam à lege datam, † qua omiſſa actus corruit, attamẽ vera eſt
2 etiam limitatio, quod ſicuti † fauore creditoris
3 hoc videtur inductum, vt poſſit conſequi, quod 4
ſuum eſt, ita & † eo conſentiente poteſt deueniri ad ſubhaſtationem habita fide de precio, *Rot. dec.430.n.4.coram eod. Greg.XV. Gratian. diſcept.7.nu.6. & 326.n.5. cum alijs per Add. ad not. ad ſuprad. dec.23. num.5.*

Conſenſus autẽ ſuperabundanter probatur, quia Tiberius Ceulus creditor, ad cujus inſtantiam bona licitabantur, tam ante ſubhaſtationem, quã in ipſo actu,& decreto Iudicis ſuper deliberatione,& adjudicatione ſuum præſtitit conſenſum, acceptando oblatores in debitores pro precio ab eis oblato, vt in actis, quorum ſummarium datum fuit, plenè apparet, ita vt debitor verè conſecutus ſit ſuam liberationem
reſpectiuè ad quantitatem pretij, † quæ eſt fi- 5
nis, ad quem dirigitur ſubhaſtatio.

Supereſt vltima objectio de incompetentia
actionis ad ſubhaſtationem in hypothecaria,† 6
quæ vbi actum eſſet ex remedio Saluiani, benè
procederet, quia † in eo auocatur ſola poſſeſſio, 7
& à Iudice cõceditur in cauſam pignoris; vt de fructibus creditor ſatisfiat integrè, *Aretin. & Iaſon. in §. item ſeruiana. in fi. Inſtit. de actio. Bartol. in l.1. ff. de ſalu. Scapp. eod. tract. lib.3. q.11. n.4.* Propterea † ex
eiſd. actis non poteſt fieri tranſitus de pignore 8
ad ſolemnem ſubhaſtationem cõtra naturam Saluiani, ſecũdum veriorem, quam reprobato *Couar. vari. r. lib.3. ca.18. n.3. tenuit Rota dec.43. n.3. p.1.*
diuerſ.& 759. n.3.& 4. p.2. recentior. † ſecus autẽ vbi 9
actum fuit hypothecaria, vt in præſenti, quod eſt petitorium, in quo creditor docto de credito, & ejus validitate poteſt agere ad auocationem poſſeſſionis à ſuo debitore, & tertio poſſeſſore,& procedere ad ſubhaſtationem pro integra ſatisfactione, quod eſt quid diuerſum à
Saluiano, † prout iſtę,& multę alię differentiæ 10
ponuntur per *Neguſ. de pignor. in 1. memb. p.1. princip.*
n.1. Menoc. de adipiſc. remed.3. n.7.& 180. & † attenta 11
diſcuſſione crediti in petitorio poteſt deueniri ad ſubhaſtationem ſecundùm naturam hypothecarię actionis, vt firmatur in ead. deciſ.43.& nouiſſimè *dictum fuit in Romana Dotis X. Decembris 1632. coram me.*

EMIN. D. CARD. VEROSPIO IVNIORE.

Anconitana Prædij Veneris 20. *Maij* 1639.

SVMMARIA.

1 *Statutum Anconæ dans facultatem debitori redimendi bona in ſolutum data infra certum tempus procedit etiam in deliberatione facta tertio licitanti ex obſeruantia,& n.n.ſeqq.*

2 *Declarationi ex obſeruantia ſemper eſt locus, vbi agitur de interpretatione Statuti, vel legis dubiæ. Ampl. vt num.8.& 13.*

3 *Verba rubricæ Statuti De tenutis captis auctoritate Iudicis, poſſunt continere etiam venditionem factam ſub haſta.*

4 *Rubricæ titulus indicat, quæ in capitulo continentur.*

5 *Statutum diſponens, fructus pendente termino ad redi-*

Digitized by Google

redimendum ſpectare ad creditorem, ſeu emptorem amplectitur adiudicationem, & deliberationem.

6 *Oblator venit ſub nomine emptoris.*

7 *Dictio, ſeu, ponitur inter diuerſa.*

8 *Statutum prohibens interpretationem diuerſam à ſignificatione verborum non excludit declarationem ex conſuetudine interpretatiua, ſed quæ ſit contraria, vel contradicat Statuti verbis. Ampl. vt num. 10.*

11 *Probatio æquiuoca non releuat.*

12 *Probationibus hinc inde concurrentibus quæ præferenda.*

14 *Conſuetudo probatur ex teſtibus.*

15 *Conſuetudo Tribunalis probatur ex atteſtationibus Cauſidicorum in eo exercentium.*

Deciſio XCIX.

DEclaratum fuerat in ſententia Rotam, vt liceret Aſcanio, ex cuius iure hodie venit Petrus, redimere prædium, quod auctoritate Iudicis deliberatum fuerat Vincentio ad inſtantiam Claricis. Cum autem in hoc dubio ageretur de confirmatione ſententiæ, opponebatur pro parte Claricis, quæ poſtea emerat idem prædium, quod
1 † Statutum Anconitanum, in cuius auctoritate Petrus fundabatur, non dabat debitori hanc facultatem redimendi, quando bona deliberantur tertio licitatori, ſed ſolum, quando dantur creditori in ſolutum pro ſuo credito. Vnde ex parte Petri probata fuit obſeruantia eiuſdem Statuti, nimirum, vt illius diſpoſitio haberet locum fauore debitoris, etiam in primo caſu, dum bona deliberantur tertiis emptoribus, cuius obſeruantiæ, reſponderunt Domini in hoc dubio rationem habendam eſſe, confirmando ſententiam Rotalem.

Nam, quamuis idem Statutum *in c. 16. & in tit. ſiue rubr.* loqueretur de tenutis captis auctoritate Iudicis, & in parte diſpoſitiua ageret de bonis, quæ dantur in ſolutum creditori ex ſententia Iudicis, vel ex conuentione partis; vnde illius diſpoſitio negabatur extendi poſſe ad alium caſum, quo bona venduntur ſub haſta, & deliberantur vltimo oblatori præſenti pecunia; vt voluit *Bald. in conſ. 300. lib. 1. numer. 2. quem refert Tiraq. de retract. lign. §. 1. gl. 14. num. 18.* & ſuper hoc eodem Statuto tenet *Rot. in alia Anconitana coram b. m. Bucchabella ſub die 31. Ianuarij 1635.* & ſuper Statuto Mediolani *Carpan. cap. 164. n. 17.* Tamen hæc interpretatio reddebatur dubia ex qualitate verborum, quæ cõtinebantur in eodem cap. 16. & videbantur complecti poſſe etiam hunc caſum, quo bona venduntur vltimo oblatori, ex quibus fiebat, vt recte
2 admitti poſſet hæc declaratio ex obſeruantia, † cui ſemper eſt locus, dum agitur de interpretatione Statuti, aut legis dubiæ, vt notant *DD. in l. ille autem. §. cum in verbis, ff. de leg. 3. Bart. in l. neque leges, n. 2. & in l. diuturna, ff. de leg. in prin. Abb. in c. cum dilectus, nu. 2. de conſu. & tenuit Rot. dec. 136. n. 9. & dec. 196. n. 7. par. 1. recen.*

Et amplitudo verborum Statuti poterat ex pluribus, conſiderari, & primo † ex illius rubrica, quia
3 inſcripta erat de tenutis captis auctoritate Iudicis, ſub quibus verbis poterat contineri etiam vẽditio facta ſub haſta, in qua bona auctoritate Iudicis capiuntur, & diſtrahuntur, *arg. tex. in l. fin. prædium C. de euict. & notat Alberic. nu. 5. & in l. vult. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. gloſ. in l. à Diuo Pio. §. ſi pignora. ff. de re iudic.* vnde † ex qualitate eius tituli declarari [4] debebant, quæ poſtea continebantur in toto capitulo, ita vt quæ in eo diſpoſita erant, complecti deberent etiam hunc caſum, qui ſub eodem titulo comprehendebatur, vt *not. DD. in l. 1. ff. de reb. cred. & ibi Alex. num. 4. Roman. num. 2. Salic. num. 16. & probat. text. in l. 1. C. capit. ciu. lib. 11. vbi gl. idem notat. Imol. in rubr. de verb. oblig. n. 11.*

Secundo idem ſuadebant verba eiuſdem Statuti, dum diſponebant de fructibus, qui colligerentur intra terminum ſex menſium, qui terminus in illo concedebatur debitori ad redimendam tenutam captam auctoritate Iudicis. Nam cauebatur eodem Statuto, vt fructus intra idem tempus ſpectare deberent ad creditorem, ſeu emptorem, † ſub quibus verbis videbantur Statuentes com- [5] plecti voluiſſe hos duos caſus, & ſub nomine creditoris exprimere primum caſum, quo bona illi conceduntur in ſolutum, ſub nomine vero emptoris intellexiſſe alium caſum, quo tertius oblator emit bona ſub haſta, † qui propriè venit ſub [6] nomine emptoris, vt probat *tex. in l. ordo. C. de execut. rei iudic. in l. à Diuo Pio. §. ſi pignora. ff. de re iudic. & in l. cum ex cauſa, Cod. ſi ex cauſ. iudic. pign. capt. ſit. & fuit ratio Bald. in d. conſ. 300. n. 2.* & poterat conſiderari dictio, ſeu, quæ in eodem Statuto erat inter nomen creditoris, & emptoris, quia † illius [7] natura erat, vt poneretur inter diuerſa, *arg. tex. in l. 1. §. ſublata ff. ad Senat. conſult. Trebell. & in l. ſi quis ita ff. de aur. & argento tradit Bald. in l. filiæ dotem. nu. 2. C. de coll. Card. in clement. 1. n. 8. de ætat. & qualit.*

Neque poterat hæc declaratio, quæ fieri debet ex obſeruantia excludi ex diſpoſitione eiuſdem Statuti, quamuis in alio *c. ſub tit. 87. coll. 2. de ciuil.* prohibeat omnem interpretationem, quæ eſſet diuerſa à ſignificatione, quam præ ſe ferebant verba ipſius Satuti, & ita, cum in cap. 16. de cuius interpretatione nunc agitur expreſſe non contineretur hic caſus, quo bona ſubhaſtata deliberantur tertio oblatori, non poterat ille decidi, aut declarari ex contraria conſuetudine. Hæc enim interpretatio poterat colligi ex verbis ipſius Statuti, ſed, † quamuis illa eſſent dubia, potuiſſent declarari [8] ex obſeruantia, quæ admitti debebat ad interpretationem verborum eiuſdem Statuti, quamuis declaratio, quæ colligebatur, videri poſſet minus idonea, aut etiam contraria diſpoſitioni iuris, vt cenſuit *Abb. in c. cum dilectus num. 7. de conſuetud. Butr. num. 17. & tenuit Aym. in conſ. pro genero nu. 317. Menoch. conſ. 390. num. 6. par. 2. recent.* Neque hæc interpretatio cenſeri debebat excluſa ex diſpoſitione eiuſdem Statuti, † cum nunquam in illo cenſeatur [9] prohibita ea declaratio, quæ colligitur ex conſuetudine interpretatiua, ſed ſolum illa, quæ ſit contraria, aut expreſſe contradicat verbis ipſius Statuti, vt pluribus probat *Decius. in conſil. 11. numer. 10. quem ſecutus fuit Decian. in conſ. 51. numer. 56. lib. 1. & in conſ. 124. num. 28. lib. 3. Surd. deciſ. 129. num. 19. & tradit Maſcardus in tractatu de generali interpret. & Statut. concluſ. 2. num. 15. Rauden. in tract. de Analog. lib. 1. cap. 34. num. 290.* † Adeo vt admitti debeat etiam conſuetudo alterius Prouinciæ, aut Regionis vicinæ, vt ſequendo *idem conſ. Decius. tenuit Decian. d. conſ. 124. num. 29. lib. 3.*

Non etiam obſtare poterunt ſententiæ, quæ adducebantur pro parte Claricis ad effectum pro-

Digitized by Google

bandi contrariam conſuetudinem, ſiue interpretationem Statuti, vt nimirum illud non haberet locum in caſu, quo tertius licitando emit bona ſub haſta. Quia huic exceptioni plene ſatisfactum fuit *in deciſione R. P. D. mei DunoZetti ſub die 29. Nouembris anni 1632. in hac eadem cauſa*, in qua deciſione dictum fuit, quod hæc probatio reddebatur æquiuoca, cum ex aliis cauſis accidere potuiſſet, vt Iudex abſolueret licitatores à reſtitutione bonorum, quæ debitor volebat reluere,
11 † vnde non poterant ex ſententiæ adduci ad probationem dictæ conſuetudinis contrariæ, *ex not. per DD. in c. in præſent. de probat. vbi Dec. numero 62. Felyn. in c. cum Bertold. numer. 62. de re iud. & fuit dictum in Tiraſonen. Iuriſdictionis 25. Maij 1604. coram Card. Mellino in 2. par. recent. deciſ. 120. num. 2. & in Florent. Subd. canatus 2. Nouembr. 1628. coram Reuerendiſſ. Vrgellen.* Præterea dabantur pro obſeruantia fauore debitoris aliæ ſententiæ, quibus ſeruatum fuerat contrarium, & conceſſum eiſdem debitoribus, vt poſſent bona redimere etiam à licitatoribus, quibus ſententiis conformes erant depoſitiones plurium teſtium, & atteſtationis aliquorum Cauſidicorum, qui aſſerebant, vigere hanc
12 conſuetudinem in Ciuitate Anconæ. † Ex quibus omnibus viſa fuit hæc probatio præferenda ſen-
13 tentiis, quæ in contrarium afferebantur. † Neque enim erat neceſſarium, vt diceretur probata ea obſeruantia, quæ haberet hanc vim interpretandi verba eiuſdem Statuti, vt illa oſtenderetur præſcripta, ſed ſatis erat ſi oſtenderentur duæ ſententiæ, aut actus conformes, ex quibus probaretur, ita aliquando fuiſſe obſeruatum, vt fuit ſententia *gloſſ. in l. 3. in verb. conſuetud. C. de Epiſcop. audien. quæ communiter approbatur in c. venerabilem in verb. ſucceſſionem, de elect. & notant DD. in l. de quibus ff. de leg. vbi Bart. numer. 12. & 13. poſt gloſſ. ibi in verb. inueterata. Butr. in c. vlt. num. 47. de conſuet. Alex. conſ. 8. num. 7. lib. 6. Dec. conſil. 188. num 4. & in c. cum M. Ferrarien. de conſtitut. num. 26. Creſcen. deciſ. 1. eod. titul.* & eadem probatio ſequebatur ex teſtibus, qui referebant illos actus particulares, in quibus ap-
14 parebat, ita pluries obſeruatum fuiſſe, vnde † ex eorum depoſitionibus recte dicebatur probata eadem conſuetudo, *ad not. per Bart. in d. l. de quibus. num. 21. & 23. & in l. 2. nu. 32. C. quæ ſit long. conſuet. Iaſ. in d. l. de quibus num. 88. Rot. deciſ. 196. num. 8. par. 1. recentior.* ſicut eamdem vim habere potuiſſent atte-
15 ſtationes Cauſidicorum, † quæ etiam admittuntur ad probandam conſuetudinem alicuius Tribunalis, *vt docet idem Bart. in d. l. de quibus nu. 25.* vbi præterea dicit, ſatis eſſe, vt ipſi ita deponant, neque requiri, quod afferant aliquam rationem, aut cauſam ſuæ depoſitionis, *& in l. de ætate num. 9. ff. de minor. Felyn. in c. cum cauſam. num. 3. de teſtib. vbi etiam Aret. numero 24. & tenuit Rot. coram Cardinali Seraphino deciſ. 1159. & coram Card. Caualerio dec. 197. num. 6.*

Et ita, &c. vtraque, &c.

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO IVNIORE.

Romana Syluæ Lunæ 12. Decembris 1633.

SVMMARIA.

1 *Spolium debet integre purgari.*
2 *Creditum certum dici non poteſt, niſi firmatis fructibus in eo compenſandis.*
3 *Fructus in interdictis, & iudiciis poſſeſſoriis non veniunt regulariter niſi à die motæ litis, & num. 4.*
Decl. vt condemnari poſſit etiam in fructibus ante litem motam probata mala fide de illo etiam tempore, non ex vi interdicti, ſed ex Iudicis officio, & æquitate.
5 *Æquitas ſuadet, vt poſſeſſor non debeat lucrari fructus dolo, & mala fide perceptos.*
6 *Fructus in ſpolio violento, vel attentato debentur vſque ab initio propter manifeſtam malam fidem.*
7 *Rota in iudiciis poſſeſſoriis non ſolet condemnare niſi in fructibus, qui probentur percepti poſt litem motam, quia nunquam, vel raro probatur mala fides poſſeſſoris.*
8 *Fructus ante motum iudicium ſummariſſimum manutentionis petendi ſunt in alio iudicio ordinario.*
9 *Fructus ſufficit eſſe aliquo modo debitos, vt ſit compenſationi locus, vbi vtrumque creditum eſt eodem modo liquidum.*
10 *Dominium non transfertur ex ſolo decreto de adiudicando.*
11 *Poſſeſſio capta in vim decreti de adiudicando non probat titulum, ſed poſſeſſionem iure pignoris. & numer. 13.*
12 *Titulus ſatis eſt ad effectum lucrandi fructus.*
14 *Præſumptio bonæ fidei oritur ex poſſeſſione quæſita auctoritate Iudicis ordinate procedentis, & malæ, vbi ex inordinato proceſſu.*
15 *Adiudicatio facta pro plus debito eſt exceſſiua, & in totum nulla, nec ſuſtinetur pro parte debita, nec fauore pupilli, & nu. 17.*
16 *Poſſeſſio ex adiudicatione nulla & exceſſiua non transfert titulum habilem ad fructuum acquiſitionem.*
18 *Precio iuſto præſumitur facta venditio ad haſtam plus licitanti, ſed non ſic adiudicatio facta creditori, quæ peritorum æſtimationem deſiderat.*
19 *Locatio facta per poſſeſſorem tribuenda videtur illi pro quo poſſidet.*
20 *Spolij violenti qualitate ceſſante non poteſt fieri condemnatio niſi eorum fructuum, qui vere percepti probentur.*

Deciſio C.

POſtquam fratres de Fabiis in executionem rei iudicatæ obtinuerunt reintegrari ad poſſeſſionem Syluæ, cuius poſſeſſione fuerunt ſpoliati ab Angelo Clauario; Inſtituerat Angelus nouum iudicium ſuper conſecutione dotis, quam Marſibiliæ matri promiſerat Petrus Paulus, cuius dicti fratres de Fabiis ſunt filij, & hæredes, & inde dubitatum fuit coram me ſub die 21. Iunij 1630. & prima Decembris anni ſequentis 1631. An eidem Angelo agenti ad hanc dotem obſtaret exceptio ſpolij, † quod ab eo integre ad- 1
huc purgatum non fuerat, *iuxta not. in c. grauis & in c. conquerente, de reſtit. ſpoliat. & per Abb. & alios in c. accedens, vt lit. non conteſtat.* Cum autem in deciſionibus factis ſub vtraque ea die, & anno duo firmata fuiſſent, Primum, vt non obſtante

ea ex-

Digitized by Google

ea exceptione ſpolij poſſet Angelus audiri in hoc
nouo iudicio, & actione, quam propoſuerat. Al-
terum, vt inter alias exceptiones, quas dabant
fratres de Fabiis credito, quod Angelus deduxe-
2 rat in eo iudicio, † illud non poſſet dici certum
niſi firmatis fructibus, quos in omnem euentum
tenebatur idem Angelus compenſare cum eodem
credito. Placuit Dominis tam in prima, quam in
poſteriori deciſione reſeruare liquidationem ho-
rum fructuum, cum illis non liquidatis, illiqui-
dum etiam eſſet creditum Angeli, & quod inde
ſequebatur, vt non poſſet illius cauſa competere
executio, quæ alioquin debita eidem fuiſſet pro-
pter obligationem cameralem, ſub qua eadem
dos promiſſa fuerat.

De hac liquidatione actum fuit in dubio ho-
die per me propoſito, quod, cum duas partes
contineret, videlicet à quo tempore incipere de-
bebat eadem liquidatio, & ad quam ſummam
eſſent taxandi fructus, quorum Angelus erat de-
bitor, vtramque DD. reſoluerunt, ſtatuendo in
prima parte vt à tempore commiſſi ſpolij debiti
eſſent iidem fructus fratribus de Fabiis ſequen-
do in ſecunda æſtimatione, quæ deſumebatur ex
publicis inſtrumentis, quibus apparebat loca-
tam ſæpius fuiſſe hanc Syluam tam ab Angelo,
quam à Cinthia illius tutrice toto tempore, qui
penes ipſum Angelum fuit poſſeſſio eiuſdem
Syluæ.

Et quantum attinet ad primam inſpectionem,
quæ reſpiciebat tempus condemnationis. Quam-
3 uis † in interdictis, ſiue, iudiciis poſſeſſoriis re-
gulariter non veniant fructus niſi à die litis mo-
tæ, ſiue editi interdicti, *iuxta regulam propoſitam in*
4 *l. 3. ff. de interd.* † Tamen ſolet aliquando fieri
hæc condemnatio, etiam antequam fuerit eadem
lis intentata, ſi eadem mala fides probetur de
tempore, quod litem anteceſſit, non quidem ex
vi interdicti, ſed ex officio Iudicis, & ex æquita-
5 te, † per quam id ſuaderi videtur, vt poſſeſſor lu-
crari non debeat eos fructus, quos dolo percepit,
& cum mala fide, *ad notat. in l. certum, & in l. certi
conditio. Cod. de re iudic. & per gl. in c. grauiſ. de reſtit.
ſpoliat. vbi etiam Abb. num. 7. Rot. dec. 4 eod. tit. in nou. &
bene declarat. Joh. Fab. in §. retinendæ. num. 12. & 15. in
fin. Inſt. de interd. quem ſequutus fuit Menoch. de retin.
poſſ. remed. 3. num. 289. Card. Seraph. deciſ. 835. num. 2. & 3.
& fuit etiam de mente Bart. in d. l. 3.* quatenus regulam
eius legis, quæ ſolum fructus concedit à die e-
diti interdicti, reſtringit ad bonæ fidei poſſeſſo-
res, & iura, quibus cauetur, vt fructus debean-
tur à die expulſionis, declarauit procedere in
6 poſſeſſoribus malæ fidei. Immo † neque alia vi-
detur eſſe ratio, quare in ſpolio violento, ſiue at-
tentato limitetur *regula d. l. 3.* & fructus debean-
tur vſque ab initio, *vt notant ibi gl. & Bart. & pro-
bat text. in l. 1. §. ex die, ff. de vi & vi arm. & l. ii. qui
in puteum. §. quod ait Prætor. ff. quod vi, aut clam.*
quam quia mala fides ſpoliatoris videatur in v-
troque ex his caſibus manifeſta, *vt colligitur ex
eadem Bart. & declarauit Rot. deciſ. 552. num. 2. part. 1.
diuerſ. ſequendo auctoritatem Ægid. in c. grauiſ. de
reſtit. ſpol. qui num. 40. in l. 1. quæſt.* reddit rationem
7 ſtyli huius tribunalis, quare in iudiciis poſſeſſo-
riis non ſoleat condemnari niſi in fructibus, qui
probentur percepti poſt tempus motæ litis, &
dixit, eam eſſe, quia nunquam, aut raro probetur

mala fides poſſeſſoris, & † licet iidem fructus di- 8
cerentur petendi in alio iudicio ordinario, pro-
ut viſa eſt tenuiſſe *Rot. coram Put. deciſ. 61. libr. 3.
& in Bononien. de Papiellis 27. January 1578. coram
Rubeo, & in Calagurritana de Nauarette 10. Octobris
1580. coram Card. Blanchetto* eæ tamen deciſio-
nes loquebantur in iudicio ſummariſſimo manu-
tentionis, in quo non verſamur, ſed in iudicio or-
dinario, vt aduertit *Card. Seraph. deciſ. 835. numer. 3.
& declarat idem Put. d. deciſ. 61.* & nihil propterea
conferre hoc poterat ad reſolutionem dubij pro-
politi, quia cum in eo quæreretur de condem-
natione horum fructuum ad effectum compen-
ſationis faciendæ ex iis cum credito, quod An-
gelus, ex quo dicti fructus petebantur, habe-
bat occaſione dotis maternæ contra fratres de
Fabiis, ad quorum fauorem lata fuerat ſenten-
tia in iudicio ſpolij, † ſatis erat, vt illi aliquo mo- 9
do debiti eſſent, vt poſſet eſſe locus compenſa-
tioni petitæ, dum vtrumque hoc creditum erat
eodem modo liquidum, *l. ſi conſtat. & leg. vltim.
Cod. de compenſ. leg. ſi debitor. ff. qui pot. in pign. hab.
& fuit dictum in vltima deciſione facta in hac cauſa
ſub die 21. Iunij anni 163 . & prima Decembris an-
ni 1631.*

Quod vero deficeret in Angelo bona fides, &
quod inde ſequebatur, quod non potuerit vn-
quam in ea conſiderari cauſa legitima ad acqui-
ſitionem dictorum fructuum, viſum fuit Domi-
nis probari ex pluribus, ſed præcipue ex actu
ipſius adiudicationis, cum enim huius Syluæ
poſſeſſionem adeptus fuerit in vim ſolius decre-
ti de adiudicando, † ex quo nunquam in eum 10
fuit tranſlatum dominium eiuſdem Syluæ, vt
*fuit reſolutum in Romana Domorum de Roncionibus
11. Junij 1615. coram bo. me. Buratto, quæ eſt
inter recent. deciſ. 725. par. 2. & in hac eadem cauſa coram
me ſub die 28. Junij 1628.* † poſſeſſio capta in vim 11
eiuſdem decreti non potuit illi præbere titulum,
† qui ſatis eſſet ad effectum lucrandi eos fructus, 12
† cum diceretur poſſidere ex ſolo iure pignoris, 13
ex notatis per *gloſ. in l. Fulcinius in verb. non de-
beat. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. & in l. ſi finita, §. ſi
plures in verb. prius. in fin. & ibidem Bart. in §. Julia-
nus numero 5. ff. de damn. inf. idem Bart. in l. ſi duo in
princ. & in l. 1. §. ſeruum corporaliter. ff. de a. q. poſſ. Pont.
de ſpol. libr. 4. cap. 2. num. 16.* vbi reddit rationem,
quia ſcilicet † præſumptio bonæ fidei, quæ oritur, 14
ex poſſeſſione quæſita auctoritate Iudicis ordina-
te procedentis, tollatur ex contraria præſum-
ptione, quæ ſequi videtur ex inordinato pro-
ceſſu. *Alex. conſ. 121. num. 6. lib. 4. Jaſ. in l. iuſte poſſ. det.
numer. 27. ff. de acq. poſſ.* quibus † accedebat exceſſus 15
huius adiudicationis, quia non ſolum valor Sylu-
uæ, quam Angelus occupauit in vim dicti decre-
ti longe ſuperabat illius creditum, etiam quod
de ſumma eiuſdem crediti nihil detraheretur, ſed
neque totum id creditum verificabatur, vt fuit
hodie reſolutum in alio dubio coram me pro-
poſito ſuper quantitate dicti crediti, quo caſu
adiudicatio tanquam facta pro plus debito, &
pro credito ex parte minus vero non potuit va-
lere neque ex ea parte, in qua idem creditum
ſubſiſtebat, *vt fuit firmatum in hac cauſa 3. Junij
1626. coram R. P. D. meo Durano, & tradit Bart. in l.
ſi non ſortem. §. ſi centum. & Jaſ. ibi numero 2. ff. de
cond. ind. Baldus in l. certi conditio. §. quoniam num. 7. in 2.*

Digitized by Google

ſu ff.ſi cert.pet.Dec.ibid.num.4.Soccin.numero 29. Bald. in c. quoniam frequenter. §.fin autem. vt lit. non conteſt.
16 *numero 2.* & † fuit eodem modo acquiſita Angelo poſſeſſio huius Syluæ ſine titulo habili, ad effectum acquirendi fructus, *vt notat Bald.in d.§.fin autem. per text.in l. Titia.48.ff.de ſolut.& liberat.* quem in ſuo caſu mirabilem dicit *Alex.in l.iuſte poſſidet. numero 20. Cuman.numero 3.ff.de hered.cum alijs relatis per Surd.in conſ.39.numero 25.& deciſ.45.numero 8.* & fuit in his terminis reſolutum *in Aſſiſien. Subhaſtationis 2.Maij 1597.coram Orano,* in qua deciſione illud
17 præterea firmatum fuit, quod † non poterat hoc factum excuſari ex cauſa pupillaris ætatis, ſub quo titulo conabantur informantes pro Angelo defendere dictam adiudicationem, dum in eo agebatur de lucro, non autem de damno ipſius pupilli, cum facta fuiſſet vltra ſummam, cuius idem pupillus vere erat creditor. Neque poterat ad hunc effectum dici probatus verus valor huius Syluæ ex ſubhaſtatione, quæ præceſſit ipſam ad-
18 iudicationem, quia † præſumptio, quam pro ſe habet ſubhaſtatio, vt res ad haſtam vendita cenſeatur vendita iuſto precio, procedit in caſu, quo eadem res deliberata appareat plus offerenti, iuxta formam traditam *in l.ordo.C.de execut.rei iudic.& in l.ſi quos.C.de reſcind.vend.& notat Alex.in l. à Diuo Pio. §. ſi pignora ff.de re iudic. numero 7. Iodoc. in compend. ſubhaſt. cap.3.numero 7.* ſecus autem eſt, vbi res capta in executionem rei iudicatæ adiudicatur creditori, cum opus tunc ſit peritorum æſtimatione, neque cenſeatur probatus valor ipſius rei ex ſola adiudicatione, *vt probat tex.in l.2.C.ſi in cauſ.iudic.& Bart.* ponit practicam *in l.2.C. ſi in cauſ. iudic. Afflict.dec.458.numero 5.Seraph.dec. 984.numero 1.* & agnoſcendo differentiam inter primum, & poſtremum hunc caſum *diſtinxit.Surd.conſ.256. numero 5. Rot. Mediolanen. Euictionis 4.Februarij* 1600. *coram Card.Millino.*

Super altera inſpectione, quæ verſabatur circa taxationem, & liquidationem ipſorum fructuum ſequuti Domini fuerunt eam æſtimationem, quæ colligebatur ex inſtrumentis locationum, quæ probatio non poterat controuerti ab Angelo, dum illius fundamentum poſitum erat non in ſola præſumptione, quæ deduceretur vel ab æſtimatione, quam ex diſpoſitione iuris habent bona ſtabilia, vel ex ſolito aliarum locationum, ſed in quantitate fructuum, quos conſtabat ad manus eiuſdem perueniſſe. Ab eo verò tempore, quo per eundem Angelum capta fuit poſſeſſio huius Syluæ, quæ poſtea declarata fuit ſpoliatiua, nempe ab anno 1599. & die 2. Decembris vſq; ad diem 22.menſis Iunij anni 1629. qua die fuerunt Fabij reintegrati ad eiuſdem Syluæ poſſeſſionem, data fuerunt pro parte eorundem fratrum de Fabiis tria inſtrumenta locationum. Primum factum fuit de anno 1604. à Cinthia Iacobatia, quæ fuit Auia, & tutrix Angeli, cum Andrea Penzerio pro annua reſponſione ſcutorum 650. & ex cauſa huius locationis conſtabat, fuiſſe ſoluta Angelo ſcuta 14625 0. Alteram locationem fecerat ipſe Angelus ſub die 3. Septembris anni 1611. ad fauorem Antoninæ Valliæ poſt venditionem huius Syluæ factam eidem Antoninæ, quia, cum nõ recepiſſet integrum precium eius venditionis, pro rata precij non ſoluti, quod fuit ſcutorum 5000. reſeruauit ſibi dominium eiuſdem Syluæ, relicta Antoninæ eiuſdem poſſeſſione ſub nomine locationis, quæ promiſit ſoluere affictus ad rationem ſcutorum ſex pro ſingulis ſcutis centum, & huius etiam locationis fructus probati fuerunt ſoluti fuiſſe Angelo ex partitis quietantiarum, quas idem fecerat, & *fuit firmatum in deciſione facta coram me ſub die 15. Maij anni 1628. & 14. Maij anni* 1629. qui fructus à die obligationis Antoninæ vſque ad annum 1626. vſque ad quod tempus probabatur, quod eoſdem fructus, quos exegerat, aſcendunt ad ſummam ſcutorum 4575. Tertia locatio facta fuit ab Antonina, dum reperiebatur in poſſeſſione eiuſdem Syluæ, † quæ 19
ipſi Angelo etiam tribuenda videbatur, cuius nomine eadem Antonina poſſidebat, & hæc locatio facta fuit pro ſcutis 900. ſingulis annis; quæ ab anno 1622. & die 14.menſis Iunij, quo tempore confectum fuit inſtrumentum huius locationis, vſque ad diem reintegrationis, quæ, vt dictum eſt, conceſſa fuit fratribus de Fabiis ſub die 22. menſis Iunij anni 1629. aſcendunt ad ſummam ſcutorum 6300. ſed non viſum fuit Dominis, quod poſſet hodie agi de fructibus huius vltimæ locationis, quia illi, qui decurrerunt ab anno 1622. vſque ad annum 1626. erant iidem, quos Angelus receperat ab Antonina loco fructuum recompenſatiuorum, & ad quos eadem Antonina tenebatur in vim ſecundæ locationis, vt probatur ex quietantiis ab eodem factis ad fauorem Octauij Perini, cui Antonina locauerat hanc ſyluam. Ab anno vero 1626. vſque ad annum 1629. non probatur, quod fuerit aliquid ſolutum Angelo, & ideo neque pro eo tempore poterat idem teneri ad reſtitutionem aliquorum fructuum, cum non probaretur id ſpolium violentum, & † ceſſante hac qualitate ſpolij violenti 20
non poterat hodie fieri alia condemnatio, quam in fructibus, qui vere probabantur percepti, ſecundum notata per *gloſ. in c. grauis. de reſtit. ſpoliat. in verb. fructus. vbi etiam Abb. numero 7.* Ex hac eadem ratione noluerunt Domini Angelum condemnare in fructus, quos veriſimiliter percipere potuit ante annum 1604. de quo tempore facta fuit prima locatio Cinthiæ Iacobatiæ, ſicut neque pro eo tempore, quo fuit Antonina in poſſeſſione huius Syluæ ex remedio vtilis Saluiani, quod intentauerat pro recuperatione ſuæ dotis, ſed ſuper his omnibus fructibus, qui non probabantur veniſſe ad manus Angeli, reſeruarunt Domini iura Fabiis pro meliori illorum liquidatione.

Et ita, &c.

R.P.D. CARRILLO.

Eugubina Dotis Veneris
14. *Februarij* 1642.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum non habet viam executiuam, niſi contineat obligationem cameralem, vel guarantigiam. Lim.vt nu.11.*

2 *Iuramenti obligatorij forma.*

3 *Iura-*

3 *Iuramentum non habet executionem paratam, cum non ſit amplius in vſu, niſi ſit litis deciſiuum.*

4 *Teſtamentorum duorum concurſu ceſſat via executiua.*

5 *Executiue agere non poteſt filius, ſi pater cœpit agere ordinarie. Decl. vt n.18.*

6 *Executiua via dicitur præſcripta, ſi per 30. annos nihil actum fuerit in cauſa.*

7 *Clauſula, ſi quid exequendum, debet ex eiſdem, non ex nouiter iuſtificari. Limit. vt numero 23. & 24.*

8 *Exceſſus etiam in minimo actum vitiat.*

9 *Bona non poſſunt alienari in forenſes, & non ſubditos Eccleſiæ, nec per viam ſubhaſtationis. Declar. vt nu.30.*

10 *Mandatum executiuum eſt validum, ſi concurrant omnia requiſita neceſſaria.*

12 *Executiua via datur vel ex conuentione, vel ex Statuto, vel ex Conſtitutione Principis.*

13 *Conſtitutio Principis dans executionem inſtrumentis comprehendit etiam inſtrumenta antea confecta.*

14 *Statuta odioſa, & ſtricti iuris ſunt ſtricte, & prout ſonant, intelligenda.*

15 *Verba in dubio accipi debent exemplificatiue, & demonſtratiue.*

16 *Verbum, Doue, eſt exemplificatiuum, & exponitur pro quando.*

17 *Statutum vnum declaratur ab alio.*

19 *Inſtantia cœpta ab hærede in actione perſonali non tranſit in fideicommiſſarium.*

20 *Hereditatis petitio præſcribitur 30. annis.*

21 *Præſcriptio hæreditatis petitionis non currit durante judicio vniuerſali ſuper nullitate teſtamenti.*

22 *Judicio vniuerſali pendente non poteſt moueri iudicium particulare ab illo dependente.*

23 *Legitimatio perſonarum non oppoſita in prima inſtantia poteſt fieri in ſecunda abſque eo, quod nulla reddatur prima.*

25 *Mandatum executiuum relaxari poteſt pro moneta aurea, quæ extet in rerum natura, ſicut pro argentea, quidquid ſit in imaginaria.*

26 *Monetæ valor attenditur de tempore ſolutionis, vbi non probetur mutata bonitas intrinſeca, ſed extrinſeca tantum.*

27 *Iudex poteſt ſe de notorio extraiudicialiter informare.*

28 *Vnus ex fideicommiſſariis coniunctis verbis tantum non poteſt agere ad totum, ſecus in coniunctis re, vel re, & verbis cum obligatione tamen reſtituendi aliis eorum ratam, ſi, & poſtquam comparauerint in iudicio, & nu.29.*

31 *Domicilia plura poteſt habere vna, & eadem perſona.*

Decisio CI.

PRætendens Comes Franciſcus à Porta mandatum de exequendo contra ipſum relaxatum à Locumtenente Eugubino ad inſtantiam Comitis Hieronymi Bentiuoli eſſe nullum, & iniuſtum, cauſam appellationis in Rota mihi committi obtinuit, ac inſteterit pro diſputatione dubij, An ei eſſet dandum mandatum de manutenendo, in cuius propoſitione facta ſub die 26. Decembris anni præteriti, quia plures excitatæ fuerunt difficultates, quæ ſub vnica diſputatione terminari non poterant, Domini, dilata reſolutione, mandarunt, materiam reſtringi ad particulares inſpectiones, videlicet, quod Primo videretur, an obligatio Conſtantiæ ſubſtineretur, Secundo, an ſubſtineretur teſtamentum Eliſabethæ; Tertio, an Comes Cæſar eſſet vocatus ad fideicommiſſum dictæ Eliſabethæ. Quarto, an creditum, & via executiua fuerit præſcripta, & Quinto, an obſtarent detractiones Trebellianicæ, & lucri dotalis ex perſona Comitis Ottauiani, & quatenus pars voluiſſet diſputare prius de nullitatibus, diſputaretur dubium; An mandatum de exequendo ſit nullum cum omnibus inde ſecutis. Cúmque dictus Comes à Porta voluerit primo videre de nullitatibus, propoſui dubium per Dominos præſcriptum, pro cuius affirmatiua reſolutione informantes pro dicto Comite à Porta dicebant,

Primo mandatum præfatum eſſe nullum, Tum quia Comes Cæſar vti vocatus ad fideicommiſſum Eliſabethæ egit vigore publici inſtrumenti Dotalis, † pro quo iuxta veriorem 1 opinionem, deficiente obligatione Camerali, ſeu guarantigiâ, non competit via executiua, *l. 1. cum ibi not. per Bald. Cod. de execut. rei iudic. l. ait Prætor. §. 1. vbi Angel. ff. eod. Alexand. conſ. 192. num. 1. lib. 2. Rota coram Durano in deciſ. 37. numer. 6. inter eius impreſſ.* & in terminis inſtrumenti dotalis *fuit dictum in Lucana Dotis 19. Ianuarij 1629. coram b. m. Card. Virile*, non obſtante Iuramento, quod, † præter quam in præſenti non fuit præſtitum 2 iuxta formam traditam *à Bart. in l. 2. num. 8. ff. de Iure iur.* † nec minus habet executionem paratam, 3 cum tale iuramentum non ſit amplius vſu receptum, niſi ſit litis deciſiuum, *Theſaur. deciſ. 26. num. 7. verſ. ſed vt breuiter. Zacch. de obligat. Cameral. quæſt. 1. numero 18. & 19. cum ſeqq. Rot. inter impreſſ. apud eundem deciſ. 75. nu. 3. & 4.* Tum quia tam Comes Bentiuolus, quam Comes à Porta venit ex Teſtamento Eliſabethæ, quæ bis teſtata fuit, † in concurſu 4 autem duorum teſtamentorum ceſſat via executiua, *iuxta not. per Bart. & alios in l. fi. Cod. de Edict. Diu. Adr. toll. Rot. coram Seraphino deciſ. 279. num. 1.* Tum etiam, quia prius Comes Ottauianus egit via ordinaria, & ſic non potuit Cæſar eius filius poſtea ad executiuam conuolare, *gloſ. vlt. in l. perinde la 2. ff.* 5 *ad leg. Aquil. Bald. in l. diffamari. 2. col. C. de ingen. & manumiſſ. Rom. conſ. 133. ad verſ. ſecus autem. Rot. deciſ. 507. num. 4. par. 4. recent. & inter impreſſ. per Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 68. per tot.*

Secundo ſubiungebant, quod quatenus etiam competiiſſet via executiua, † ius hoc fuiſſet præ- 6 ſcriptum ob lapſum 30. annorum, & vltra, quo temporis ſpatio nihil actum fuit in cauſa, *Innoc. & Bald. in cap. vltim. in fin. except. idem Bald. in Rub. numero vigeſimo ſecundo, verſ. & dico, quod contra. de præſcript. Achil. deciſ. 5. in princ. eod. tit. Martin. Andrea dec. 32. num. 7.*

Tertio allegabant, cauſam fuiſſe commiſſam Locumtenenti Eugubino cum clauſula (ſi quid exequendum.) Vnde, † cum in primo iudicio 7 non fuerint legitimatæ perſonæ, ſed omnia fuerint poſtea iuſtificata coram eodem Locumtenente, dicebant, debuiſſe ſuſpendi executionem, quia dicta clauſula debet ex eiſdem, non

Digitized by Google

ex nouiter deductis iuſtificari, *vt dixit Rota in Romana Cenſus 4. Decembris 1585. coram Eminentiſſ. Pamphilio ſeniore, impreſſ. per Marcheſan. de Commiſſ. p. 1. fol. 257. num. 5. & coram Caual. 165. num. 4. & inter rec. dec. 287. n. 6. p. 2.*

Quarto addebant, mandatum prædictum eſſe exceſſiuum ex eo, quod fuerit relaxatum, & reſpectiue executum pro ſcutis 4500. monetæ Romanæ, quæ tranſcendunt additum ſcut. 3000. auri habita ratione litis tempore promiſſionis, hinc-
8 que deſumebatur nullitas exceſſus, † quæ vitiat actum, etiamſi in minimo fuerit exceſſum, *Bart. in l. ſi non ſit tem. §. ſi centum. & ibi Jaſ. num. 2. de condit. indebit. Afflict. deciſ. 218. num. 3. & 4. Rot. coram Durano dicta deciſ. 37. nu. 15.*

9 Quinto, & vltimo afferebant, † ſubhaſtationem, & deliberationem fuiſſe factas ad fauorem Marchionis Montis S. Mariæ forenſis contra diſpoſitionem *Bullæ Sixti Quinti 3. in ordin. §. 3.* ab aliis Pontificibus ſucceſſiuibus confirmatæ, & ſignanter à *Sanctiſſimo Domino noſtro in eius conſtit. 65. & in alia promulgata de anno 1637.* quas procedere etiam in ſubhaſtatione, declarauit *Rot. in deciſ. 319. numer. 5. & 6. coram S. M. Gregor. XV.*

Verum præfatis non obſtantibus contrarium reſolutum fuit, nempe mandatum eſſe validum,
10 † quia ad eius validitatem concurrunt omnia requiſita neceſſaria, de quibus in vulgat. deciſ. Caputaq. 260. part. 2.

Non obſtat prima nullitas deducta ex eo, quod potuerit agi via executiua pro inſtrumento non guarantigiato, ſeu obligatione Camerali vallato, quia licet hoc verum ſit de iure com-
11 muni *ex alleg. in princ.* † ſecus tamen dicendum eſt in præſenti, vbi adſunt Statutum Eugubinum, & decretum Ducale, quibus diſponitur, quod inſtrumenta publica cuiuſuis generis habeant executionem paratam; nam certum eſt,
12 quod † via executiua competere poteſt, ne dum vigore conuentionis, *vt notatur in l. creditores. Cod. de pignor. Zacch. de oblig. Camer. d. quæſt. 2. numero 16.* ſed etiam vigore Statuti, *Aſin. de execut. §. 1. cap. 26. per tot. Rot. coram S. M. Greg. XV. in deciſ. 362. numero 2. & in deciſ. 234. numero 14. par. 5. recent.* Siue in vim Conſtitutionis Prin-
13 cipis, † quæ comprehendit etiam inſtrumenta antea confecta, vt in terminis *Capra in ſuo tract. Regularum reg. 6. numero 25. Aſin. de execut. §. 2. cap. 12. & c. 29.*

Nec placuit intellectus datus dd. Statuto, & Decreto per informantes pro Comite à Porta, quod ſcilicet in illis non dicatur clarè, quod publicis inſtrumentis detur via executiua, ſed tantum cum ſuppoſito, quod competat via executiua, præſcribatur forma executiuè procedendi, ponderando verba illius Statuti, ibi *Cum igitur via executiua ex publico inſtrumento, &c.* & verba decreti, ibi *Che nelle cauſe eſſecutiue, doue dall' attore ſi produrranno inſtrumenti publici,* quaſi quod loquantur de inſtrumentis, quæ alioquin, puta ratione Guarantigiæ, vel obligationis Cameralis haberent paratam executionem, non autem de aliis, & ideo non debent fieri extenſio, cum verſemur in Statutis
14 odioſis, & ſtricti Iuris, † quæ ſunt ſtrictè, & prout ſonant, intelligenda, *Alexand. conſil. 96. col. 2. poſt med. verſi. vnde ſuccedit communis doctrina lib. 2. latè Aſin. de execut. in princ. tract. c. 1. per tot. & c. 2. nu. 8.*

Quoniam animaduerterunt Domini, quod ſi in dd. Statuto, & Decreto debeat ſolum præſcribi forma procedendi in Iudiciis executiuis, ſatisfuiſſet dicere, quod in cauſis executiuis procedatur ſic, & ſic; Sed in eis vlterius proceſſum fuit enumerando omnes ſcripturas, & diſpoſitiones, quarum vigore executiuè proceditur, vt in Statuto ibi. *Cum igitur via executiua ex publico inſtrumento, ſententia, laudo, in iudicatum etiam tranſactu, teſtamento, donatione cauſa mortis, Codicillis, ſiue vltimis voluntatibus, ſiue Apoca, vel Chirographo legitime recognita,* &c. & in Decreto ibi, *Che nelle cauſe eſſecutiue, doue dall' attore ſi produrranno inſtrumenti publici, ſentenze, laudi paſſati in giudicato, teſtamenti, &c.* Quæ quidem enumeratio, quia alias eſſet ſuperflua, dicendum eſt, quod fuerit facta ad indicandum, quænam ſcripturæ executionis paratæ priuilegium haberent, & ſic quod ſtet exemplificatiuè, & demonſtratiuè ad cauſas executiuas, † prout in dubio verba accipi 15
debent, *l. fin. §. Titia ff. de liberat. legat. Bart. in l. cum Pater. §. menſe. verſic. quæro, quid ſi teſtator. ff. de legat. 2. & in l. Centurio, numero 39 ff. de vulg. Paul. de Caſtr. conſil. 219. col. 2. poſt med. lib. 2. Rot. deciſ. 262. num. 3. par. 1. diuerſ. & deciſ. 114. num. 5. par. 1. rec.* ponderando præſertim verbum illud, *doue*, ibi *doue ſi produrranno*, † quod eſt exemplificatiuum, vt ex- 16
ponitur pro *quando*, *Menoch. conſ. 474. num. 6. ex tex. in l. poſtliminium ff. de capt. & poſtlimin. reuerſ. l. 2. §. confeſtim. ff. ad municip. l. ſi ita ſit ſcriptum. §. fin. de legat. 2.*

Idque eò magis cum in alio Statuto in quo ſpecialiter diſponitur, quod Apocæ habeant executionem paratam, dicatur, quod Apocæ vim habeant publici inſtrumenti, † vnum enim Statu- 17
tum ab alio declaratur, *Bald. in l. omnes Populi n. 71. ff. de Juſt. & iur. Caputaq. deciſ. 201. in fin. p. 3. Rot. deciſ. 467. n. 3. p. 1. recent.*

Cum igitur ex his pateat, Comitem Cæſarem 18
potuiſſe executiuè agere, † non eſt curandum de alio Iudicio anteriori ordinariè cœpto per Comitem Octauianum Patrem, vti hæredem dictæ Eliſabethæ, quia idem Cæſar potuit ex perſona propria, tanquam fideicommiſſarius eiuſdem Eliſabethæ nouum Iudicium executiuum inſtituere, cum † inſtantia cœpta ab hærede in actione 19
perſonali, non tranſeat in fideicommiſſarium, *Bart. in l. ſi cum hominem. numero 3. ff. de fideiuſſ. Alex. in l. cum hæreditas. numero 2. ff. ad Trebell. Peregr. de fideicomm. art. 53. num. 19. Fuſar. de ſubſtit. qu. 620. num. 6. cum aliis alleg. à modern. Veneto in tract. de tranſmiſſ. caſ. 55. num. 3.*

Ad id, quod dicebatur de duorum teſtamentorum concurſu, quo ſtante non potuerit agi executiue, reſponſum fuit, hoc pendere ab alio articulo reſeruato in particulari inſpectione, nempe, an Teſtamentum ſecundum Eliſabethæ ſuſtineatur.

Secunda nullitas deſumpta ex præſcriptione facillimè tollitur, quia à die purificati fideicommiſſi, quo ſolo tempore orta fuit actio Comiti Cæſari, non interceſſerunt 30. anni, † prout 20
requiritur ad præſcribendam petitionem hæreditatis, *iuxta l. hæreditatis, C. de petit. hæred. & l.*

Digitized by Google

21 *licet.cum gloſ.C.de Iur.deliber.* vltra quod † huiuſmodi præſcriptio currere nequiuit tempore, quod durauit inſtantia Iudicij vniuerſalis moti de anno 1577. per Comitem Horatium Carpineum,& Lauram eius matrem contra Octauianum ſuper prætenſa nullitate teſtamenti dictæ Eliſabethæ,
22 † pendente enim iudicio vniuerſali, non potuit moueri Iudicium particulare, quod à reſolutione illius vniuerſalis pendebat, vt probat *tex. in l. ſi quis libertatem, ibiq. notant omnes ff.de petit. hæred. l. non diſtinguemus. §. ſi hæc faciat & ibi gloſ.Bart. & alij. ff. de arbitr. Caputaq.deciſ.117.par. 2. Rot. coram Buratt. deciſ.257.n.2.*

Tertia fundata in defectu iuſtificationis clauſulæ, ſi quid exequendum, pariter eliditur, quia Decretum Prætoris Eugubini iuſtificatur ex eiſdem præterquam quoad perſonarum legitima-
23 tionem, † quæ cum non fuerit oppoſita in prima inſtantia, bene potuit fieri in ſecunda, citra vitium nullitatis proceſſus, *iuxta notata per Bald.in l.non ignorat.n.2.C.de his, qui accuſ.non poſſ.gloſſ.in l.1.in verbo ſilium, C.quorum bonorum.Rot.deciſ.307.n.7.p.1.rec. & coram S.M. Greg.XV.in dec.88.n.1. Add ad eundem in dec.*
24 *254.n.6. & coram Burat. in deciſ.749. n. 21.* † probationes autem factæ ad elidendas nouas exceptiones partis non obſtant executioni decreti iuſtificati, ex tunc deductis, & oppoſitis, etiamſi cauſa fuerit commiſſa cum clauſula, ſi quid exequendum; *Caſ.de Graſſ. deciſ.20.num.11.de probat.Greg.XV. in dec.272.num.6.ibique Adden.num.9. Duran. deciſ.172. num.7.& fuit dictum in Tiburtina Pactorum 5.Iulij 1638. coram b.m.Buccabella.*

Quarta poſita in exceſſu, & ipſa quoq; diluitur, quia obligatio eſt in ſcutis 3. mill.auri,& eodem modo conceptum eſt mandatum, vna cum executione, & deliberatione, nec opus fuit liquidare valorem auri in moneta argentea, quoniam
25 † etiam pro moneta aurea, quæ extat in rerum natura, quidquid ſit in imaginaria, potuit relaxari mandatum executiuum,& quamuis ex pretio exburſato à licitatore Comes Hieronymus creditor receperit ſcuta 3900. non tamen exceſſit, quia attento valore ſcuti aurei de tempore ſolutionis,
26 † prout attendi debet, cum non probetur mutata bonitas intrinſeca, ſed ſolum extrinſeca, *c. olim.& c. cum Canonicis & ibi not. de Cenſibus. gloſ. in cap. quis ignorat, in verb. tempore noſtro. 32. q.4. Corn. conſ.279. ante med. verſ. tamen concluſi contrarium. libr.1.Rot. dec. 19.numero 11.p.2.rec. Adden.ad Greg.XV.in deciſ.42.num. 7.& 8.* dicta ſumma ſcut. 3900. monetæ non eſt
27 exceſſiua, vt eſt notorium, † de quo propterea Iudex potuit ſe extraiudicialiter informare, *Bald. in l.vnic.C.vt quæ deſunt Aduoc. Cyn. in l. 2. col.12.verſ. 2.quæritur C. quæ ſit longa conſuetudo. cum aliis, quos refert, & ſequitur Aſin. de execut. §.3. cap. 34.numero 13.& 14.*

Nec exceſſus poteſt conſiderari ex alio capite, nempe ex eo, quod ſolus Cæſar, vti fideicommiſſarius, egerit pro tota ſumma,& tamen adeſſent alij fratres vocati ab eadem Eliſabetha fi-
28 deicommittente: nam, † quidquid ſit, quando plures ſunt coniuncti verbis tantum, in quibus terminis loquitur *tex. in l. 2. ff. ſi pars hæred. pet.*
29 certum eſt, quod, † quando ſunt coniuncti in re, vel re, & verbis, prout hic, tunc poteſt vnus ex pluribus vocatis totum fideicommiſſum petere, *per text. in l. plant. §. ſi coniunctim. cum ibi not. ff. de legat.1. Socin.in l.quæ conditio. col. penul. ff. de cond. & demonſtr. Alciat. conſ. 47. numero 5. & 6.lib. 9.* & bene diſtinguit *Peregr. de fideicomm. art. 9. numero 12.verſ. ſi vero. & fuit dictum in Bononien. fideicommiſſ. de Liuio 27. Ianuarij 1621. coram Card. Veroſpio Seniori*, communicaturus tamen poſtea cæteris eorum ratam, ſi, & poſtquam comparuerint in Iudicio, *ad gloſ. in l. vnum ex familia. §. rogo. in verb. ſed omnes. ff. de legat. 2.Rot.deciſ. 262. numero 13. p.7.rec.*

Quinta tandem, & vltima nullitas deprompta ex forenſitate Marchionis Petri Franciſci Licitatoris corruit ex facto, quia, & ſi ipſe ratione originis haberet domicilium in Oppido Sanctæ Mariæ, † ratione tamen habitationis in Ciuitate
Thypherni, vbi bona poſſidet, & onera ſoluit, 30
quæ alij Ciues Thyphernates ſufferunt, dicitur ſubditus ditioni Sedis Apoſtolicæ, *l. domicilium.ff. ad municip.l.ſi patria.C.de incolat. Dec. conſ.661. numero 6.Rot.deciſ.211.numero 4.p.5. rec.* cum non † repugnet
eamdem perſonam plura habere domicilia in lo- 31
cis diuerſis, *per tex in l. aſſumptio. §. viris prudentibus, vbi notant omnes. ff. de municip. Menoch. conſ. 329. numero 36. in fin. Rot.deciſ. 137. numero 13. & 364. numero 6. p. 5. rec. & fuit dictum in Romana, ſeu Ianuen. Quarti Dotalis 14. Nouembris 1639. coram Reuerendiſſ.P.D.M. Panzirolo Patriarcha Conſtantinopolitano.*

Ex quibus vtraque parte informante reſponſum fuit pro validitate mandati reſeruato tamen, quod particulariter videatur de aliis reſeruatis,& c.

R.P.D. GHISLERIO.

Bononien. Prædij Veneris
5. Decembris 1636.

SVMMARIA.

1 *Statutum de duabus conformibus intelligitur de validis,& iuſtis, non de nullis,& iniuſtis.*
2 *Sententia lata à Iudice inferiori poſt inhibitionem Superioris eſt nulla.*
3 *Inhibitio emanata à Curia Romana timenda eſt ſiue iuſta, ſiue iniuſta.*
4 *Inhibitio nulla, & iniuſta non cauſat nullitatem, nec attentata.*
5 *Inhibitio in vim litis pendentiæ vnius cauſæ dicitur iuſta,& afficit, etiam pro alia cauſa connexa, quando ſententia lata in vna poteſt parere præiudicium in alia.*
6 *Cauſæ dicuntur connexæ, quando in vtraque intrant eædem exceptiones.*
7 *Euictio non dicitur ſequuta ex immiſſione in Saluiano, & quare, & num.11. Lim.vt numero 13. Sublim. vt num.14.*
8 *Immiſſus ex Saluiano non ſibi, ſed pro debitore poſſidet,& num.9.*
9 *Creditor immiſſus ex Saluiano poſſidet ciuiliter, & naturaliter,& debitor poſſidet quoad omnes effectus,*

Digitized by Google

qui concernunt dominij & fructuum acquiſitionem.

10 *Saluianum datur ad auocandam pignoris poſſeſſionem retinendam, donec de credito ſequuta fuerit ſatiſfactio.*

12 *Emptor paſſus immiſſionem ex Saluiano non poteſt à venditore repetere totum precium, ſed valorē tantum fructuum ab immiſſo percipiendorum niſi habeat promiſſionem liberationis à moleſtiis, & pro ipſa liberatione agat. num. 13. & 16.*

15 *Conſtituti pactum in venditione non comprehendit reſtitutionem pretij in caſu, quod creditor venditoris immittatur ex Saluiano, ſed ſolum intereſſe.*

Deciſio CII.

INtroducto iudicio per Olympiam pro reſtitutione ſuæ dotis contra tertios poſſeſſores bonorum alienatorum ab Alphonſo Sabbatino viro obtinuit aſſociari ad poſſeſſionem vnius prædij poſiti in communi B g iotoli, donec ex fructibus de ſuo credito remaneret ſatisfacta. Domini de Ghellis poſſeſſores dicti prædij titulo emptionis à Marchione Fontana prætendentes, ſequutam fuiſſe euictionem dicti prædij, & Marchionem teneri, & obligatum eſſe ad omnia & quæcunque damna, expenſas, & intereſſe per ipſos paſſa iuxta formam ſuæ obligationis, de qua in inſtrumento inter ipſas celebrato 22. Decembr. 1628. obtinuerunt ſententiam ab Auditore Generali Bononien. in qua fuit pronunciatum ſtante euictione prædij ſequuta eueniſſe caſum, in quem Marchio teneretur ad omnia damna, expenſas, & intereſſe liquidata in ſumma, & quantitate libr. 3400. bonorum, & vlterius condemnatur ad valorem fructuum perceptorum & percipiendorum per d. Olympiam, nec non confirmatur tenuta per DD. de Ghellis capta de bonis eiuſdem Marchionis, & quatenus opus ſit de nouo conceditur ad præiudicium ipſius Marchionis, ſiue ad effectum ſubhaſtandi, ſeu effectum pro ſe retinendi, donec, &c. ſiue ad effectum in ſolutum recipiendi, & prout eis magis videbitur. Quæ ſententia ab auditore Eminentiſſ. Cardinalis legati fuit in omnibus confirmata. Deinde cauſa ad Curiam deuoluta, & mihi de partium conſenſu commiſſa cum clauſula, Conſtito de duabus conformibus, &c. dubitaui iuxta formam reſcripti Signaturæ, an conſtaret de duabus conformibus, quæ eſſent exequendę, & negatiue fuit reſolutum, quia, licet ſecunda confirmet primam, tamen
1 cum † Statutum intelligatur de ſententiis validis, & iuſtis, non autem de nullis, aut iniuſtis, *vt fuit dictum in Bononien. de Ghellis 9. Iunij 1610. coram Reuerend. D. meo Decano* in terminis Statuti Bononiæ, de quo agitur in præſenti, *& coram Card. Seraph. deciſ. 988. n. 5. & in recent. deciſ. 660. n. 3. par. 1.* ſtante nullitate, & iniuſtitia Sententiarum, non eſt locus Statuto de duabus conformibus.

Nullitas ſecundæ ſententiæ deducitur ex eo,
2 quia † fuit prolata poſt inhibitionem A. C. Iudici inferiori intimatam, qua ſtante intrat nullitas ſententiæ poſtea latæ, cum † inhibitionibus
3 emanatis à Curia non fiat diſtinctio: an ſint canonicæ, vel nè, ſed ex ſtylo Curiæ ſiue iuſtæ ſiue iniuſtæ ſunt timendæ, *Rot. deciſ. 201. numero 1. par. 2. diuerſ.* & faciunt in terminis tradita *per Lancellot. de attent. poſt inhibit. cap. 20. ampl. 22. per tot.* quod ſi Iudex inhibitus procedat vigore commiſſionis ſibi factæ ab aliquo Superiore in partibus, dicitur attentare ex rationibus ibi adductis. Nec facit, quod † inhibitio nulla, & iniuſta non cauſet nul- 4
litatem, ſeu attentata, ad *trad. per Surd. in conſ. 424. num. 32. & per Lancell. vbi ſup. limit. 1. nu. 3. & ſeqq.* quia non applicatur, cum in iſto caſu † conſtet de iuſti- 5
tia inhibitionis ex pendentia litis coram A. C. legitime introductæ inter Marchionem, & Buphettum, à quo ſibi fuerat venditum prædium, de quo agitur, vnde potuit Marchio inhibitionem obtinere ſuper cauſa connexa inter eum, & dd. Ghellos, & adire A. C. ne continentia cauſarum diuiderentur *Rot. d. dec. 201. num. 5. par. 2. diuerſ.* vbi quod vt intret inhibitio in huiuſmodi cauſis, ſufficit, quod ſententia lata in vna cauſa poſſit parere præiudiciū in altera, & quod inhibitio afficiat etiam in cauſa connexa firmauit *Rot. in Calaguritana Beneficiorum 19. Aprilis 1613. coram bo. me. Card. Sacrato, penes Marcheſ. de comm. par. 2. fol. 478. num. 2.* De conne- 6
xitate vero patet, quia exceptiones competentes Buſchetto contra Fontanam competunt Fontanæ contra Ghellos.

De notoria iniuſtitia ſententiarum cenſuerunt DD. conſtare, quia in eis datur aſſociatio ad omnia bona Marchionis, & ad reſtitutionem librarum 3400. &c. pro precio ſub prætextu ſequutæ euictionis, quæ non probatur, cum Olympia fuerit immiſſa in Saluiano, † per quod fuit auocata 7
ſola detentio, donec fuerit ſatisfacta de credito, non autem auocata poſſeſſio, & proinde non erat locus euictioni, *ad l. ſi cum venditor. ff. de euict. Bald. in l. 1. in fin. ff. de peric. & commod. rei vend. in d. l. ſi cum venditor. in princ. de act. empt. Gaſp. Cabal. in tract. de euict. §. 3. quaſt. 17. num. 152. & ſeqq. vbi late. & §. 5. nu. 44.* quia † creditor immiſſus in vim Saluia- 8
ni non ſibi, ſed pro debitore dicitur poſſidere, *Bart. in l. ab emptore n. 8. ff. de pact. Iaſ. in l. 1. §. per ſeruum. ff. de acq. poſſ.* nulla habita ratione, quod † creditor 9
poſſideat quidem ciuiliter, & naturaliter, quia poſſidet ad vtilitatem debitoris, & debitor dicitur poſſidere quoad omnes effectus, qui concernunt dominij, & fructuum acquiſitionem *Soccin. vbi ſupra numero 9. & Bero conſilio 210. numero 5.* firmat debitorem vere poſſidere. *Natt. conſil. 535. numer. 5. Cephal. conſ. 63. num. 21.* ea ratione, quia non poteſt creditor poſſidere niſi ex iure debitoris, ergo hæc poſſeſſio debitori prodeſſe debet, ſicut domino prodeſt poſſeſſio vſufructuarij, atque ita, cum † Saluianum detur ſolum creditori ad auo- 10
candam pignoris poſſeſſionem, retinendam, donec de ſuo credito fuerit integrè ſatisfactus, *iuxta not. per Doct. in l. 1. de Salu. interd. Iaſ. in §. item ſeru. numero 85. vbi Bellon. numero 4. Inſt. de act.* † non 11
poterat ex iſta immiſſione per Iudicem declarari factum eſſe locum euictioni, *vt tenuit Rot. coram San. me. Greg. XV. deciſ. 88. vbi Add. numero 12. in Peruſina Bonorum 17. Aprilis 1617. coram bo. me. Buratto in Romana Spolij 10. Decembris 1627. coram R. P. D. meo Merlino, & in Firmana Cenſus 3. Decembris 1635. coram eodem, & in aliis deciſionibus,* quæ paſſim allegantur in hac materia, † nec 12
per Ghellos repeti integrum precium, quaſi prædium de quo agitur, & cuius poſſeſſio fuerit ſibi in perpetuum auocata, & euicta, quia hoc

Digitized by Google

hoc nullibi in iure probatur, ſed ſolum per ipſos
poterat repeti, quod ipſis per auocationem de-
tentionis d. prædij auferebatur, ſicque ſolum va-
lor, qui ex fructibus prædij ab Olympia percipi
poterat, vt in iſtis terminis tenuit *Rot. in Roma-
na Domus ad Sanctum Onofrium 29. Aprilis 1626. &
15. Martij 1627. coram Reuerendiſſ. Vrgellen.* Quibus
13 non obſtat, † quòd etiam per ſolam auocationem
detentionis vigore Saluiani fiat locus euictioni
promiſſæ verbis vniuerſalibus, *vt in Romana Sal-
uiani coram R. P. D. meo Merlino 20. Nouembris
1630. numero 6. & ſeqq. inter impreſſ. 5. par. recent.
deciſ. 407. in qua videtur receſſum à Romana Spolij ſupra
allegata eiuſdem D. mei Merlini*, quia e iamſi in
Romana Saluiani fuerit reſolutum pro immiſſione
ad fauorem Marchionis Aſdrubalis Matthæi, ta-
men compatitur cum reſolutione *in Romana Spo-
14 lij eiuſdem D. m. Merlini*, † quia in *Romana Saluiani*
in verbis expreſſis appoſitis in inſtrumento ad fa-
uorem Marchionis Matthæi extabat obligatio
tam auocata poſſeſſione, quam non auocata, &
propterea cenſuerunt DD. in illo caſu ad conſe-
quendam euictionem, & releuationem non fuiſ-
ſe opus emptori quod ei poſſeſſio fuiſſet ablata,
ſed ſufficere, fuiſſe auocatam ſolam detentionem,
quia illa verba, *Tam auocata poſſeſſione, quam non
auocata*, comprehendunt caſum auocationis ſo-
lius detentionis iuncto verbo vniuerſali in omni
iudicio poſſeſſorio, de quo in caſu *vltimæ deciſio-
nis D. mei Merlini.* Talis autem obligatio non
poteſt conſiderari in contractu inito inter Mar-
chionem Fontanam, & Ghellos ex illis verbis,
ſed ipſam rem venditam legitime defendere ab
omni, & quocunque iure, & ipſius rei, vt ſupra
venditæ, & cuiuſlibet eius partis & iuris poſſeſ-
ſionem, & rem ipſam vacuam, & liberam eidem
emptori tradere, &c. quia non poſſunt compre-
hendere caſum ſimplicis detentionis, vt in termi-
nis deciſionis *in Romana Saluiani*, quoniam, vt di-
citur in illa deciſione, proinde D. Marchio Mat-
thæus vſus fuit cautela, tam auocata poſſeſſione,
quam non auocata & propterea clare patet ex re-
ſolutione in Romana Saluiani non fuiſſe receſ-
ſum *à d. Romana Spolij 10. Decembris 1627. coram
R. P. D. meo Merlino*, cum vtraque reſolutio firma
remaneat in ſuo proprio caſu.

Non obſtat, quod ex prægnantia verborum, &
promiſſionum contentarum ſub pacto conſtituti
in inſtrumento venditionis adiecto etiam iſto
15 caſu deberetur reſtitutio pretij loco intereſſe, †
quia in extentione clauſulæ conſtituti nihil re-
peritur diſpoſitum, quod cogat venditorem erga
emptorem niſi in tantum, in quantum fuerit ſe-
quuta euictio, vel in petitorio, vel in poſſeſſorio,
quæ in caſu noſtro nullatenus concurrit, & pro-
inde ſi Marchio tenebatur ad defenſionem poſ-
ſeſſionis, ſuccedit intereſſe ob damnum paſſum
in amiſſione fructuum, & pro tempore, quo illis
Ghelli, vt fuit dictum ſupra, priuati remanebunt
& ſic, cum promiſſiones quamuis amplæ hunc
caſum non comprehendant, de eis non eſt agen-
16 dum, & † quatenus in eis extaret promiſſio libe-
randi à moleſtiis, tamen, cum Ghelli non ita e-
gerint, ſed ad reſtitutionem pretij, & ſententiæ
in remedio diuerſo emanatæ non poſſunt ſuſti-
neri, cum ante euictionem non poſſunt agere ad
pretij reſtitutionem, ſed tantum pro liberatione
à moleſtiis illatis ab Olympia, quæ cum fuiſſet
immiſſa ad tempus, donec de fructibus fundi eſſet
ſatisfacta, & per conſequens dum intereſſe conſi-
ſtebat in auocatione temporali fructuum, non e-
rat locus reſtitutioni pecuniarum pro toto pretio
fundi, ſed pro rata proportionata fructuum præ-
dij, donec Olympiæ immiſſæ eſſet ſatisfactum, vt
tenuit *Rot. in d. Romana Domus 15. Maij 1627. coram
Reuerend. Vrgellen. deciſ. 49 par. 5. recent.*

Et ita vtraque parte informante fuit reſolutum,
non conſtare de duabus conformibus exequen-
dis, &c.

BVCCABELLA.

Ariminen. Legatorum Veneris 29. Februarij 1636.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio facta in inuentario nocet confitenti, & illius hæredi. Ampl. vt nu. 2.*

3 *Recognitionis iurium defectus non facta oppoſitione tempore productionis, nec ante ſententiam, quæ in iudicatum tranſiuerit, non attenditur.*

4 *Ampl. etiam, quod in productione fuerit oppoſitum, generalia contra, quod præſeruat ius excipiendi, quia procedit in eadem inſtantia, non poſt ſententiam, & rem iudicatam, & nu. 5.*

6 *Tranſſumptum ſolemniter compulſatum, & publicatum ab Archiuiſta, & Cancellario cum legalitate plene probat, & n. 13.*

7 *Ampl. etiam ſi poſtea originale fuerit deperditum.*

8 *Ampl. 2. præſertim contra illum, qui eo in iudicio vſus eſt, & ſic approbauit, & contra illius hæredes & nu. 9.*

10 *Originale quando non præualeat tranſſumpto, & n. ſeqq.*

11 *Mandatum ſpeciale requiritur in procuratore ad ſubſcribendum inuentarium.*

12 *Inuentarium ſubſcribi debet à principali, ſi ſit præſens, nec ſufficit à procuratore.*

14 *Proteſtatio in inuentario, quod non apponenda habeantur pro non ſcriptis, non operatur, donec de errore non doceatur.*

15 *Mandatum de adiudicando pupillis non legitime citatis, ac indefenſis non tenet. Lim. vt n. 16.*

17 *Minorum bona ſtare debent ſub haſta per 20. dies. Lim. vt n. 18. 19. & 21.*

20 *Creditor in bonis non tenetur recipere pecuniam.*

22 *Mobilibus ſolui debet æs alienum minorum, vbi extent, non ſtabilibus. Lim. vt n. 23. & 24.*

Deciſio CIIII.

FVit coram Reuerendiſs. D. Vrgellen. reſolutum, totum Prædium Spadaroli, eſſe D. Eleonoræ adiudicandum, occaſione legati ſibi debiti in bonis hæreditariis Comitis Iulij Cæſaris, & ſucceſſiue fuit etiam mandatum de adiudicando relaxatum, à cuius relaxatione appellatione interpoſita, & cauſa mihi commiſſa dubium propoſui, An d. mandatum de adiudicando ſit confirmandum, vel infirmandum. Et Do-

Digitized by Google

mini, confirmandum illud eſſe cenſuerunt.

Nam de illius iuſtitia conſtat ex rationibus adductis in deciſionibus coram Reuerendiſſ. D. Vrgellen. ex quibus probatur totum prædium eſſe de hereditate D. Com. Iulij Cæſaris ſtante confeſſione Hieronymi illius hæredis in Inuentario per eum facto in quo ſimpliciter aſſeritur, d. præ-
1 dium eſſe hæreditatis d. Com. Iulij Cæſaris, † quæ confeſſio contra eundem Hieronymum facit plenam probationem, ita vt nec ipſe, nec eius hæredes illam valeant impugnare *ad l. fin. & ibi DD. C. arbitr. tut. Bald. conſ. 467. num. 6 lib. 1. Alex. conſ. 45. num. 1. lib. 1. Dec. conſ. 60. num. 2. Affl. deciſ. 13. in princ. Rot.*
2 *deciſ. 559. par. 1. & dec. 344. num. 2. par. 3. recent.* † Idque eo magis quia d. Inuentarium fuit ſubſcriptum proprii ipſius Hieronymi manu, ideo ſi ie ſub o contra ipſum, eiuſque hæredes pleniſſime probat *ad l publica. §. Titius. ff. depoſ. l. ſi ego. §. dotis. verſ. vt eis ſubſcribat. ff. de iur. dot. & in l ſi ita ſtipulatus. §. Criſogonus & ibi Ang. & alij. ff. de verb. oblig. Iaſ. in auth. ſi quis in aliquo num. 4 C. de eden. Caſtr. conſ. 28. nu. 3. lib. 1. Gabr. de prob. concl. 9. n. 1. & 2. Rot. deciſ. 328. nu. 2. coram S. M. Greg. XV.*

Non obſtat, quod Hieronymi manus recognita non fuerit.

3 Nam placuit reſponſio, quod, † cum de tempore productionis d. Inuentarij, aut poſtea ante ſententiam per b. me. Manzanedum in hac cauſa latam de huiuſmodi recognitionis defectu non fuerit oppoſitum, de eo poſt ſententiam ipſam, quæ tranſiuit in iudicatum, amplius opponi non potuit, & recognitio neceſſaria non fuit, iuxta tradita per *Felin. in c. quoniam contra nu. 52. de prob. & in c. 2. n. 31. in fin. de teſtib. Caputaq. dec. 238. n. 8. par. 1. & dec. 177. nu. 4. par. 3. Rot. dec. 181. lib. 3 par. 3. diuerſ. cum alleg. per Gonzal. ad reg. 8. gl. 64. n. 22.*

Nec releuat, quod in termino citationis, ad
4 dicendum contra, dixerit generalia contra, † quæ generalis oppoſitio operatur, vt etiam poſt ipſius citationis terminum ſit ſaluum, & preſeruatum ius ſpecialiter excipiendi, *Caputaq. deciſ. 123. nu. 1. & dec. 330. n. 4. par. 1. & dec. 178. & 279. par. 2.*

5 Quia † hoc ſolum procedit in eadem inſtantia, & ante ſententiæ prolationem, non autem poſt ſententiam, & rem iudicatam, poſt illam enim talis proteſtatio minime ſuffragatur, *fuit dictum in Bracharen. Iuriſpatronatus* 1. *Martij* 1602. *coram bo. me. Sacrato, quem refert Gonzal. d. gl. 64. ſub num. 25. verſ. ſuus ergo. & Marescott. var. reſol. cap. 81. n. 11. lib. 1. & probauit Rota in hac cauſa* 31. *Ianuarij 1623. coram Reuerend. Vrgellen.*

Nec etiam obſtat, quod exhibitum non fuerit d. Inuentarium originale, ſed illius ſumptum.

Quia, † cum illud fuerit ſolemniter compul-
6 ſatum, & datum in publicam formam ab Archiuiſta & Cancellario, & ab alio etiam Archiuiſta ſucceſſore firmatum cum litteris legalitatis, plene probat, *iuxta auth. ad hæc. Codice de fid. inſtrument. c. ad audientiam, & ibi gloſſa in verbo conſtabit. & Felin. numero vndecimo & ſeqq. de præſcr. Calder. conſ. 72. numero ſexto, Rot. deciſ. 241. numer. 1. par 1. recent. & deciſ. 351. numero primo, coram Cardin. Cauaierio & deciſ. 76. numer. 9. coram Reuerend. D. meo*
7 *Decano*, etti poſtea originale fuerit deperditum, & minime reperiatur, *Bald. in capit. 1. in fin. de fid. inſtrum. Felin. in d. c. ad audientiam, col. 5. concl.*
[illegible]

6. de reſcript. cum aliis allegat. in d. deciſ. 31. Ianuarij 1623. coram Vrgellen.

Et præmiſſa tanto magis viſa fuerunt Dominis procedere, quia idem Hieronymus fuit in iudicio vſus hoc inuentario & † ſic illud approbauit, *ad* 8
l. ſi quis teſtibus, C. de teſtibus. Surd. conſ. 157. nu. 23. & deciſ. 199. nu. 6. Caputaq. deciſ. 193. num. 2. par. 1. Rot. coram Greg. XV. dec. 331. num. 3. † ita vt hodie per illius hæredes 9
amplius improbari non poſſit, *vulg. l. cum à matre. C. de rei vendicat.*

Nec prædictis obſtat quod pro parte DD. de Ruccardellis fuerit formiter compulſatum, & originaliter exhibitum aliud inuentarium, in quo inter alia deſcriptum legitur prædium prædictum, vt commune inter ipſum Com. Iulium Cæſarem, & Hieronymum, † quodque illud tanquam 10
originale, & ſic magis certum præualere videatur ſupradicto tranſumpto.

Quoniam viſum fuit Dominis, Inuentarium non eſſe habendum in conſideratione. Tum quia apparet fuiſſe confectum à Procuratore, de cuius ſpeciali mandato ad illud conficiendum non conſtat, † prout requiritur, *Theſaur. in puncto dec. 155.* 11
per tot. Tum etiam quia illud apparet ſubſcriptum ab eodem Procuratore, & nihilominus, † cum 12
ipſe Hieronymus principalis præſens eſſet, ab ipſo ſubſcribi debebat ſecundum opinionem, *quam contra Bald. & Odofred. tenent Corn. Socyn. & Iaſ. in l fin. § cum igitur. C. de iur. delib. cum aliis allegat. in d. deciſ. Reuerendiſſ. D. Vrgellen. ſub die* 14. *Maij* 1632. Tum demum quia huiuſmodi inuentario confecto, ac ſubſcripto tantum ab aſſerto Procuratore viſum fuit præualere Inuentarium ſupradictum ſubſcriptum ab ipſomet Hieronymo hærede, † quod, licet originaliter non exhibea- 13
tur, ſufficit tamen illius ſumptum, quod ex ſupra deductis eſt in forma probanti, ita vt hodie illius fides impugnari non poſſit.

Nec releuat † proteſtatio illa generalis in d. 14
Inuentario per Hieronymum adiecta, quod non apponenda habeantur pro non ſcriptis.

Quia, donec concludenter probetur, d. prædium Spadaroli inter alia bona hæreditaria apponi, ac deſcribi non debuiſſe, & de errore doceatur, talis proteſtatio ſuffragari non poteſt, & interim vrget ipſius Hieronymi confeſſio in eodem inſtrumento per eum ſubſcripto deliberate, & ex certa ſcientia emiſſa, quod illud ſpectet ad ipſam Iulij Cæſaris hæreditatem, prout reliqua omnia bona in eodem Inuentario deſcripta; tamen autem plena, & concludens probatio neq; ex d. alio Inuentario ex ſupra deductis, neque ex aliis pro parte DD. de Ruccardellis allatis deduci poteſt, quia illa viſa fuerunt Dominis ſatis leuia, & minime concludenter, ac ſufficienter ſublata ex reſponſionibus datis *in dd. deciſionibus coram Reuerendiſſ. D. Vrgellen.* Nec † quoad 15
validitatem d. mandati de adiudicando obſtat, quod illud fuerit relaxatum non legitime citatis, ac defenſis pupillis prædictis pro tertia parte poſſeſſoribus.

Quia de citatione conſtat ex regiſtro, † nec 16
pupilli dici poſſunt indefenſi, cum cauſa per alios litis conſortes acerrime per plures annos defenſa fuerit, *Rot. deciſ. 674. numero 6. part. 2. recent, & in Peruſina Pecuniaria* 13. *Nouembris* 1624.
[illegible], *coram*

Digitized by Google

coram bo. me. Selencien.

17 Nec releuat, † quod prædium ante adiudica-
tionem non ſtetetit ſub haſta per 20. dies iuxta
auth. hoc ius porrectum. C. de Sacr. Eccleſ.

18 Quoniam, omiſſo, quod † de iure Canonico
id non videtur neceſſarium, ſed ſufficit rem mi-
noris fuiſſe bona fide alienatam. *Bald. in d. auth.
hoc ius porrectum. Cod. de Sacr. Eccleſ. Rot. deciſ. 446.
num. 2. par. 1. recent. Add. ad Greg. XV. dec. 485. num. 13.*
Fuit reſponſum, † *auth.* prædictam loqui in diſtra-
19 ctione rei minoris pro ſoluendo debito pecunia-
rio, ideo illius diſpoſitio ad caſum propoſitum
non applicari, quia D. Eleonora non erat credi-
trix alicuius quantitatis ſibi ſoluendæ in pecu-
nia, ſed conſequi debebat ſcuta 5. m. ſibi per pa-
20 trem in teſtamento relicta in tot bonis hæredi-
tariis, † adeo vt pecuniam recipere non tenere-
tur; vt patet ex d. ſententia bo. me. Manzanedi
in iudicatum tranſacta, *& fuit aperte firmatum
in deciſionibus in hac cauſa ſub die 29. Ianuarij,
& 29. Martij 1629. coram Reuerendiſſ. D. Vrgellen.*
21 vnde † ſufficit, quod adiudicatio d. prædij hære-
ditarij in executionem teſtamenti, & ſententiæ
prædictæ facta fuerit bona fide, & præuia illius
æſtimatione.

Præterea non obſtat, quod in d. Inuentario
22 deſcripta legantur plura bona mobilia, † & con-
ſequenter illa, non autem prædium prædictum,
adiudicari debuerint, *iuxta tradita per Rol. conſ. 33.
num. 4. & ſeqq. lib. 1. quem ſequuta eſt Rot. in Roma-
na Dotis de Olphis 25. Octobris 1613. coram Reuerend.
D. meo Decano.*

23 Quia † nullibi conſtat, bona prædicta de tem-
24 pore adiudicationis adhuc extitiſſe, & ſtante
lapſu temporis 40. & vltra annorum à die obitus
teſtatoris, & Inuentarij prædicti confectionis, vel
præſumitur conſumpta, *Peregr. conſ. 70. num. 20. lib. 1.
Rot. deciſ. 285. numer. 5. coram Greg. XV. & in Romana
fideicommiſſi de Cruciariis 19. Februarij 1629. coram
Reuerendiſſ. D. Vrgellen.* vel ex illis ſoluta præſumun-
tur teſtatoris debita in eodem Inuentario deſcri-
pta, vt *coram eodem fuit in hac cauſa reſponſum ſub die
26. Martij eiuſdem anni 1629.*

Et ita deciſum vtraque parte informante, &c.

EMINENTISS. D. CARDIN. MACCHIAVELLO.

Imolen. Saluiani Lunæ 9. Iunij 1636.

SVMMARIA.

1 *Creditum probatur inſtrumento.*
2 *Ceſſionem habens à creditoribus anterioribus non po-
teſt à poſterioribus moleſtari.*
3 *Immiſſio non poteſt impediri ex datione in ſolutum
facta illi, à quo petens immiſſionem cauſam
non habet.*
4 *Solutio cedere debet in cauſam antiquiorem.*
5 *Commoditas percipiendi fructus pro alimentis nihil a-
liud importat, quam ſimplicem vſumfructum.*
6 *Bona aſſignata pro dotis aſſecuratione nõ cenſentur in
ſolutum data.*
7 *Proteſtatio, & reſeruatio iuris agendi ad veram dotis
reſtitutionem indubitanter reſeruat ius agendi con-
tra quoſcunque.*
8 *Subhaſtatio pro rata non obligati eſt iniuſta.*
9 *Subhaſtatio, quæ apparet facta ſeruatis ſeruandis præ-
ſumitur etiam iuſta.*
10 *Tertius prætendens rem ſubhaſtatam eſſe ſuam agere
debet via ordinaria iudicio reſciſſorio per tres con-
formes.*
11 *Soluta vltra iuſtum precium non poſſunt veluti pars
precij prætendi.*
12 *Pecunia à creditore poſteriori auocari non poteſt, cum
hypotheca anterioris per commixtionem extincta
dicatur.*
13 *Graduatus per ſententiam an, & quando dicatur de
credito ſatisfactus, & nu. 14. & 15.*

Deciſio CIV.

Reiecta per particularem deciſionem me-
lioramentorum exceptione, Denuo exiſti-
matum fuit, reliquas exceptiones, D. Marchio-
ni non ſuffragari ad effectum impediendi im-
miſſionem in Saluiano Dominis de Papottis; &
Quainis de iure debitam, & ſic confirmatæ
fuerunt hodie omnes reſolutiones immiſſioni
fauorabiles, quæ huculque in Rota emanarunt,
& præſertim *deciſio 11. Maij anni præteriti
coram me.*

Non enim iudicatum fuit ſubſiſtere exceptio-
nem incertitudinis crediti, pro quo petitur im-
miſſio. Nam, cum † de quantitate huiuſmodi 1
crediti liquido apparuerit ex inſtrumento cen-
ſus, rationes, quæ pro inducenda eius incer-
titudine adducebantur, non fuerunt viſæ rele-
uantes.

Et primo non potuit hæc incertitudo induci
ex eo, quod Domini de Papottis, & Quainis
poſt emptionem factam à Domino Marchio-
ne prædij controuerſi habuerint ipſi quoque ab
Alexandro Saxatello quædam bona, quorum ra-
ta dicendum videbatur, quod ipſi modo tene-
rentur tantum de ſuo credito diminuere, quan-
tum poſſet ab ipſis ſequuta immiſſione Dominus
Marchio pro releuatione ſuæ indemnitatis vin-
dicare.

Nam placuit reſponſio alias data, quod vi-
delicet DD. de Papottis, & Quainis licet po-
ſteriores, † nihilominus ad talem crediti dimi- 2
nutionem cogi non poſſent, dum per ſolutionem
factam d antiquioribus debitis eiuſdem Saxa-
telli reportando iurium ceſſionem à Creditori-
bus D. Marchione anterioribus tuti euaſerunt,
quod aduerſus ipſos ſimilium Creditorum ceſ-
ſionarios D. Marchio nunquam actionem vllam
experiri poterit, *ex iuribus in alia huius cauſæ deciſio-
ne allegatis.*

Nec veritas facti, in qua huiuſmodi reſpon-
ſio fundatur, controuerti valet ex quadam da-
tione in ſolutum tornaturarum 80. facta Fran-
ciſco Quaino de anno 1619. Nam cum iſte Fran-
ciſcus non ſit in cauſa, nec aliquod ius habeat
in cenſu, cuius vigore intentatum fuit hoc Sal-
uianum, licet ſimilis datio in ſolutum ei poſſet
obſtare, quando ipſe talem immiſſionem pete-
ret, non tamen aliquod afferre poteſt impedi-

Digitized by Google

mentum Iacobo Quaino,& eius hæredibus hanc
3 immiſſionem poſtulantibus, † qui non habent
in hoc negocio aliquam cauſam à d. Franciſco,
iuxta *not. in l. frater. Cod. rei int. al. act.* Sed quate-
nus dicendum foret inter Iacobũ, & Franciſcum
iura eſſe communia, ceſſaret nihilominus ex hoc
capite omnis difficultas, cum dictæ 80. tornatu-
ræ aſſignatæ fuerint pro duobus cenſibus, quo-
rum vnus de menſe Aprilis anni 1598.& ſic ante
venditionem prædij factam D. Marchioni, alter
de anno 1602. creatus apparet, vnde cum valor
dd.80. tornaturarum vix ſufficiens fuerit pro ſa-
tisfactione prædicti cenſus interioris, in illius
4 extinctionem venit imputandus, † tanquam in
cauſam antiquiorem, *l. in his vero, & l. cum ex pluri-
bus. ff. de ſolut. Rot. deciſ. 113. num. 3. part. 1. diuerſ.* atque
ita pro iſtis 80. tornaturis ad fauorem DD. de Pa-
pottis, & Quainis adhuc ſubſiſtit fundamentum
anterioris hypothecæ.

Quæ pariter anterioritas cum indubitabilis
ſit quoad Palatium ſubhaſtatum de anno 1619.
ad inſtantiam Lauiniæ vxoris Annibalis pro ſuo
credito dotali & deliberatum DD. de Papottis,
& Quainis cum omnium Lauiniæ iurium ceſſio-
ne, inficiari non poteſt ſub prætextu, quod per
aſſignationem aliquorum bonorum factam de an-
no 1612. ab Alexandro d. Annibalis patre tale
creditum Lauiniæ extinctum remanſit, & ſic
quod ſi nilibus iuribus dotalibus non poſſint mo-
do dicti ceſſionarij contra poſteriores creditores
ſe tueri.

Nam, vt patet ex inſtrumenti inſpectione
huiuſmodi aſſignatio bonorum emanauit ſo-
lummodo pro alimentis dd. coniugum, & eorum
familiæ cum expreſſa reſeruatione iuris agendi
quandocunque ad veram dotis repetitionem.
Ideoque dici non poteſt, quod ex tali aſſignatio-
ne fuerit Lauinia de ſuo credito ſatisfacta, cum
exinde illorum bonorum dominium ipſa non
acquiſiuerit, ſed ſolummodo commoditatem
5 percipiendi fructus pro alimentis, † quæ com-
moditas nil aliud importat, præterquam ſim-
plicem vſumfructum, *iuxta not. in l. fundi tre-
bationi. ff. de vſufruct. leg. Surd. conſil. 162. numero 31.*
6 In fortioribus enim terminis, quod † bona aſſi-
gnata pro aſſecuratione dotis non cenſeantur in
ſolutum data, tenent *Afflict. deciſ. 9. numer. 2. Vinc.
de Franch. deciſ. 617. num 7. Gratian. diſcept. 974. num. 27.
& Rot. in Romana Quarti Dotalis 19 Iunij, & 17. De-
cembris 1635. coram Reuerend. D. meo Decano.* Quod
procedit ſine difficultate ſtante ſupradicta prote-
7 ſtatione, † quæ indubitanter præſeruauit eidem
Lauiniæ ius agendi contra quemcunque pro ſua
dote, *l. 4. §. 1 ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolu. gl. in l. ele-
ganter. verb pro ſolut. vbi Bart. nu. 4 ff. de pign. act. Mart.
par. 1. clauſ. 150. n. 9. Crauett. conſ. 33. nu. 17. Gratian. diſcept.
456. n. 29. & diſcept. 470. n. 18.*

Nec aliquid releuat, quod ſaltim pro medieta-
te iſtius Palatij ſubhaſtatio apparere poſſit iniu-
8 ſta dum † talis medietas ad Iulium alterum filium
Alexandri ſpectaſſe prætenditur, qui Iulius non
erat pro tali dote obligatus, & ſic quod neque va-
leant DD. de Papottis & Quainis pro hiſce iuri-
bus dotalibus integrum Palatium retinere, ſed
teneantur pro eius medietate ratam fructuum
cenſus excomputare.

Nam vltra quod rei non iuſtificatur identitas,
accedit vlterius, quod, † cum talis ſubhaſtatio 9
facta probetur ſeruatis ſeruandis, debet etiam
iuxta præſumi, nec † Tertio contrarium dicenti 10
exceptionis ope ſuccurri poteſt, ſed cogendus eſt
agere via ordinaria in iudicio reſciſſorio per tres
conformes. *iuxta tex. in l. à Diuo Pio. § ſi poſt ad-
dictum. ff. de re iudi. vbi Caſtr. poſt princ. Alex. num.
3. Iaſ. num. 1. & dictum fuit in omnibus huius cauſæ de-
ciſionibus.*

Denique neque partita ſcutorum 200. ſoluti,
ex pretio prædij Montis Ricchi quibuſdam co-
lonis, nec partita librarum 3076. quæ exacta fuit
à...., Affittuario vigore ceſſionis habitæ à ſu-
pradicto Franciſco Quaino tanquam poſteriori-
bus debitis applicatæ fundamentum anterioris
hypothecæ Dominis de Papottis, & Quainis fa-
uorabile excludunt, nec eorum crediti certitudi-
nem deſtruunt.

Nam quoad partitam ſcutorum 200. vltra
quod dd. colonorum poſterioritas non proba-
tur, tollitur etiam omnis ſcrupulus ex eo, quod
integer valor d. prædij Montis Ricchi non ex-
cedebat ſcuta 4700. Vnde cum Domini de Pa-
pottis, & Quainis ſoluerint ad computum talis
precij creditoribus D. Marchionis anterioribus
ſcuta 5091. & ſic plus quam deberet, nullam
poſſunt ſuper tali prædio à D. Marchione euictio-
nem pati, nec conſequenter pro aliqua rata te-
nentur eorum creditum diminuere, etiamſi
probarentur d. ſcuta 200. ceſſiſſe in cauſam po-
ſteriorem, quia † tanquam ſoluta vltra precium 11
iuſtum non poſſunt à D. Marchione veluti pars
eiuſdem precij aliqua ratione prætendi, *ex tra-
ditis in l. 3. ff. ad leg. falcid.* Secunda vero partita
librarum 3076. nihil viſa fuit releuare, tum quia,
vt ſupra dictum eſt, nec Franciſcus agit in hoc
iudicio, nec poſterioritas talis crediti probatur,
tum etiam quia D. Marchio, licet anterior, non
poſſet nihilominus talem ſummam auocare à
Creditore poſteriori, qui bona fide præuenit in
exactione ſui crediti conſiſtentis in pecunia,
† cuius hypotheca per commixtionem extingui- 12
tur, *Afflict. deciſio 109. per tot. Pariſ. conſil. 60. per tot.
libro quarto, Menoch. conſil. 15. num. 1. Rot. deciſ. 548.
numero 1. & 2. lib. 3. par. 3. diuerſ. Card. Seraph. deciſ. 88.
& dictum fuit in Beneuentana Cenſus coram Reuerend.
D. meo Decano impreſſa per Cen. poſt tract. de cenſib. deciſ.
187. n. 2. & 3.*

Nec prætenſa incertitudo potuit in hoc credi-
to, pro quo petitur immiſſio, ſimiliter conſiderari
ex eo quod ab ipſo detrahendus ſit valor 30. tor-
naturarum, quæ hodie denique compertæ ſunt
ſuprabundaſſe in datione in ſolutum prædiorum
Barbinæ, & Saluadore.

Nam, cum talis valor faciat lib. 2550. ſi à ſum-
ma lib. 2700. quæ eſt quantitas crediti cenſus, de-
matur, remanebit etiam eiuſdem crediti certa
quantitas in libris 24450. pro quibus non poteſt
ex hac prætenſa exceptione incertitudinis, vt pa-
tet ex ſupradictis immiſſio retardari.

Sed nec etiam hoc fieri poteſt, ex altera exce-
ptione retentionis, quam D. Marchio prætende-
bat ſibi competere ſuper prædio, de quo agitur,
ex perſona filiorum Alexandri vigore dotis Lu-
cretiæ eorum matris.

Nam inter alias reſponſiones datas in ſupra-
dicta huius cauſæ deciſione, quæ in contrariis re-
plica-

Digitized by Google

plicationibus hodiernis non viſæ fuerunt ſubuerti, potiſſima, & optime ſubſiſtens viſa fuit illa,

13 † quod nimirum cum dd. filij mediante ſententia graduatoria, per quam inter reliquos creditores Alexandri patris pro dote materna graduati fuerint in ſecundo loco, remanſerint iam de tali credito ſatisfacti, nemini poteſt amplius in bonis Alexandri pro dote Lucretiæ actio competere *ex Bart. in l. eum qui §. 1. n. 4. ff. de verb. oblig. cum reliquis adductis in d. deciſione huius cauſæ.*

14 Nec releuat, quod † ex huiuſmodi graduatione non inferatur neceſſario ad ſatisfactionem crediti dotis.

15 Quoniam, † cum ex inhibitione A. C. per quam iſti filij ſe tuebantur à moleſtiis aliorum creditorum, euidenter appareat, ipſos de tempore graduationis in poſſeſſione bonorum Alexandri patris titulo familiaritatis extitiſſe, perneceſſe etiam concludi debet, quod ſequuta hac iudiciali bonorum aſſignatione ad eorum fauorem acceptauerint ſpecialia bona in extinctionem crediti dotis maternæ, mutando ſibi ipſis cauſam poſſidendi abſque alia declaratione, nouo & validiori titulo ſuperueniente, *Rot. coram Achill. 4. de cauſ. poſſ. & prop. & coram Put. deciſ. 441. lib. in corr. & coram Card. Montic. deciſ. 245. & coram Reuerend. D. meo Decano deciſ. 42. nu. 4. & coram R. P. D. Merlino in Alexandrina Archipreſbyteratus impreſſ. int. recentiſſ. dec. 97. nu. 4. & ſeqq. part. 5.*

Et ita vtraque parte informante deciſum fuit.

PIROVANO.

Sabinen. Alluuionis Veneris
24. *Maij* 1624.

SVMMARIA.

1 *Solemnitates requiſitæ in alienatione bonorum Ciuitatis. & n. 16.*
2 *Donatio bonorum Ciuitatis non ſuſtinetur ſine decreto. & n. 9. Ampl. vt n. 13.*
3 *Nomina Congregatorum deſcribi debent in alienatione ſtabilium vniuerſitatis. & num. 7. & 8. Decl. vt num. 24.*
4 *Ratificatio quæ requirat, vt inducatur.*
5 *Conſilium generale vniuerſitatem, & populum repræſentans eſt rei ſuæ moderator, & arbiter.*
6 *Lim. ſecus in voluntaria, & abſoluta donatione ſine cauſa.*
7 *Subl. in donatione remuneratoria.*
10 *Benemerita probanda ſunt aliunde, quam ex aſſertione donantium. Contrarium n. 22.*
11 *Decreti omiſſio probatur ex lectura inſtrumenti, in quo interuenire debebat.*
12 *Decretum eſt neceſſarium in donatione minorum etiam remuneratoria, & ex alia quacunque cauſa. Ampl. vt nu. 13.*
14 *Iuramentum ſupplere debet decretum Iudicis, & tutoris, & curatoris, & cuiuſcunque alterius auctoritatem requiſitam.*
15 *Prætoris interuentus in conſilio adhibitus ad effectum validæ congregationis non operatur, vt ſuo decreto dicatur confirmaſſe ordinationem de donando.*
16 *Iuramentum non ſupplet decretum, vbi vtrumque requiritur.*
17 *Mandatum requiritur ſpeciale ad iurandum, vt ſuppleat decretum Iudicis.*
18 *Solemnitates non requiruntur in donatione reciproca, & ob cauſam, & iuris incerti. & n. 19.*
19 *Decl. procedere quoad inſinuationem, non quoad decretum. & nu. 20.*
20 *Tranſactiones minorum quamuis fiant de re incerta, dubia & litigioſa requirunt Iudicis decretum.*
21 *Tertius non poteſt dare de nullitate donationis.*
22 *Decl. procedere in donatione habente ſtatum validitatis, ſecus in ea, quæ non eſt in ſtatu validitatis. & n. n. ſeqq. vbi exempla.*
27 *Quæ non conueniunt caſui, de quo agitur, allegari non merentur.*

Deciſio CV.

IN diſputatione diei 19. Ianuarij præteriti, dum controuerteretur, an Inſula ſpectet ad Illuſtr. D. Cardinalem, firmatum in primis fuit, Inſulam, ſiue Scapiam, de qua agitur, eſſe diſtinctam à Sacco veteri, & quoad alia mandatum, vt videretur de validitate donationũ, & quid contineant; Donationes autem, cum emanaſſent à Communitate Galleſij, & iam à particularibus dominis terrarum, de prima hodie fuit actum, quam Domini cenſuerunt eſſe inualidam.

Et, quamuis non eſſent concordes † quoad 1 ſolemnitates requiſitas *per l. fin. C. de vend. reb. Ciuit. lib. 11.* an eſſent adhibendæ in ſupradicta donatione, quæ ſunt, vt interueniat maior pars eorum, qui in loco, & ſuper finibus bona poſſident: ſecundo, quod hi iurent, ſe credere, quod talis alienatio ſit vtilis Ciuitati: tertio, quod Iudex cauſa cognita ſuum interponat decretum: quarto, quod bona alienanda ſubhaſtentur, prout prædicta omnia adnotarunt *Lucas de Penna, & Ioan. de Platea in ead. l. fin.* alij enim indiſtincte affirmatiuam tenuerunt, ſeruandas eſſe in quocunque contractu, & caſu, per quem bona vniuerſitatis alienantur, *ſequendo Calcan. conſil. 49. in fin. Bald. conſil. 40 . lib. 4. & in l. 1. in princ. ff. de magiſtr. conuen. & in l. Ciuitas. in fin. ff. ſi cert. pet. Corn. conſil. 284. numero 10. volum. 4. Capyc. deciſ. 93. numero 2. conſil. 90. numero 23. libr. 1. Menoch. conſilio 80. numero 23. Ruin. conſilio. 41. numero 7. libr. 1.* quibus addi poteſt. *Ioſ. Ludouic. deciſ. Peruſ. 93. numero 8. part. 2. & Nicol. Loſeſ. de iur. vniuerſ. part. 3. cap. 5. numero 13.* alij vero eamdem opinionem affirmatiuam ſequuti ſunt, ſed cum diſtinctione, vt requiſita d. l. ſint neceſſaria, quando venduntur res vniuerſitatum, quæ ſint iuris publici, ad vſum publicum deſtinatæ, vt ſunt ædificia, plateæ, theatra, pontes, fontes, & ſimilia, ſecus vero in rebus publicis ad vſum priuatorum deſtinatis, prout ſunt paſcua, domus, terræ aratoriæ, molendina, & ſimilia, inhærendo rationibus, de quibus per *Bald. in rubr. Cod. de contr. empt. in 3. quæſt. numero quarto, Alexand. conſilio. 43. numero 11. libro quarto, Decian. conſ. 43. numero 4. & 5. libr. 5.* nec *Capyc.* diſſentit ab opinione *Baldi*; dum in *dicta dec. 93. nu. 2.* dicit, diſpoſitionem *d. l. fin.* vindicare ſibi locum in omni alienatione ſaltem ſimili & magis diſpoſitionem *dict. leg. fin.* reſtringunt *Alexand. in lege ſi tibi. 38. §. Diui Seuerus. numero 22. ff. de leg. 1. & Ruin. conſilio. 175. numero 18. volum. 1.* dum voluit ob-

Digitized by Google

ſeruati vbi agitur de venditione; non autem in
alio contractu, vbi non interuenit pretium prout
in donatione. *per text. in l. vlt. Cod. de præd. Decur.
ſine decr. non alien. vbi Bartol.* hoc ipſum admittit
cum expoſitione rationis traditæ, in contextu d.l.
vltimæ.

Attamen inualiditatem concluſerunt ex inſuffi-
cientia mandati ad donandum, & ex omiſſione
decreti in inſtrumento ſtipulatæ donationis per
2 procuratores conſtitutos, † ſine quo donatio ſu-
ſtineri non poteſt.

Mandatum inſufficiens viſum fuit probati ex
inualida deliberatione dd. Congregatorum in
Conſilio, quod datur, quorum nomina ignoran-
3 tur, & tamen † deſcribi debuiſſent, dum agebatur
de alienatione ſtabilium vniuerſitatis, *Bart. in leg.
1. ff. de alb. ſcrib. Dec. in c. cum omnes. numero 8. de conſt.
Alex. ind. conſilio. 1. numero 3. libro quarto, Rol. conſ. 90.
numero 21. volum. 1.* afferentes, quod, etſi variæ ſint
opiniones in hoc, an requiratur de neceſſitate,
quod exprimantur nomina; attamen in actibus
multum ponderoſis, prout eſt, vbi agitur de alie-
natione ſtabilium vniuerſitatis omnino requiri
nominum ſpecificationem, neque dubitari poteſt,
quin ceſſio iurium, aut eorundem donatio tan-
quam relata ad recuperationem immobilium ve-
niat appellatione ſtabilium, quia *Accurſ. in l. 1.
Cod. ſi aduerſ. tranſ. & Specul. tit. de ceſſ. act. § 1. verſ.
ſed nunquam minor.* pro indubitato hoc ponunt, &
lariſſime infinitis adductis comprobat *Simoncell. de
decret. libr. 1. titul. 2. caſ. 1. & idem fuit firmatum in Hi-
druntina Domorum 3. Martij 1622. coram R. P. D.
meo Buratto.* quod ſi replicetur, nomina ſingulo-
rum fuiſſe expreſſa in deliberatione Congregato-
rum pro conſtituendis procuratoribus ad inſi-
nuandam donationem iam factam, ex qua vi-
detur inferri ratificatio iam geſtorum nomine
eorundem, adhuc non videtur actus ille ſuffi-
4 ciens, † cum non fuerit propalata nullitas prædi-
cta omiſſæ deſcriptionis in d. conſilio generali,
aut inſertus tenor inſinuandus, *Gambar. conſil 146.
numero 14. lib. 1. Oſaſc. deciſ. 172. numero 13. Natt. conſil.
162. num. 23. libr. 1. Surd. conſil. 49. numero 33.* & de ne-
ceſſitate inſerendi totum tenorem ad eum effe-
ctum *Caſtr. conſil. 465. libr. 1. cum aliis relatis, qui illum
ſequuntur, per Surd. d. conſil. 28. numero 118.* præterea
deficit etiam mandatum Adunantis generalis de-
ficiente facultate in eis ad donandum, quamuis
5 enim † Conſilium Generale, quod vniuerſitatem
repræſentat, & populum, ſit rei ſuæ moderator,
& arbiter, *l. in re mandata. Cod. mand. Crauet. conſil.
851. numero 2. Natt. conſil. 431. numero 23.* attamen
6 † in voluntaria, & abſoluta donatione ſine cau-
ſa dominus non eſt, nec donare poteſt, *l. ambitioſa.
vbi Bart. per illum text. ſub numero 6. ff. de decr. ab ord.
facien. Bald. in leg. ad inſtructiones. numero 6. Cod. de
Sacr. Eccleſ. Theſ. deciſ. 257. numero quarto, Joſeus de
iur. vniuerſ. part. 3. cap. 11. numero 2.* Neque obſtat,
quod cauſa non deficiat, & quidem ſufficiens,
nempe quia præceſſit donatio ex cauſa remune-
ratoria expreſſa tam per Congregatos, ibi, *in
recompenſa di queſto beneficio, & altri riceuuti, & che
ſperiamo riceuere*, quam per procuratores in ipſa
donatione, ibi. & *propter multa beneficia, quæ hanc
7 donationem excedere aſſeruerunt*, † ex quibus dice-
batur, licuiſſe Populo, & vniuerſitati donare,
prout, limitando ſupradictam regulam *l. ambitioſa.*
tenuerunt *Bart. & alij ſupra allegati*, & idem con-
firmat *Ruin. d. conſil. 175. numero 20. volum. 1. & Rolan.
conſil. 5. numero 9. volum. 1.* quia ſemper poteſt exci-
pi de inualiditate etiam donationis remunera-
toriæ, ex quo non probatur, in ea interueniſſe ſo-
lemnem numerum eorum, quia debuerunt con-
gregari, dum nomina ignorantur, nec fuerunt
expreſſa, † quo caſu donatio ipſo iure eſt nulla, 8
l. 2. & 3. ff. de decret. ab ord. facien. & de carentia de-
creti, de quo mox dicetur, † ſine quo donatio non 9
ſuſtinetur, ac demum, quia † benemerita aliunde 10
eſſent probanda quam per aſſertionem donan-
tium, *Seraph. deciſ. 1184. n. 5.*

Decreti etiam omiſſio probatur ex ipſa inſtru-
menti lectura, † qui modus eſt certus probandi 11
negatiuam contentorum in ſcriptura producta,
*Bart. in l. fin. Cod. de reb. cred. Alciat. reg. 3. præſumpt. 16.
Becc. conſ. 40. num. 2. Hercul in tract. quis teneat. prob. ne-
gat. numero 166. & 167.* & † illud eſſe neceſſarium in 12
donationibus minorum, etiam ex cauſa remune-
rationis, firmauit ex multorum ſententia *Simonc.
de decret. lib. 1. tit. 2. inſp. 4.* & ex alia quacunque cauſa
idem tenuit *Menoch. de arbitrar. caſ. 171. num. 45* † quæ 13
ſolemnitas non debet diuerſo iure cēſeri in Com-
munitatibus ſiue paruis, ſiue magnis, in quibus
ſunt viduæ, & pupilli, & minores, quibus licere
debet iure ſuo vti, *l. rempublicam. C. de iur. Reipubl.
lib. 11.* & late comprobat *Odd. de reſtit. in integr. part. 1.
qu. 3. art. 9. & 10. & Bart.* in indiuiduo idem tenuit,
quod decretum interponatur, & *in l. fin. nu. 4. C. de
præd. Decurion. ſine decret. non vend. lib. 10.* & idem ad-
mittit *Ruin. d. conſ. 175. n. 18. vol. 1.*

Non obſtat ſi dicatur, decretum interueniſſe ex
aſſiſtentia Prætoris auctoritatem præſtantis Con-
ſilio generali, & vlterius iuramentum additum
fuiſſe, † quod ſolet ſupplere decretum Iudicis, 14
Tutoris, & Curatoris, ac cuiuſcunque alterius au-
ctoritatis requiſitæ, ſecundum veriorem de qua
per *gloſ. in l. 1. & auth. Sacramenta puberum. Cod. ſi ad-
uerſ. vend. & alios alleg. per Simoncell. de decret. minor lib.
3. tit. 8. inſp. 18. n. 137. Clar. in § donatio. q. 8. verſ. ſed quæro.
Seraph. dec. 1184. n. 6.*

Quia † quoad ipſum decretum præſentia Gen- 15
tilis Cappelli tunc Prætoris Gallesij ſolum fuit ad-
hibita, vt dicta Vniuerſitas poſſet congregari, vt
moris eſt, non autem, vt ſuo decreto confirmaret
ordinationem de donando, & ita intelligunt, &
declarant *Rolan. conſ. 33. nu. 6. lib. 1. & Menoch. conſ. 80. n.
27. lib. 1.* Quo vero ad iuramentum primo fuit reſ-
ponſum, ex quo † *per l. fin. de vend. reb. Ciuit. lib. 11.* 16
vtrumque requiritur, & de forma per verba, &
non aliter, tunc iuramentum non poteſt ſupplere
decretum, quia copulatiue vtrumque requiritur,
Rot. dec. 729. n. 1. part. 4. diuerſ. Verum tuta non eſt reſ-
ponſio, dum pendet indeciſa quæſtio, an ſolemni-
tates *d. l.* ſint adhibendæ in caſu, de quo agitur.
Secundo fuit reſponſum, iuramentum deficere,
quia procuratores, qui iurarunt, carebant ſpeciali
mandato ad iurandum, † prout ad hunc effectum 17
de iure requiritur, *Seraph. de priuil. iuram. priuil. 111.
n. 3. Simonc. de decret. d. lib. 3. tit. 8. n. 189.*

Non etiam aduerſatur, quod donatio ſit reci-
proca, & ob cauſam, ac etiam verſemur circa ius
incertum, vt † primo caſu non requiri ſolemni- 18
tates, voluerint, *Clar. in § donatio. q. 16. verſ. ſed nun-
quid. Gail. obſeru. 126. numero 4.* † Secundo vero caſu 19
idem ſenſerint *Bald. in l. contra ius in fin. num. 3. lect. &*

in l. tale

in l.tale pactum.lect.1.in princ.nu.4.ff.de pact. Couar.var. reſol.lib.2.cap.4.n.12.

Quia in vtroque caſu præallegati quærunt de
ſolemnitate inſinuationis,quæ conuenit puris do-
nationibus, vt ideo, quando ſunt ob cauſam, vel
de iure non liquido, tunc illa ſolemnitas non ſit
neceſſaria ex eo, quod non ſint veræ donationes,
ſed, quod non requiratur decretum, etiam quod
ſit alter contractus ex iuſta cauſa celebratus, hoc
non dicunt,quia ſemper obſtat *text. in L. ob æs. C.de*
20 *præd.minor.*& videmus, quod † in tranſactionibus,
quæ ſolent fieri de re incerta,& dubia,& litigioſa
ſemper requiritur decretum Iudicis, *Corn.conſ.284.
n.7.vol.4.Capyc.93.per tot.*

Demum non obſtat, quod Communitas Mal-
21 leani, quæ non donauit, ſed eſt † tertia, non poſ-
ſit dare de huiuſmodi nullitate,quæ reſpicit ſolam
commoditatem Communitatis Galleſij, *Oſaſc.dec.
94.n.23.Surd.dec.108.n.5.& dec.119.n.17.*

Quia, ſi eſſemus in donatione habente ſtatum
validitatis,prout,ſi ageretur tantummodo de pro-
bandis benemeritis aliunde, quam ex aſſertione
22 eorum, qui donarunt, † ex quo interim ipſo iure
tenet donatio, quamuis ex falſa, aut non æquiua-
lenti cauſa poſſit reſcindi, aut moderari,vt expreſ-
ſe admittunt *Bart.in d.l.ambitioſa.num.6.ff. de decret.ab
ord.facien. Ruin.d.conſ.175. num.20.volu.1. Loſæus de iur.*
23 *vniuerſit.part.3.cap.11.num.8.* † dicentes, ſufficere aſ-
ſertionem Communitatis, aut Decurionum circa
benemerita,donec contrarium probetur,ac etiam
24 ſi admitteretur,† expreſſam hominum deſcriptio-
nem non eſſe neceſſariam ſecundum aliquorum
ex Dominis opinionem,vt ſcilicet non agatur de
re pōderoſa,dum iſtorum bonorum æſtimatio eſt
incerta,& litigioſa per 30.annos,& vltra,& tunc
exceptio eſſet releuans, tanquam de ſtatu validæ
25 donationis,† de quo tertius nō poteſt dare nolen-
te donatore, prout in ſupra allegatis deciſionibus
dicitur de emphyteuta, vaſſallo, aut delinquente,
contra quos agi, aut excipi non poteſt ante ſen-
tentiam, niſi Domino aut Fiſco declarante, poſt-
quam interim ſunt in ſtatu veri dominij.

26 Cæterum, quia † donatio prædicta non eſt in
ſtatu validitatis propter omiſſionem decreti,ſem-
per poſſunt poſſeſſores opponere de iure tertij,il-
lud allegando in modum probationis contra ven-
dicantem bona, vt non ille,ſed alter ſit dominus,
Surd. conſ. 415. num. 18, ponderans hanc rationem.
*Vrſil.ad Afflict.dec.107.nu.11. Menoch. de adipiſc.remed.4.
num.594.*

Quæ autem opponebantur de *Statuto Vrbis cap.
149.lib.1.& de Bulla Pij Quarti* viſa fuerunt non egere
27 alia reſponſione,† dum non conueniunt caſui,de
quo agitur.

Et ita fuit reſolutum, &c.

R.P.D. ROYAS.

Peruſina Spolij Mercurij
18. *Iunij* 1642.

SVMMARIA.

1 *Reintegrari debet paſſus ſubhaſtationem probatis illius tunc poſſeſſione, & moderna partis aduerſæ, & notoria ſubhaſtationis nullitate.*
2. *Primum extremum in ſpolio probatur ex ſubhaſtatione, & deliberatione ex aduerſo contra agentem obtenta.*
3 *Ex inſtrumento adeptionis poſſeſſionis.*
4 *Ex depoſitionibus teſtium, & eo magis ſi deponant etiam de perceptione fructuum.*
5 *Ex implicita confeſſione partis aduerſæ.*
6 *Probatio nulla maior eſt confeſſione partis aduerſæ.*
7 *Secundum extremum in ſpolio probatur litis ſuſtentatione iunctis teſtibus.*
8 *Via executiua procedi non poteſt contra tertium poſſeſſorem.*
9 *Subhaſtatio, & delibaratio facta pro minori oblato precio non valet.*
10 *Oblator oblationi renunciare non poteſt.*
11 *Deliberatio de ſtylo Vrbis in ſtabilibus fit cum termino, Niſi infra menſem, nec valet cum termino, Niſi ad primam.*
12 *Terminus de iure communi in ſubhaſtatione bonorum minorum requiritur ſaltim 20.dierum.*
13 *Termino deliberationis vnius menſis circumducto requiritur alius eiuſdem ſpacij.*
14 *Licentia alienandi à Principe conceſſa non abſoluit à terminis, & ſolemnitatibus requiſitis in ſubhaſtatione, & deliberatione, ſed intelligitur ſeruatis ſolemnitatibus à iure requiſitis. & n.15.*
16 *Clauſula ſublata, eſt acceſſoria, nec locum habet, vbi non viget principalis diſpoſitio.*
17 *Clauſula, ſublata, & decretum irritans non poſſunt annullare proceſſum reintegrationis,nec claudere os Iudici, & parti.*
18 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem, & petitorium reſpicientia reintegrationem non impediunt.*
19 *Spoliatus eſt ante omnia reſtituendus omni poſtpoſita exceptione, & cognitione ſupra meritis.*
20 *Replicatio, dolo petis, quod ſtatim reſtituturus es; in iudicio ſpolij non admittitur.*

Deciſio CVI.

PErſtiterunt Domini in deciſis coram me ſub
die 4. Aprilis *1636.*quæ habetur impreſſa poſt
*Mang.de ſubhaſt.dec.vlt.*in qua dictum fuit,Comiti-
bus de Vbaldis competere reintegrationem ad
bona Sancti Mariani, & Beltrignanæ hodie de-
tenta per Dominos de Criſpoldis hæredes Mar-
tiæ eorum matris,cui dicta bona fuerunt delibe-
rata, † probatis omnibus extremis neceſſariis in 1
hoc iudicio, nempe poſſeſſione Comitum de
Vbaldis de tempore commiſſi ſpolij, moderna
D. Criſpoldis,& notoria nullitate Iudicis proce-
dentis ad ſubhaſtationem,vel deliberationem di-
ctorum bonorū,vt latiùs in dicta deciſione, cuius
fundamenta etiam hodie Dominis placuerunt.

Nam quoad primum extremum, † illud ſuffi- 2
cienter probatum remanet tam ex ſubhaſtatione,
& deliberatione bonorum contra dictos Comi-
tes facta, vt cenſuit Rota coram *Durano deciſ. 37.
numero 1.cum ſeq. & parte 7. recent. dec. 224. numero
1.* † quam etiam ex inſtrumento adeptionis, nec
non † ex depoſitionibus Teſtium,quorum aliqui 3
deponunt etiam de perceptione fructuum,iuxta *l.* 4
*qui vniuerſas.§.quod per Coloniū.& ibi Bart.ff.de acquir.
poſſ.Caputaq.dec.331.numero 6. & 371.part. 2. & part. 1.*

K 2

5 *recent.deciſ.462.Seraph.deciſ.1200.num.1.* † necnon ex implicita confeſſione præfatorum de Chriſpoldis emanata de tempore, quo fuit obtenta ſubhaſtatio, & deliberatio dd. bonorum contra dictos
6 Comites, † qua nulla maior probatio, vt in *d.deciſ. 229. num.2. part.7. & in Colonien. Præcedentiæ 9. Junij 1627. & Romana Domus 30. Maij 1629. coram*
7 *Eminentiſſimo Cardinali Vbaldo.* Pro ſecundo vero † ſat eſt ſubſtentatio litis teſtibus examinatis, optimè de poſſeſſione ipſorum de Chriſpoldis deponentibus *Greg. XV. deciſ.362.num.3. Duran.d.dec. 37.num.4.*

Iudicium demum nulliter proceſſiſſe patet tum
8 quia † contra DD. Comites tertios poſſeſſores procedi executiuè, vt factum fuit, tum etiam, quia
9 † ſubhaſtatio, & deliberatio fuit facta pro minori pretio oblato, non obſtante, quod alij maiores
10 oblatores renunciaſſent, † cum id agere non valuiſſent ex relatis in ſpecie in *Romana Domus 19. Decembris 1631. coram Eminentiſſimo Cardin. Veroſpio*, & prout plenius in dicta deciſione fuit deductum,

Subſiſtere etiam viſum fuit tertia nullitas elicita ex ea, quod d. deliberatio emanauerit ſub de-
11 creto, niſi ad primam diem, † cum tamen de ſtylo eſſet facienda cum termino, niſi infra menſem, vt per *Gratian.diſcept.739. num.22. Buratt. deciſ. 574. numer.10. & in Romana ſpolij domus 19. Januarij*
12 *1615. coram Eminentiſſ. Card. Pamphilio.* Et † de iure communi in ſubhaſtatione bonorum minorum requirebatur ſaltem ſpatium 20. dierum, iuxta *text. in Auth. hoc ius porrectum. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Surd. conſ.49.nu.15. ad fin. & nu.19. & cenſuit Rot. parte 4. rec. dec.406.nu.5.*

Nec obſtare viſum fuit, quod antea emanauerit decretum de ſubhaſtando, cum termino infra menſem, quia fuit animaduerſum, poſtea fuiſſe
13 circunductum, † Ideoque in decreto deliberationis ſubſequutæ; denuo requirebatur aſſignatio termini vnius menſis vt per *Felin. in c.n.22. de Iudic. Oſaſc. dec. Pedemont. deciſ.142.nu.37.* & in puncto *Rota in d. Romana Domus 19. Januarij 1615. coram Eminentiſſ. Pamphilio.*

Quo verò ad obiectum deductum ex Chirographo *fel. record. Pauli V.* ſuper derogatione fideicommiſſi emanatum ad fauorem Dominorum de Chriſpoldis fideiuſſorum caſu, quo Mutius contraueniret, & Statum Eccleſiaſticum ingrederetur cum clauſula ſublata, & decreto irritanti placuerunt DD. reſponſiones datæ in alia deciſione, & in omnem caſum Paulum V. in d. Chirographo, in quo leguntur dicta clauſula ſublatæ, & decretũ irritans, cenſendum venit tantum diſponere voluiſſe, prout verè diſpoſuit, quod omni caſu, quod dicti Domini de Chriſpoldis, qui fideiuſſerant ad fauorem Fiſci, ſoluerent, poſſent ſe releuare pro ſumma ſoluta ſuper bonis ſubiectis fideicommiſſo
14 q. Ioannis Antonij Paroli, † nec per dictum Chirographum iudicandum eſt, eundem *Paulum V.* voluiſſe abſoluere Fiſcum, nec Dominos de Chriſpoldis ab obſeruatione terminorum, & ſolemnitatum requiſitarum in ſubhaſtatione, & deliberatione bonorum, quod etiam colligitur ex illis verbis Chirographi: Ibi *Quella parte de beni, che al noſtro Fiſco li piacerà di ſeguitare*, quæ verba ſunt intelligen-
15 da Iuris ordine ſeruato, Nam † licentia alienandi conceſſa per Principem intelligitur ſemper ſeruatis ſolemnitatibus à Iure requiſitis, vt per *Rot. par.2. diuerſ. dec.84.n.4.* Et in dicta deciſione huius cauſæ dictum fuit, & † dicta clauſula, ſublata 16
eſt acceſſoria, nec locum habet, vbi non viget diſpoſitio principalis, *ex firmatis in præterita deciſione*, & ideò non habet locum in præſenti caſu, cum non agatur de exiſtentia, vel non exiſtentia fideicommiſſi, circa quam verſatur dictũ Chirographum, ſed tantum petatur reintegratio, ſtantibus prædictis nullitatibus, † quo caſu nec dicta clauſula, nec 17
dictum decretum poteſt annullare proceſſum, nec claudere os Iudici, & parti, *Rot. deciſ. 209. num.1.2. & 3. part.4. diuerſ. Mart. de clauſ. clauſul.158. nu.53. part.1.*

Quæ demum per Informantes pro Chriſpoldis, longa ſerie inculcabantur ſuper ſubſtinentia ſententiæ fiſci ſuper delictis illorum de Parolis, & ſuper non purificatione fideicommiſſi, & ſimilium, Dixerunt Domini, † non poſſe impedire reinte- 18
grationem tanquam requirentia altiorem indaginem, & petitorium reſpicentia, cum † ſpoliatus 19
ſit ante omnia reſtituendus poſtpoſita omni exceptione, & cognitione ſuper meritis, *Bald. in c. conquerente de reſtit. ſpoliat. Surd. conſ.28.n.31. & conſ.66.n.5. Caputaq. dec.260.n.5. par.2. Rot. dec.366.n.10. part.1. recent. Peregr. conſ.131.n.1. cum plur. ſeq.* vbi quod † contra a- 20
gentem in ſpolio nec admittatur replicatio, dolo petis, quod ſtatim reſtituturus es.

Et ita reſolutum vtraque informante.

MOTMANNO.

Anconitana Pecuniaria Lunæ 5. Iulij 1632.

SVMMARIA.

1 *Mandatum executiuum expeditum poſt iurium productionem, & admiſſionem eſt nullum.*
2 *Decretum relaxationis mandati circunducitur ex iurium productione, & admiſſione.*
3 *Circunductio decreti non tollitur ex citatione ad videndum mandari expediri mandatum præuia repoſitione.*
4 *Repoſitio à decreto quando tollat ſuſpenſionem inductam per iurium admiſſionem, vel non & n.5.*
6 *Citatio an Ancona ſuſtineatur cum appoſitione nominis Nuncij in relatione. & n.n ſeq. & n.14.*
7 *Forma à Statuto inducta eſt ſubſtantialis, nec poteſt illi addi, vel detrahi. & n.8.*
9 *Et debet ſeruari præciſe, & non per æquipollens.*
10 *Scientia præſumpta non æquipollet veræ.*
11 *Statutum clarum non recipit interpretationem à ſtylo Curiæ.*
12 *Stylus Curiæ non habet regulariter vim legis, nec ius facit, vbi eſt lex, vel ius in contrarium, nec poteſt à Judice, vel Curialibus introduci. & n.13.*
15 *Verbo, Modo, & forma præmiſſis, ſunt repetitiua præcedentium, & tanquam in ablatiuo abſoluto dant formam omnino ſeruandam etiam in minimo, & num.16.*
16 *Actus nullus remanet ob formam non ſeruatam.*
17 *Citatio non neceſſaria ſi nulliter fiat, actum nõ vitiat.*

18 Pro-

Digitized by Google

18 *Proceſſus ſubhaſtationis non ſubſiſtit, niſi ſeruatæ ſint legitimæ ſolemnitates, & præſertim citationis.*
19 *Vtile per inutile vitiatur, vbi vtile ſubſtantiatur ex eo, quod vitioſe, aut nulliter geſtum eſt.*

Deciſio CVII.

CVm Tudiſius non acquiſceret deciſionibus factis 10. Decembris præteriti, & 22. Martij ſubſequentis pro reuocatione mandati executiui ab A.C. relaxati contra Ioan. Mariam, & Matrimonium eius debitores, & quod eidem Tudiſio poſt obtentam pignoris ſubhaſtationem agenti ad conſequutionem reſidui obſtaret exceptio non adimplementi ob non factam ex parte ipſius creditoris d. pignoris reſtitutionem; ex aduerſo vero aliæ vltra deductas opponerentur nullitates; denuo propoſui cauſam, & Dominis viſum fuit
1 † mandatum prædictum ex eo etiam capite infirmandum eſſe, quod fuerit expeditum poſt iurium
2 hinc inde productorum admiſſionem, † per quam præcedens decretum pro illius relaxatione fuerat circunductum, *iuxta deciſion. 5. de teſtib. in nou.* cuius concluſionem allegat, & ſequitur *Abb. in c. quoniam contra num. 10. de prob.* & poſtea Rota comprobauit *in Romana Pecuniaria, ſeu Reſtitutionis in integrum 15. Decembris 1610. coram Corduba apud Marches. de commiſſ. tom. 1. fol.* 1212. Neque † huiuſmodi cir-
3 cunductionem remouit ſubſequutus actus citationis ad videndum mandari expediri idem mandatum præuia repoſitione à quocunque decreto
4 præiudiciali, Vnde † ſublata per d. repoſitionem ea ſuſpenſio, quæ fuerat inducta per iurium admiſſionem, relaxatio mandati præcedens potuerit reduci ad actum iuxta ſtylum Curiæ Tribunalis A.C. de quo teſtatur *Saluſt. Tiber. in prax. cap. 27. nu. 20. l. b. 1.* qui allegat *Rot. deciſ. 12. de probat. in nou. & dec. 270. inter manuſcriptas Caputaq.*
5 Quia † dictum Saluſtij, & deciſiones allegatæ procedunt, quando Iudex poſt decretum relaxationis repoſuit debitorem ab eo appellantem animo melius deliberandi, ſecus vero quando, vt in præſenti caſu, Iudex admiſit iura partium, neutra earum contradicente, vel ab illorum admiſſione tanquam grauamine appellante, quo caſu minime procedere præfatam *Rot. dec. 1. de teſtib. inquit Abb. in d. c. quoniam contra num. 17. verſ. maxime de probat.* cuius dictum notabiliter ponderat *Iaſ. in lege prima, n. 25. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.*
6 Deinde viſum fuit non obſtare, quod † ex obſeruantia, & ſtylo, de quo atteſtantur Curiales Anconitani ſuſtineatur citatio facta cum appoſitione nominis Nuncij in relatione, quæ ex effectus identitate æquipolleat expreſſioni faciendæ in citatione ex depoſitione Statuti Anconitani.

Quia d. Statuti diſpoſitio reſpicit modum, & ordinem conficiendi, & exequendi d. citationem adeo exactam, vt prius nomina ſcribentis, Iudicis, & partium, & Nuncij cum die, & cauſa debeat continere, & deinde præſentari. Vnde inducta
7 eſt forma, † cuius integritati nihil addi, vel detrahi poteſt, quin ea lædatur, vel mutetur, quo caſu, formam eſſe ſubſtantialem, notat *Bart. in l. cum his. §. ſi prætor. numer. 2. ff. de tranſact.* & ſequitur *Dec. in c. de appellationibus nu. 5. de appellat.* qui am-
8 plius dicit *in conſ. 429. numero 5.* † formam datam à Statuto in dubio cenſeri eſſe ſubſtantialem, *ex Bald. in l. comparationes. num. 15. C. de fid. inſtr.* &, † cum 9
Statuentes, vt patet ex lectura, de huiuſmodi forma ſolum cogitauerint, et debet ſeruari præciſe, & non per æquipollens peruerti viam d. ordinis, *ex iuribus copioſe allegatis in Placentina Decimarum 3. Decembris 1629. coram R. P. D. meo Durano.* † Scien- 10
tia enim nominis, quæ deſumitur ex relatione Nuncij apud acta, cum ſit tantum præſumpta, non æquipollet ſcientiæ, & notificationi, quæ iuxta Statuti diſpoſitionem aliunde non deducitur, quam ex ipſa lectura citationis.

Neque † Statutum, cuius diſpoſitio eſt clara, 11
debet recipere interpretationem à ſtylo Curiæ,
† qui regulariter neque vim legis obtinet, neque 12
ius facit, vbi ius, aut lex in contrarium reperitur, *ad not. per Abb. in c. ex litteris n. 5. & 6. de conſtitut.* quem allegat *Curt. ſen. in conſ. 65. nu. 19.* † neque etiam à Iu- 13
dice, ſiue Curialibus non habentibus facultatem condendi legem contra claram d. Statuti diſpoſitionem potuit introduci, *vt per Gratian. dec. March. 238. n. 18. cum ſeq.*

Neque obſtat, quod Statutum Anconitanum poſtquam in prima eius parte dedit prædictam formam citationis faciendæ contra præſentes ſub clauſula irritante, deinde in ſecunda parte, vbi diſpoſuit de citatione facienda contra abſentes modo, & forma præmiſſis, omiſerit clauſulam annullatiuam citationis aliter factæ, † & proinde 14
videatur non excludere obſeruantiam non faciendi citationem cum expreſſione nominis Nuncij in citatione.

Quia fuit reſponſum; quod nihilominus eadem forma præſcripta in prima parte d. Statuti ad vnguem ſeruari debet in citatione contra forenſes propter illa verba (modo, & forma præmiſſis) † quæ ſunt repetitiua præcedentium, &, cum 15
ſint prolata per ablatiuum abſolutum, dant formam, *Caputaq. deciſ. 150. num. 1. part. 1. Rot. in Ariminen. Dotis* 11. *Maij* 1620. *coram Reuerendiſſ. D. Coccino Decano*, & ſatis eſt, quod † actus remaneat 16
nullus ob formam non ſeruatam, *vt not. Bald. in l. 2. numero 11. Cod. quomod. & quand. Iud. Alex. in conſ. 137. numero 13. volum. 3.* ac in terminis ſimilium verborum, & ablatiui abſoluti, quod omnia contenta in Statuto dicantur eſſe de forma omnino ſeruanda etiam in minima eius parte, reſpondit *Rolan. conſ. 72. num. 58. & ſeq. lib. 3. cum aliis allegatis in deciſione huius cauſæ 22. Martij præteriti, quibus conferunt dicta in Valentina Bononiæ 18. Aprilis 1603. coram bon. me. Ortembergo.*

Denique non obſtat, quod, cum d. creditori tradita eſſet facultas vendendi Coria poſt elapſum tempus promiſſæ ſolutionis non fuerit opus citatione, † vnde per eam nulliter factam non debeat 17
cenſeri vitiatus actus venditionis, quæ potuit fieri abſque vlla citatione.

Quia ex huiuſmodi facultate vendendi non poteſt ſuſtineri proceſſus ſubhaſtationis, † quia 18
non ſubſiſtit, niſi ſeruatæ fuerint legitimæ ſolemnitates, & præſertim citationes in eo iudicio omnino requiſitæ, *per text. in l. creditor. la 2. Cod. de diſtract. pign. gl. in l. quinquaginta C. de excuſat. tut.* Cum autem d. ſubhaſtatio non ſuſtineatur attento defectu, & vitio citationis, intrat limitatio regulæ, quod † vtile per inutile non vitiatur, vt ea non 19

Digitized by Google

procedat vbi vtile ſubſtantiatur ex eo, quòd vitioſe, aut nulliter geſtum eſt, *vt notat Felin. in c. cum ordinem de reſcript.*

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. BICHO.

Anconitana Prædij Mercurij

18. *Iunij* 1642.

SVMMARIA.

1 *Creditori ſecundo competit contra primum ius offerendi, ſiue primus à debitore, ſiue à Iudice emerit, & quare. & num. 3. Lim. vt num. 5. 6. & 7. contrarium nu. 8.*

2 *Creditor in dubio præſumitur, rem debitoris emiſſe potius confirmand. gratia ſuam hypothecam quam dominium acquirendi. & num. 21. Ampl. vt num. 22. & 23.*

4 *Debitori non competit ius offerendi aduerſus creditorem, qui pignus emit.*

9 *Citari certus creditor debet perſonaliter, non per proclamationem, vt afficiatur diſpoſitione l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pign.*

10 *Creditor ſecundus non poteſt offerre extraneo licitatori, & quare.*

11 *Si aliquis proprio nomine ſimulate emat ſub haſta pro creditore habetur, ac ſi non ipſe, ſed creditor emat. & n. 26.*

12 *Emere per ſe ipſum, vel interpoſitam perſonam idem eſt.*

13 *Creditori ſecundo eo magis competit contra primum ius offerendi, ſi emerit ſimulate per ſubiectam perſonam.*

14 *Diſpoſitio text. in l. & qui ſub imagine. C. de diſtract. pignor. non eſt reſtringenda ad venditionem extraiudicialem.*

15 *Iuris offerendi in materia non intereſt, an contractus celebretur à Iudice, vel à parte.*

16 *Fraus euitari debet in iudiciali venditione.*

17 *Et præſumitur, ſi vnus tantum adfuit oblator, & res viliori pretio diſtracta fuit.*

18 *Creditor primus poteſtatem habet vendendi pignus poſteriori hypothecæ non affectum.*

19 *Iuris offerendi ſecundi creditoris excluſio procedit à poteſtate primi pignus vendendi illius hypothecæ non affectum.*

20 *Poteſtas primo creditori vendendi pignus hypothecæ poſteriori non affectum non cenſetur conceſſa ad effectum vendendi ſibi ipſi.*

24 *Qualitates omnes contractus geſti cum perſona ſimulata militant in vera, cuius ex illo contractu quæſitum fuit.*

25 *Creditor quando dicatur emiſſe vti extraneus, & quando vti creditor.*

27 *Ius offerendi, non competit ſecundo creditori, ſi deliberatio fuerit recte facta, ſecus ſi nulliter.*

28 *Deliberatio facta creditori emet ſimulate per interpoſitam perſonam eſt nulla.*

29 *Oblatores tres eſſe debent ad ſubhaſtationis pignoris validitatem.*

30 *Deliberatio nulla eſt, ſi deficiat citatio ad viden. ſubhaſtari, & deliberari, vel decretum Iudicis.*

31 *Ius offerendi non datur ſine hypotheca.*

32 *Fœminæ ſuperſtites ex Statuto Anconitano non concurrunt cum patre ad ſucceſſionem fratris.*

33 *Creditor, qui prædium tanquam debitoris ſubhaſtare fecit, non poteſt deinde allegare, debitorem eiuſdem prædij dominium non fuiſſe.*

34 *Liquidationis fructuum calculus fieri poteſt etiam poſt ſententiam ante illius executionem.*

Deciſio CVIII.

SCipio Rinaldus tanquam creditor hæreditatis Bartholomæi Fanelli in ſcutis bis mille vendidit iure creditoris mediante iudiciali ſubhaſtatione, ac deliberatione prædium hæreditarium Raphaeli, qui die ſequenti declarauit per publicum inſtrumentum, ſe in rei veritate emiſſe de ordine ipſius Rinaldini, & de pecuniis ab ipſo ad hunc effectum ſibi traditis, emptionemque feciſſe pro dato, facto, & computo dicti Rinaldini, ſeque in ea de nudo, & ſimplici nomine inſeruiiſſe.

Quadriennio ferè poſt hæc geſta Collegium Societatis Ieſu tanquam creditor, licet poſterior, eiuſdem Fanelli præuia oblatione ſcutorum bis mille, quod erat creditum Rinaldini, petiit, & obtinuit in poſſeſſionem d. prædij immitti per tres ſententias, quarum vltima Rotalis eſt coram bo. me. Pirouano, eámque hodie Domini coram me in quarta inſtantia confirmandam eſſe cenſuerunt.

Nam † ex diſpoſitione text. in *l. cum ſecundus.* 1
ff. de diſtract. pign. competit ſecundo creditori ius offerendi aduerſus primum, ſiue primus emerit à debitore, ſiue à Iudice, *Salic. in l. 1. quæſt. vlt. Cod. ſi antiq. cred. Neguſ. de pign. part. 5. membr. 3. num. 7. Trentacinqu. var. reſol. lib. 3. reſol. 30. numer. 6. Greg. Lop. in l. 46. partit. 5. tit. 13. verb. en pagamiento. Molin. de contract. tract. 2. diſp. 538. num. 19. Morot. de iur. offer. num. 18. & 19. Vinc. de Franc. deciſ. 69. num. 3. & 9. Viu. deciſ. 526. num. 9. Milanen. deciſ. 12. n. 122. lib. 2. Maſtrill. deciſ. 120. nu. 2. & dec. 201. nu. 6.*

Quia † in dubio præſumitur emiſſe potius con- 2
firmandæ ſuæ hypothecæ gratia, quam acquirendi dominium, *l. cum poſterior. ff. de diſtract. pign. Fab. de Anna conſ. 37. n. 4. & 10. Trentacinq. d. reſol. 30. ſub num. 6. Morot. de Iur. offeren. n. 37. & 2. ſeqq. Viu. d. deciſ. 526. ſub nu. 9. Franch. d. deciſ. 69. n. 6.* & alij allegati per *Modern. Piſaurien. de ſubhaſt. q. 82. n. 3. & 11.* † quæ eſt ratio, cur 3
ſecundo creditori competat ius offerendi, vt docent præcitata iura, & Doctores.

Quicquid ſit † in iure offerendi competente 4
ipſi debitori, de quo intelligendus eſt textus in *l. à Diuo Pio §. ſi poſt adiectam. ff. de re iudic. & in l. ſi finita, §. illud verſic. poſtea autem quam ff. de damn. infect. leg. obligata. Cod. ſi antiq. credit. & Cephal. conſil. 298. numero 8.* vt diſtinguenda benè declarat *Rimin. Iun. conſil. 3. numero 28. & ſeqq. relatus à Modern. de ſubhaſt. d. qu. 82. numero 13. & 14. Morot. de Iur. offeren. numero 40. verſ. etenim. Negu. de pignoribus, p. 5. membr. 3. numer. 7. & 8.* † vel quando bona data fue- 5
runt in ſolutum, aut adiudicata anteriori creditori in vim pacti ab initio in contractu appoſiti, quod creditor poſſet, illa accipere in ſolutum, ſeu per viam adiudicationis, quia nimirum tunc huiuſmodi pactum præceſſit obligationem ſecundi creditoris, prout aduertit *Rota deciſ. 445. numero 14.*

coram

Digitized by Google

6 *coram Reuerendiſſ. Vrgellen.* aut tandem † vbi credi-
tor poſterior fuit in deliberatione, vel adiudica-
tione citatus, in quibus terminis loquitur *text. in*
l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pignor. & Mant. deciſ. 126.
7 *nu.1.& 3. cum ibi alleg.* † ſeu deliberationi præſens
8 fuit, vt in caſu *Theſaur. deciſ.157. num.11.* † cui tamen
obſtant tradita per *Morot. de Iur. offeren. nu.4. in fine*
verſ. præterea. Neguſ. de pignor. 3. membr. 6. p. nu.23. & per
Surd. deciſ.302. n.3. & ſeqq.

Quorum neutrum concurrit in caſu noſtro,
quia nec adeſt pactum præfatum, nec præſentia;
9 aut citatio Collegij, quod, † cum eſſet creditor
certus, debuit citari perſonaliter, non autem per
proclamationem ad hoc, vt afficeretur diſpoſi-
tione *d. l. ſi eo tempore, vt ibi not. Angel. Bald. Salyc.*
& alij. Bart. in l. fin. num. 2. C. eod. Alex. conſ.106. num.13.
& 14. lib.5. Neguſ. de pign. 3. membr. 6. par. ſub num. 25. verſ.
declarando. Molf. ad conſuet. Neap. tom. 2. par. 8. q.3. num. 11.
Seraph. deciſ.994. n.3.

Nec obſtat, quod prædium venditum fuerit ju-
re creditoris Raphaeli, & ſic extraneo licitatori,
10 † quo caſu ſecundus creditor offerre non poteſt,
cum in emptorem tranſierit prædium immune ab
eius hypotheca, prout erat penes debitorem tem-
pore contracti pignoris, fauore primi creditoris,
l. cum prior. in princip. ff. de diſtract. pignor. l. 1. Cod. ſi
antiq. cred. gloſſ. in l. potiores, verbo, ſucceſſiſti, Cod.
eodem Cephal. Vinc. de Franch. Theſaur. & alij, quos
refert, & aſſequitur *Rota deciſio. 445. coram Re-*
uerendiſſ. Vrgellen. & in Æſina bonorum 20. Febr. 1641.
coram me.

11 Siquidem, † cum, declarationem ſucceſſiuè,
vt ſupra, factam à Raphaele tertio licitatore, i-
pſius nomen fuiſſe ſimulatè appoſitum, & reuera
prædium emptum fuiſſe pro Rinaldino credito-
re, probetur, iuxta theoricam *Bald. in l. multum*
intereſt. numero 2. verſic. ſed quomodo. C. ſi quis alt. vel
ſib. Rot. deciſ.606. num.5. par.1. diuerſ. & in deciſ. 164. nu.3.
poſt Cenc. de Cenſ. habetur, ac ſi non Raphael; ſed
idem Rinaldinus immediate emiſſet, juxta regu-
lam *text. in l. 1. & tot. titul. Codic. plus valer. quod agi-*
tur. Bald. in l. cum precibus, in fine. Codic. de probat.
Caual. deciſ. 221. numero 3. & 4. Buratt. deciſio. 733.
12 *num. 2.* & in puncto, quod † idem ſit emere per
ſe ipſum, vel interpoſitam perſonam. *Fab. de Anna*
conſ.37. nu.13.

Adeo, quod verſamur in terminis venditionis
13 factæ ipſi creditori, † contra quem eo magis com-
petit ius offerendi, quia emit ſimulatè per ſubie-
ctam perſonam, vt ad litteram eſt *text. in l. & qui*
ſub imagine. Codic. de diſtract. pignor. & ex eo not.
Menoch. præſumpt. 121. numer. 12. in fine libro 3. Giurb.
14 *deciſio. 105. numer. 13.* † cuius textus diſpoſitio non
debet reſtringi ad venditionem factam extraiu-
15 dicialiter, quia † in materia iuris offerendi non
intereſt, an contractus celebretur à Iudice, vel à
parte, *Rimin. iun. conſil 3. numero 10. Felician. de cenſi-*
bus tom. 2. libro 3. cap. 2. ſub numero 13. verſicul. quæ regu-
la. Carocc. de oblation. parte 2. quæſt. 11. numero 26. & 63.
16 *Rota in dict. Æſina Bonorum coram me,* & etiam † in
iudiciali venditione militare poteſt tum ratio eui-
tandæ fraudis, *leg. ſi quos. Codic. de reſcind. vend.*
Fontanel. deciſ. 65. numero 3. maxime in caſu no-
17 ſtro, † in quo, vt infra dicam, præter Raphaelem
vnus tantum adfuit oblator, & prædium viliori
pretio diſtractum fuit, *ad text. in leg. ſuperflue.*
Codic. de dol. malo. Corn. conſilio 166. numero 4. libr. 1.
Dec. conſilio. 180. numero 6. Aym. conſilio 142. numero 18
22. Buratt. deciſio. 75. numero 7. † cum defectus po-
teſtatis vendendi inhærentis pignori primi cre-
ditoris, † à qua procedit excluſio iuris offerendi, 19
Cyn. in l. 1. numero 1. verſicul. reſpondeo Cod. ſi antiq.
credit. Salycet. ibidem numero primo. Morot. de iure
offerend. 16. Rodriquez de ann. reddit. libro 2. quæſtio.
17. ſub numero 21. Gratian. deciſ. March. 66. numer. 4.
& 5. nam † poteſtas huiuſmodi non cenſetur con- 20
ceſſa creditori, vt ipſimet vendatur, vt in ter-
minis *Bald. in leg. ordo. numero 7. Codic. de execut. rei*
iudic. Neguſ. de pignor. parte 6. membr. 1. numero 26.
Menoch. conſilio 206. numero 20. Cancer. variar. re-
ſolut. parte 1. cap. 1. numero 136. D. Vrgellen. deciſio. 445.
numero 35. & ſeqq. † & ſemper intrat præſumptio, 21
quod creditor anterior emerit potius tuendi ſui
juris gratia, quam acquirendi dominium, vt in
puncto *Rota coram Reuerendiſſ. Vrgellen. dict. deciſ. 445.*
numero 92. vnde in hac parte dicitur juſta *deciſio*
emanata in hac cauſa ad fauorem Collegij coram bo. me.
Pirouano.

Quæ præſumptio † coadiuuatur in caſu noſtro, 22
quia Rinaldinus creditor emit pro ſumma non
excedente creditum, *Felician. de cenſibus tom. 2.*
libro 3. cap. 2. ſub numero 13. circa fin. Menoch. præ-
ſumpt. 121. ſub numero 11. verſicul. & quia, ille credi-
tor. lib.3. Franch. deciſ.69. num.5. verſ. & quia, † redditur- 23
que luce meridiana clarior, quia creditor emit
iure creditoris, *Franc. dict. dec. 69. num.3. Felician. de*
cenſibus tom. 2. lib.3. cap.2. num.13. circa fin. prout pa-
tet ex facie Inſtrumenti venditionis, in quo legi-
tur hoc jure facta venditio Raphaeli tertio licita-
tori, nam, cum Raphaelis nomen fuerit, vt dice-
bam, ſimulatè appoſitum, † qualitates omnes con- 24
tractus geſti cum perſona ſimulata militant in ve-
ra, nempè in Rinaldino, cui ius ex illo contractu
quæſitum fuit, *leg. 4. §. ſi ab ignoto. ff. de manumiſſ. leg.*
vxor marito. ff. de donat. inter virum, & vxor. leg. ſi non ve-
rum, leg. ſi filij tui. Codic. eodem titul. Seraph. deciſion. 660.
num.5. deciſ. 1120. num.6. vnde † nec opus eſt quæ- 25
rere, an competat ius offerendi contra credito-
rem, qui emit tanquam extraneus licitator, dum
de hoc nullibi apparet, imò de contrario, & re-
torquetur coniectura in deciſione hujus cauſæ
coram bon. me. Remboldo deducta ex eo, quod
creditor emerit à tertio licitatore, quia † ſtante 26
ſimulatione perſonæ, habetur, ac ſi deliberatio
jure creditoris facta fuiſſet immediatè ipſi credi-
tori repræſentato ſecundum veritatem in perſo-
na illius tertij licitatoris.

Sed præterea, † quomodocunque facta fue- 27
rit deliberatio, competit Collegio ius offerendi,
quia eſt nulla, & iura illud prohibentia proce-
dunt, quando venditiones ſunt rectè factæ, dicit
expreſſe *text. in l. 6. Codic. ſi antiq. credit. & ibi not. glo.*
verb. recte. Neguſ. de pignor. parte 5. membr. 5. ſub numero
5. verſicul. tertio reſtringitur. Trentacinq. variar. reſolut.
libro tertio, reſolut. 30. numero 5. Franch. deciſio. 224. nu-
mero 2. & 3. & alij allegati à moderno Neapolit. quo-
tid. reſolut. libro primo cap 219. numero 9. † Nullitas 28
autem eſt clara, nedum, quia fuit facta creditori-
met ſimulate per interpoſitam perſonam, vt *not.*
Fulgoſ. in leg. qui ſub imagine. Codic. de diſtract.
pignor. † ſed etiam quia ex facie ipſius delibera- 29
tionis apparet, quod præter Raphaelem, qui
ſimulatè obtulit, vnus tantum adfuit oblator,
cum tamen tres ſaltem requirerentur ad vali-

ditatem ſubhaſtationis, *Gratian.diſcept.739.num.22. Rot.in Perusina ſpolij coram R.P.D. meo Royas, impreſſa parte 7.recent.deciſ.113.numero 14.& in Romana ſpolij domus coram Eminentiſſ. D.Card.Pamphilio iuniori allegatâ per Modern. Piſaurien.de ſubhaſt.queſt.147. nu-*
30 *mero 15.* † nec non ex defectu citationis debitoris ad vidend. ſubhaſtari, & deliberari, ac decreti Iudicis,& vtrumque erat neceſſarium, *Afflict. deciſ.358. numer.3.& 4.Rot.dec 476.ſub num.4.par.2.rec. dec.485.num.8.coram S.me Greg.XV. dec.3.numer.8.apud Modern.d.tract.de ſubhaſt.*

Non obſtat, quod Collegium careat hypothe-
31 ca,† ſine qua non datur ius offerendi, *leg.cum tibi. Cod. qui potior. in pignor. hab. l.nulla. Cod. de ſolution.* Quia placuerunt reſponſiones datæ in vtraque deciſione coram bon. mem. Pirouano, & ſignan-
32 ter, † quod fœminæ ſuperſtites non concurrunt ad ſucceſſionem fratris defuncti, cui Fanellus pa-
33 ter ſucceſſit,quodque Rinaldinus,† qui prædium ſubhaſtari fecit tanquam creditor Fanelli, non poteſt hodie allegare, Fanellum eiuſdem prædij dominum non fuiſſe.

Rurſus non obſtat, quod in deciſione cauſæ ſub die 27.Maij 1630. coram bon. me. Pirouano dictum fuerit, Rinaldinum teneri ad reſtitutionem fructuum prædij in eo, in quo factus eſt locupletior,&nihilominus nulla præuia diſputatione dubij ſuper huiuſmodi locupletatione emanauerit ſententia Rotalis condemnatoria ſimpliciter in fructibus perceptis, quia eadem deciſio in fine annuit, locupletiorem factum fuiſſe Rinaldinum in eo, quod debitor remaneret facta compenſatione fructuum ex prædio perceptorum cum interuſuriis ei debitis ab offerente, ideoque non fuit neceſſaria alia diſputatio, ſed cautè ſententia mandat fieri calculum fructuum prædij ex vna, interuſuriorum crediti Rinaldini ex altera, omneque id, quod fructus prædij ſuperabunt, ſeu excedent interuſuria crediti, declarat cedere debere in diminutionem ſortis principalis eiuſ-
34 dem crediti, † qui calculus, cum iam fuerint in aliis deciſionibus liquidati fructus prædij, vtique fieri poteſt etiam poſt ſententiam ante illius executionem, *Rot. deciſio. 100. num. 2.parte 1. diuerſ. deciſ.161.numer.3. in fine parte 2. recent. & fuit dictum in Reatina ſucceſſionis 15.Aprilis,& 28.Iunij 1641.coram R.P.D.meo Peutingero.*

Aliis obiectis reſpondent deciſiones coram bon. mem. Pirouano, cum quibus Domini tranſierunt.

Et ita deciſum cauſa ter propoſita, & vtraque parte informante.

R.P.D. ROYAS.

Peruſina. Spolij Lunæ 19. Ianuarij 1643.

SVMMARIA.

1 *Retentio pro vero credito non datur in ſpolio iudiciali, ſed debet ſpoliatus in primis reſtitui. & num.4. Declara vt n.2.& 3.*
5 *Exceptio ſatisfactionis impedit retentionem.*
6 *Fructus in ſpolio indubitanter reſtitui debent à die mota litis.*
7 *Bona fides ceſſat per litis conteſtationem.*
8 *Creditum efficitur illiquidum ex perceptione fructuum bonorum debitoris, nec ex eo datur retentio, nec impediri poteſt reintegratio. & n.9.& 37.*
10 *Emens à Fiſco ſub haſta non rite, & rectè an faciat fructus ſuos, & nu.13.& 14.*
11 *Emens à Fiſco non poteſt amoueri, niſi reſtituto precio.*
12 *Aliud eſt precium, aliud fructus ex bonis empti perceptí.*
15 *Verba, omni ordine peracto, quid importent.*
16 *Fructuum ad acquiſitionem requiritur vel dominium, vel bona fides.*
17 *Fiſci priuilegium non efficit, vt, qui nulliter emit ſub haſta, dominium acquirat, vel in bona fide conſtituatur, immo vt in mala. & n.19.*
18 *Emptor rem retinens loco pignoris non facit fructus ſuos.*
20 *Mala fides præſumitur in emptore ſub haſta eo ipſo, quod in ſubhaſtatione ordo ſeruatus non fuit,& fuit contra ipſum lis conteſtata.*
21 *Litis conteſtatio inducit malam fidem.*
22 *Mala fides cauſatur ex venditione longe vltra dimidium iuſti precij.*
23 *Emptor poſt litem conteſtatam, & ſecutam ſententiam tenetur fructus reſtituere, vel in ſortem imputare, ex quo nulliter emit ad creditoris inſtantiam, & titulus reducitur ad non titulum, & numero 24.*
25 *Poſſidens, ſi ei titulus deficiat, tenetur ad fructuum reſtitutionem.*
26 *Fiſcus non reperitur priuilegiatus, vt, titulo deficiente, fructus ſuos faciat.*
27 *Fiſcus in caſibus, in quibus non reperitur à iure priuilegiatus, vtitur eodem iure, quo alij.*
28 *Subhaſtatio vbi eſt nulla ob imperitiam Iudicis, durius agitur contra Fiſcum, quam contra priuatum, & quare, & nu.29.*
29 *Fiſco, & habenti ab eo cauſam competit ius eligendi Iudicem.*
30 *Fructus creditor ſuos facit non facta ſibi crediti oblatione.*
31 *Oblatio crediti non eſt neceſſaria, antequam ſit oppoſitum de retentione.*
32 *Impugnans ſubhaſtationem tenetur pecunias cum vſuris reſtituere.*
34 *Reſtitutio pecuniarum cum vſuris quando locum habeat, ſi reſtituta ſit res non rite, ac rectè ſubhaſtata cum fructibus.*
34 *Vſura ſi non ſint promiſſa, nec pro illis facta interpellatio, non debentur.*
35 *Cenſus eſt quid diuerſum à credito.*
36 *Retentio non competit niſi pro eadem cauſa, & credito, pro quo nulliter facta fuit ſubhaſtatio.*

Deciſio CIX.

Bis fuit coram me reſolutum, DD.Comites de Vbaldis eſſe reintegrandos ad poſſeſſionem bonorum Sancti Mariani, & Beltrignanæ, fuitque. A.C. traditum votum ad hoc, vt ad expeditionem cauſæ deueniret, cui placuit iterum conſulere Rotam,& dato dubio; An DD.de Chriſpoltis competeret retentio in dictis bonis, hodie diſcuſſo, Domini negatiuè reſponderunt. Tum quia verſamur in ſpolio iudiciali, † in quo 1
retentio non datur pro prætenſo credito ſcutorum

Digitized by Google

rum 4000. ſolutorum per Martiam matrem eo-
2 rum de Chriſpoltis in ſubhaſtatione ſequuta,† niſi
in caſu, in quo poſſeſſio fuiſſet amiſſa ob contu-
maciam, ſiue ob culpam ſpoliati, quæ ceſſat in
præſenti, cum conſtet, Comites citatos ſemper
comparuiſſe,& ſubhaſtationi, & deliberationi ſe
3 oppoſuiſſe,† ſecus verò vbi ſpolium fuit commiſ-
ſum per Iudicem nulliter procedentem,vt in hoc
caſu, prout in prioribus deciſionibus comproba-
4 tum fuit, & ſic † ſpoliatus debet in primis reſtitui,
nec admittitur retentio, *Alexand. in l. 3. §. vltimo
nu.27. cum ſeqq. ff. de acquirend. poſſeſſ. Neguſant. de pi-
gnor. parte 5. membr.2 nu.20.21. & 22. Gratian. diſcept.
734. numer. 48.& 49. Caual. deciſ.539. nu.10.& 534. nu.4.
& in Romana Domus coram Vbaldo, poſt Mangil. de ſub-
haſt. dec.54. n.6. & 7.*

5 Tum etiam quia, aut † obſtat Chriſpoltis ex-
ceptio ſatisfactionis, cum illi poſſederint bona
ſubhaſtata per 20. annos, enumerando tempus an-
te motam litem, vel poſt intentatum Iudicium,
6 quod fuit de anno 1634. per nouennium,† à quo
tempore indubitanter fructus annui veniſſent
reſtituendi, *C. grauis de reſtitut. ſpoliat. Verall. deciſ.28.
num.2. par.2. Coccin. deciſ.439. num.1. Caualc. deciſ.586. ad
fin. Duran. deciſ.454. num.6.* qui fructus aſcendunt
ad annua ſcuta 5000. vt teſtes comprobant, ſunt
ideò compenſandi cum dicto credito ſcutorum
7 4000. quia ex tunc † per conteſtationem litis ſub-
lata remanſit bona fides, aut ſaltem venit dicen-
8 dum, † remanere prorſus illiquidum creditum
9 illorum de Chriſpoltis, ita vt † illius vigore non
valeant impedire reintegrationem, *Gratian. diſcept.
734. numer.13. Surd. deciſ.46. num.16. Rota deciſ.433. nu. 2.
par.2. recent. & 411. num.24. par.1.5. & dec.54. ſub num.11.
poſt Modern. Peruſ. de manut. Caual. deciſ.539. nu.5.* & fuit
dictum in *Auximana Cenſus 10. Maij 1636. coram R.P.D.
meo Ghiſilerio.*

Nec obſtat, quod Domini de Chriſpoltis præ-
tendant ex perceptione fructuum non fuiſſe ex-
tinctum, nec redditum illiquidum eorum credi-
10 tum, ex quo emerint ſub haſta à Fiſco,† ob cuius
priuilegium feciſſe fructus ſuos, nec teneri im-
putari in ſortem, per *text. in l. fundus, qui, ff. de reſcind.
vendit. in l. fin. C. ſi aduerſ. Fiſc. in l. ſi minor. Codic. de iur.
Fiſc. in l.1.& 2. Codic. de fid. inſt. libr.10. Peregr. de iur. Fiſc.
lib.6. tit.4. n.21.*

Quia fuit per Dominos reſponſum, in præfatis
Iuribus nullibi reperiri ſcriptum, quod emptor fa-
11 ciat fructus ſuos, ſed tantum, quod † emptor non
12 amoueatur, niſi reſtituto pretio ſoluto,† aliud au-
tem eſt precium, aliud verò fructus ex bonis em-
13 ptis percepti,† quos reſtituendos eſſe, quando ſub-
haſtatio eſt nulla, etiam ab eo, qui emit inſtante
Fiſco diſponit ad litteram *text. in l.1. Cod. de fid. in-
ſtrum. & iur. haſt. Fiſc. libro 10.* ibi, *eaſdem res recipiat
14 cum fructibus*, & † text. loquitur non ſolum, quan-
do fuit facta ſubhaſtatio, & deliberatio nomine
Fiſci à non perſona legitima, ſed etiam, quando
deficiunt aliæ ſolemnitates, ibi, *neque omni ordine
15 peracto*, quoniam † verba illa, *omni ordine peracto*, in-
ducunt neceſſitatem aliorum ſolemnitatum co-
pulatiuè, ita vt, vna deficiente, intret diſpoſitio di-
cti *text.* vt declarat ibidem *gl. in verb. omni ordine.* Vl-
16 tra quod † ad effectum acquiſitionis fructuum
requiritur, vel dominium, vel bona fides poſſeſſo-
ris, *l. fructus, & l. ex diuerſo iuxta, l. in fundo. ff. de rei ven-
17 dic. l. Herennius, ff. de vſur.* At † priuilegium Fiſci
non efficit, vt qui nulliter emit ſub haſta, domi-
nium acquirat, optimè *gloſ. in dict. l. fundus, verb.
ſatisfactum eſſet, in fin. ff. de reſcind. vendit.* ibi, *& ideò
dicitur eſſe non ſtatim in bonis actoris, ſcilicet vt poſſit petere
non effectu: ſuus tamen eſt, & eſſe non deſiit.* Hinc *Curt.
iun. conſ. vltimo num. 4. lib. 2.* adductus per *Pereg. de
iur. Fiſc.6. tit.4. n.21.* ad comprobandum priuilegium
Fiſci, ait, † *emptorem retinere loco pignoris, propterea* 18
fructus ſuos non facere.

Nec † priuilegium Fiſci efficit, vt emptor con- 19
ſtituatur in bona fide, immo in mala, † quæ præ- 20
ſumitur eo ipſo, quod in ſubhaſtatione non fuit
ſeruatus ordo, *gloſ. in d. l.1. verb. mala fide. Cod. de fid.
inſtrum. & iur. haſt. Fiſc. libr.10.* præſertim ſtante litis
conteſtatione, † quæ indiſtinctè malam fidem 21
inducit, *Bartol. in l. ſed & ſi lege, §. & ſi ante. nu. 1. ff.
de petit. hæred. Surd. conſ.293. numer. 9. Buratt. deciſ. 130.
num. 8. in fin. & 714. numer. 9.* † quæ etiam cauſatur 22
ex venditione longè vltra dimidiam, iuſti pretij
facta, *Caſtr. conſ.156. num.1. verſ. primo, quia, lib. 2.* vbi
adducuntur alia iura, cum teſtes deponant, bona
valere ſcuta 12. mill. & ita † poſt litem conteſta- 23
tam, & ſequutam ſententiam tenetur emptor re-
ſtituere fructus, vel eos in ſortem imputare, quia
nulliter ſub haſta emit ad inſtantiam creditoris,
l. prima, Cod. ſi vendit. pign. agat. hoc quoque expreſsè
diſpoſuit *Imperator in dicta l. prima. C. de fid. inſtru. &
iur. haſt. Fiſc. lib.10. Gratian. diſcept.206. num.15. Caual. dec.
409. num. 1.* † cum titulus reducatur ad non titu- 24
lum, † ex cuius defectu poſſidens tenetur ad re- 25
ſtitutionem fructuum, *Rot. deciſ.693. num.1. poſt med.
part.1. recent.* † Nec Fiſcus in hoc aliquo in loco re- 26
peritur priuilegiatus à iure.

Gam n. deciſ. 77. ſub numer. 1. verſ. nec eſt ſpeciale.
† Fiſcus autem in caſibus, in quibus non reperi- 27
tur à iure priuilegiatus, vtitur eodem iure, quo
alij, *l. quod placuit. ff. de iur. Fiſc. gloſſ. communiter appro-
bata in leg. item veniunt. §. in priuatorum, ff. de petit.
hæred. Dec. conſilio. 331. numero tertio, Peregrin. de iur.
Fiſc. l.7. tit.7. per tot. Fontanell. deciſio.221. num. 4. Duran.
deciſ.380. num.7. & 8.* Immò quando, vt in præſen-
ti, † ſubhaſtatio fuit nulla ob imperitiam Iudicis, 28
duriùs agitur contra Fiſcum, quam contra pri-
uatum quia, † cum ſubhaſtatio facta fuerit à Iu- 29
dice electo per Fiſcum, vel habentem ab eo cau-
ſam, cui eligendi ſibi Iudicem competit de iure
facultas, ſibi imputari debet Fiſcus, ſi Iudicem im-
prudentem, & ignarum elegit, vt in terminis ſub-
haſtationis *Gaballin. de euict. §.5. nu.227. Fontanell. dec.
221. nu.23. & 24.*

Minus obſtat, quod, † dum non fuerunt obla- 30
ta dicta ſcuta 4000. Chriſpolti fecerint fructus
ſuos per *text. præfatos in dicta leg. fundus, & leg. ex di-
uerſo & leg. in fundo ff. de rei vendic.* ibi, *oblato pretio.*
Quia fuit per DD. reſponſum, † Vbaldos non 31
fuiſſe obligatos ad oblationem præfatorum ſcu-
torum 4000. antequam non fuiſſet oppoſitum de
retentione pro dictis ſcutis 4000. vt in puncto
reſpondit *Oſaſch. dec.160. n.16.17.*

Nec pariter obſtat, quod fructus percepti ex
iſtis bonis veniant compenſandi cum fructibus
cuiuſdam cenſus impoſiti per Martiam præfatam
matrem eorum de Chriſpoltis occaſione huius
ſubhaſtationis, & pro ſoluenda pecunia Fiſco, vn-
de † impugnans ſubhaſtationem tenetur ad re- 32
ſtitutionem pecuniarum cum vſuris, *l. vſura, & l.
ſi prædium. C. de præd. minor.*

Digitized by Google

Quia fuit ſublata difficultas, tum ex eo, quod fructus prædij longè maiores ſint, quam fructus
33 cenſus; Tum etiam quia † *text. in dicta l. vſura.* loquitur contra debitorem, qui pretium rei venditæ receperat, & in ſui vtilitatem conuerterat, vnde æquum videbatur, vt pretij à ſe vtiliter recepti ſolueret legitimas vſuras, dum repetebat fructus fundi ab emptore, à quo pretium receperat, in quibus terminis loquitur *Modern. Piſaur. de ſubhaſt. quæſt. 91. per tot.* allegando præfata iura; At in caſu noſtro ceſſat dicta æquitas, quia non agit debitor, ſed tertius ex fideicommiſſo maiorum ad bona vocatus, quique nullum ex ſubhaſtatione commodum ſenſerat, immo in hoc caſu nec ipſe debitor ad vſuras tenetur, cum nunquam eas promiſerit, nec interpellatus fuerit à Chriſpoltis, quando pecunias ad cenſus acceperunt, † vt re-
34 quirebatur ad hoc, vt Vbaldi tenerentur ad reſtitutionem fructuum, *Gratian diſcep. 85. num. 14. & 15. Rot. dec. 52. num. 3. part. 1. recent. & in Romana pecuniaria 24. Aprilis 1617. coram bo. me. Merlino.*

35 Quinimmo cum † cenſus ſit quid diuerſum à credito, neque ſubhaſtata fuerint bona pro cenſu, ſed pro pœna pecuniaria Fiſco debita ob contrauentionem Paroli, non poſſunt pro fructibus cen-
36 ſus retineri bona, cum † retentio non competat, niſi pro eadem cauſa, & pro eodem credito, pro quo ſubhaſtatio facta fuit, *Surd. deciſ. 46. n. 2. Caualc. deciſ. 539. nu. 4. & 543. num. 3. & poſt Mangil. de ſubhaſt. dec. 54. nu. 5.*

In omnem caſum, cum pretium oblatum ſub haſta per Martiam aſcendat ſatum ad ſcuta 4000. pro quibus in ſe accollauit cenſum ad dictam ſummam aſcendentem, & fructus bonorum, de quibus agitur, longè excedant interuſuraria præfati cenſus, inde non poteſt negari, quin creditum præfatorum de Chriſpoltis remanſerit ſaltem illiquidum, † quo caſu nunquam datur retentio, ex ſupradictis.

Et ita reſolutum vtraque parte informante.

EODEM.

EADEM.

Veneris 27. Februarij 1643.

SVMMARIA.

1 *Fructus in ſpolio non violento ſunt reſtituendi, vel cum credito compenſandi à die mota litis tantum, non à die poſſeſſionis adeptæ ſecundum opinionem, quam Rota ſequitur.*

2 *Bona fides ad fructuum acquiſitionem neceſſaria tollitur per litis conteſtationem.*

3 *Mala fides radix eſt obligationis ad fructuum reſtitutionem.*

Deciſio CX.

IN relationibus cauſarum Domini ordinarunt, vt A. C. traderem votum, nec non, quod explicarem deciſionem in hac cauſa emanatam ſub die 19. Ianuarij præteriti in ea parte, in qua firmatur, Dominos de Chriſpoltis poſſediſſe prædia S. Mariani, & Beltrignanæ & conſequenter teneri reſtituere à die adeptæ poſſeſſionis. Vnde eſſe cenſendum, illos ex fructibus remanſiſſe de eorum credito ſatisfactos *vt in* §. *Tum etiam.* Aduertendo, Rotam voluiſſe intelligere, quod † dicti fructus 1
eſſent reſtituendi, ſiue compenſandi cum prætenſo credito prædictorum de Criſpoltis à die motæ litis tantum, iuxta opinionem, quam *Rota ſequitur, per text. in l.* §. *ex die ff. hoc interdicto de vi & vi arm. Rot. dec. 24. de reſtit. ſpoliat. in nou. Coccin. dec. 439. n. 1. & par. 7. recent. dec. 189. n. 1. & 281. n. 1. Duran dec. 454. nu. 6.* Quia
† per litis conteſtationem remanet ſublata bona 2
fides neceſſaria in acquiſitione fructuum, *l. 1. & 2. in fin. Cod. de vſur. & fruct. leg. Rot. dicta deciſ. 189. num. 1.*
† quæ mala fides radix eſt obligationis ad fru- 3
ctuum reſtitutionem, *l. vbi DD. ff. de interd. l. fructus. de vſur. Seraph. dec. 835. num. 1. & 2. cum alijs in d. dec. 28. nu. 3. part. 7. recent.*

Et ita, &c.

R. P. D. CARRILLO.

Eugubina Dotis Veneris
6. Iunij 1642.

SVMMARIA.

1 *Obligatio mulieris nulla eſt, quæ caret ſolemnitatibus Statutarijs.*

2 *Inſtrumentum dicitur liquidum, quod continet promiſſionem certæ ſummæ.*

3 *Inſtrumenti requiſita.*

4 *Inſtrumentum quando ſit purum, & exequibile.*

5 *Nullitatis obligationis exceptio vbi eſt extrinſeca, vt plurimum reſpicit altiorem indaginem, & ad petitorium reijcitur, ſecus in exceptione nullitatis ipſius inſtrumenti.*

6 *Aliud eſt annullare obligationem, aliud imponere pœnam.*

7 *Fideicommiſſarius, qui habet alios confideicommiſſarios, an poſſit agere pro tota ſumma, & num. 8.*

9 *Statutum Eugubinum inducit peremptionem inſtantiæ poſt lapſum ſex menſium.*

10 *Via executiua per Statutum Eugubinum præſcribitur ſpatio decem annorum.*

11 *Inſtantiæ peremptionis exceptio competit illi, cuius fauore peremptio inducta eſt, & ſi opponat.*

12 *Eius peremptioni poteſt à partibus renunciari per proceſſum ad vlteriora, & termini, ſeu fatalium prorogationem, & n. 13. & 14.*

13 *Clauſula, Si quid exequendum, debet iuſtificari ex primo loco deductis, non autem poteſt ex nouiter, niſi ad remouendas nouas exceptiones.*

16 *Legitimationis perſonarum exceptio non comprehenditur ſub oppoſitione. Narrata, prout narrantur non eſſe vera.*

Deciſio CIX.

COnfirmarunt Domini deciſionem in hac cauſa emanatam ſub die 14. Februarij anni currentis, qua firmatum fuit; mandatum de exequen-

Digitized by Google

exequendo relaxatum à Locumtenente Eugubino ad inſtantiam Comitis Bentiuoli contra Comitem Franciſcum à Porta eſſe validùm, quia adhuc ſubſiſtere viſa fuerunt dictæ deciſionis fundamenta, non obſtantibus his, quæ in contrarium hodie per informantes pro Comite à Porta deducebantur.

Nam, omiſſis aliis obiectis reſpicientibus iniuſtitiam dicti mandati, quæ ſunt reſeruata ad particulares inſpectiones, ſtrictè quoad illius validitatem.

Non obſtat, quod, licet ex Statuto Eugubino, & Decreto Ducali detur via executiua publicis inſtrumentis, hoc tamen intelligi debeat de inſtrumentis puris, & liquidis, vt ibi, *puri, & liquidi, che ſaranno, &c.* quale dici nequeat inſtrumentum, cuius vigore fuit relaxatum dictum mandatum,
1 cum contineat Conſtantiæ obligationem, † quam eſſe nullam, fuit oppoſitum in actis, tanquam ca-
2 rentem ſolemnitatibus Statutariis. Quia adhuc, † vt inſtrumentum dicatur liquidum, ſufficit, quod contineat, prout hic continet, ſummam certam, ſcilicet promiſſionem dictæ Conſtantiæ pro ſcutis 3000. auri, *Parlador. libro 2. rer. quotid. cap. fin. 1.*
3 *parte §. 12. limit. 4. numero 27.* & ideo, † cum habeat omnia alia requiſita enumerata per *gl. in leg. generali. Codic. de tabular. libro 10.* & latè declarata per
4 *Abbat. in cap. 1. de fide in Inſtrument.* † negari non poteſt, quin ſit purum, ac exequibile, *Galleſ. de obligat. Cameral. quæſt. 26. numero 1.* non obſtante exceptione oppoſita nullitatis obligationis dictæ Con-
5 ſtantiæ, † quæ vti extrinſeca vt plurimum reſpicit altiorem indaginem, & proinde reiici potuit ad Iudicium ordinarium, quidquid ſit, quando opponitur de nullitate ipſius Inſtrumenti, vt diſtinguit *Galleſ. de obligat. Cameral. quæſt. 3. numero 5.* & ſequitur ibidem *Zacch. ſub numero 8. cum ſeqq.* facit *Rota inter impreſſ. poſt eundem Galleſ. deciſ. 48. numero 1. & 2.* & idem diſponitur in eodem Statuto, ſeu Decreto, ibi, *Puri, & liquidi, che ſaranno, non poſſi il Reo opporre, ne meno il Giudice amettere per ritardar l'eſſecutione altra eccettione, che quella della nullita dell' Inſtromento prodotto.*

Prout non releuat nullitas deducta ex capite exceſſiuitatis, eo quod dicta Conſtantia ſe obligauerit pro augumento dotis, de qua agitur, in ſumma ſcut. 3000. auri contra expreſſam diſpoſitionem reformationis Ducalis prohibētis dotium Conſtitutiones vltra florenos 2000. Quia, vltra quod ſupponitur, dictam reformationem abiiſſe
6 in deſuetudinem, ceſſat difficultas, † ex quo illa non annullat dotes vltra dictam ſummam conſtitutas, ſed tantum imponit pœnam ſcut. 50. vt patet ex illius confirmatione, ibi *Confirmamus, vt petitur, & obſeruari mandamus ſub pœna ſcut. 50. pro qualibet vice.*

7 Alia nullitas fundata in eo, quod † Comes Cæſar non potuerit agere pro tota ſumma, cum haberet alios Confideicommiſſarios, ſublata remanet *in præcedenti deciſione ſub verſic. nec exceſſus,* vbi affertur limitatio communiter recepta ad il-
8 lam concluſionem, vt nempe † non procedat, quando vocati ſunt coniuncti re, & verbis, tunc enim quilibet ex vocatis poteſt petere integrum fideicommiſſum, iuxta diſtinctionem relatam per *Peregr. de fideicom. artic. 9. numero 12. verſic. ſi vero* licet teneatur poſtea reſtituere cæteris ſuam portionem ex Iuribus in eadem deciſione vbi proximè allegatis.

Sicuti non aduerſatur, quod † Statutum Ciuitatis Eugubij inducat peremptionem Inſtantiæ 9
poſt lapſum ſex menſium computandorum à die præfixionis termini ad probandum, & ideo, cum huiuſmodi terminus fuiſſet præfixus de anno 1568. In iudicio vniuerſali moto de anno 1577. per Comitem Horatium Carpineum contra Comitem Octauianum Bentiuolum, præſcripta cenſeatur via executiua, quæ vigore eiuſdem Statuti 10
ſpatio decem annorum præſcribitur, vt in *Summar. hodierno numero 22.* Quia † hæc exceptio competeret forſan eidem Bentiuolo, ſeu ab eo cauſam habentibus, quorum fauore inſtantia fuiſſet perempta, & propterea, cum ipſi eam non allegauerint, ſed immo ea non obſtante vtraque pars cauſam fuerit proſecuta, cenſetur ab illa concorditer receſſum, prout fieri potuit, ad tradit. per *Decian. in* 11 12
Codic. de cauſ. numero 9. & 10 de offic. delegat. vbi, quod † terminus ſtatutus ad iudicandum poteſt à partibus prorogari, & de prorogatione fatalium notat idem *Dec. in Cod. ex ratione, numero nono de appellat. cum aliis cumulatis per Theſaur. in deciſione. 244. numero 2.* vbi teſtatur de veriori, & æquiori, & in terminis inſtantiæ inductæ per Statutum, † quod poſſit ex partium conſenſu prorogari vſque ad tempus præfixum de Iure communi, notat in ſpecie *Jaſon in l. properandum, num. 23. verſ. 5. notabiliter limita & num. 24. Cod. de Judic. Scacc. de appellat. quæſt. 15. num. 333.* 13 14

Poſtremo non obſtat defectus iuſtificationis clauſulæ, ſi quid exequendum, quia, vt firmatur in præcedenti deciſione, † viſa fuit ſatis iuſtificata ex primo loco deductis, quæ autem fuerant poſtea producta ſolum tendebant ad remouendas nouas exceptiones alterius partis, vtpotè exceptionem legitimationis perſonarum, quæ nullatenus fuerat antea oppoſita, cum non reperiatur expreſſa inter exceptiones, quæ dantur in *Summar. de la Porta num. 2.* † nec comprehenditur ſub generali negatione facta in illis verbis, ibi *narrata prout narrantur non eſſe vera*; quia per hanc negationem non intelliguntur negatæ in ſpecie qualitates, vt ex *Doctor. Jaſon. in leg. eum, qui, num. 9. & 10. ff. de Jure iur.* docet *Practic. Papien. in forma reſponſ. rei conuent. verb. narrata prout narrantur.* 15 16

Et ita vtraque, &c.

REVEREND. D. DVNOZET. IVNIORE.

Ianuen. Pecuniaria, ſeu Attentatorum
Mercurij 24. Ianuarij 1642.

SVMMARIA.

1 *Subhaſtatio, & deliberatio emanata poſt appellationem à mandato executiuo eſt attentata.*
2 *Clauſula, Alteri, qui ad legitimam executionem procedat, in commiſſione appellationis appoſita priuat Judicem à quo facultate exequendi, & illam transfert Judici ad quem. & nu. 11.*
3 *Clauſula, Si quid exequendum, executionem ſuſpen-*

Digitized by Google

dit, & transfert in Judicem ad quem, & operatur, vt poſtea geſta per Judicem à quo ſint attentata.

4 *Clauſula, ſine præiudicio legitimæ executionis, præſeruat iuriſdictionem Judicis à quo in legitima executione.*

5 *Recurſu ad Signaturam, & Superiorem pendente, iudicium ſuſpenditur, & manus Judicis ita ligantur, vt nihil interim innouari poſſit, niſi attentatè, & numero 7.13.*

6 *Commiſſio referens dicitur continere omnes clauſulas adiectas in commiſſione relata.*

8 *Commiſſio, quam Signatura iuſſit haberi, ac ſi non emanaſſet, nullius eſt efficaciæ, & reducit negocium ad ſtatum priſtinum, & nu.12.*

9 *Non entium nullæ ſunt qualitates.*

10 *Executio facta poſt primam commiſſionem habentem clauſulam, Sine præiudicio mandati de immittendo, & ante ſecundam habentem clauſulam, Cum facultate manutenendi, quem de iure, an ſit attentata, & de effectibus dd. clauſularum.*

14 *Executio facta à Judice, quem Signatura priuauit omni facultate exequendi, eſt attentata.*

15 *Princeps poteſt tollere iuriſdictionem alteri commiſſam.*

16 *Illatio non fit ex diuerſis.*

17 *Poſſeſſio locorum montium probatur ex litteris patentibus in alicuius perſonam cantantibus, & ex eorum deliberatione contra eundem facta.*

18 *Mandatum de manutenendo datur pro reuocatione attentatorum ei, qui non habuit ſe pro ſpoliato.*

19 *Poſſeſſio moderna deliberatarij proueniens à Judice, qui nulliter, & attentatè proceſſit, non impedit manutentionem priori poſſeſſori.*

20 *Loca montium non recipiunt hypothecam, ſed libera tranſeunt in emptorem abſque vllo onere, ex ſpecialibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, ne publicum, & liberum commercium impediatur.*

21 *Declara procedere in locis montium, quæ ſponte à dominis reſignantur, ſecus in iis, quæ transferuntur, & venduntur auctoritate Judicis minus rite, & recte procedentis, vel à non domino quia competit in illis priori poſſeſſori, qui non habuit ſe pro ſpoliato, manutentio. & n.23. & 28.*

22 *Factum Judicis dicitur factum partis, ſi rite, & recte procedat, alias dicitur procedere tanquam priuatus, & num.29.*

23 *Fraudibus via non eſt aperienda.*

14 *Fides publica violaretur, ſi emens à non domino tutus eſſet.*

25 *Fides publica non patitur, vt ſuum cuiquam auferatur ſine facto ſuo.*

26 *Vendere dominus non valet res alterius.*

27 *Fauore alicuius quod eſt inductum, non debet illi in odium retorqueri.*

28 *Paria ſunt, vt loca montium reſignentur à non domino, vel à Judice nulliter, aut iniuſte procedente.*

Deciſio CXII.

MArchio Marcellus Gallianus ab Auria obtinuit à R.P.D. Cecchino aſſerto Iudice ab A. C. deputato mandatum executiuum pro ſumma ſcut. 13. mill. aur. contra D. Iſabellam de Franchis vti hæredem q. Ioannis Stephani Burſotti, illudque exequi fecit ſuper 50. locis Montis fidei. Appellauit Iſabella à d. mandato, eiuſque executione; & Signatura ſub die 2. Maij anni præteriti reſcripſit *Alteri, qui ad legitimam executionem procederet*, & ſucceſſiue cauſa fuit commiſſa Eminentiſſimo D. Cardinali Veroſpio tunc Rotæ auditori. Poſtea ſub die 8. Auguſti reſcripſit ad inſtantiam d. D. Marcelli cum clauſula. *Sine præiudicio legitimæ executionis.* Tandem ſub die 14. Nouembris ſubſequentis, tertio auditis partibus, reſcripſit eidem Eminentiſſimo Veroſpio, *vt procederet iuxta primam commiſſionem, perinde ac ſi ſecunda non emanaſſet.* Verum, quia hoc medio tempore, ſcilicet poſt ſecundam commiſſionem, & ante tertiam d. D. Marcellus curauit procedi ad ſubhaſtationem, ac deliberationem dictorum locorum ad fauorem D. Ioannis Baptiſtæ eius filij in cauſam prætenſi crediti cum ipſo Patre, fuit hodie dubitatum coram me ſubrogato in locum d. Eminentiſſimi Veroſpij, An conſtaret de attentatis, ita vt D. Iſabellæ dandum eſſet mandatum de manutenendo; & D.D. reſponderunt affirmatiue.

Nam, quod adſint attentata patet, quia 1
† ſubhaſtatio, & deliberatio dictorum locorum
emanarunt ad inſtantiam d. D. Marcelli, non ſolum poſt appellationem interpoſitam pro parte d. D. Iſabellæ à præfato mandato executiuo contra eam relaxato, *cap. non ſolum, 7. de appell. in 6. Lancell. de attent. 2. parte cap. 12. de attent. appell. pend. in præfat. in fin. Mandoſ. de inhib. quæſt. 58. 1. Rot. deciſio. 27. alias 185. numero 1. de appellat. in nou. Greg. XV. deciſ. 251. numero 2. Caualer. deciſ. 398. numero 1. Burat. deciſ. 940. num. 9.*

Verum etiam poſt commiſſam cauſam à Signatura cum clauſula, Alteri, qui ad legitimam
executionem procederet, † quæ priuat Iudicem 2
à quo facultate exequendi, illamque transfert Iudici ad quem, vt in ſpecie d. clauſulæ tradit *Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 86. num. 7. & ſeq.* Exemplo
cauſulæ, *Si quid exequendum*, † quæ pariter ſuſpen- 3
dit executionem, eamque transfert in Iudicem ad quem, & operatur, vt omnia poſtea geſta ſubiaceant vitio attentatorum, *idem Mareſcot. var. reſol. libro ſecundo, cap. 121. numero 17. Rot. deciſio. 487. ſub numero tertio parte 3. libro 3. diuerſ. & in Toletana Parochialis 24. Januarij 1604. coram Sacrato, impreſſ. apud Marcheſ. parte 1. fol. 391. num. 3. Burat. deciſio. 231. num. 2. & ibi Addit. num. 7.*

Non obſtat, quod D. Marcellus præceſſerit ad ſubhaſtationem, & deliberationem dd. locorum poſtquam Signatura ſecundo loco reſcripſerat
ſine præiudicio legitimæ executionis, † quæ clauſula
præſeruat iuriſdictionem Iudicis à quo in legitima executione, *Lancell. de attent. 2. parte cap. 20. poſt inhib. numero 2. Gonzal. ad regul. 8. gloſſ. A. in annot. contr. null. & attent. numero 224. Marcheſ. de comm. parte 1. de comm. appell. ab execut. oblig. camer. § 1. numer. 155. fol. 707. Rot. in Anconitana Dotis coram Mellino, penes eundem Marcheſ. parte 2. nu. 2. folio 57. Greg. XV. deciſ. 232. numero 1. & ibi Add. littera A. Buratt. deciſio. 641. num. 8.*

Tum quia D. Iſabella poſt dictum ſecundum reſcriptum recurſum habuit ad Signaturam pro reformatione eiuſdem ſecundi reſcripti juxta terminos primi emanati cum clauſula, *Alteri,*
qui ad legitimam, † quo recurſu pendente d. 5
D. Marcellus non potuit procedere, prout proceſſit

Digitized by Google

ceſſit ad deliberationem dd. locorum citra vitium attentatorum, cum, pendente recurſu ad Superiorem, Iudicium ſuſpendatur, & manus primi Iudicis ſint adeo ligatæ, vt aliquid interim innouari non poſſit, vt inquit *Alex. in addit. ad Bart. in l. ſocietatem, 77. §. arbitrorum enim. numer. 17. litt. l. verſ. vel per talem recurſum, ff. pro ſoc. quem refert, & ſequitur Neuizan. conſ. 44. numer. 10. prope fin. verſ. & ſic per talem recurſum & conſ. 97. numer. 24. Magon. deciſ. Lucen. 23. numer. 3. & ſeq.* Tum etiam quia ſuperuenit tertium reſcriptum eiuſdem Signaturæ mandantis, procedi iuxta primam commiſſionem, perinde ac ſi ſecunda non emanaſſet. Vnde duo reſultant; Primum, quod cauſa cenſetur commiſſa cum eadem clauſula, *Alteri, qui ad legitimam*, ſuſpenſiua vlterius executionis, prout initio commiſſa fuit virtute dictorum 6 verborum, Iuxta primam commiſſionem, † quæ operatur, vt in hac tertia commiſſione referente dicantur expreſſæ omnes clauſulæ adiectæ in prima commiſſione relatæ, *Dec. conſ. 497. numero tertio, Socin. iun. conſil. 144. numer. 33 libr. 3. Menoch. conſ. 452. numer. 15. Surd. conſil. 213. numer. 49. Greg. XV. deciſ. 522. num. 9. Rot. deciſ. 361. ſub num. 4. par. 1 recent.* & con-7 ſequenter † omnia geſta medio tempore, ſcilicet à die, quo fuit habitus recurſus ad Signaturam ad effectum diſcutiendi, an appellatio interpoſita pro parte D. Iſabellæ eſſet admittenda, necne ad effectum ſuſpenſiuum, & ſic etiam poſt ſecundam commiſſionem ſubiacent vitio attentatorum, perinde ac ſi talis appellatio ſuſpenſiua vſque ab initio admiſſa fuiſſet, *ex not. per gloſſ. in l. appellatione, 3. in verb. deliberationis, & Bald. ibidem, Cod. de appell. Ioan. And. in c. ſi à Iudice 10. numer. 1. de appell. in 6. Lancell. de attent. appell. pend. ampl. 19. numer. 1.* & in terminis fuit dictum *coram Durano deciſ. 96. num. 4. & deciſ. 591. num. 5. & 6, ac deciſ. 240. num. 3. Add. ad Buratt. deciſ. 902. num. 6. verſ. & hoc caſu. & in Meleuitana Commendæ 28. Ianuarij anni præteriti coram Eminentiſſ. Cardinali Veroſpio in fin.* vbi aliæ deciſiones recenſentur.

8 Alterum, quod † ſecunda commiſſio emanata cum clauſula, *Sine præiudicio legitimæ executionis*, nullius eſt efficaciæ, cum Signatura iuſſerit, illam haberi, perinde ac ſi non emanaſſet. Vnde fit, vt res dicatur redacta ad ſtatum, in quo erat ante ſecundam commiſſionem, *Rot. deciſ. 333. num. 4. part. 1. diuerſ.* Et facit vulgatum axioma, quod 9 † non entis nullæ ſunt qualitates, *l. eius, qui in Prouincia 41. ff. ſi cert. pet.*

Et hinc non viſa fuit applicari deciſio in *Bononien. Bonorum de Barzellinis, quæ eſt deciſ. 305. numero 13. verſicul. minus releuat. cum ſeqq. part. 6. re-* 10 *cent.* vbi Rota dixit, † executionem factam poſt primam commiſſionem cum clauſula, *Sine præiudicio mandati de immittendo*, & ante ſecundam, *Cum facultate manutenendi, quem de iure*, non fuiſſe attentatam ex eo, quia d. clauſula, *Cum facultate manutenendi, quem de iure*, eſto, quod potuiſſet ſuſpendere iuriſdictionem Iudicis à quo quoad vlteriorem executionem faciendam, non tamen eſſet apta circumſcribere, aut reuocare executionem iam factam niſi quatenus apparuiſſet, eam minus ritè, ac rectè factam fuiſſe, quoniam dicta deciſio loquitur in terminis longè diuerſis ab iſto, de quo agitur, ſiquidem in cauſa dictæ deciſionis Signatura, quæ commiſerat cauſam appellationis cum clauſula, *Sine præiudicio mandati de immittendo*, voluit præſeruare iuriſdictionem, ſeu facultatem exequendi in Iudice à quo, ſed, quia poſtea dubitauit de validitate, ac iuſtitia executionis factæ poſt dictam commiſſionem, ideo, hac commiſſione non reuocata, reſcripſit Iudici ad quem cum facultate manutenendi quem de iure, ſicque dedit illi facultatem manutenendi antiquum poſſeſſorem, ſi cognoſceret non ritè, & rectè ad executionem proceſſum fuiſſe.

At in præſenti cauſa Signatura vſque ab initio reſcripſit cum clauſula, *Alteri, qui ad legitimam executionem procederet*, † quæ priuauit Iudicem, à quo 11 omni facultate procedendi ad vlteriorem executionem, eamque tranſtulit ad Iudicem ad quem. Et licet ſecundo loco reſcripſerit cum clauſula, *Sine præiudicio legitimæ executionis*. Nihilominus Iſabella ante vlteriorem executionem recurſum habuit ad eamdem Signaturam, quæ mandauit procedi iuxta primam commiſſionem; † ſecunda ita è medio ſublata, ac ſi nunquam e- 12 manaſſet, vnde executio medio tempore facta, ſcilicet inter ſecundam, & tertiam commiſſionem, non poteſt excuſari à vitio attentatorum, vti facta non ſolum pendente recurſu ad Signa- 13 turam, † ſed etiam à Iudice, quem Signatura 14 iuxta tenorem primæ commiſſionis voluit eſſe priuatum omni facultate exequendi, cum † Prin- 15 ceps poſſit tollere iuriſdictionem alteri commiſſam, *l. iudicium. 58. ff. de iudic. in l. Bald. 1. numer. 16. in fin. ff. de conſtitut. Princip. Gabr. comm. concluſ. titul. de iur. quæſit. non toll. numer. 7. Gramm. deciſ. 46. num. 2. Rot. deciſ. 11. num. 5. par. 6. recent.* Vnde, † cum caſus 16 dictæ deciſionis ſit longè diuerſus, non eſt ab illo arguendum iuxta vulgatam, *l. Papinianus exuli. ff. minor. de cum vulgar.*

Firmatis igitur attentatis, dixerunt Domini, eidem Iſabellæ dandum eſſe mandatum de manutenendo, quia, † cum ipſa doceat, ſe fuiſſe in poſ- 17 ſeſſione dd. locorum, tam ex litteris patentibus, quam ex ipſa deliberatione contra ipſam facta, † ſequitur, ei, quæ non habuit ſe pro ſpoliata, dan- 18 dam eſſe manutentionem in eiſdem locis pro reuocatione attentatorum, *Cancer. var. reſol. part. 3. cap. 14. numer. 74. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 7. gl. 3. par. 10. num. 10. Seraph. dec. 1176. num. 6. Coccin. deciſ. 380. n. 3. cum aliis cumulatis in Maioricen. Beneficij 27. Nouemb. anni præteriti coram me.*

Nec releuare viſa fuit moderna poſſeſſio D. Ioannis Baptiſtæ filij d. D. Marcelli tanquam deliberatarij dictorum locorum, quia, † cum illa fue- 19 rit attentata, vti proueniens à Iudice, qui nulliter, & attentate proceſſit, non impedit manutentionem D. Iſabellæ prius poſſidentis, *l. improba. Cod. de acq. poſſ. Rot. deciſ. 225. num. 4. part. 1. recent. & deciſ. 109. numer. 5. poſt Viuian. in prax. iuriſpatr. Buratt. dec. 491. num. 5. & fuit dictum in Bononien. Fideicommiſſi de Bologninis 22. Nouembris anni præteriti coram R. P. D. meo Carrillo.*

Nec dicatur, † loca montium non recipere 20 hypothecam, ſed liberè tranſire in emptorem abſque vllo onere ob ſpeciales Conſtitutiones in illorum erectione emanatas, ne publicum, ac liberum commercium impediatur, prout aduertit *Gratian. diſcept. 750. num. 48. & dixit Rot. deciſ. 77. num. 19. & 20. par. 6. recent.* Iuncta præſertim

L.

Digitized by Google

Conſtitutione Sanctiſſ. Domini Noſtri nuper edita, in qua
declaratur, emptores locorum montium eſſe
tutos à quibuſuis obligationibus, hypothecis, &
pactionibus priuatim contractis; Siquidem fuit
21 reſponſum, † prædicta procedere in locis mon-
tium, quæ ſponte reſignantur ab eorum dominis;
ſecus autem in illis, quæ transferuntur à Iudice, in
iſto enim caſu, ſi Iudex minus ritè, aut rectè pro-
ceſſerit ad illorum tranſlationem, in eorum poſ-
ſeſſione debet manuteneri poſſeſſor anterior, qui
non habuit ſe pro ſpoliato, vt in terminis loco-
rum montium fuit *coram Card. Virili deciſ. 284. num.
13. verſ. tandem vbi fuit & 14. par. 5. & coram bo. me. Buc-
cabella dec. 70. num. 3. verſ. neque. cum ſeqq. & deciſ. 305. per
tot. par. 7 recent.*

Et ratio eſt, quia tali caſu reſignationes loco-
rum non dicuntur factæ per eorum dominos, ſed
per eoſdem Iudices nulliter, aut iniuſtè proce-
22 dentes, cum † factum Iudicis eatenus dicatur
factum partis, quatenus ille ritè, & rectè proce-
dat, ſin minus dicatur procedere tanquam pri-
uatus, *l. ſi ob cauſam. 13. & ibi Scriben. Cod. de euict.
Anchar. conſ. 359. num. 3. Corn. conſ. 193. numero quarto,
libr. 3. Rot deciſ. 561. numero 3. par. 1. recent.* & alias ſæ-
pe, & facit *deciſ. 650. numero 5. verſ. nec viſum fuit, cum
ſeqq. coram Caualer. vbi Rota dixit*, Conſtitutiones
Summorum Pontificum, in quibus cauetur,
Montiſtas eſſe tutos, & ſecuros, perinde ac ſi cum
Camera contraxiſſent, procedere, quando quis
emiſſet loca montium à vero domino, vt in eo ca-
ſu defendatur à Camera, non autem quando e-
23 mit à non domino, cum † alias aperiretur via
24 fraudibus, & † in caſu contrario, quo emens à
non domino tutus eſſet, potius violaretur fides
25 publica, † quæ non patitur, vt ſuum cuiquam au-
feratur ſine facto ſuo, *l. id quod noſtrum, ff. de regul.
26 iur.* Quodque † non dominus valeat vendere res
alterius, *§. ſi quis à non domino. Inſtit. de rer. diuiſ.*
27 Immò † retorqueretur in odium Montiſtarum id,
quod in eorum fauorem d. Conſtitutiones indu-
28 xerunt, *contra reg. l. quod fauore. Cod. de legib.* † Paria
verò ſunt, quod loca montium reſignentur à non
domino, vel à Iudice nulliter, aut iniuſtè proce-
29 dente, quia † tunc priuati, ſeu extranei, & non
domini perſonam gerit, ex allegatis.

Et ita, &c.

R.P.D. GHISILERIO.

Romana Spolij Veneris 4. Iulij 1642.

SVMMARIA.

1 *Executionis inſtrumentum, & partitæ locorum montium, ſuper quibus fuit executum, probant poſſeſſionem ſpoliati.*

2 *Poſſeſſio deliberatarij in ſpolio probatur ex litis ſuſtentatione, & ex inſtrumento deliberationis.*

3 *Spolium excluditur ex executione facta in vim mandati Iudicis.*

4 *Lim. ſecus eſſe, vbi nulliter fuerit proceſſum.*

5 *Citari non poteſt quis vti curator hæreditatis iacentis, non conſtito, quod hæreditas ſit vacans, nec de illius deputatione.*

6 *Hæres qui hæreditatem adiuit citandus eſt vti hæres principaliter, & perſonaliter, non autem ſolum pro ſuo iure, & intereſſe, & per contradictas.*

7 *Decretum relaxationis mandati in Curia A. C. ſolet concipi cum clauſula, Niſi ad primam cum intimatione.*

8 *Intimatio eſt in actis reproducenda ante expeditionem, & executionem mandati, & quare.*

9 *Executio facta in die decreti cum termino, Niſi ad primam cum intimatione, & intimatione non reproducta, nulla eſt.*

10 *Oblatio ſuperuenientis licitatoris intimari debet vltimo, & plus offerenti ex reformatione Pauli V.*

11 *Deliberatario, de cuius oblatione non conſtat, nullum ius competit ſuper re deliberata.*

Deciſio CXIII.

IOannes Thomas Sacchus vti ceſſionarius M.
Antonij Sacchi creditoris Henrici Vicourt
ſcutorum mille monetæ ex cauſa Apocæ, ab eo-
dem Henrico conſcriptæ egit coram A.C. pro eo-
rum conſequutione, & obtinuit mandatum exe-
cutiuum contra bona hæreditaria, quod poſtea
exequi fecit ſuper XII. locis Montis Pij non va-
cabilis, quæ ſibi fecit deliberari pro ſcutis 1081.
Interpoſita à ſupradictis appellatione ex parte
Henrici iunioris, & commiſſa cauſa in Rota pro-
poſui diſcutiendum Dominis, An conſtaret de
ſpolio, & affirmatiuè fuit reſolutum.

Quia requiſita neceſſaria benè fuerunt proba-
ta. Nam, † quod dd. XII. loca Montis Pij, ſuper 1
quibus fuit facta exequutio, fuerint hæreditaria
Henrici ſenioris, illaque fuerint poſſeſſa ab Hen-
rico iuniore vti hærede, cõſtat tum ex inſtrumen-
to d. executionis, tum ex fide partitæ eorumdem
locorum tranſlatorum de perſona Henrici ſenio-
ris in Henricum iuniorem extractæ per Secreta-
rium eiuſdem Montis, &, † quod dd. loca Mon-
tium poſſideantur à Ioanne Thoma pariter plenè 2
conſtat non ſolum ex litis ſuſtentatione, ſed etiam
ex inſtrumento deliberationis eorumdem loco-
rum ad fauorem d. Ioan. Thomæ ceſſionarij, *Ca-
putaq. deciſ. 369. par. 2. Rot. in Romana Spolij 1. Martij 1602.
coram Litta, in Romana Dotis 17. Decembris 1607. coram
Penia*, & in aliis paſſim.

Non obſtat, quod Io. Thomas autoritate Iu-
dicis fecerit exequi mandatum, † quo caſu exclu-
ditur ſpolium. 3

Quia † ex notoriis nullitatibus commiſſis in 4
diſtractione dd. locorum ex reuolutione extra-
ctus concludenter iuſtificatis Henricus iunior,
nulliter de eis ſpoliatus, meritò eſt reintegran-
dus, cum † non poſſet citari Gaſpar Beltus vt 5
curator hæreditatis iacentis Henrici, dum nul-
libi conſtat, nec quod hæreditas eſſet vacans,
nec quod Gaſpar fuerit deputatus curator; † 6
Hæreditate autem adita per Henricum iuniorem,
idem Henricus erat citandus vti hæres princi-
paliter, & perſonaliter, non autem pro ſuo iu-
re, & intereſſe tantum, & per contradictas,
Vlterius, dum ſub eadem die 24. Ianuarij 1639.
qua cadebat citatio ad videndum relaxari man-
datum pro prætenſo credito, cuius vigore fue-
runt

Digitized by Google

runt adiudicata loca Montium, fuit etiam facta
7 executio, † etiam ſi decretum conceptum eſſet juxta ſolitum A. C. cum clauſula, *Niſi ad primam*
8 *diem cum intimatione*, † quæ intimatio erat reproducenda ante expeditionem, & executionem mandati, ad hoc vt Iudex eſſet de illa certus, *Rot. deciſ.725.nu.8. & 9.parte 2.recent. cum aliis adductis per Rot. in Romana Vineæ 17. Iunij præteriti coram me*,
9 † talis executio non poteſt ſuſtineri ne dum vti facta ſub eadem die, ſub qua cadit decretum, ſed etiam ex defectu intimationis non priùs reproductæ, quam ſub die 26. Ianuarij, & ſic poſt duos dies poſt factam executionem.

Supradictis accedit, quod ex reuolutione actorum non conſtat de aliqua oblatione eiuſdem
10 Ioannis Thomæ, † neque de intimatione oblationis factæ vltimo, & plus offerenti, vt requiritur ex
11 *reformat.Pauli V.* Vnde, † tali oblatione non exiſtente, nullum ius competit Ioan. Thomæ ſuper locis Montium, de quibus agitur, *l.2.C.ſi in cauſ.iud. pignor.capt.ſit. Roman.conſ.169.nu.2. Roland.conſil.14.nu. 25.volum.1.Rimin.iun.conſ.525.num.19.vol.1. Franch.deciſ. 81. num. 1.*

Et ita, informante tantum Henrico juniore, Domini dixerunt, illum eſſe reintegrandum ad poſſeſſionem locorum XII. Montis Pij non vacabilis.

R. P. D. BICHIO.

Florentina Horti Veneris 4. Iunij 1642.

SVMMARIA.

1 *Dominium acquiritur ex ſubhaſtatione, & deliberatione, & nu.16.*

2 *Hortus acceſſoriè vnitus, & deſtinatus pro ſeruitio domus fideicommiſſariæ cadit ſub fideicommiſſo. Contrarium nu.6.*

3 *Acceſſorium tunc aſſumit qualitates rei principalis, quando non poteſt per ſe ſubſiſtere, ſecus ſi ſit ſeparabile, & acceſſio ſit diſcreta, non concreta.*

4 *Separabilium rerum ſeparabile eſt dominium.*

5 *Res, quæ conſolidantur, & vniuntur, non cenſentur acquiſitæ eo iure, vel titulo, quo tenetur res, cui conſolidatæ, & vnitæ fuerunt, ſed cenſentur aliæ, & vt aliæ de per ſe ſunt iudicandæ. Ampl. & Lim. vt num. 7.8. & 10.*

9 *Præſumptio non eſt in dubio, quem voluiſſe rem propriam ſubiicere, & donare alieno fideicommiſſo, ac eius nomine rem ſibimet acquiſitam poſſediſſe, & nu. 15.*

11 *Deſtinatio alicuius rei ad vſum rei fideicommiſſariæ indicat voluntatem, illam eodem fideicommiſſo ſubiiciendi. Ampl. vt numero 12. Declara vt numer. 13. & 14.*

17 *Bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt pro ære alieno fideicommittentis vrgentibus creditoribus ſubhaſtari.*

18 *Vendere quis non cogitur, niſi certis caſibus.*

Deciſio CXIV.

PEtrus de Cambiis poſſeſſor, & habitator Domus magnæ cum Horto fideicommiſſo maiorum grauatæ aliam paruam domum, & Hortum illi contiguum emit, & murum diuiſorum inter vtrumque hortum exiſtentem deſtrui fecit.

Quæ domus parua, & Hortus à Petro emptus, fuit eo mortuo ad inſtantiam creditorum per ſubhaſtationem deliberatus Petro Ioanni de Cambiis tanquam maiori oblatori præuia judiciali æſtimatione facta inſtante etiam Bernardo de Cambiis, cuius intererat deliberationem fieri, vt extingueretur æs alienum Petri, pro quo ipſe fideiuſſerat.

Succeſſiuè autem idem Bernardus judicium mouit contra Petrum Ioannem deliberatarium ſuper dicto Horto domus paruæ, aſſerens non potuiſſe per deliberationem acquiri, ſed tanquam vnitum Horto domus magnæ antiquo fideicommiſſo, vt ſuprà ſubiectæ, deberi ſibi ad idem fideicommiſſum vocato, & deſuper ſententiam fauorabilem obtinuit in partibus à Reuerendiſſimo Domino Nuncio Florentiæ, declaratur Hortum vti deſtinatum perpetuò ad vſum domus magnæ ſpectare, & pertinere ad Bernardum vti eiuſdem domus magnæ Dominum, qui tamen teneatur refundere Petro Ioanni deliberatario pretium ipſius Horti.

A qua ſententia interpoſita per Petrum Ioannem appellatione, cauſaque mihi commiſſa, dubitaui, ad quem ſpectet Hortus emptus à Petro de Cambiis cum domo parua, & domini dixerunt ſpectare ad Petrum Ioannem, quia non dubitatur, quin fuerit comprehenſus in ſubhaſtatione & deliberatione, † per quam propterea 1
illius dominium fuit Petro Ioanni licitatori quæſitum, *Rota deciſio. 105. numero 17. coram ſan. mem. Gregorio XV. deciſio. 534. numero ſecundo parte 2. recent. ex text. in l. quod vendidi. ff. de contrahend.emptor. §.venditæ. Inſtitut. de rer. diuiſ. leg. cum res proprietatis. Codic.de probat.*

Nec dicendum, quod † Hortus non potuerit alienari, ex quo vti acceſſorius, vnitus, & 2
deſtinatus pro ſeruitio domus fideicommiſſi cadat ſub fideicommiſſo, *l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. leg.planè, §.fin.ff.de leg.1.l.cum fundus,ff. de leg.2.l.prædiis.§. balnea.& §.fin ff.de leg.3.leg.Olimpico. & ibi Paulus de Caſtro, ff.de ſeruit.vrban. præd. Eugen. conſilio 66. numero 49. libro 1. Giouagn.reſpon.33.numer. 20.lib.1.*

Quia † non omne acceſſorium aſſumit qualitates rei principalis, ſed tunc demum quando illud non poteſt per ſe ſubſiſtere, ſecus vero ſi eſt ſeparabile à principali, & acceſſio eſt diſcreta, non concreta, vt benè in puncto Horti vniti rei vinculatæ diſtinguit *Bald. in l. 1. ſub numero 6. verſic. 6. quæro, ff.de rer. diuiſ.* vbi dicit rationem, † quia 3 4
ſeparabilium rerum *rerum* ſeparabile eſt dominium, & *Baldum* ſequitur in eiſdem terminis *Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius, in verb.& hortum numer.16. de teſtament.* vbi addit, quod † illa quæ 5
conſolidantur, & vniuntur non cenſentur acquiſita eo jure, ſed titulo, quo res, cui conſolidata

aut vnita fuerunt, tenetur, imò cenſentur alia,
& tanquam alia ſunt de per ſe judicanda. Lopez.
in cap. per veſtras, de donat. in rubr. §. 62. numero 16.
Tiraquel. de retract. lignag. §. 32. gloſſ. vnic. ſub numero
77. Schrader. de feud. 2. parte 9. parte princip. ſect. 1. num.
8. & ſeqq. Caſſan in conſuetud. Burg. titul. 4. §. 2. gloſſ. 7.
numer. 2. Facchin. contr. iur. libr. 7. cap. 89. Cancer. var. re-
ſolut. libr. 1. cap. 13. numer. 143. Antonin. de Amat var. reſo-
lut. 14. nu. 24. & ſeqq. & eſt text. in cap. 1. §. ex contrario.
de inueſtit. de re alier. fact. & in cap. 1. verſ. ſi vaſſallus, hic
finitur lex Corrad.

Quæ iura, & Doctores licet loquantur in ter-
minis Horti allodialis vniti rei feudali, mouen-
tur tamen ratione ſeparabilitatis à ſubiecto vin-
culato, quæ æquè militat in vnione, ſeu acceſſio-
ne facta rei fideicommiſſariæ, & ideo in puncto
6 fideicommiſſi, quod † Hortus vnitus non cadat
ſub fideicommiſſo, ſed tanquam liber tranſeat ad
hæredes acquiſitoris, firmat Mol. de primog. libr. 1.
cap. 26. ſub numero 2. & ſeq. Gut. practic. quæſt. libro 5.
quæſt. 70. numer. 24. Gam. deciſio. 218. numero 1. Mier.
de maior. parte 1. quæſt. 10. numero 39. Garz. de expenſ. cap.
13. numero 47. Valaſq. in l. 46. Tauri gloſſ. 7. num. 9. Berou.
quæſtio famil. 96. numero 4. Schrader. de feud. dict. ſect. 2.
ſub num. 9.

Neque intereſt, an rebus fideicommiſſi res ali-
qua addita fuerit principaliter, vel acceſſoriè,
7 itaut † res addita, & res fideicommiſſi fiat vna, &
eadem res, Mol. dict. cap. 26. numero 3. verſicul. quod
nedum procedit, Gutt. dict. quæſt. 70. numero 25. Nam
8 † ſemper diſcretio, ſeu ſeparabilitas corporum ex-
cludit communicationem earundem qualitatum
à parte rei, & ideo communicatio huiuſmodi pe-
9 tenda eſt aliunde à voluntate vnientis, † qui in du-
bio non præſumitur voluiſſe rem propriam ſubia-
cere, ac donare alieno fideicommiſſo, eiuſque no-
mine poſſediſſe rem ſibimet acquiſitam, ad text.
in leg. cum de indebito. ff. de proba. leg. ſi filiuſfam. §. Diuus,
ff. de donat. quas ad propoſitum adducit Schrader.
dict. ſect. 2. num. 14. quem ſequitur Roſent. de feud. cap.
10 10. concl. 43. numer. 31. Atque hinc † ad effectum, vt
res vnita efficiatur fideicommiſſi, neceſſe eſt,
quòd expreſsè, ac ſcienter à poſſeſſore fideicom-
miſſi vnita fuerit cum eadem qualitate fideicom-
miſſi, & vt perpetuò ipſius efficiatur, Molin.
dict. cap. 26. ſub numer. 3. verſic. niſi expreſsè. Gutt. dict.
quæſt. 70. ſub num. 26. verſ. niſi expreſsè. Auendan. in l. 46.
Tauri. gloſſ. 7. nu. 9. Quæſad. diuerſ. quæſt. cap. 32. num. 36.
Ant. de Amat. var. reſol. cap. 14. nu. 27. cum aliis allegat. per
Didac. de Lima in addit. ad Molin. de primog. lib. 1. cap. 26.
nu. 2. in fin. & ſub n. 6.

Non obſtat, quod, ex quo Petrus huius Horti
acquiſitor demum fecit murum diuiſorium inter
illum, & alterum Hortum fideicommiſſi exi-
ſtentem, colligatur deſtinatio ad vſum rei fidei-
11 commiſſariæ, & † ex deſtinatione voluntas ſubii-
ciendi fideicommiſſo, l. damnas, ff. de vſufruct. leg.
l. prædiis, §. qui domum, & ibi Bartol. numero 3. ff. de
12 leg. 3. Eugen. conſil. 66. numero 56. lib. 1. Imò † ad hunc
effectum ſufficere, quod ab vno ſit aditus ad
alium, talique aditu fuerit vſus poſſeſſor vtriuſ-
que tradit. Joan. de Amic. conſil. 1. numero 7. Soccin. iun.
conſil. 61. numero quarto, libr. 1. Purp. conſil. 341. numer. 2.
Giouagn. reſpon. 33. numero 25. libr. primo, Mantic. de
coniect. lib. 9. titul. 2. numero 36. Rota in Bononien. Palatij
de Elephantuccis 16. Januarij 1640. coram Reuerendiſſ. P.
D. meo Ghiſilerio.

Quia † hoc procedit, quando idemmet, qui le- 13
gauit ſeu fideicommiſſum fecit, aliquid rei vin-
culatæ addidit acceſſoriè, eo enim ipſo videtur
fideicommiſſo additamentum ſupponere in qui-
bus terminis loquuntur allegati in obiecto, ſe-
cus vero in additamento facto ab hærede graua-
to, tunc enim agitur de præſumenda donatione,
quæ ex ſola communicatione, & muri diuiſorij
demolitione non inducitur, ſed tantum deſtina-
tio pro tempore vitæ hæredis grauati ad ſui
voluptatem, vt egregiè ad rem diſtinguit Gutt.
pract. qq. libro 5. quæſt. 70. ſub num. 29. verſic. non etiam
obſtat. & annuit Molin. de prim. dict. libro 1. cap. 26.
ſub numero 4. & faciunt Schr. Garz. Valaſq. Auendan.
& alij alleg. ſuprà, verſ. quæ iura. & verſic. neque inter-
eſt. qui loquuntur in ſpecie de re libera vnita ſubie-
cta fideicommiſſo.

Et in caſu noſtro ceſſat vlterius omnis diffi-
cultas, quia ex aliis coniecturis conſtat, non
fuiſſe hortum vnitum animo augendi fideicom-
miſſum, ſiquidem ille fuit emptus cum domo
parua ſub vnico pretio, nec tamen domus parua
prætenditur fideicommiſſo addicta, & in libro
decimæ hortus controuerſus deſcribitur tanquam
pars domus paruæ, nam huic aſſignatur pro con-
fine hortus S. Pauli, cui dicta domus cohæret
mediante hoc horto, † qui propterea fuit habitus 14
tanquam de pertinentiis domus paruæ, Decian.
conſilio. 109. ſub numero 2. colum. 3. verſicul. 6. etiam facit
Giouag. reſpon. 33. ſub numero 36. verſ. tanto magis libro 1.
Inſuper mortuo Petro acquiſitore hortus fuit ab
officialibus Montis apprehenſus tanquam liber,
& hæreditarius, eodemque nomine extimatus, &
ſubhaſtatus ad inſtantiam creditorum Petri, & ſi-
gnanter Bernardi aduerſarij, qui proinde gratis
hodie negat libertatem horti, & † hæc obſeruan- 15
tia, quatenus etiam eſſemus in dubio, ſatis decla-
rat ſeparationem horti à fideicommiſſ. ad not. per
Aym. conſ. 101. num. 3. Menoch. conſ. 349. nu. 15. Decian. conſ.
124. nu. 15. lib. 3. Rot. deciſ. 169. nu. 1. dec. 203. nu. 8. dec. 255. n.
4. & 5. par. 1. recent.

Adeo quod vndique clarum redditur, quod † 16
horti dominium mediante dicta ſubhaſtatione
tranſlatum fuit in Petrum Ioannem, eo magis
quia ſubhaſtatio emanauit pro extinguendo ære
alieno Petri, † proquo ipſius bona quantumuis 17
fideicommiſſo à ſe ſubiecta vrgentibus creditori-
bus potuerunt ſubhaſtari; l. filiusfam. §. Diu. il 2. ad
fin. ff. leg. 1. l. peto. §. prædium, ff. leg. 2. Bartol. in l. Mar-
cel. §. res quæ. in 1. oppoſ. ff. ad Trebell. Rimin. ſenten.
conſ. 131. num. 2. lib. 1. Soccin. iun. conſil. 28. numer. 3. libr. 2.
Natta conſ. 110. nu. 13. Becc. conſ. 100. num. 6. Gam. deciſ. 218.
nu. 4. Buratt. deciſ. 920. nu. 3. & fuit dictum in Romana fi-
deicommiſſi de Zuccaris 14. Nouembr. 1639. coram R. P. D.
meo DunoZetto.

Nec Petrum Ioan. excludere poſſunt fideicom-
miſſarij offerendo pretium horti, quia † cum ſit 18
ſeparabilis à fideicommiſſo, & Petr. Ioann. horti
dominium vt ſuprà acquiſiuerit, cogi non debet
rem propriam vendere, niſi in caſibus à iure ex-
preſſis, l. dudum. C. contrah. emptor. l. falſo. Cod. com. rer.
alien. Rota deciſ. 65. n. 1. poſt Modern. de ſubhaſt. & in ſpe-
cie Molin. de primog. lib. 1. cap. 26. ſub nu. 8. infrà med. verſ.
quod adeò verum eſt.

Et ita deciſum Petro Ioanne tantum informan-
te præuiis tamen pluribus citationibus contra ad-
uerſarium, &c.

R.P.D:

R.P.D. ROYAS.

Aſculana Prædij Lunæ 10. Nouembris 1642.

SVMMARIA.

1 *Deliberatio facta non præſente pecunia, vt requiritur, eſt nulla. Ampl. vt nu. 13.*

2 *Pecuniæ interuentum in deliberatione probare debet licitator, ex quo tenetur docere de ſubhaſtatione valida. Declara vt numero 3. Subdeclara vt num. 4.*

5 *Pecuniæ ſolutio fieri debet in actu deliberationis.*

6 *Negatiua non interuentus pecuniæ in deliberatione probata dicitur, ex quo non conſtet in actis de affirmatiua. Ampl. vt nu. 7. & 9.*

8 *Solutio non præſumitur bis repetita.*

10 *Creditor poteſt in deliberatione pignoris habere fidem de pretio.*

11 *Citatio ad videndum mandari deliberari non inducit conſenſum, ſed potius diſſenſum habendi fidem de pretio, & quare, & nu. ſeq.*

12 *Conſenſus habendi fidem de pretio interuenire debet in ipſo actu deliberationis, vt ex tunc debitor liberetur.*

14 *Iudex non poteſt in deliberatione habere fidem de pretio.*

15 *Retentio competit licitatori pro vero credito data deliberationis, vel adiudicationis nullitate. Declara vt num. 16. & 17.*

18 *Deliberatio facta pro maiori ſumma debiti nulla eſt.*

19 *Dotis in ſolutione attenditur valor monetæ de tempore contractus.*

20 *Executio ratione exceſſus corruit in totum.*

21 *Fructus dotis, Statuto à Principe confirmato, vel conſuetudine non extante, debentur ad rationem quinque, quæ reddere ſolent ſtabilia.*

22 *Rota deciſio 471. part. 1. recent. declaratur.*

23 *Mandatum relaxatum abſque partis citatione, intimatione, vel præſentia nullum eſt.*

24 *Mandatum relaxari debet ad effectum in receptione hypothecandi bona ſtabilia, vel emendi tot cenſus, vbi ſic promiſſum apparet.*

Deciſio CXV.

STeterunt hodie Domini in deciſis coram bo. me. Cardinali Sacrato ſub die 22. Iunij 1609. quæ habetur impreſſa apud *Marcheſ. de commiſſ. parte 3. fol. 46. & apud Mangil. deciſ. 12. de ſubhaſt.* in
1 qua fuit reſolutum, † deliberationem prædij, de quo agitur, eſſe nullam tanquam factam non præſente pecunia, prout requiritur iuxta *text. in l. à Diuo Pio. §. ſed ſi emptor. vbi communiter. D. D. ff. de re iudic. cum aliis per Greg. XV. deciſione 23. numero 1. & fuit reſoluta in Anconitana Prædia 29. Nouembris 1630. coram Eminentiſſimo Cardin. Hieronymo*
2 *Veroſpio*, † præſertim dum in præſenti ex parte licitatoris non extat probatum, quod fuerit præſens pecunia, prout eſſet probandum, cum teneatur docere de ſubhaſtatione valida, vt *Franch. in cap. 1. in primo notab. de præſcrib. in 6. Crauet. conſ. 226. n. 8. Greg. XV. dec. 272. n. 1. & 2.*

Nec obſtat, quod actor induxerit teſtes ad probandam negatiuam ſolutionis, † indeque 3
onus probandi in ſe aſſumpſerit, quidquid ſit in Reo, vt ex congeſtis per *Herculan. in tract. de negat. numero 46. Pariſ. conſilio 66. numero 8. libro primo,* 4
† Hoc enim non procedere dicebant Domini, quando articuli fuerunt ab Actore producti cum clauſula, Non ſe aſtringens, *Hypoll. de Marſil. in l. vnus, in fin. numero 36. ff. de quæſt. Barboſ. de clauſ. clauſ. 83. numero 5. cum ſeqq.* vbi refert concordantes. Vltrà quod, cum † ſolutio fieri debuiſſet 5
in actu deliberationis, iuxta *text. in l. à Diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ibi, non ſic vt poſt tempus pecunia ſoluatur. ff. de re iudic. Bartol. in l. vniuerſa. ſub numero 5. de precib. Imperat. offeren. Greg. XV. deciſio 23. numero 2. & fuit dictum in Camerinen. Spolij 15. Iunij 1609. coram bon. membr. Sacrato, impreſſa penes Marcheſ. de commiſſ. tom. 2. folio 206. à fin.* † ſatis probata videtur nega- 6
tiua, ex quo in actis de affirmatiua non conſtet, *ad l. actor. Cod. de prob. Crauet. conſil. 1. numero 11.* † præ- 7
ſertim ſtante quietantia anni 1608. quæ cantat de poſteriori ſolutione, † quæ non præſumitur 8
bis repetita, † inde remanet coadiuuata negatiua 9
præcedentis ſolutionis, *Rota deciſione 286. numer. 3. par. 1. recent.*

Neque in præſenti remanet probatum, creditorem habuiſſe fidem de pretio, † quo caſu deli- 10
beratio ſuſtinetur etiam abſque interuentu pecuniæ, *Gratian. diſcept. 7. numero 6. Rota deciſ. 247. par. 4. diuerſ. & in recent. deciſ. 464. numero 1. par. 2. & 252. numero 5. & 6. par. 4.* quandoquidem † conſenſus 11
elicitus ex citatione ad videndum mandari deliberari, potiùs inducit contrarium, cum deliberationes curentur à creditoribus ad effectum conſequendi pecunias ſibi debitas; vltrà quod
† debet interuenire in ipſo actu deliberationis 12
ad hoc, vt ex tunc debitor liberetur à ſuo creditore, vt præter allegatos in deciſione hodie confirmata tradunt *Addent. ad Greg. XV. dict. deciſio. 23. nu. 6. & in Anconitana Prædij 29. Nouembris 1630. coram Eminentiſſimo Veroſpio.*

Minus † ad euitandam neceſſitatem ſolutio- 13
nis de tempore ſequutæ deliberationis ſufficit Iudicis decretum de deliberando, dum vtrumque requiritur, & † Iudex, quamuis velit, non poteſt 14
habere fidem de pretio, *Bartol. in l. à Diuo Pio. §. ſed ſi emptor. numero 2. ff. de re iudic. Iaſon ibidem numero 2. & 5. Rota in firmana, ſeu Maceraten. Dotis 27. Martij 1620. coram bonæ memoriæ Pirouano §. reſponſum.*

Nec pariter obſtat, quod ſaltem † competat li- 15
citatori retentio pro vero credito etiam data nullitate deliberationis, ſiue adiudicationis, vt per *Surd. deciſion. 46.* Quia † procedit, quando credi- 16
tum eſſet tale, vt de eo nihil poſſet controuerti, & ex confeſſione partis in totum redderetur indubitatum, & liquidum, vt declarat idem *Surd. dict. deciſion. 46. in fin. Rota parte 1. recent. deciſion. 409. num. 5. in fin.* Vltrà quod, dum licitator per plures annos à die deliberationis ſequutæ fructus prædij percepit, quos reſtituere tenetur, cum per deliberationem nullam prædij dominium nactus non fuerit, ex hac fructuum perceptione, qui in

Digitized by Google

17 eius creditum imputantur, † redditur adeò illiquidum dictum creditum, vt, donec fructus percepti liquidentur, non poſſit de retentione opponi, vt in terminis *Caualer. deciſio 539. numero quinto cum ſeqq. Rot. deciſio 432. numero quarto, part. 2. recent. & in Romana Sylua, ſiue Crediti dotalis 21. Iunij 1630. coram Emmentiſſimo D. Cardinal. Veroſpio, & in dict. Anconitana Prædij coram eodem.*

Subſiſtere pariter dicebant Domini alterum deciſionis fundamentum, quod deliberatio prædij, de quo agitur, facta fuerit pro maiori ſum-
18 ma, quam eſſet debitum: † Vnde reſultare irrefragabilem nullitatem, vt per *Bart. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum n. 5. ff. de cond. indeb. Greg. XV. deciſ. 198. num. 1. & 319. num. 3.*

Quod autem fuerit facta pro maiori ſumma, eſſet debitum, quàm deſumptum fuit ex eo, quia mandatum fuit ſimpliciter relaxatum pro florenis 850. monetæ currentis, & ſic ad rationem 50. pro quolibet floreno, prout tunc florenus æſtimabatur, non autem ad rationem baioc. 47. cum dimidio iuxta valorem floreni currentis tempore promiſſionis dotis ſequutæ de anno 1586. iuxta decretum Legati Marchiæ, vt fuit reſolutum in *Aſculana Dotis 17. Iunij 1603. coram Ortembergo*, vbi, quod reſidui dotis promiſſæ in tot florenis antiquis de Marchia ſolutio venit facienda ad rationem baioc. 47. cum dimidio monetæ nouæ pro
19 ſingulo floreno, cum † in ſolutione dotis veniat attendendus valor monetæ de tempore ſequuti contractus, *Bartol. in leg. Paulus, colu. 1. ff. de ſolut. Oldrad. conſ. 31. Boer. deciſ. 327. numer. 11. & 13. Afflict. deciſ. 90. numero primo, Gabr. de ſolut. concluſ. 1. numero 1. Rota in Foroliuien. Legati 13. Ianuarij 1642. coram*
20 *Reuerendiſſimo Panzirolo.* Vnde † ex eo id corruit in totum ratione exceſſus, *Bartol. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum in princip. & numero 6. ff. de cond. indeb. Pariſ. conſil. 81. numero 36. libr. 2. Put. deciſio. 315. num. 1. & 2. libr. 1. in correct. Rot. deciſion. 359. numero 8. parte 1. & 630. numero 3. parte 2. & 411. numero 4. part. 5. recent. & fuit coram me reſolutum in Senogalien. Societatis 22. Iunij 1639.*

Vlterius quia fuerunt ſubhaſtata bona pro florenis 1300. quamuis debitum Ioannis aſcenderet tantum ad florenos 850. pro reſiduo dotis, nec non veſtis, & quamuis reſiduum fuerit acceptum pro fructibus decurſis; attamen quia fructus fuerunt taxati ad rationem ſeptem cum dimidio pro
21 centenario, † nec extet Statutum, quod ſuper hoc diſponat à Superiore confirmatum, ſiue conſuetudo in noſtro caſu, fructus dotales debentur ad rationem quinque pro centenario, vt ſolent reddere bona ſtabilia, iuxta *text. in authen. perpetua vbi gloſ. in verb. iuſta. Codic. de Sacroſ. Eccleſ. Rot. in Interamnen. fructuum dotis 26. Februarij 1597. coram Gyptio, & in Fanen. dotis 23. Nouembris 1640. coram R. P. D. me, Cerro. & in alia Caſenaten. Dotis 27. Iunij præteriti coram D. meo Melzio.*

Non obſtat *deciſio 471. parte 1. recent.* vbi fructus dotales taxantur ad rationem 7. cum dimidio pro
22 centenario, † quia emanauit cum præſuppoſito, quod ſuper hoc adeſſet conſuetudo, quæ in noſtro caſu deficit, *Azo. in ſumma, C. quæ ſit long. conſuetud. Alexand. conſ. 131. num. 9. lib. 2. Rot. deciſ. 255. num. 4. part. 1. recent. Coccin. dec. 182. nu. 2.*

23 Prædictis accedit, quod † mandatum fuit relaxatum abſque citatione, vel præſentia partis, quæ ſunt fundamenta ordinis iudiciarij, *§. omnium autem actionum Inſtit. de pœn. tempor. litig. l. de vnoquoque, ff. de re iudic. Speculan. tit. de citat. in princip. Greg XV. dec. 457. n. 1. Caualer. dec. 35.*

Demum ponderabant Domini, quod Gaſpar non poterat pecunias ſimpliciter recipere, niſi ſpecialiter hypothecaſſet tot bona ſtabilia, vel emiſſet tot cenſus, vt fuerat expreſsè conuentum:
Vnde † erat relaxandum mandatum ad hunc ef- 24
fectum, & ante prædictum adimplementum non poterat dotem exigere, vt in puncto *Paul. de Caſtr. conſ. 188. nu. 1. lib. 1.*

Et ita reſolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. PEVTINGERIO.

Eadem Aſculana Prædij Lunæ 27. Aprilis 1643.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata poſt curſum fatalium, & illis non prorogatis eſt nulla.*

2 *Lim. Niſi remanſerit cauſa nullitatis æquè principaliter commiſſa.*

3 *Sententia contra ſententiam prima non reuocata non ſubſiſtit.*

4 *Lim. Niſi prima ſit nulla.*

5 *Sententia ſuper meritis, reſeruata cognitione ſuper iuribus appellationis, eſt nulla ratione incompetentiæ, ſi idem poſtea pronunciet, appellationem non deuoluiſſe, & etiam quia peruertitur iuris ordo, & num. ſeq.*

6 *Iudex pronunciare prius debet ſuper iuribus appellationis, & deinde ſuper meritis.*

7 *Nullitas non deducta in iudicium ſpatio 30. annorum remanet præſcripta.*

8 *Deliberatio facta non præſente pecunia eſt nulla.*

9 *Lim. Niſi conſentiat creditor de tempore ipſius deliberationis, & nu. 11.*

10 *Creditor obtinendo mandatum de immittendo ad fauorem licitatoris, qui pretium non ſoluit, cenſetur habuiſſe de illo fidem.*

12 *Solutio mutata moneta facienda eſt ſecundum illius valorem de temporè contractus, vbi non eſt mutata in valore extrinſeco, ſed noua excuſſa, & vetus reprobata.*

13 *Fructus dotales non poſſunt taxari ad ſeptem cum dimidio pro centenario non conſtito de Statuto, vel Conſuetudine, & ſi ea reddatur turbida.*

14 *Deliberatio eſt nulla, ſi ſit in vim mandati relaxati abſque citatione.*

Deciſio CXVI.

NOn obſtantibus iis, quæ contra validitatem, & iuſtitiam ſententiæ Rotalis hodie opponebantur, Domini pro illius confirmatione reſponderunt. Nam, quod dicebatur, † eam eſſe nul- 1
lam tanquam latam, poſtquam cauſa per plures annos ſiluerat non prorogatis fatalibus, *cap. cum ſit Romana, extra de appellat. Caſſad. deciſio 6. numer. 6. eod. tit. Veſtr. in prax. libr. 7. cap. vltim. num. 9.* non releuar.

Digitized by Google

3 uat. Quia † deſerta cauſa appellationis remanet cauſa nullitatis, quæ æque principaliter fuerat commiſſa, *Greg. deciſio. 306. numero 2. Seraph. deciſio. 1485. numero 1. Rot. deciſion. 512. num. 3. & 591. par. 2. recent.*

Vti non releuat, quod d. ſententia A. C. emanauerit contra alteram ſententiam A. C. ea non reuocata, † & ſic nequeat ſuſtineri, *l. 1. Codic. quando prouoc. Caſſad. deciſio. 1. numero 4. de ſequeſt. poſſ.*
4 *Rota deciſion. 130. numero 11. parte 7. recent.* Quia, † cum ſententia A. C. eſſet nulla, eius reuocatio non erat neceſſaria, *Caſtren in l. numero 2. C. quando prouoc. Surd. conſil. 160. numer. 49. Caualer. deciſion. 42. num. 6.*

5 Sententiam † autem eſſe nullam, apparet, quia pronunciauit ſuper meritis Cauſæ reſeruata ſibi cognitione ſuper iuribus appellationis, ex qua reſeruatione reſultat incompetentia Iudicis ſuper negocio principali ex ſubſecuta pronunciatione, quod appellatio non deuoluebat *Anchar. conſ. 372. numer. 5.* & quia per d. reſeruatio-
6 nem præuertit juris ordinem, cum † prius debuiſſet pronunciare ſuper iuribus d. appellationis, *cap. §. Romana, §. ſi vero, de appellat. in 6. c. 1. in princ. vbi gloſſ. in verb. caſus, circa med. verſ. nota primo, de for. compet. eodem lib. Bell. deciſ. 117. Abb. conſ. 14. numero 1. lib. 1.* & propterea ex hoc etiam capite ſententia eſt nulla, *Caſtren. conſil. 282. numero 5. verſ. ſecundo quia, & conſil. 283. ſub numero 6. poſt verſic. venio num. ad tertium, ibi, ſecundò quia, libr. 1. Put. deciſion. 180. num. 1. lib. 2.*

7 Nec valet replicatio, quod, † cum dicta nullitas ſpatio viginti annorum nunquam fuerit in iudicium deducta, remanſerit præſcripta, *gloſſ. in c. 1. 35. quæſt. 9.* cum aliis per *Tiraquel. de retract. conſang. §. 36. gloſ. 2. numer. 38.* Quia, quod fuerit de nullitate oppoſitum patet ex Commiſſione data Summario Pacifici num. 14. nec ſubſiſtit in facto, quod cauſa tanti temporis ſpatio ſiluerit.

Iniuſtitiam verò ſatis comprobat *deciſio in hac cauſa facta coram R. P. D. meo Royas ſub die 10. Nouem-
8 bris 1642.* † Deliberatio enim prædij, de quo agitur, fuit nulla tanquam facta non præſente pecunia, vt requirit *text. in l. à Diuo Pio. §. ſed ſi empt.
9 ff. de re iudic. cum aliis allegatis in dict. deciſione.* † Et licet conſentiente creditore ſuſtineatur deliberatio etiam pecunia non præſente, vt tradunt *allegati per Add. ad Greg deciſ. 23. nu. 5.* & admittit ſupradicta deciſio Rotalis, tamen conſenſus hic adfuiſſe non probatur.

10 Non obſtat, quod, † ex quo creditor obtinuit mandatum de immittendo ad fauorem licitatoris pretio non ſoluto, cenſeatur habuiſſe fidem de illo, ex traditis per *gloſſ. & Aretin. in §. venditæ. In-
11 ſtitut. de rer. diuiſ.* Quia, quidquid ſit, † ſufficit, talem conſenſum non probari de tempore ſequutæ deliberationis, prout requiri firmauit alias *Rota in hac eadem cauſa, & in Anconitana Prædij 29. Nouembris 1630. coram Eminentiſſimo Cardin. Veroſpio, cum aliis per Modern. de ſubhaſtat. c. 6. §. 6. num. 10.*

Subſiſtit pariter alterum deciſionis fundamentum deſumptum ab exceſſu. Primò quia, cum dos iſta fuerit conſtituta de anno 1586. in tot florenis,
12 † in eius ſolutione floreni erant taxandi ad rationem baioc. 47. iuxta decretum V. legati Marchiæ, de quo in d. Summario numer. 9. attenta mutatione monetæ, *Rota deciſio. 114. numero 1. & 7. part. 1. recent. & in Aſculana Dotis 17. Iunij 1609. coram Ortembergo,* non autem ad rationem baioc. 50. prout fuit factum in præſenti caſu, vt apparet ex quietantia data Summario numero 8. Nec applicatur replicatio, quod mutatio monetæ contigerit ex valore extrinſeco, cum noua fuerit excuſſa moneta, & vetus reprobata, vt aduertit *Rota in dict. Aſculana coram Ortembergo.* Secundò quia † fructus 13
dotales fuerunt taxati ad rationem ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario, nec tamen fuit doctum de aliquo Statuto, vel Conſuetudine illo taxante, prout requiri tradit *Seraph. deciſio. 1406. numero 3.* Nec ſuffragatur allegata conſuetudo Ciuitatis Aſculi. Quia tanto temporis ſpatio nunquam fuit probata, cum fides exhibitæ fidem non faciant. Sententiæ vero, vna excepta, omnes ſunt tempore poſteriores; immò ex aliis ſententiis, & iuribus datis d. Summario numero 10. & 11. prætenſa conſuetudinis probatio remanet ſatis turbida, & eliſa *ex allegatis per Gregor. deciſion. 162. numero 9. & ibi Add. numero 15.*

Reddebatur † etiam nulla dicta deliberatio, 14
cum fuerit facta vigore mandati nulliter relaxati nulla præuia Citatione, *Caual. deciſ. 35.* Ex quibus, & aliis latiùs deductis in *d. deciſione R. P. D. mei Royas,* Domini pro confirmatione ſententiæ reſponderunt, Vtraque parte, &c.

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO IVNIORE.

Romana Collectæ Lunæ 5. Iulij 1632.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Appellatione remota, reſeruat eidem Iudici propriæ ſententiæ executionem.*

2 *Bona alicuius non extare probatur tam per relationem Executoris, quam per citationem contra eumdem executam ad oſtendendum bona, ſuper quibus executio fieri poſſit.*

3 *Vniuerſitatis debitum, ea diſcuſſa, ſpectat ad particulares, ex quibus ea conſtituitur, & ſolui debet mediante impoſitione collectæ, & numero 7.*

4 *Debitum, quod principaliter tangit Vniuerſitatem, ſecundario reſpicit ius ſingulorum, qui ſunt ſub ea, & ad illud cogi poſſunt, & nu. 6.*

5 *Sententia à Iudice Rotali ferri debet iuxta formam deciſionum Rotalium.*

8 *Debitum ſpectat ad vniuerſitatem, & illius homines, cuius nomine Procuratores conſtituti contraxerunt, non autem ad ipſos Procuratores.*

9 *Collecta an, & quomodo poſſit imponi.*

10 *Sententia ferri debet, & lata intelligitur iuxta votum datum ex reſcripto.*

11 *Obligatio reddendi rationem ſupponit adminiſtrationem.*

Digitized by Google

Deciſio CXVII.

CVm hæc cauſa penderet coram R.P.D. Raymundo, petitum fuit primo Votum huius Tribunalis iuxta formam reſcripi Signaturæ, & deinde ad formam eiuſdem Voti pronunciatum, vt ſcilicet per Vniuerſitatem Calceolariorum conſeruari deberent indemnes Roggerius, Fatius, Stephanus, Ventura, & alij, qui ſe pro dicta Vniuerſitate obligauerant in aliquibus cōtractibus Cenſuum, & Societatum officiorum, & quod ad eandem Vniuerſitatem ſpectare deberet onus tam ſolutionis fructuum, qui ſoluti fuerant, vel ſolui debebant in poſterum, quam ſortis, quandocunque caſus illius reſtitutionis veniſſet. Cumque ex deciſionibus Rotalibus coram Reuerendiſſimo Dom. meo Decano, quæ pro Voto datæ fuerunt, duo firmata fuiſſent, nempe mandatum ab eadem Vniuerſitate tam expreſsè datum dd. hominibus pro contrahendo hoc ære alieno, vt emi poſſent nonnullæ domus, quæ erant iuxta Eccleſiam ipſius Vniuerſitatis, quam tacitè, ſed cum ratificatione expreſſa eiuſdem Vniuerſitatis, pro reparandis, & reſarciendis dd. domibus, & conuerſio pecuniarum, quæ in vim vtriuſque huius mandati acceptæ fuerunt in dd. vſus, itaut, ſicut dicitur in eiſdem deciſionibus, non potuiſſent hi Mandatarij maiori cum fide eadem mandata exequi.

Super executione huius ſententiæ actum fuit coram diuerſis Iudicibus, & ante omnes coram
1 R.P.D. Raymundo, cum † propter clauſulam *Appellatione remota*, reſeruata eidem fuiſſet propriæ ſententiæ executio, iuxta *not. in cap. paſtoralis, §. præterea, de offic. deleg. & per Franch. in cap. paſtoralis, numero 5. vbi etiam Abb. numero 9. Bellam. numero 6. de appellat.* & extraordinario remedio reſtitutionis in integrum fuiſſet per ipſam Vniuerſitatem renunciatum. Quibus cum ego ſucceſſiſſem dedi dubium, Quomodo procedendum eſſet ad vlteriora in executione eiuſdem ſententiæ, quia jam illa in parte effectum ſuum habuerat per executionem factam ſuper bonis eiuſdem Vniuerſitatis coram eodem R. P. D. Raymundo, & ſolum hodie quærebatur de complemento eiuſdem executionis, & plena, atque integra releuatione Mandatariorum, qui vexabantur ab aliis creditoribus, quibus ea prima executione ſatisfieri non potuit. Hoc autem dubium cum hodie propoſuerim, Reſponderunt Domini, eſſe locum impoſitioni Collectæ, reſeruando tamen, vt videatur pro qua ſumma illa eſſet imponenda.

Et duplex fuit ratio huius reſolutionis, vt hoc modo ſuam vltimam executionem habere deberet hæc ſententia. Prima, quia cum non impugnaretur eiuſdem ſententiæ validitas, hic erat vnus ex modis à iure approbatis, vt, poſtquam probatum fuerat, hoc debitum verè fuiſſe illius Vniuerſitatis, & nihil amplius ex illius bonis ſu-
2 pereſſet, † id, quod hodie juſtificatum fuit, tam per relationem Executoris, quam per citationem executam contra ipſam Vniuerſitatem ad oſtendenda bona, ſuper quibus eadem executio fieri poſſet, iuxta praxim, quam ponit *Angel. in authen. vt ſi debitor numero quinto, Codic. de pignor. Alex. in l. Prætor. §. hoc interdictum, numero quarto, ff. de nou. oper. nunciat.* quamque in his terminis probauit *Rota in cauſa Anconitana Florum 21. Maij 1630. coram R. P. D. meo Pirouano*, † particulares illius 3
homines, ex quibus ipſa conſtituebatur, hoc eiuſdem Vniuerſitatis debitum ſoluere tenerentur, vt fuit prima opinio *gloſſ. in l. 1. §. quod ſi nemo. in verb. honorum. ff. quod cuiuſque Vniuerſit. numer.* quam ſequuti fuerunt *ibi Bartol. numero 3. & in l. 4. §. actor. numero Caſtren. numer. 3. Alexand. numero 13. ff. de rei iudic. Bald. in leg. Ciuitas, in lect. antiqu. numero 10. ff. ſi cert. pet. & in l. etiam numero 3. in fin. C. ſi in execut. rei iudic. Joann. Andr. in add. ad Specul. in tit. de cenſibus & exact. §. nunc dicendum numero 8. verſic. quibus autem eorum. Felyn. poſt gloſſ. in cap cum dilecta. numer. 70. de reſcript. & in cap. cum omnes, numer. 16. de conſtit. Guidop. deciſion. 7. & alij relati in d. Anconitana Florum, & nouiſſimè in Romana Officij 21. Junij 1632. coram eodem R. P. D. m. Pirouano.*

Cum, ſicut dixit idem *Bartol. in dict. §. quod ſi nemo. numer. 4.* hic ſit huius impoſitionis effectus, vt pecunia priuatorum redigatur in lucrum ipſius Vniuerſitatis, vt, dum illa bonis communibus caret, quibus ſatisfacere poſſit ſuis creditoribus, particulares eiuſdem Vniuerſitatis homines efficiant, quod ipſa eadem bona habeat, tum & illud quoque verum ſit, vt † idem debitum, quod prin- 4
cipaliter tangit ipſam Vniuerſitatem, ſecundario etiam reſpiciat ius ſingulorum, qui ſunt ſub eadem Vniuerſitate, vt fuit ratio *Bald. in l. 2. numer. 6. Cod. quæ ſit long. conſuetu.* quam ſequutus fuit *Ferret. in cap. cum omnes, numer. 29. de conſtitut. Gratian. deciſ. March. 217. num. 2.*

Quibus poſitis, & de iure firmatis non poterat in eo vis fieri, quod in deciſionibus Rotalibus,
† ad quarum formam ferri debuit ſententia di- 5
ctum fuerit, vt hoc debitum ſolum ſpectaret ad ipſam vniuerſitatem, non autem ad particulares illius homines, cum † non alias iidem particu- 6
res ad hoc cogi poſſent, quam ſi hoc debitum primum & principaliter eſſet ipſius Vniuerſitatis, vt dixit *Bald. in dict leg. 2. in eodem numero 6. quæ ſi long. conſuetud.* † Ipſi verò particulares homines licet 7
ſinguli per ſe non conſiderentur hoc caſu niſi tanquam de corpore ipſius Vniuerſitatis, ſecundùm *gloſ. in cap. cum dilecta. in verb. reſtitutis, de reſcript. vbi etiam Felyn. numero 20. Alexand. de Roſat. in l. 1. num. ff. quod cuiuſque Vniuerſit. non Ægid. Thomat. in tractat. de collect. in verb. expoſuimus, numer. 22.* Quoniam reſpondetur, ex eiſdem deciſionibus id colligi, aut deduci poterat, vt quia hoc debitum ad d. Vniuerſitatem dictum fuit pertinere, non etiam pro ea teneri deberent ij, ex quibus ipſa conſtituebatur, cum immò totum contrarium fuerit ſuppoſitum *in vltima deciſione, quæ fuit die 9. Decembris 1624.* dum dictum in ea fuit, vt † onus eiuſ- 8
dem debiti pertinere deberet in poſterum ad Vniuerſitatem, & illius homines, non autem ad eos, qui tanquam Procuratores, & ſolum nomine ipſius Vniuerſitatis contraxerunt.

Altera fuit ratio, quod hic modus, quo ipſa ſententia poſſet ſuam executionem habere per impoſitionem alicuius eo lectæ, expreſsè datus fuerat, & præſcriptus in prima commiſſione huius cauſæ, in qua delegatus fuit R.P.D. Raymundus, vt propterea non ſolùm non poſſet nouus ſeruari in perficienda eadem executione, ſed

ceſſaret

Digitized by Google

ceſſaret inde omnis dubietas ſuper iure, & facultate imponendi huiuſmodi collectam, eo, quod
5 † id ius prohiberet, & nominatim adempta eſſet hæc facultas Conſulibus, & Camerariis artium ex diſpoſitione *Statuti Vrbis libro tertio, cap. 43.* quia, poſtquam eadem facultas, vt poſſet hæc collecta indici, non tam conceſſa fuit à Principe, quam expreſsè impetratum, vt imponi deberet, quatenus ita Iudici videretur, non poterat eadem collecta (quæ per Conſules imponenda erat, ſiue illis recuſantibus per ipſummet Iudicem, ſecundum Theoricam, *Bartol. in dict. l. 4. §. actor. numero 6. ff. de re iudic. Guidop. quæſtio. 87. numer. 2.*) dici impoſita, niſi eiuſdem Principis auctoritate. Quamquam ea diſtinctio communis ſit etiam in hac materia, vt ſolum extra caſum neceſſitatis opus ſit hac Superioris auctoritate, in cauſa vero neceſſaria eadem Vniuerſitas poſſet ipſa ſibi hanc collectam imponere, vt tenuit *Bald. in l. 1. Codic. de ſuperind. libro 10. & in l. vnic. numero 4. Codic. de mulieribus & in quo loco muner. eodem libro 10.* cuius auctoritatem ſequuti fuerunt *Alexand. in l. 4. num. 13. Rip. numero 28. ff. de re iudic. Felin. in d. cap. cum dilecta. num. 70. de reſcript. Gugliel. Magner. in l. alta. §. refert. nu. 83. ff. de reg. iur.*

His ita conſtitutis non viſæ fuerunt eſſe alicuius conſiderationis duæ difficultates, quæ in memoriali dato per ipſam Vniuerſitatem excitatæ fuerunt, vt retardari deberet hæc indictio colle-
10 ctæ, & executio ſententiæ, † quod ſcilicet in eadem ſententia R. P. D. Raymundi non reſeruata fuerunt iura Vniuerſitati contra eos, qui pecunias dederunt, ſicut eadem iura reſeruabantur in Voto, & deciſionibus. Et quod non poſſet huic collectæ locus eſſe, antequam per ipſos mandatarios redderetur ratio bonorum ipſius Vniuerſitatis, ſuper quibus facta fuerat prima executio. Quia quantum ad priorem difficultatem non ideo, quod facta non legatur in ſententia ea reſeruatio, dici poteſt, vt illam denegare voluerit, cum ſatis ad hoc ſit, vt in Voto, ad cuius formam ferri debebatur ſententia, nihil additum, aut diminutum fuerit; vt ipſi Voto conformis in hoc quoque dici deberet, &, ſi non expreſsè, ſaltim tacitè continere cenſeretur id, quod in eodem Voto, vt in his terminis voluit *Caſtren. in conſilio 30. ſub numero 1. volum. 2. argument. l. eſſe toto. ff. de hered. inſtitut. & leg. ſi ita & ſcriptum, ff. de cond. & demonſtr.* Sed hæc præterea nullitas, quæ obiiciebatur ſententiæ expreſsè ſublata fuerat ex altera commiſſione directa Reuerendiſſimo P. D. Cerro, in qua inter alias facultates hoc etiam illi conceſſum fuit, vt poſſet ad vlteriora procedere non attentata hac nullitate, quæ in ſpecie fuit ſanata.

Quo verò ad alteram exceptionem non poterat hæc ratio bonorum ipſius Vniuerſitatis, quæ capta fuerunt in executionem iudicati, peti ab ipſis Mandatariis, dum nunquam illi adminiſtra-
11 runt eadem bona, † vt hanc adminiſtrationem videbatur ſupponere ea rationis redditio, *l. 3. §. hæc actio. ff. de negot. geſt.* Sed iure creditoris fuerunt primò eadem bona ſubhaſtata, & poſtea publica auctoritate aſſignata creditoribus ipſius Vniuerſitatis. Cum bona, quæ occaſione primæ executionis capta fuerunt in cauſa iudicati, in vim peculiaris Breuis S. D. N. fuerint per Eminentiſſimum Cardinalem Camerarium vendita Monaſterio Monialium diſcalceatarum; & pretium eorumdem bonorum conſignatum ab eodem Cardinali Camerario creditoribus eiuſdem Vniuerſitatis ſemper citatis illius Conſulibus, & cum obligatione eorundem creditorum reſtituendi aliis prioribus, aut potioribus pretium, quod tunc recipiebant, & ita ſola hæc ratio poterat haberi eorumdem bonorum, quanta ſcilicet pars debiti eiuſdem Vniuerſitatis extincta ex illis fuit, & quæ ſumma hodie ſuperſit, quod pertinet ad alteram partem huius dubij, quam in hac diſputatione Domini reſeruare voluerunt.

Et ita, &c.

REVEREND. D. D. DVNOZET, IVNIORE.

Romana Saluiani Veneris
8. *Aprilis* 1639.

SVMMARIA.

1 *Saluianum excluditur exceptione dominij in continenti probati.*
2 *Dominij reſeruatio in venditione, donec pretium ſolutum fuerit, operatur, vt venditio valeat in vim locationis.*
3 *Gabella ſoluenda ex venditione non debetur ex venditione cum reſeruatione dominij, cum ea non ſit venditio, ſed locatio.*
4 *Dominium rei venditæ non tranſit in emptorem niſi ſoluto pretio, etiam quod pactum non interuenerit. & numero 12. & 14. Ampl. vt numero 5.*
6 *Pactum reſeruationis dominij in venditione continet illud, quod ius commune.*
7 *Venditionis natura eſt, vt vendens, ſi ſit dominus, dominium transferat in emptorem.*
8 *Dominij reſeruatio in venditione an, & quomodo ſit valida.*
9 *Subhaſtans rem à ſe venditam reſeruato dominio, donec pretium ſibi ſolutum fuiſſet, cum proteſtatione, & reſeruatione ſuorum iurium non intelligitur à ſe rem abdicare, niſi poſtquam integrè rei pretium ſolutum ſit.*
10 *Eligendo quis viam ſubhaſtationis ſibi praiudicat quoad eiuſdem rei vendicationem.*
11 *Dominium qui ſibi reſeruauit, poteſt nihilominus ſuper eadem re viam ſubhaſtationis experiri.*
13 *Reſeruatio dominij an operatur pro rata pretij, & nu. 15.*
15 *Melioramenta quando non excludant Saluianum.*

Deciſio CXVIII.

De anno 1621. Archihoſpitale Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe vendidit Pompeo Parlata domum poſitam in Regione Transtiberina in platea S. Ruffinæ pretio ſcutorum 3000. monetæ ſoluendorum infrà biennium cum reſeruatione

Digitized by Google

dominij, & hypothecæ, donec, & quouſque de
eodem pretio eſſet integrè ſatisfactum, ac reſer-
uato etiam beneplacito Sedis Apoſtolicæ; bien-
nio elapſo, cum Parlatus medietatem dicti pre-
tij tantummodo ſoluiſſet, & propterea remane-
ret adhuc debitor alterius medietatis, Archihoſ-
pitale pro dicto reſiduo obtinuit mandatum exe-
cutiuum contra ipſum, quod fuit executum ſuper
dicta domo, quæ poſtea fuit ſubhaſtata, & de-
liberata Hieronymo Battaglino pretio ſcutorum
3000. quorum pars fuit ſoluta Archihoſpitali
pro reſiduo dicti pretij, reliquum verò fuit de-
poſitatum penes Sacrum Montem Pietatis ad
creditum Pompei, Battaglinus poſteà eandem
domum ceſſit Archihoſpitali, à quo deinde fuit
iterum vendita Vrſo Pullarolo, contra quem
Emilius Plattus, Ioannes Antonius Piſentes, &
Ioſeph Banà aſſerti creditores Parlati primi em-
ptoris in ſcutis 5347. inſurrexerunt, & Saluia-
num interdictum ſuper eadem domo intentaue-
runt. Quare Archihoſpitale eiuſdem Vrſi ne-
ceſſarius defenſor litem in ſe ſuſcepit. Vnde
commiſſa mihi cauſa propoſui dubium, An in-
tret Saluianum ad fauorem dd. creditorum; D.D.
1 negatiuè reſponderunt, quia, † cum Archiho-
ſpitale vendiderit domum Parlato reſeruato ſibi
dominio, donec integrum pretium fuerit ſolu-
tum, non poteſt intrare Saluianum ſuper re,
cuius dominium erat ipſius Archihoſpitalis, *Put.*
deciſio. 232. in princip. libro 3. ſecundum nouiſſimam
impreſſionem. Cardin. Seraph. deciſio. 757. numer. 1. Burat.
dec. 115. nu. 4.

Dominium autem fuiſſe Archihoſpitalis, cla-
rè apparet, quia propter dictam reſeruationem
dominij, illud ſemper remanſit penes vendito-
2 rem non ſoluto pretio, & † reſeruatio iſta opera-
tur, quod venditio huiuſmodi valeat in vim con-
tractus locationis, *l. cum manu ſata. 80. in fin. ff. de*
contrahen. emptor. & quod in locationem reſolua-
tur, *Magon. deciſ. Lucenſ. 31. numero 9. & deciſ. Flo-*
rent. 91. numero 8. & deciſ. 92. num. 12. Surd. deciſ. 157. nu.
3. & deciſ. 305. numer. 39. verſ. ſequitur Azeued. conſil. 32.
3 *num. 11.* qui dicit, † ex huiuſmodi contractu non
deberi gabellam, quoniam non eſt venditio, ſed
locatio. *Alex. in add. ad Bart. in l. ſancimus, 4. Cod. de*
conſulibus, lib. 12. Gomeſ. var. tom. 5. cap. 2. num. 30. Rot. in
Romana Vinea 14. Maij 1636. coram R.P.D. me. Pirouano.
4 † Immò etiam ceſſante iſta reſeruatione expreſſa
adhuc dominium non cenſeretur abdicatum ab
Archihoſpitali, cum dominium rei venditæ etiam
abſque alio pacto nunquam tranſeat in empto-
rem, niſi per eum fuerit ſolutum pretium, *l. quod*
vendidi. 19. ff. de contrahen. emptor. §. venditæ. Inſtitut.
de rer. diuiſ. Specul. de actor. & petit. §. ſequitur nume-
5 *ro 24. ad med. verſic. ſecundum pretium,* † ita vt non
ſufficiat, illud pro parte ſolui, cum etiam pro rata
eiuſdem pretij ſoluti dominium non dicatur ac-
quiſitum; *Bartol. in l. fiſtulas, 78. §. qui fundum, ff. de*
contrahen. emptor. Alex. conſ. 121. numer. 1. libr. 4. &
conſ. 17. in fin. verſ. & licet dd. conductores, libr. 4. Ruin.
conſ. 66. num. 6. libr. 4. Surd. deciſ. 220. num. 12. Tiraq. de re-
tract. conuen. §. fin. num. 71. vbi alios refert. Rot. deciſ. 107.
num. 5. part. 3. Add. ad Gregor. XV. deciſ. 347. numer. 18. &
fuit dictum in cauſa Romana Palatij 4. Martij 1625.
6 *coram R.P.D. m. Pirouano,* & huiuſmodi pactum
continere illud, quod ius commune, dicit *Abb. conſ.*
69. nu. 1. in fin. lib. 1. Surd. d. deciſ. 220. n. 13. vbi quod eius
expreſſio nihil operatur, tanquam pactum ſit na-
turale. *Bald. in rubric. C. de contrahend. empt. n. 13.*

Non obſtat, quod † natura venditionis ſit, quod 7
vendens, ſi eſt dominus transferat dominium in
emptorem, & propterea iſta reſeruatio dominij
videatur repugnare naturæ contractus emptio-
nis, & venditionis, quæ requirit dominii tranſla-
tionem, *dict. leg. cum manu ſata. ff. de contrahend.*
emptor.

Quia diſtinguendum eſt, quod † aut tale pa- 8
ctum, & reſeruatio fit cum hac lege, vt domi-
nium remaneat perpetuò penes venditorem, &
tunc non valet, quia repugnat naturæ contractus
emptionis, & venditionis, & ita procedit *text. in*
d. l. cum manu ſata, ff. de contrah. empt. aut apponitur
temporaliter, vt dominium remaneat penes ven-
ditorem, quouſque pretium ſoluatur, & tunc va-
let, & non repugnat naturæ contractus, ita *Bald.*
in rubric. C. de contrah. emptor. quæſt. 13. Corn. conſ. 297. vol.
1. quod pactum temporale, donec pretium fuerit
ſolutum, benè conuenit naturæ contractus, vt
dominium non tranſeat ante pretij ſolutionem,
l. quod vendidit. Codic. de contrahend. emptor. cum aliis
ſuprà allegatis.

Non obſtat, quod Archihoſpitale egerit pro
ſatisfactione reſidui pretij per viam ſubhaſtatio-
nis contra domum iſtam tanquam contra rem de-
bitoris, quia, vltrà quod † ſubhaſtatio fuit facta 9
cum proteſtatione expreſſa, & reſeruatione ju-
rium Archihoſpitalis, propter quam non intelle-
xit abdicare à ſe domum, niſi poſtquam integrè
domus ſolutum eſſet pretium, *Cald. conſilio octauo*
verſicul. non obſtat. de regul. Alexand. conſilio 190. numero
22. verſicul. non obſtat ſextum, libro ſecundo, † licet At- 10
chihoſpitale potuiſſet ſibi præiudicare circa rei
vendicationem eligendo viam ſubhaſtationis,
† non tamen ſequitur, quod non potuerit vigore 11
reſeruationis experiri viam ſubhaſtationis, vt de-
clarat *Manent. conſilio 129. numero 7.* vbi dicit, quod
non ſoluto pretio in tempore ſtatuto, contra-
ctus non poteſt dici reſolutus ipſo iure ex re-
ſeruatione dominij, ſi fuit actum ad ſolutionem
pretij. Idem dicitur *in deciſion. 267. & deciſion.*
281. penes Paciſic, ſecundum vltimam impreſſ. & in om-
nem euentum, vbi etiam Archihoſpitale male
egiſſet, curando ſubhaſtari domum, non ideò ſe-
quitur, quid, non ſoluto integro pretio, fuerit
tranſlatum dominium in Parlatum, ita vt intret
hypotheca ad fauorem creditorum, cum † natu- 12
ra venditionis ſit, vt non transferatur domi-
nium ante ſolutum pretium, *Surd. conſilio 101.*
numero duodecimo, & deciſio. 220. num. 11. cum aliis ſuprà
allegatis.

Non obſtat, quod † reſeruatio dominij non de- 13
bet operari pro rata pretij ſoluta, *Socin. iun. con-*
ſilio tertio, num. 2. volu. 4. Manent. conſil. 129. num. 42.
Cyriac. conſil. 55. num. 9. Tum quia pactum in con-
trarium, Tum quia † de iure eſt etiam, vt non ni- 14
ſi ſoluto integro pretio acquiratur dominium
emptori, *ex Tiraquell. Surd. & aliis ſuprà allegatis,* Tum
etiam quia *Rota tenet contrarium in dict. Romana Pa-*
latij coram R.P.D. meo Pirouano, & in aliis deciſionibus
ſuprà relatis.

Non obſtat exceptio melioramentorum,
quia illa non ſunt liquida, & Archihoſpitale,
non recuſat illa ſoluere facta liquidatione, † 15
quare illorum reſpectu, non excluditur Saluia-
num

Digitized by Google

num, *Crauett. conſil.298. numer. 16. verſic.13. Rot. deciſ. 128. numer.3. penes Cenc. de cenſib. in addit. Caualer. dec.652.num.3.*

Et ita vtraque parte, &c.

VBALDO SENIORE.

Romana Canonum Veneris 15. Aprilis 1622.

SVMMARIA.

1 *Præſcribere non poteſt, qui ſcit ſe teneri ad ſolutionem, ſtante illius mala fide. Ampl.vt nu.2. 3. & 15.*

4 *Heres eſt, qui poſſidet, ſeu agit ad rem hæreditariam.*

5 *Præſcriptio interrumpitur ſubhaſtatione, & deliberatione ex defectu poſſeſſionis.*

6 *Præſcriptio non poteſt inchoari contra hæreditatem iacentem.*

7 *Præſcriptio interrumpitur per acceptationem deuolutionis.*

8 *Præſcriptio non currit contra pupillum pupillari ætate durante.*

9 *Minor reſtituitur aduerſus præſcriptionem completam.*

10 *Præſcriptio interrupta dicitur per litem cœptam.*

11 *Re malè ſubhaſtata, & deliberata, locus eſt illius recuperationi.*

12 *Præſcribere non poteſt, qui non poſſidet. Ampliat. vt num. 13.*

14 *Præſcriptio 30. annorum de iure communi requiritur in incorporalibus.*

16 *Præſcriptio ſtatutaria ſubrogata eſt in locum præſcriptionis 30. annorum de iure communi.*

17 *Canones debentur actione non modo perſonali, ſed etiam reali.*

18 *Statutum Vrbis lib.1.cap.158.de præſcriptione non comprehendit actionem realem.*

19 *Statutum Vrbis lib.1.cap.159.non habet locum in contractibus iuratis.*

Deciſio CXIX.

IN hac cauſa fuit reſolutum die 25. Maij 1618. coram Reuerendiſſimo Seleucien. deberi canones hæredibus Annæ Soderinæ à Dominis de Perbenedictis, fuit tamen reſeruatum, vt videretur, An dictis hæredibus obſtaret præſcriptio, quo dubio propoſito die 15. Ianuarij 1620. & non reſoluto. Demum hodie Domini cenſuerunt, præſcriptionem non obſtare, & quidem duplex conſideratur præſcriptio, altera de iure communi, altera ex Statuto Vrbis. Quoad primam conſiderabant Domini in facto, quod Victoria Vitella, quæ habebat domum in emphyteuſim ab Anna Domina directa cum onere ſoluendi annuum canonem ſcutorum 18. ceſſit, ſeu vendidit ius ſuum Ioanni Baptiſtæ ſoluendi dictum canonem Annæ, vnde viuente Ioan. Baptiſta certum eſt, † non fuiſſe lo- 1
cum vlli præſcriptioni propter malam fidem ipſius, qui ſciebat, ſe teneri ad ſolutionem, *l.malè agitur. vbi not. Cod. de præſcript.30. vel 40. ann. c. poſſeſſor malæ fidei. & ibi DD. relati per Couar. 2. par. §.11. num. 13. de reg. iur. in 6. Bald. de præſcript.4.par. 4.par.princ.qu.8. num.2. Seraph. deciſ.740. numer. 1. & deciſ.1460. numer.15. Rot.deciſ.197. numer.6. & dec. 221. num.7.par.1.in recent.* † cum enim iſte primus acqui- 2
rens teneretur actione perſonali, & non præſcribitur cum mala fide de iure canonico quocunque temporis ſpatio iuxta communem Canoniſtarum opinionem, de qua *in c. fin. de ſepult. Balb. vbi ſup. numero 2.& qu.5.num.2.Seraph.deciſ.614.num.1.& ſeqq.* vbi loquitur in præſcriptione ſtatutaria. † Stante 3
igitur mala fide Ioannis Baptiſtæ ſequitur, vt Domini Perbenedicti, qui ſunt eius hæredes, & ſucceſſores, neque iuuari poſſint præſcriptione, quamuis eſſent in bona fide, *Balb. d. q. 5. numer. 2.verſ.neque reſpectu hæredu. & d. queſt.8. ſub numer.2. verſ. nec pariter. & fuit reſolutum in his terminis in Romana Domorum in Burgo 24. Maij 1602. coram bo. me. Cardinali Lancellotto iuniore, quæ eſt deciſ. 26. num.19.& ſeq. apud Modern.de ſalu.* etiamſi velint inchoare præſcriptionem ex perſona propria, vt latè per *Balb.de præſcript.2.par.3.par.princ. qu.12.num. 12.* & de æquitate canonica, *vt ibi per eundem Balb.* infinitos congerit, & ſequitur *Hond.conſ.17 num.85. & conſil. 82.numero 46. & ſeq. vbi de magis communi lib. 1.* vbi quod id procedit non ſolum in hærede immediato, ſed etiam in mediato, & hærede hæredis, *& idem d.conſ.17. num.81.* Quod autem DD. Perbenedicti ſunt hæredes Io. Baptiſtæ benè deducitur ex iuribus, & teſtibus datis in ſummario D.Soderini num.13.ex quibus conſtat, Perbenedictos recuperaſſe domum controuerſam, & oneri canonum, de quibus agitur, ſuppoſitam à quodam Rentio tertio poſſeſſore, tanq iam ſpectante ad Ioan.Baptiſtam, & certum eſt, † poſſidentem, 4
ſeu agentem ad rem hæreditariam eſſe hæredem, iuxta *not.in l.gerit. ff.de acq.poſſ. Aym.conſ.197. num.4. Card.Mantic.de coniect.libr.12.titul.12. numer.7.& 8.* Et licet hæc viderentur ſufficere; Tamen fuit etiam conſideratum, nec adeſſe tempora ſufficientia ad præſcribendum, licet ab anno 1555. quo fuit facta ceſſio Ioan.Baptiſtæ vſq; ad annum 1611. in quo fuit commiſſa cauſa cœpta contra Dominos Perbenedictos, effluxerint anni 56. Quia conſtat de multiplici interruptione prætenſæ præſcriptionis. Et quidem viuente Io.Baptiſta, qui obiit de anno 1566. vt fuit ex aduerſo articulatum, non eſt tractandum de vlla præſcriptione ex rationibus ſuprà adductis. Poſt eius vero mortem domus ad inſtantiam creditorum Io. Baptiſtæ fuit ſubhaſtata, & deliberata Rentio plus offerenti de anno 1568. † & ſic interrupta naturaliter præſcriptio 5
ex defectu poſſeſſionis, quatenus præſcriptio fuiſſet cœpta, *Bart.in l.naturaliter.num.13.in fin & ſeq de vſucap. Balb.de præſcript.3.par.6.par.princ.qu.4.num.46.* vbi de communi.

Succeſſiuè de anno 1569. obiit Anna Soderina, & eius hæreditas non fuit adita, ſed diu manſit iacens, donec fuit de anno 1578. per D. Antonium Franciſcum tunc pupillum, & filium Alexandri vnius ex hæredibus Annæ, vnde, † vel 6
non potuit inchoari præſcriptio contra hære-

Digitized by Google

ditatem iacentem, ad *not. per Alex. in l. ſi conſtante §. exhæredato, num. 3 ff. ſol. matrim.* † vel ſaltem fuit in-
7 terrupta per acceptationem deuolutionis ob canonem non ſolutum, factam de anno 1570. per curatorem hæreditatis iacentis. Ab anno vero 1578. quo hæreditas fuit adita, vt dictum eſt, vſque ad annum 1584. Antonius Franciſcus fuit pu-
8 pillus, & minor, † quod tempus pupillaris ætatis eſſet deducendum ex præſcriptione, vt fuit reſolutum *in Romana de Magdalenis 24. Januarij, & 9. Junij 1557. coram bo. me. Card. Blanchetto, & in Romana de Caſſarellis 9. Decembris eiuſdem anni coram bon. me. Gyptio, quæ eſt deciſ. 302. apud Pacific. de ſalu.* Et
9 † ratione minoris ætatis eſſet danda reſtitutio, quatenus præſcriptio fuiſſet completa, *Alex. conſil. 116. ſub num. 1. lib. 5.* Ab anno vero 1584. quo Anto-
10 nius Franciſcus fuit effectus maior, † ſi fuit inchoata præſcriptio, illa fuit interrupta per litem incœptam de anno 1588. contra Rentium poſſeſſorem domus canoni obnoxiæ ſuper deuolutione, & canonum ſolutione, *l. nec bona. Cod. de præſcript. long. temp. Balb. de præſcript. 3. par. 6. par. princ. qu. 4. num. 31.*
11 *& ſeq.* & demum, † cum Perbenedicti recuperaſſent domum de anno 1603. tanquam malè fuiſſet ſubhaſtata, & deliberata Rentio contra eos Soderinus mouit præſens iudicium de anno 1611. quod adhuc durat.

Neque dicatur, tempus intermedium, quo fuit litigatum inter Soderinum, & Rentium, eſſe computandum ad fauorem illorum de Perbenedictis ad effectum præſcribendi, cum non eſſent in illa
12 lite, quia, † cum ipſi non poſſiderent, non poterant præſcribere, *cap. ſine poſſeſſione, vbi gloſſ. & DD. de reg. iur. in 6. Balb. de præſcript. 2. part. 3. par.*
13 *princ. poſt quæſt. 18. in 3. & 4. requiſito nu. 1.* vbi † quod id procedit in corporalibus, & in incorporalibus, nec quicquam erit imputandum Soderino, qui ius ſuum proſequebatur contra poſſeſſorem bonorum pro canone conſequendo. Et in omnem euentum, ceſſante etiam dicta interruptione per litem cum Rentio agitatam, nec adeſſet tempus ſufficiens ad præſcribendum contra Soderinum ab anno eius maioris ætatis, videlicet 1584. vſque ad annum 1611. quo lis incœpta eſt, contra eoſdem Perbenedictos, vt dictum eſt, cum effluxe-
14 rint tantum anni 27. & non 30. † prout requiritur, *l. cum notiſſimi. circa fin. Cod. de præſcript. 30. ann. Soccin. iun. conſil. 80. numero 24. libr. 3. & fuit dictum in Romana fructuum cenſus 13. Junij 1603. coram Illuſtriſſimo Cardinali Millino.*

Quod verò pertinet ad præſcriptionem ſtatutariam, neque illam Domini cenſebant intrare in
15 hoc caſu, quia, † vltra quod in ea militat etiam
16 ratio malæ fidei, & interruptionis, † cum ſit ſubrogata loco præſcriptionis 30. annorum de iure communi, *Rot. d. deciſ. 302. num. 4. apud Pacific. de ſalu.* Quæ nec etiam procedit cum mala fide, vt ſuprà dictum eſt, & in puncto dicit *Seraph. deciſ. 614. nu. 4.* ſupra allegata, reſpondebatur enim quoad *Statutum Vrbis libr. 1. cap. 158.* quod loquitur de præſcriptione 16. annorum, ſeu præſumptione ſatisfactionis, illud non intrare, quia cum agatur de
17 canonibus, † pro quibus competit actio non modo perſonalis, ſed etiam realis, *Afflict. deciſ. 95. numero tertio in fin. & ſeqq. & deciſ. 153. n. 5. Corbul.*
18 *de cauſ. priuat. ob non ſolut. can. ampl. 16. num. 4.* † actio realis non comprehenditur ſub d. Statuto, *10. Gabr. de præſcript. concl. 4. nu. 17. Rot. d. deciſ. 302. nu. 6.* vbi aliæ deciſiones allegantur.

Quo vero ad aliud Statutum ſequens *cap. 159. eod. lib. 1.* Quia † non habet locum in contractibus 19
iuratis, qualis eſt iſte, *Rot. in d. Romana fructuum cenſus coram Illuſtriſſimo Millin.*

Et ita deciſum, &c.

R. P. D. BICHIO.

Anconitana Prædij Veneris 26. Iunij 1643.

SVMMARIA.

1 *Remiſſoria petitio poſt longum tempus, & in vltimis audientiis eſt reiicienda, & quare.*

2 *Jus offerendi ſecundo creditori competit ſtante ſubhaſtationis nullitate.*

3 *Remiſſoria nec in profanis locus eſt, ſi materia ſint irreleuantes.*

4 *Oblatores tres requiruntur ad ſubhaſtationis validitatem.*

5 *Remiſſoria fruſtrà petitur ad probandum id, quod per ſcripturas probari poteſt.*

6 *Teſtium dicta dicuntur per tranſportationem actorum coram Judice alterius inſtantiæ.*

7. *Mendax in vno in omnibus præſumitur mendax.*

8 *Reditus terrarum diminuti non præſumuntur, niſi in eis ſuperuenerit aliquod accidens, vel noua cauſa deteriorationis, & nu. 10.*

9 *Terræ, que non conſeneſcunt, aut ſterileſcunt.*

10 *Terræ culturæ non aptæ non computantur inter terras vtiles.*

12 *Valoris terrarum in computatione non attenditur reditus vnius, vel alterius anni ſterilis, ſed fit compenſatio cum fertilibus, & vniformis valor conſtituitur.*

Deciſio CXX.

POſt tres ſententias, quibus pronunciatum fuit, competere Collegio Societatis Ieſu ius offerendi aduerſus Rinaldinos poſſeſſores prędij, olim ſpectantis ad Bartholomæum Fanellum communem debitorem, Rinaldini produxerunt nouos articulos, inſtantes ſibi deſuper concedi remiſſoriam, quam hodie Domini denegandam eſſe cenſuerunt.

Ne dum quia longo tempore viginti ferè annorum, quo lis durauit, tam in partibus, quam in Curia Rinaldini facilè potuiſſent parare probationes neceſſarias, vnde hodierna petitio remiſſoriæ in his vltimis audientiis viſa eſt ordinata potius ad defatigandam partem, ac differendam cauſæ imminentem expeditionem, † ideoque reii- 1
cienda, *Caputaq. deciſ. 63. numero 1. part. 3. Mantic. deciſ. 61. num. 5. Rot. deciſ. 712. nu. 5. par. 1. recent. dec. 236. nu. 9. par. 5.*

Sed magis, quia primus articulus continens, quod Rector, & alij Miniſtri Collegij Societatis Ieſu

Digitized by Google

Ieſu habuerunt notitiam ex cutionis,ac ſubha-
ſtationis factæ ad inſtantiam Columnelli Ri-
naldini, non releuat, cum adhuc vigeat nulli-
2 tates ſubhaſtationis,† ob quas competere ius of-
ferendi firmat vltima deciſio coram me in §.*præ-
3 terea*, † & ſtante irreleuantia, neque in profanis
eſt locus remiſſoriæ,*Caputaq. deciſ.66.part.3.Caſſad.
deciſ. 2. de dilation. Rota deciſ. 276.numero 1.part.6.re-
cent.*

Irreleuans pariter eſt ſtylus ſecundo loco ar-
ticulatus procedendi ad ſubhaſtationes ; quia
non apparet ſeruatus in ea, de qua agitur, nec
4 excludit † neceſſitatem trium ſaltem oblatorum
ad validitatem ſubhaſtationis requiſitorum, *ex
allegat. in d. §. præterea.* Et in omnem euentum,
5 quia de actis iudiciariis conficitur ſcriptura, †
fruſtra ad huiuſmodi ſtylum probandum petitur
remiſſoria, cum poſſit probari per ſcripturas,
*Ægid.deciſ.9.n.1.verſ.fuit,quia.Rota dec. 44.& 45.
de teſtibus in antiquis. deciſ. 253. num. 1.part.7.recent.* &
in terminis actuum iudicialium *Rot.dec. 196.nu.8.
part.1.recent dec.18.n.6 part.6.*

Alij articuli ſuper liquidatione fructuum hu-
ius prædij admittendi non ſunt, quia repugnant
dictis teſtium hinc inde examinatorum coram
6 aliis Iudicibus,† quæ cum per tranſportationem
actorum coram Iudice alterius inſtantiæ fuerint
didicita, vt fuit deciſum *in Albanen.Conſenſum 22.
Aprilis 1622. coram bo. mem. Pirouano, & in Cameri-
nen. Penſionis, Maij 1640. coram me*; non debet ite-
rum concedi remiſſoria, *Auth. at qui ſemel. &
ibi Bald. numero 5.verſ. ſed dicunt Canoniſtæ C. de pro-
bat. Felin in cap. fraternitatis, numero 3. & ſeqq. de
teſtib. Afflict.deciſ.216.numero 1.Rot.deciſ. 235. numero 7.
part.5.recent.*

Et ſignanter articulatum ſemen rubrorum
octo frumenti quolibet anno,& recollecta qua-
tuor pro rubro à viginti, & viginti quinque an-
nis citra repugnant ſaltem pro tribus annis de-
poſitionibus Teſtium, vt ſuprà, examinatorum
de anno 1621.in quibus habetur,annum ſemen
rubrorum ſaltem ſex pro rubro, & † exinde de-
7 duci poteſt coniectura,quod etiam pro aliis an-
nis articulus ſit mendax, & confictus ad euer-
tenda fundamenta deciſionum ſuper liquidatio-
ne emanatarum coram bo.me.Pirouano,*ad text.
in Cod. ſemel malus, de reg.iuris.in 6. Menoch. conſ.94.
num.62.Grauag.reſponſ.44.nu.20.lib.1.* maximè; quia
non articulatur accidens aliquod, quod poſtea
in his terris ſuperuenerit, vel noua cauſa dete-
8 riorationis,† ſine qua in terris ſeminatoriis,quæ
alternatim ſeruntur, reditus non præſumuntur
9 diminuti; quia † terræ huiuſmodi non conſe-
neſcunt,aut ſterileſcunt,teſte *Columella de re ruſt.
lib.1.numero 1.* & ſupernoualia dicuntur, *l. ſilua. §.
noualia.ff.de verb.ſignif. & ibi latè Rebuff.* vbi ex *Var-
rone de re ruſtic.lib.1.capit 19.Plin. in hiſtor.natur. lib.
10 18.cap. 19.*ait, quod † poſt annum vtraliter ſemper
ſeritur,& eadem ſemper percipitur vtilitas.

Quod verò terræ ſint nudæ,& non arboratæ,
vt articulatur in quarto, contrarium ex diametro
eſt articulis ex aduerſo productis in prima in-
ſtantia, in quibus dicitur, prædium eſſe arati-
uum,pratiuum, oliuarum,cannetatum,& arbo-
ratum, *Summar. Collegij num.5.* & ibidem habetur
vlterius quod in hoc prædio adſunt quatuor,vel
quinque ſalmæ terræ non aptæ culturæ, prout
reperitur in moderno quinto articulo,† quæ ta- 11
men non computantur inter terras vtiles *in deci-
ſione emiſſa 22.Aprilis 1641.coram bo.mem.Pirouano.*

Et quatenus additur, quod de anno 1632.&
1642.ob inundationes, & grandinem fuerunt
recollecta rubra 17. non releuat, quia † in cal- 12
culando valore non attenditur reditus vnius,
vel alterius anni ſterilis,ſed fit compenſatio cum
fertilibus, & ex omnibus vniformis valor con-
ſtituitur, *Excubat. de ratiocin.cap.16.ſub num.40. Rot.
poſt ſecundum volumen.conſ.Farinacc.deciſ. 256. num. 3.
& in Ferrarien.Decimarum. 28. Aprilis 1622.coram bo.
me. Vbaldo ſeniore.*

Et ita deciſum vtraque parte,& c.

R.P.D. ROYAS.

Eugubina Dotis Mercurij 20. Iunij 1643.

SVMMARIA.

1 *Pacta ſunt ſeruanda.*
2 *Excuſſio probatur coniecturis, maximè ſimul iunctis & n.n.ſeqq.de coniecturis.*
3 *Diuiſionis inſtrumentum, in quo enunciantur omnia bona diuidentium, probat contra eos, alia bona non extare. Decl.vt n.10.*
4 *Sententia graduatoria facit vehementem præſumptionem diſcuſſionis, maximè ſi longo temporis ſpatio fuerit executioni demandata. Decl. vt num.11. 12.13.& 14.*
5 *Inexigibilitas præſumitur ex obtento ſaluo conductu; ex confeſſione debitoris adminiculata, ex teſtibus de ea, & decoctione deponentibus,& ex ſententia aſſecurationis dotis vxoris propter vergentiam ad inopiam. & nu.n. ſeqq. Decl.vt numero 15. & ſeqq.*
9 *Excuſſio quando dicatur legitima, & ſufficiens, quæ facta ſit per Executores,& n.19.*
10 *Pignus præſumitur ſufficiens pro credito, contrario non probato.*
12 *Fideiuſſor quando remaneat liberatus.*
13 *Excuſſio facienda eſt de omnibus obligatis, & debitoribus.*
14 *Citandus eſt ſpecialiter in graduatione certus creditor.*
15 *Actus inter aliquos geſtus non nocet tertio.*
18 *Teſtes intereſſati, & de auditu non probant.*
20 *Sententia non nocet non citato.*

Deciſio CXXI.

Obligationi contractæ de anno 1592.per fra-
tres de Sforzolinis pro ſcu. 300. ſoluendis
intra quinquennium ad fauorem fratrum de
Galeottis ex cauſa promiſſionis dotium ac-
ceſſit Pietrus Nutus, ſub conditione, quatenus
Sforzolini non eſſent ſoluendo, & priùs facta
illorum excuſſione, & non alias, aliter nec aliâ

Digitized by Google

modo, vnde, tanquam eſſet pulſandus dictus Pirrus, ſiue eius hæredes, debuerunt excuti Ioſeph, & Federicus fratres de Sforzolinis, prout clarè conſtat conuentio partium per pactum
1 expreſſum, † quod eſſe ſeruandum præter allegata *in deciſione in hac cauſa 9. Maij 1642. §. in caſu verò coram me, tradit Muta deciſion. 24. numero 27.* Quibus ſtantibus dubitaui hodie, An conſtaret de legitima, & ſufficienti excuſſione d.d. de Sforzolinis, & ad probandum factam fuiſſe ſufficientem excuſſionem fratres de Ga-
2 leottis adducebant nonnullas coniecturas, † quibus probari excuſſionem voluit *Caroc. de excuſſ. part. 2. quæſt. 23. numero 10.* præſertim ſimul iunctis, *Bald. conſil. 3. numero 4. lib. 3. Socc. iun. conſ. 32. numero 24. & conſ. 39. numero 14. lib. 2. Rom. conſ. 7. numero 3. Ciriac. contr. 291. numero 21. Duran. deciſ. 336. numero 4. & in Rom. Diuiſionis 15. Iunij 1640. coram R.P.D. meo Bicho.*

Prima coniectura deſumpta fuit ex inſtrumento diuiſionis inter Sforzolinos debitores, in
3 quo enunciantur omnia bona diuidentium, † quod vti celebratum ante ſtipulationem fideiuſſoris contra ipſum probat, non extare alia bona præter ibi deſcripta, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. part. 2. numero 15. & 16. Carocc. de excuſſ. par. 2. q. 35. numero 6. Put. deciſ. 185. in princ. lib. 1. in correct.*

Secunda deprompta fuit ex ſententia graduato-
4 toria, † quæ facit vehementem præſumptionem, quod factum ita ſe habeat, præſertim cum non adducatur ad effectum eam exequendi, ſed tantum probandi iuncto etiam quod longo temporis ſpatio fuit executioni demandata, *Neguſ. de pignor. part. 8. membro 1. numero 38. Rota in Bononien. Cenſus 21. Febr. 1642. coram R.P.D. meo Ghiſilerio §. penultimo.*

Tertia ex ſaluo conducto obtento à debito-
5 ribus, † ex quo deſumpta pariter fuit inexigibilitas, *Grat. conſ. 37. n. 22. & 23. lib. 1.* cum aliis per *Caroc de excuſſ. part. 2. quæſt. 31. n. 5.*

Quarta ex confeſſione ipſius Federici alte-
6 rius ex debitoribus, † quæ, cum ſit adminiculata, venit attendenda, *Bero conſ. 211. numero 11. lib. 3. Rom. conſ. 142. numero 4. lib. 1. Nat. conſ. 547. numero 24. Surd. dec. 35. num. 5.*

7 Quinta † ex teſtibus deponentibus de inexigibilitate, & decoctione debitorum.

8 Sexta, & vltimà † ex ſententia lata contra vtrumque debitorem pro aſſecuratione dotium vxorum ob eorum vergentiam ad inopiam.

Prædictis tamen non obſtantibus fuit hodie reſolutum, non conſtare de legitima, & ſuffici-
9 enti excuſſione, † ex quo non conſtat, Iudicem ordinaſſe duobus exequutoribus, quod perquirerent in domo eorum de Sforzolinis debitorum, & proclamarent in vicinia, ac publicis locis, An haberent aliqua bona mobilia, & immobilia, & deinde facta Iudici relatione, & citatis omnibus intereſſe habentibus eum pronunciaſſe, diſcuſſionem eſſe legitimè factam iuxta text. *in l. præſenti. §. fine verſ. adiicientes. Col. de his, qui ad Eccleſ. confug.* & melius formulam tradit *Ang. in §. ſed neque, numero 14. verſiculo vltimo quæritur. colum. 1. in auth. de fideiuſſor. Bart. in tract. de excuſſ. pign. colum. 3. ante med. verſ. poteſt & etiam fieri, Neguſ. de pignor. & hypoth. part. 8. membr. 1. numero 11. verſicul. iſta autem. & numero 44. verſicul. & vltimo. Guidopap. deciſion. 432. numero 2. Angel. Aretin. inſtitut. de act. §. item ſi quis in fraudem col. 2.*

Nec fuit habita in conſideratione relatio excuſſionis factæ, quia, emanauit de mandato aſſertorum creditorum, & tamen ad hoc, vt valida, & legitima reputetur, erat facienda de mandato Iudicis citatis intereſſe habentibus, deinde erat pronunciandum ſuper dicta legitima excuſſione, iuxta theoricam *Bart. in l. ſtipulatio. §. habet autem numero 4. verſicul. formo vobis vnam quæſtionem. ff. de nou. oper. nunc. vbi confutat. Iacob. Butrig. contrarium tenentem. Angel. in l. prætor. §. hoc interdicto. numero 1. cum ſeqq. & numero 4. poſt med. verſicul. tamen videtur verior. ff. de nou. oper. nunc. Rom. qui teſtatur de communi, conſil. 93. numero 7. verſic. quoad ſecundum. & conſil. 211. numero 3. & 4.* vbi latè *Mandoſ. in addit. verb. declaratoria. & verb. excuſſione. Parlad. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 14. §. 7. numero 19. Neguſ. de pignor. & hypoth. dict. part. 8. in 1. membr. numero 11. verſic. iſta autem regula. Pariſ. conſil. 56. numero 45. lib. 1. Magon. deciſ. Lucen. 66. nu. 14. Gabr. de fideiuſſ.* qui alios congerit, *concluſ. 1. numero 51. & 52.*

Non obſtat igitur primò inſtrumentum diuiſionis celebratum inter q. Sforzolinos de anno 1593. quia dictum inſtrumentum non poteſt denominari excuſſio, cum careat præfatis requiſitis in illa neceſſariis, de quibus ſuprà; nec remanet probata negatiua, quod facta fuerit diuiſio de omnibus bonis, cum ſufficiat potuiſſe extare alia bona, vltra quod Galeotti de eo tempore non poterant denominari verè creditores, quia pro eorum credito dotali retinebant tot prædia loco pignoris, † quæ ſufficientia præſumuntur, 10
dum contrarium non docetur, *gloſ. in l. 2. verb. redigere. Cod. de pignor. Pariſ. conſ. 50. n. 18. lib. 1. Couar. var. reſolut. lib. 3. cap. 18. n. 1. verſ. conſtat. Surd. dec. 44. num. 16. Oſaſch. deciſ. 159. num. 2.*

Minus ſecundò obſtat ſententia graduatoria emanata del 1603. & ſic poſt ſex annos à die purificatæ obligationis dicti Pirri Nuti, † quia ip- 11
ſe ſolum teneri voluit poſt quinquennium, vnde eius obligatio durabat tantum vſque ad annum 1597. cum obligatio dicti Pirri fideiuſſoris non tantum fuerit conditionata, quatenus Sforzolini non eſſent ſoluendo & ſecuta priùs excuſſione contra eos, & non alias, quinimò emanauit cum expreſſo pacto, quod infrà quinquennium prædia Galeottis aſſignata pro dote eorum vxorum æſtimarentur; † vnde cum ad æſtimationem in tempore conuento deuentum non fuerit, quinimò ſint elapſi 30. anni, dictus Pirrus fideiuſſor remanſit liberatus, ex congeſtis in dicta deciſione in hac cauſa 9. Maij 1642. §. dicebant etiam Domini, & præter in ea adductos tradunt Pirrus *Maur. de fideiuſſ.* qui alios cumulat *part. 2. ſect. 10. cap. 23. num. 9. cum ſeqq. & ibidem Petr. Bons in eius conſ. impreſſ. poſt dict. cap. 23. num. 7. cum ſeqq. Henric. de fideiuſſ. cap. 20. §. 15. num. 21.*

In omnem caſum dicta ſententia ſolù lata fuit ſuper bonis Ioſephi, nō autem Federici fratris, & tamen

Digitized by Google

tamen debebat conſtare de notoria decoctione
13 vtriuſque fratris, † cum omnes tanquam ſimul obligati, ac debitores eſſent excutiendi, *Pirr. Maur. de fideiuſſ. qui plures cumulat, part. 2. ſect. 5. cap. 3. numero 1. Henric. eod tract. cap. 27. part. 1. numero 6. Caroc. de excuſſ. part. 1. quæſt. 1. numero 1. & 6. Magon. deciſ. Lucen. 66. numero 8.* nec in dicta ſententia
14 fuit citatus Pirrus, † qui tanquam certus ſpecialiter veniebat citandus, *Alex. conſil. 106. numero 16. lib. 5. Negus. de pignor. & hypot. part. 8. membr. 1. numero 13.* & in puncto *Rota in Senogalien. Cenſus* 20. *Nouembris* 1619. *coram bona memoria Dunozet. Seniore.*

15 Tertiò non obſtat dictus ſaluus conductus, quia non legitur conceſſus à Pirro, vnde † tanquam actus geſtus à tertiis ei non nocet, *Surd. conſil. 170. num. 22. & 429. numero 41. & 42. Mandell. conſil. 276. num. 6. Add. ad Gregor. XV. deciſion.* 302. *num. 10.*

Quartò nihil facit confeſſio Federici alterius ex debitoribus in precibus porrectis ſapientiſſimo Duci Vrbini, quia emanauit de anno 1623. & ſic poſt annos 26. à die deſtinatæ ſolutionis, maximè etiam quia non cõtinet aliquam excuſſionem, & concernit ſtatum alterius tantum ex obligatis, & tendit ſolum ad commodum il-
16 lius, † vnde nihil probat *l. qui teſtamenta. ff. de probat. Bart. in l. facta. §. ſi hæres ff. ad Trebell. Peregr. de fi-*
17 *deicommiſſ. articul. 53 numero 61.* † nec apta eſt nocere eius creditoribus niſi eſſet aliis quampluribus adminiculis ſuffulta *Socc. iun. conſil. 78. numero 2. lib. 4. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 18. numero 78. cum ſeqq. Rota Ianuen. deciſ. 13. num. 31. Buratt. deciſio. 470. num. 5.*

Quinto non obſtant teſtes de inexigibilitate, ac decoctione fratrum de Sforzolinis debito-
18 rum, quia † nonnulli ex iſtis teſtibus ſunt intereſſati prout eſt ſecundus, & ſe fundant ſolum in prædicta ſententia graduatoria, prout ſunt quintus, & ſextus, alij verò deponunt de auditu, prout deponunt tertius, quartus, & quintus, vnde nihil probant, *l. teſtium, C. de teſtib. c. teſtes 3. quæſt. 9. Farin. de teſtib. q. 69. numero 1. cum ſeqq. Caputaq. deciſ. 278. nu. 2. part. 3. Mantic. dec. 317. numero 7. Greg. XV. dec. 517. nu. 14. & 572. num. 3.*

Sextò, & vltimò non obſtat ſententia lata pro aſſecuratione dotium ex cauſa vergentiæ viri ad inopiam, quia ex ea non infertur neceſſariò ad non exiſtentiam aliorum bonorum, cum poſ-
19 ſent alia bona remanere, &c. † vt dicatur conſtare de ſufficienti excuſſione, rigoroſè ad illam eſt deueniendum per Iudicem, nec alio modo, quam vt ſuprà dictum eſt, probari poteſt, *l. 1. verſ. bonis eius excuſſis. Cod. de reuoc. quæ in fraud. credit. Iacob. de Aret. & Benedict. de Barz. in tractat. de diſcuſſionibus vtrobique numero 1. 2. & 3. Rom. d. conſ. 93. numero 7. &*
20 111. *numero 3. & 4. cum aliis vbi ſuprà.* † In omnem caſum lata fuit dicta ſententia non citatis Galeottis, qui veniebant citandi tanquam prætenſi creditores, nec citato Pirro Nuto fideiuſſore, vt firmatum fuit in dicta deciſione in hac cauſa 9. Maij 1641. *nec etiam obſtat. & docent. Bart. in l. decem, verſicul. quæro an in excuſſione, ff. de verb. oblig. Bald. in l. auctore, numero 1. Cod. de euict. Pirr. Maur. de fideiuſſ. part. 2. ſect. 5. dict. cap. 3. numero 2. Henric. eod. tractat. d. cap. 27. part. 1. numero 8. Surd. deciſion. 256. numero 17.*

Et ita reſolutum vtraque parte informante, &c.

REVERENDO P. D. CARILLO.

Firmana Prædij Veneris 26. Iunij 1643.

SVMMARIA.

1 *Poſſeſſio vigore deliberationis nulla eſt vitioſa.*

2 *Calculatoris iudicialiter deputati relationi ſtandum eſt, ſi ab ea reclamatum non fuerit.*

3 *Manutentio debetur ex poſſeſſione capta in vim ſententiæ reintegratoriæ.*

4 *Executio, ſubhaſtatio, & deliberatio prædij in vim mandati relaxati pro tot menſuris olei, ſeu tritici fieri non poteſt, niſi præuia precij olei, vel tritici liquidatione aliter, quam per licitatoris oblationem.*

5 *Liquidationis ad effectum requiritur communis æſtimatio.*

6 *Oblatores requiruntur, non autem ſufficit vnus, vt deliberatio ſuſtineri poſſit.*

7 *Deliberatio pignoris fieri non poteſt creditori per imaginariam perſonam licitatoris.*

8 *Manutentio non debetur ei, qui conſenſit alium poſſidere, donec, & quouſque ſit de tot ſatisfactus, pacto durante.*

9 *Cauſa, propter quam fuit iudicatum, ſi deueniat ad non cauſam, ceſſat vis iudicati.*

10 *Impoſitio perpetui ſilentij verificatur in actione intentata.*

11 *Remedium recuperandæ, non retinendæ competit ei, qui poſſeſſionem amiſit.*

12 *Verba ſententiæ intelligi debent prout de iure.*

13 *Iudex pronunciaſſe cenſetur, vt de iure tenebatur.*

14 *Sententia notoriè iniuſta non poteſt in iudicatum tranſire.*

15 *Ratificatio induci non poteſt ex actibus, qui ad alium titulum referri poſſunt.*

Deciſio CXXII.

IACOBVS, & Mattheuccius fratres de Mattheucciis cum eſſent minores, poſtquam contra eos de anno *1622.* facta fuit deliberatio prædii, de quo agitur ad inſtantiam Octauiani Roſelli, & Ioannis Angelelli Creditorum q. Baptiſtæ de Mattheucciis eorum Patris, mouerunt litem ſuper nullitate d. deliberationis, qua indeciſa pendente ſub die 7. Iulij 1627. deuenerunt ad concordiam cum d d. Roſello, & Angelello mediante perſona Franciſci Oliuelli, qui promiſit de rato pro d d. fratri-

Digitized by Google

bus de Mattheucciis, & Catherina eorum Matre, & Curatrice, inſtrumentúmque ratificationis ſe exhibiturum infrà quindecim dies.

In iſta concordia fuit inter alia expreſsè conuentum. *Che li detti Roſello, & Angelello ſiano obligati all'hora, quando ſaranno ſodufatti delli detti ſcudi* 434. *rilaſſar libera tanta la detta poſſeſſione* (ſuper qua ſequuta fuerat deliberatio) *à detti heredi tanto nel poſſeſſorio, quanto nella proprietà.* Cum autem dd. Roſellus, & Angelellus, licet plene ſatisfacti de eorum credito, adhuc continuaſſent in perceptione fructuum dicti prædij, iidem Mattheuccij cœperunt agere de anno 1636. & obtinuerunt ab A.C. mandatum de reintegrando, & hinc cauſa per appellationem ad Rotam deuoluta cum clauſula, *ſine præiudicio mandati de reintegrando,* dubitaui ſub die 29. Maij præteriti, Cui ſit dandum mandatum de manutenendo.

Verum, quia informantes pro Roſello, & Conſocio ſub prætextu, quod dicta concordia eſſet nulla ob non ſecutam ratificationem infrà tempus in ea præfinitum, dicebant, ſuos principales poſſidere hoc prædium non vigore dictæ concordiæ, ſed in vim præcedentis deliberationis mediante ceſſione reportata à deliberatario, & è contrà informantes pro Mattheucciis reſpondebant, d. deliberationem eſſe vitioſam, & propterea dd. Roſellum, & litis conſortem non potuiſſe poſſidere alio titulo quam concordiæ, Domini agnoſcentes, deciſionem huius dubij pendere à viribus dictæ deliberationis, dilata reſolutione, mandarunt videri, An ſuſtineatur deliberatio, ſuper quô hodie reaſſumpta diſputatione reſponderunt, deliberationem non ſuſtineri, & conſequenter Mattheucciis dandam eſſe manutentionem.

Ratio reſolutionis fuit, quia, data nullitate deliberationis, Roſellus, & Angelellus non poterant hoc prædium poſſidere alio 1 titulo, quam concordiæ, † alias eorum poſſeſſio eſſet vitioſa, vt in ſimili aduertit *Adden. ad Gregor. XV. in deciſion.* 7. *numero* 13. ideo ſecuta eorum ſatisfactione iuxta formam eiuſdem concordiæ, vt probatur ex relatione Cal- 2 culatoris iudicialiter deputati, † cui ſtandum eſt, cum ab eius relatione reclamatum non fuerit, *Bartol. in l. inſtar. numero* 10. *Cod. de iure Fiſci lib.* 10. *Rota deciſ.* 393 *numero* 2. *part.* 4. *recent.* Mattheuccij iure meritò debuerunt reintegrari, & ſententia reintegratoria effecit reintegratos veros poſſeſſores, † ita vt illis veniat concedenda 3 manutentio, *l. iuſtè poſſidet. l. cui vniuerſas*, *§. item cum Prætor. ff. de acquirend. poſſeſſ. cap.* in *præſentia. de renunciat. Rota deciſion.* 173. *numero* 1. *& deciſion* 513. *numero* 2. *p. p. & deciſion.* 199. *numero* 1. *part.* 7. *recent. & alibi paſſim.*

Quod autem dicta deliberatio ſit nulla probatur præcipuè ex triplici capite.

Prima quia vigore mandati relaxati pro quatuor milliaribus olei ad inſtantiam dd. Roſelli, & litis conſortis fuit facta executio, nec non ſubhaſtatio, ac deliberatio ſuper prædio, de quo agitur, abſque præuia eiuſdem olei pretij liquidatione, † quæ tamen erat neceſſaria, *Bald.* 4 *in l.* 2. *numero* 7. *&* 8. *Cod. de execut. rei iudic. Crauet. conſil.* 231. *numero* 9. *Surd. deciſ.* 23. *per tot. Rota deciſio.* 689. *numero* 3. *p.* 1. *recent.* & in terminis deliberationis factæ pro quantitate frumenti, quod erat in obligatione, extat *deciſio.* 485. *numero* 8. *coram Gregor. XV.*

Nec pro liquidatione ſufficit oblatio licitatoris, qui obtulit oleum, vel eius precium ad rationem ſcutorum 119. pro quolibet milliario, quia liquidatio non fit per oblatoris voluntatem, quæ verum valorem non probat, † ſed requiritur communis æſtimatio, *Bald. in l.* 5 1. *numero* 65. *Cod. de ſent. quæ pro eo. & in l.* 2. *num.* 27. *ibique etiam Salicet. numero* 32. *& Cagnol. numero* 233. *verſicul. videtur etiam Cod. de reſcinden. vendit. Alex. in l. lege falcidia. §. corpora. ſub numero* 2. *ff. ad leg. falcidiam. ſup. de vſur. conuen.* 2. *§.* 5. *numero* 11. *verſicul. ſimiliter ſi lectiſ. Rota deciſ.* 170. *numero* 2. *p. p. recen.*

Secundò quia ſub vnica tantum oblatione fuit deuentum ad deliberationem, † cum tamen 6 tres oblatores requirantur ad hoc, vt deliberatio ſuſtineri poſſit, *Bald. in l. ordo. numero* 4. *Cod. de execut. rei iudic. Gratian. diſcept. foren. cap.* 739. *numero* 22. *Rota deciſ.* 113. *numero* 14. *p.* 7. *recent.* & fuit dictum in *Anconitana prædij* 28. *Iunij* 1642. *coram. R. P. D. Bicho.*

Tertiò, & denique, quia deliberatio re vera facta fuit ipſis Roſello, & Angelello Creditoribus per imaginariam perſonam licitatoris, † 7 contra expreſſam diſpoſitionem *text. in l. & qui ſub imagine Cod. de diſtract. pignor. & notat ibi Fulgoſ.* quem ad effectum annullandi deliberationem ſecuta eſt *Rota in dicta Anconitana prædij coram Domino meo Bicho.*

Dicitur præſcripta,ſi per 30. annos nihil actum fuerit in cauſa.dec.101.nu.6.

Vide etiam, Via executiua.

Executiuè *agere non poteſt filius, ſi pater agere cœpit ordinariè.dec.101.n.5. Decl.vt n.8.*

An agi poſſit pro intereſſe non promiſſo.dec.69.numero 6. & 8.

Procedi non poteſt contra tertium nec in vim obligationis cameralis.dec.59.n.5.

Executor *exequendo non debet cenſeri plus facere voluiſſe, quam in mandato, ad quod refert,continetur, nec voluiſſe facere illud,ad quod mandatum non deſeruiebat.dec.74.nu.1. Lim. ſecus vbi aliter conſtet ex eius relatione.d.dec.74.n.2.*

Executori *creditur referenti,ſe executum fuiſſe pro integra ſumma mandati.dec.35.n.19.*

Executoribus *creditur atteſtantibus non adeſſe alia bona, ſeu fructus, ſuper quibus fieri poſſit executio, dec.90.nu.4.*

Expenſarum *in condemnatione Rota non attendit iuſtam vel iniuſtam cauſam litigandi, ſed vt plurimum victum victori in expenſis condemnat.deciſ. 31.nu.4.*

Expreſſum *facit ceſſare tacitum.dec.76.n.9.*

Extenſio *in contractibus de perſona ad perſonam non datur.deciſ.54.nu.6.*

Extremum *ſecundum in ſpolio probatur ex inſtrumento emptionis, & litis ſuſtentatione. dec. 82. numero 10.*

F

FActum *Iudicis factum partis reputatur. deciſ. 4.n. 2.Lim.vt nu.3.*

Iudicis factum partis reputatur in venditione pignoris.dec.24.nu.2.

Iudicis dicitur factum partis, ſi ritè,& rectè procedat, alias dicitur procedere tanquam priuatus.dec.112. n.22.& 29.

Facta *non præſumuntur,ſed debent probari.deciſ.57.numero 9.*

Facti *quæ ſunt,non præſumuntur.dec.96.n.20.*

Facultas *primo creditori vendendi pignus hypothecæ poſteriori non affectum non cenſetur conceſſa ad effectum vendendi ſibi ipſi.dec.108.n.20.*

Facultate *redimendi rem venditam reſeruata in caſu non ſolutionis pretij intra certum tempus, & ſolutione non facta locus eſt redemptioni.dec.26.numero 1.*

Facultatem *habens ingrediendi poſſeſſionem propria auctoritate, etiam abſque citatione, debet nihilominus partem citare,ſi aliqua probabiliter poſſit ei competere defenſio.dec.92.n.8.*

Fauore *alicuius quod eſt inductum, non debet illi in odium retorqueri.dec.112.n.27.*

Fideicommiſſarius, *qui habet alios conſideicommiſſarios, an poſſit petere pro tota ſumma, deciſ.111. nu.7.& 8.*

Non admittitur ad ſoluendum pretium rei ſeparabilis vnitæ rei fideicommiſſariæ.dec.114.n.21.

Fideicommiſſo *grauato viuente, non impeditur hypotheca, & executio ſuper fructibus bonorum fideicommiſſo ſubiectorum.dec.23.n.4.*

Fideiuſſio *facta per mulierem eſt nulla. deciſ. 52. numero 12.*

Fideiuſſor *quando remaneat liberatus. deciſ. 121. numero 12.*

Fides *Baptiſmatis probat ætatem.dec.60.n.5.*

Fides *publica non patitur, vt ſuum cuiquam auferatur ſine facto ſuo.dec.112.n.25.*

Publica violaretur,ſi emens à non domino tutus eſſet. dec.112.nu.24.

Fides *quando dicatur adempta inſtrumento, & conſtitutum ex eo non probetur.dec.96.n.25.*

Filius *obligans ſe pro patre non tenetur quoad perſonam, nec vltra quam facere poſſit.dec.23.n.2.*

Qui ſeptennium exceſſit, in cauſa propria citandus eſt, nec ſufficit citare patrem.dec.60.n.7.

Finis,*ad quem dirigitur ſubhaſtatio,eſt,vt debitor liberetur dec.98.n.5.*

Fiſcus *in caſibus, in quibus non reperitur à iure priuilegiatus, vtitur eodem iure,quo alij. deciſ. 109.numero 27.*

Non reperitur priuilegiatus, vt titulo deficiente, fructus ſuos faciat.dec.109.n.26.

Fiſci *priuilegium non efficit,vt,qui nulliter emit ſub haſta,dominium acquirat, vel in bona fide conſtituatur,imò vt in mala.dec.109.n.17.& 19.*

Fiſco, *& habenti ab eo cauſam competit ius eligendi Iudicem.dec.109.n.30.*

Fœminæ *ſuperſtites ex Statuto Anconitano non concurrunt cum patre ad ſucceſſionem fratris.dec. 108. nu.32.*

Vide etiam in verb.Mulier.

Forma *à Statuto inducta eſt ſubſtantialis, nec poteſt illi addi, vel detrahi. dec.107.numero 7.& 8.Et debet ſeruari præcisè, & non per æquipollens. d. dec. 107.nu.9.*

Legis omiſſa,actus corruit.dec.98.nu.2.

Vbi adeſt decretum irritans, mutari non licet.dec.92. nu.10.

Fraus *euitari debet in iudiciali venditione. deciſ. 108. nu.16.*

Et præſumitur,ſi vnus tantum adfuerit oblator,& res viliori pretio diſtracta fuerit. d. deciſ. 108.numero 17.

Fraudibus *via non eſt aperienda.dec.112.n.23.*

Fructus *ad compenſationis effectum probantur ex inſtrumentis affictuum.dec.88.n.8.*

Bonorum paraphernalium præter, & vltra dotem promiſſorum ſunt vxoris, ſicut & ipſa bona.deciſ. 88.nu.6.

An debeantur ementi ſub haſta in caſu reſtitutionis rei.dec.21.n.4.& ſeqq.

Ante motum iudicium ſummariiſſimum manutentionis petendi ſunt in alio iudicio ordinario.deciſ.100. num.8.

Creditor ſuos facit non facta ſibi crediti oblatione.dec. 109.nu.29.

Dotis debentur marito pro intereſſe. dec. 69. nu.10.Et, non extante Statuto à Principe confirmato, vel conſuetudine,debentur ad rationem quinque,quæ reddere ſolent bona ſtabilia. dec. 115. num. 21. Nec

Digitized by Google

poſſunt taxari ad rationem ſeptem cum dimidio pro centenario, non conſtito de Statuto, vel conſuetudine, & ſi ea reddatur turbida. deciſ. 116. nu. 13.

Dotis non intelliguntur remiſſi per receptionem ſortis. dec. 69. nu. 21.

Dotis an debeantur ſoluto matrimonio ſtantibus filiis, eſt articulus valde dubius, & conſequenter ex ſubhaſtatione eorum cauſa facta non intrat ſpolium. dec. 69. nu. 22.

Ex actu nullo recipiendi materia dari non debet. deciſ. 8. nu. 5.

Ex re hæreditaria percepti non dicuntur hæreditarij. dec. 50. n. 8.

In interdictis, & iudiciis poſſeſſoriis non veniunt regulariter niſi à die mota litis. dec. 100. nu. 3. & 5. Decl. vt condemnari poſſit etiam in fructibus ante motam litem probata mala fide de illo etiam tempore, non ex vi interdicti, ſed ex Iudicis officio, & æquitate. dec. 100. nu. 4.

In iudiciis ſingularibus compenſantur vel cum melioramentis, vel cum damnis, & intereſſe. dec. 88. nu. 23.

In Saluiano ex iuris diſpoſitione computantur in extinctionem ſortis. dec. 70. num. 14. & 18. in fin. dec. 71. nu. 4.

In ſpolio debentur à die, quo res deuenit ad manus ſpoliatoris, dec. 37. n. 2.

In ſpolio violento, & attentato debentur vſque ab initio propter manifeſtam malam fidem. deciſ. 100. num. 6.

In ſpolio indubitanter reſtitui debent à die mota litis. dec. 109. nu. 6.

Lucrantur à bona fidei poſſeſſore, nec in ſortem imputantur. dec. 70. n. 17. Lim. ceſſante bona fide per litem motam. d. dec. 70. nu. 18. Lim. vt bona fides non ſuffragetur pro acquiſitione fructuum, cui lex expreſſe reſiſtit. d. dec. 70. n. 19.

Intelliguntur deductis expenſis. dec. 37. n. 13.

Pendentes dicuntur pars rei, & veniunt in deliberatione. dec. 69. nu. 16.

Percepti veniunt in reſtitutione, quando fuit actum iure actionis, propter dominium rei, quod ipſo iure tranſiuit in actorem. dec. 50. n. 10.

Percepti, & qui percipi potuerunt à die ſpolij, debentur in ſpolio violento, & attentato ſecundum Rotam. dec. 88. n. 20. & 26.

Percepti poſt tenutam ex primo decreto non efficiuntur tenutarij, ſed in ſortem debent imputari. dec. 69. n. 12. & dec. 73. n. 4.

Percepti præſumuntur ab eo, quem conſtat poſſediſſe. dec. 74. n. 5.

Pro tempore in reſeruatione non comprehenſi non debentur. dec. 61. n. 1.

Rei in tenutam capta ante deliberationem in dubio percepti cenſentur ab ipſomet debitore. dec. 69. numero 14.

Sequuntur dominium. dec. 8. nu. 7. dec. 21. n. 5.

Sine dominio, & poſſeſſione non debentur. dec. 41. n. 8. Lim. vt n. 9. & 10.

Spectant ad debitorem, vbi contractus eſt conditionalis, etiam ſi res ſit tradita. dec. 21. numero 6 intellige ſi conditio ſit ſuſpenſiua, ſecus ſi reſolutiua d. deciſ. 21. numero 7. Præſertim ſi pactum ſit conceptum verbis obliquis, non directis. d. deciſ. 21. num. 8.

Suos an faciat creditor, quando pignus æquiualet debito. dec. 2. nu. 1. dec. 3. nu. 9.

Suos facit, qui poſſidet titulo valide ſubhaſtationis. deciſ. 70. n. 15.

Suos facit poſſeſſor bonæ fidei. deciſione 71. numero 2.

Suos facere poteſt emens ad haſtam, etiam quod ſubhaſtatio fuerit inualida. dec. 71. n. 7.

Suos non facit poſſeſſor ceſſante bona fide, & cauſa. deciſ. 88. n. 25.

Sufficit eſſe aliquo modo debitos, vt ſit compenſationi locus, vbi vtrunque creditum ſit eodem modo liquidum. dec. 100. nu. 9.

Fructuum ad acquiſitionem requiritur, vel dominium, vel bona fides. dec. 109. n. 16.

Ad acquiſitionem ſufficit bona fides. deciſione 50. numero 9.

Condemnatio in ſpolio fit de perceptis, non de iis, qui percipi potuerunt ex ſtylo Rotæ, niſi agatur de ſpolio violento, vel attentato. dec. 73. n. 9.

Condemnatio in ſpolio, & aliis interdictis non fit niſi à die litis conteſtationis, excepto ſpolio violento, & attentato. dec. 96. n. 2.

Perceptio præſumitur ex poſſeſſione reſpectu rei ex ſui natura fructifera. dec. 50. n. 13.

Perceptorum liquidatio expectari debet, antequam in Saluiano deueniatur ad ſubhaſtationem. dec. 56. num. 11.

G

GAbella ſoluenda ex venditione non debetur ex venditione cum reſeruatione dominij, cum ea non ſit venditio, ſed locatio. dec. 118. nu. 3.

Gabellæ quare exigantur. dec. 96. n. 22.

Graduatus per ſententiam an, & quando dicatur de credito ſatisfactus. dec. 104. n. 13. 14. & 15.

H

HÆreditatis petitio præſcribitur 30. annis. dec. 101. nu. 20.

Hæres adeundo hæreditatem dicitur cum legatariis quaſi contrahere. dec. 14. n. 1.

Cum beneficio legis, & inuentarij non tenetur de proprio. dec. 61. n. 3.

Cum beneficio inuentarij non tenetur reddere rationem de actu ſubhaſtationis, & deliberationis, an Iudex ritè, & rectè proceſſerit, nec de pretio. dec. 50. numero 1. & ſeqq. An teneatur reddere rationem de fructibus perceptis. dec. 50. num. 5. & ſeqq. Poſt aditam hæreditatem facit fructus perceptos ſuos. dec. 50. num. 6. Illi non debetur lucrum, quouſque creditoribus non fuerit ſatisfactum. dec. 50. num. 11.

Eſt, qui poſſidet, ſeu agit ad rem hæreditariam, dec. 119. num. 4.

Grauatus ſub conditione poteſt, vita ſua durante, diſponere de rebus fideicommiſſo ſubiectis, ſecus per viam vltimæ voluntatis. dec. 70. n. 11.

Qui hæreditatem adiuit, citandus eſt vt hæres principaliter, & perſonaliter, non autem ſolum pro ſuo iure, & intereſſe, & per contradictas, deciſ. 113. nu. 6.

Hortus acceſſoriè vnitus, & deſtinatus pro ſeruitio domus fideicommiſſariæ cadit ſub fideicommiſſo. dec. 114. n. 2. Contrarium n. 6.

Quando dicatur haberi tanquam de pertinentiis alicuius domus. dec. 114. nu. 17.

Hypotheca dicitur per mulierē amiſſa per cōſenſū, & manda-

Digitized by Google

mandatum ad vendendum, præſertim venditione ſequuta.dec.56.nu.3.Decl.vt n.4.& 5.
Competit pro legatis.dec.90.n.11.
Probatur inſtrumento.dec.76.n.25.
Hypothecam habens omnium bonorum eligere poteſt, in quibus bonis creditum ſuum conſequi velit. decif.42.nu.13.
Hypothecaria importat facultatem diſtrahendi bona hypothecata penes hypothecantem, ſeu illius hæredem ex ſententia.dec.90.nu.12.
Requirit plenam dominij probationem. dec. 70.nu.5. dec.77.nu 11.
Requirit dominij probationem contra tertium. decif. 83.nu.4.

I

Illatio non fit ex diuerſis.dec.112.n.16.
Immiſſio an dari poſſit pro fructibus cenſus, & annuis præſtationibus decurrendis. decif. 63. num.7. & ſeqq.
Ex primo decreto non præbet ius percipiendi fructus, nec dominium, nec poſſeſſionem.dec.74.n.3.
In vim ſententiæ,& rei iudicatæ priuat primum poſſeſſorem ciuili,& naturali poſſeſſione etiam abſque alia expulſione.dec.77.n 1.
Non poteſt impediri ex donatione inſolutum facta illi, à quo petens immiſſionem cauſam habet.decif.104. num.3.
Vide etiam in verb. Mandatum de immittendo.
Immiſſionem petens fatetur, ſe non poſſidere.decif.57. num.4.
Immiſſus ex primo decreto cuſtodiæ cauſa non priuat debitorem poſſeſſione, cum eam non ſibi, ſed illius nomine vti pignus prætorium detineat. deciſione 82.nu.8.
Vide etiam in verb.Executio,Tenuta,Pignus.
Ex Saluiano poſſidet, vt ſibi ſatisfiat de fructibus. dec. 82. num. 11. Non ſibi ſed pro debitore poſſidet.dec. 102.n.8.& 9.Cui ex fructibus ſatiſfieri debet,non poteſt ad bonorum ſubhaſtationem deuenire ſine Principis licentia, ſeu reſcripto,quia id eſt contra naturam iudicij,& iuris diſpoſitionem.dec.71.n.1. & 2.in fin.dec.83.n.7.
Vide etiam in verb.Saluianum.
Impoſitio perpetui ſilentij verificatur in actione intentata,dec.122.n.16.
Impugnans ſubhaſtationem tenetur pecunias cum vſuris reſtituere.dec.109 nu.32.
Incola us quomodo probetur,dec.87.n.7.
Incompatibilis eſt actio executiua cum ordinaria.dec. 93.nu.2.
Inexigibilis dicitur cenſus, ſi bona debitoris occupata ſint ab anterioribus creditoribus.dec.72.n.4.
Inexigibilitas ex quibus præſumatur.dec.121.nu.5. & ſeqq & n.15.& ſeqq.
Inhibitio emanata à Curia Romana timenda eſt ſiue iuſta,ſiue iniuſta dec.102.n 3.
In vim litis pendentiæ vnius cauſæ dicitur iuſta.& afficit etiam pro alia cauſa connexa quando ſententia lata in vna poteſt parere præiudicium in alia. decif.102.nu.5.
Nulla, & iniuſta non cauſat nullitatem, nec attentata.dec.102.n.4.
Iniuſtitia notoria æquiparatur nullitati. dec. 59. n.9.
Inſtantia cœpta ab hærede in actione perſonali non tranſit in fideicommiſſarium dec.101.n.19.
Cœpta cum defuncto poteſt continuari cum hærede. decif.42.n.8.
Inſtantiæ peremptionis exceptio competit illi, cuius fauore peremptio inducta eſt, & ſi opponat. dec. 111. nu.11.
Eius peremptio poteſt à partibus renunciari per proceſſum ad vlteriora, & terminum, ſeu fatalium prorogationem. dec.111.n.12.13.& 14.
Inſtrumentum dicitur liquidum, quod continet promiſſionem certæ ſummæ.dec.111.n.3.
Facit probationem probatam.dec.63.n.5.
Non habet viam executiuam, niſi habeat obligationem cameralem, vel guarantigiam. dec. 101. numero 1.
Publicum dicitur probatio probata dec.16.n.1.
Quando ſit purum,& exequibile.dec.111.n.4.
Inſtrumenti requiſita.dec.111.nu.3.
Intentionis ſuæ fundamentum vnuſquiſque probare tenetur, ſiue ſit actor, ſiue reus. deciſione 50 num.4.
Intereſſe ex damno emergente non debetur non conſtito de damno.dec.8.nu.2.
Ex lucro ceſſante non debetur,niſi concurrant requiſita.dec.8.nu.1.
Non habens non auditur dec.57.n.1.
Ob retentionem rei, & pretij non debetur occaſione ſubhaſtationis inualidæ.decif.8.numero 3.Ampl. vt num.6.
Intimatio eſt in actis reproducenda ante expeditionem, & executionem mandati,& quare.decif. 113.numero 8.
Intimatione decreta deficiente actus remanet nullus. decif 46.nu.9.
Inuentarium non afficit non citatos dec.51.nu.6.
Subſcribi debet à principali,ſi ſit præſens,nec ſufficit à procuratore.dec.103.n.12.
Iudex dans in decreto adiudicationis facultatem capiendi poſſeſſionem propria auctoritate dicitur nulliter non ſeruata tela iudiciaria, & extraiudicialiter & vti priuatus procedere. dec. 78. numero 4.
Exequens tenetur vendere rem præſenti pecunia,eamque in cauſam iudicati conuertere. dec. 590. numero 3.
Inhibitus procedendo dicitur procedere ſine iuriſdictione.dec.61.nu.5.
Mandans bona detineri per creditorem, donec, & quouſque fuerit ei ſatisfactum, non dicitur abſolutè bona adiudicare, ita vt faciat fructus ſuos. dec.3.nu.3.
Non poteſt in deliberatione habere fidem de precio. dec.115.nu.14.
Nulliter,& iniuſtè procedens dicitur ſpoliare.dec.46. num.1.
Nulliter,& iniuſtè ad immiſſionem procedens non priuat primum poſſeſſorem ſua poſſeſſione. dec. 59. num.2.
Nulliter, & iniuſtè ad ſubhaſtationem procedens dicitur ſpoliare,& tanquam priuatus procedere.dec. 69.nu.3.
Poteſt ſe de notorio extraiudicialiter informare. decif.101. nu.27.
Pronunciare prius debet ſuper iuribus appellationis, & deinde ſuper meritis.dec.116.nu.6.
Pronunciaſſe cenſetur, vt de iure tenebatur.decif.122. nu.13.
Ritè, & rectè non procedens in ſubhaſtatione dicitur procedere tanquam priuatus, & ſpoliare.dec. 73. num.1.
Vide etiam in verb.Factum Iudicis.

Digitized by Google

Iudicium *iactationis dicitur ille, contra quem motum eſt, inuitum ſubire, ſi ita proteſtetur. deciſ. 93. numero 7.*

Iudicio *in ordinario agitur de reum condemnando, in executiuo habetur idem reus pro condemnato, & executio præcedit cognitionem.dec.93.n.3.*

Vniuerſali pendente non poteſt moueri iudicium particulare ab illo dependens.dec.101.n.22.

Iuramentum *continet ſpecialem renunciationem exceptioni compenſationis. dec.88.n.16. Decl. procedere in exceptione, quæ tunc competebat, ſecus in ea, quæ ſuperuenerit.dec.88.nu.17.*

Non habet executionem paratam,cum non ſit amplius in vſu, niſi ſit deciſiuum.dec.101.n.3.

Non probatur ſcriptura,cui fides adimit Statutum.deciſ.96.nu.26.

Non ſupplet decretum, vbi vtrunque requiritur. dec. 105.nu.16.

Non validat contractum exiſtente Statuto, quod cenſeatur dolo exortum.deciſione 52. numero 15. Et an hoc procedat in Statuto laicali. d. deciſione 52. nu.16.

Supplere debet decretum Iudicis,& tutoris,& curatoris, & cuiuſcunque alterius auctoritatem requiſitam.dec.105.n.14.

Validat contractum.dec.52.n.14.

Iuramentum *calumniæ ſufficit ſemel fuiſſe præſtitum, niſi noua cauſa calumniæ ſuperuenerit. dec. 64. nu.3.*

Iuramenti *obligatorij forma.dec.101.nu.2.*

Iuriſdictionis *defectus de iure non ſanatur. deciſ.22. num.11.*

Ius *nominandi, vel eligendi non venit in emphyteuſi,niſi exprimatur.dec.9.n.3.*

Ius *offerendi requirit realem, & actualem oblationem crediti.deciſ.67.nu.12.*

Annexum eſt credito,& hypotheca.dec.68.n.9.

Non datur ſine hypotheca.dec.108.n.31.

Ius *offerendi ſecundi creditoris adhæret hypothecæ, & ſine ea illi locus eſſe non poteſt.dec.76.n.24.*

Competit ſecundo creditori ſtante ſubhaſtationis nullitate.dec.120.n.1.

Non tollitur ſecundo creditori, vbi emerit primus magis ſeruandi ſui pignoris gratia,quam acquirendi dominium.dec.76.n.6.15.20.& ſeq.

Secundo creditori non competit,niſi conſtito ſufficienter de credito, & hypotheca, cui annexum eſt.dec.67. nu.9.

Non competit ſecundo creditori,vbi diſtractio pignoris facta eſt in extraneum, ſecus ſi emerit idem creditor, quia acquirit ſeruandi pignoris gratia. deciſ. 68.numero 7. Ampl.etiam quod creditor emat ſub haſta, & per interpoſitam perſonam. d. deciſ. 68. num.8.

Non competit ſecundo creditori, ſi deliberatio fuerit rectè facta,ſecus ſi nulliter.dec.108.n.27.

Iuri *offerendi non eſt locus ad fauorem ſecundi creditoris, quando bona vinculo pignoris venduntur iure creditoris.dec.68.n.3. Lim. non procedere in diſtractione pignoris per viam iudicialem.d.deciſ.68.nu. 4.& 6.*

Iuris *offerendi in materia non intereſt an contractus celebretur à Iudice, vel à parte. deciſione 108. numero 15.*

Iuris *offerendi ſecundi creditoris excluſio procedit à poteſtate primi pignus vendendi illius hypotheca non affectum.deciſ.108.n.19.*

Vide etiam in verb.Creditor.

Ius *tertij an, & quando poſſit allegari. deciſ.29.num.9.*

L

Legatum *ſub conditione relictum,ea non purificata, euaneſcit.dec.56.n.9.*

Legati *ſolutio facienda ex reditibus,& prouentibus hereditariis non poteſt fieri ex alienatione bonorum. dec.90.n.2. Lim.vt n.6.*

Legitima *in filio hærede fideicommiſſo grauato cenſetur electa in primis alienationibus. dec. 70.nu.12.dec. 75 nu.8.*

Legitimatio *perſonarum parte opponente eſt neceſſaria.dec.34.nu.11.*

Non oppoſita in prima inſtantia poteſt fieri in ſecunda abſque eo,quod nulla reddatur prima,deciſ.101. nu.23.

Legitimationis *perſonarum exceptio non comprehenditur ſub oppoſitione, Narrata, prout narrantur, non eſſe vera.dec.111.nu.16.*

Læſio *eſt fundamentum reſtitutionis in integrum, & reſultat ex iniuſtitia ſententiæ. deciſ. 62. num. 1. Ampl. vt ſufficiat iniuſtitia etiam non notoria.d.dec. 62.nu.2.*

Quando conſideretur in inueſtimento precij & non alienatione. dec.86.n.2.

Vltra dimidiam probanda eſt,vt in re ſubhaſtata locus ſit remedio. l. 2. C. de reſcind.vend.dec.53.numero 1.

Libellus *interpretationem recipit à voluntate libellantis.dec.60.n.2.*

Liber *Baptiſmatis probat ætatem.dec.34.n.8.*

Liberatio *debitoris eſt neceſſaria ad ſuſtinendam ſubhaſtationem factam non præſente pecunia. deciſ. 69. num.25.*

Licentia *alienandi à Principe conceſſa non abſoluit à terminis, & ſolemnitatibus requiſitis in ſubhaſtatione & deliberatione, ſed intelligitur ſeruatis ſolemnitatibus à iure requiſitis. deciſ. 106.numero 14.& 15.*

Cum conditione dat eſſe rei.dec.52.n.18.

Et conditione non impleta perinde eſt,ac ſi non fuiſſet obtenta.dec.52.nu.19.

Meliorandi intelligitur de melioramentis ad colligendum fructus neceſſariis.dec.39.nu.9.

Liquidatio *præcedere debet executionem.dec.56.nu.12. dec.74.n.8.& dec.122.n.4.*

Liquidationis *fructuum calculus fieri poteſt etiam poſt ſententiam ante illius executionem. deciſ. 108.numero 32.*

Liquidationis *ad effectum requiritur communis æſtimatio.dec.122.n.5.*

Liquidationis *in materia vti difficili ſufficiunt leuiores probationes. deciſ.37.n.11. Ampl. præſertim contra ſpoliatorem.d.dec.37.n.12.*

Lis *conſtituit in mala fide etiam quoad ſucceſſores.deciſ. 71.nu.12.*

In curia introduci poteſt cum procuratore habente mandatum generale.deciſ.34.n.10.

Quoad actorem, & in illius præiudicium introducta dicitur à tempore decreti monitorij, ſed in præiudicium rei à die executionis.dec.34.nu.9.& deciſ. 49.nu.6.

Litis *conteſtatio inducit malam fidem. dec. 100.num.12.*

Loca *montium non recipiunt hypothecam, ſed libera tranſeunt in emptorem abſque vllo onere ex ſpecialibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, ne publicum, & liberum commercium impediatur. dec. 112.nu.*

Digitized by Google

112. num. 20. Decl. procedere in locis montium, quæ ſponte à dominis reſignantur, ſecus in iis quæ transferuntur, & venduntur auctoritate Iudicis minus rite, & recte procedentis, vel à non domino, quia competit in illis priori poſſeſſori, qui non habuit ſe pro ſpoliato manutentio, d. dec. 112. numero 21.

Locatio facta per poſſeſſorem tribuenda videtur illi, pro quo poſſidetur. dec. 100. nu. 19.

Sine actuali perceptione fructuum poſſeſſionem non probat contra tertium. dec. 96. n. 34.

Locupletari quis non debet cum aliena iactura. dec. 6. num. 4.

M

MAla fides cauſata ex prohibito tranſitu ad ſubhaſtationem ſemper obſtat dec. 71. n. 10.

Cauſatur ex venditione longe vltra dimidiam iuſti precij. dec. 109. nu. 22.

Defuncti tranſit in ſucceſſorem. dec. 71. n. 15.

Euidentiſſima quando non infertur à poſſeſſione anteriori ad poſteriorem. dec. 96. numero 10. 27. 28. & 29.

Præſumitur in emptore ſub haſta eo ipſo, quod in ſubhaſtatione ordo ſeruatus non fuit, & fuit contra ipſum lis conteſtata. dec. 109. n. 20.

Vide etiam in verb. Lis.

Mandatum contra ſocium eſt exceſſiuum non dempta portione, vel ære alieno ſocietatis, deciſ. 35. numero 6.

De adiudicando non eſt adiudicatio. dec. 78. nu. 5.

De adiudicando pupillis non legitime citatis, ac indefenſis non tenet. deciſ. 103. numero 15. Lim. vt numero 16.

De deliberando abſque citatione, & decreto dicitur nullum, & facit intrare ſpolium. deciſ. 22. numero 9.

De deliberando vti relatiuum ad petitionem, acta, edicta, cedulam ſubhaſtationis, & decretum de deliberando, ab his, ſi diſcordet, recipere debet interpretationem. dec. 87. nu. 11.

De immittendo licet ſit quid conſecutiuum ad decretum Iudicis ſuper adiudicatione, eſt tamen diſtinctum ab ipſo mandato de adiudicando, deciſ. 78. num. 2.

De manutenendo datur conſtito de poſſeſſione de tempore motæ litis per aſſertionem aduerſarij in monitorio. dec. 55. nu. 1.

De manutenendo datur docenti de ſua poſſeſſione. dec. 59. nu. 1.

De manutenendo datur pro reuocatione attentatorum ei, qui non habuit ſe pro ſpoliato. deciſ. 112. num. 8.

Vide etiam Manutentio.

Executiuum ſi ſit pro ſumma exceſſiua reduci poteſt ad ſummam debitam. dec. 86. nu. 5.

Executiuum poteſt obtineri, & exequi etiam contra bona propria hæredis ſi vti talis citatus ad exhibẽdum inuentarium, & de inuentariatis rationem reddendum, non exhibuerit, nec rationem reddiderit. dec. 87. nu. 10.

Executiuum eſt validum ſi concurrant omnia requiſita neceſſaria. dec. 101. nu. 10.

Executiuum relaxari poteſt pro moneta aurea, quæ extet in rerum natura, ſicut pro argentea, quidquid ſit in imaginaria. dec. 101. nu. 25.

Executiuum expeditum poſt iurium productionem, & admiſſionem eſt nullum. dec. 107. nu. 1.

In parte exceſſiuum eſt nullum in totum vna cum executione. dec. 35. nu. 2.

In vim obligationis nullæ, ſubhaſtatio, & alia inde ſequuta nulla pariter ſunt. dec. 52. nu. 13.

Non poteſt relaxari pro credito non liquido propter exceptiones. dec. 88. nu. 1.

Præſumitur ex coniecturis. dec. 34. nu. 13.

Prius exequi debet in mobilibus ex Conſtitutione Marchiæ. dec. 42. nu. 11.

Quando relaxari non poſſit peritorum electione, & calculo non præcedentibus. dec. 35. nu. 3. & 22.

Relaxatum pro tota ſumma contra vnum ex pluribus obligatis abſque obligatione in ſolidum eſt nullum. dec. 69. nu. 40.

Relaxatum ſimpliciter contra plures in ſolidum non obligatos, & iuxta formam obligationis intelligitur pro virili. dec. 72. n. 13.

Relaxatum contra vnum non poteſt exequi contra tertium poſſeſſorem. deciſ. 75. numero 1. Lim. vt poſſit executiue procedi abſque actione reuocatoria contra tertium, in quem facta fuit alienatio in fraudem paratæ, & cœptæ executionis. d. dec. 75. numero 2. Ampl. limitationem eo magis data ſcientia ipſius tertij, & tunc nec citatio requiritur. d. deciſ. 75. num. 3.

Relaxatum abſque partis citatione, intimatione, vel præſentia nullum eſt. dec. 115. nu. 23.

Relaxari debet ad effectum in receptione hypothecandi bona ſtabilia, vel emendi tot cenſus, vbi ſic promiſſum apparet. dec. 115. nu. 24.

Requiritur ſpeciale ad iurandum, vt ſuppleat decretum Iudicis. dec. 115. nu. 17.

Simpliciter relaxatum contra aliquem, non expreſſo quo nomine, intelligitur ſub eo nomine, quo fuerunt facta alia acta præcedentia, & ſequentia. deciſ. 42. nu. 5.

Speciale requiritur ad dimittendam poſſeſſionem. dec. 39. num. 5.

Speciale requiritur in procuratore ad ſubſcribendum inuentarium. dec. 103. nu. 11.

Mandati defectus efficit ſubhaſtationem, & deliberationem nullam. dec. 7. nu. 5.

Forma ſeruari debet in illius executione, deciſ. 73. numero 10.

Forma in executionem non ſeruata executio redditur nulla. dec. 75. nu. 7.

Relaxatio quæ requirat pro eius validitate. deciſ. 72. num. 3.

Mandato relaxato, debet ad illius executionem deueniri & executio ad finem perduci. deciſ. 72. nu. 1. Præſertim ſi mandatum ſit iuſtum, & validum. d. deciſ. 72. nu. 3.

Mandata executiua pro ſumma exceſſiua de ſtylo A. C. ſuſtinentur pro ſumma debita. dec. 86. nu. 8.

Manutentio non negatur ei, qui ſe pro ſpoliato non habuit. dec. 5. nu. 9.

Debetur ex poſſeſſione capta in vim ſententiæ, reintegratoriæ. dec. 122. nu. 3.

Non debetur ei, qui conſenſit alium poſſidere donec, & quouſque ſit de tot ſatisfactus, pacto durante. deciſ. 122. nu. 8.

Manutentionem petens tenetur probare poſſeſſionem, & ſi paſſus fuerit iudicialem adiudicationem nullam, tenetur nullitatem etiam probare. dec. 52. num. 1.

Manutentionis petitio inducit voluntatem omittendi aliquid de iure ſuo. dec. 3. nu. 2.

Vide etiam Mandatum de manutenendo.

Mariti *ius ſuper fundo dotali reſolutum dicitur per mortem vxoris.dec.67.nu.10.*

Matris *bona non poſſunt ſubbaſtari pro debito filij.dec. 43.nu.2.*

Medium *probatur per extrema.dec.14.nu.5.*

Melioramenta *deducuntur etiam per malæ fideì poſſeſſorem. dec.39.nu. 6. Decl. procedere in melioramentis omnino neceſſariis,ſecus è contra,& quando concurrit etiam dolus,vt recuperatio rei ſit difficilior.d.dec.39.nu.7.*

In Saluiano ſunt habenda in conſideratione,ſi aliquo modo inſtificentur , ſecus ſi de his nihil conſtet in actis.dec.56.n.10.

Quando non excludant Saluianum.dec.118.n.15.

Melioramentorum *exceptio non retardat mandatum de manutenendo,vbi ſunt facta in vim poſſeſſionis captæ poſt inhibitionem Rotalem,& ſic mala fide. dec.39.nu.2.*

Non liquidorum retentio euitatur per cautionem.dec. 39.nu.10.

Mendax *in vno in omnibus præſumitur mendax. dec. 120.nu.7.*

Minor *reſtituitur aduerſus præſcriptionem completam. dec.119.nu.9.*

Minoris *debitum an ſit reale, & expediat potius vnam, quam aliam rem vendere, cognoſci debet per Iudicem.dec.38.n.13.Decl.vt num.14.*

Minorum *ad fauorem iudicium claudicat.& tenet ſubhaſtatio etiam facta à perſonis non legitimis.dec. 69.nu.26.*

Bona ſtare debent ſub haſta per 20.dies.dec.103.nu.17. Lim vt n.18.19 & 21.

Miſſilia *in vulgus iactata cenſetur dominus velle eſſe, capientis.dec.89.nu.3.*

Moleſtiæ *quomodo probentur.dec.46.n.10.*

Monetæ *valor attenditur de tempore ſolutionis,vbi non probetur mutata bonitas intrinſeca tantum. dec. 101.nu.26.*

Mulier *dans de læſione reſpectu inueſtimenti precij rei alienatæ , illudque repetens tenetur excomputare , quod in eius vtilitatem verſum eſt , dec. 86. num.3.*

Propter adulterium amittit dotem , & donationem propter nuptias.dec.56.nu.7.

Mulieres *inhoneſtæ relinquere debent quintam partem bonorum Monaſterio Conuertitarum. dec. 56.numero 8.*

Mulieribus *prohibitum eſt fideiubere.dec.52.n.11.*

Vide etiam in verb.Fœmina.

N

NArratiuæ *commiſſionis eſt fides adhibenda,præſertim ſi ſit à principali producta.deciſ. 70.numero 1.*

Negatiua *non citationis probatur ex actorum inſpectione.dec.33.nu.5.& dec.52.nu.8.*

Non exiſtentiæ aliorum actorum meliori modo non probatur quam per diligentias factas in loco, vbi eſſe debent,ſecus è contra.dec.91.nu.9.

Non interuentus pecuniæ in deliberatione probata dicitur , ex quo non conſtet in actis de affirmatiua. dec.115.n.6. Ampl.vt n.7.

Nomina *Congregatorum deſcribi debent in alienatione ſtabilium Vniuerſitatis. dec. 105. num.3.& 8.Decl. vt nu.24.*

Non *entium nullæ ſunt qualitates.dec.112.nu.9.*

Notarius *ſi perperam loquutus fuerit in mandato de deliberando, non potuit parti præiudicare, dec.87. num.2.*

Notarij *aſſertioni non creditur,niſi de his,de quibus fuit rogatus.dec.33.nu.7.*

Notitiam *meliorem proceſſus nullus poteſt habere,quam procurator,dec.17.nu.4.*

Notoria *iniuſtitia , vel nullitas ſententiæ vt excludatur, & ex ea non intret ſpolium,ſufficit , quod recipiat controuerſiam in iure, vel in facto,deciſione 69.nu.41.*

Nullitas *decreti quoad vnum operatur etiam quoad alium, quando eſt vna omnium defenſio,& cauſa eſt communis.dec.92.nu.16.*

Non deducta in iudicium ſpacio 30.annorum remanet præſcripta,dec.116.nu.7.

Ob non denunciationem in vim Statuti à quo poſſit opponi.dec.96.nu.16.

Sententia non oppoſita in ſecunda inſtantia non poteſt opponi in tertia.dec.68.nu.16.

Subhaſtationis,& defectus citationis probatur ex proceſſus reuolutione.dec.91.nu.2.

Subhaſtationis non probatur non producto illius integro proceſſu.dec.91.nu.1.

Nullitatis *articulus eſt in primis, parte petente, terminandus.dec.79.nu.10.*

Obligationis exceptio vbi eſt extrinſeca, vt plurimum reſpicit altiorem indaginem,& ad petitorium reijcitur,ſecus in exceptione nullitatis inſtrumenti.dec. 111.nu.5.

Nullitates *turbidæ ex clauſula, Arbitrio Rotæ,poſſunt ſaluari.dec.34.nu.4.*

Nullitatibus *ſubhaſtationis turbidis ſtante iuſtitia pretij locus eſt clauſulæ , Arbitrio.deciſione 34.numero 20.*

Nuncij *relatio eſt quid diuerſum à citatione. deciſ.92. num.9.*

Relationi ſtatur quoad executionem. dec.24.num.10.

O

OBlatio *an admittatur poſt terminum,& ius quæſitum alteri,qui obtulit in termino.deciſ.40.nu. 5.& ſeqq.*

Creditoris debet eſſe de iuſto precio.dec.19.nu.10.

Crediti non eſt neceſſaria, antequam ſit oppoſitum de retentione.dec.109.nu.31.

Fructuum perceptorum incerta, & illiquida, ac conditionalis,& non libera non ſuffragatur.deciſione 31.nu.6.

Iudicialis an impediat pignoris diſtractionem.dec.36. num.12.

Poſt annum non admittitur in debitore,ſed in ſecundo creditore admittitur vſque ad 30.annos,& ſic per tantum tempus, quantum illius durat hypotheca, dec.68.n.14.

Poteſt reuocari , vbi detegatur , aliter rem ſe habere, quam edicto venditionis ſit expoſitum. dec. 30 nu. 7.& 10.

Superuenientis licitatoris intimari debet vltimo , & plus offerenti ex reformatione Pauli V. dec. 115. num.10.

Vt obliget,neceſſe eſt,vt venditor obligetur ex parte ſua, dec.30.num.4.

Oblationes *plures debent in actis eſſe , antequam fiat decretum de deliberando.dec.32.nu.2.*

De ſtylo

Digitized by Google

De ſtylo Curiæ debent eſſe tres ad minus dec.32.n.3.

Sicut cæteri contractus intelliguntur rebus ſic ſtantibus & in eodem ſtatu permanentibus.dec. 30.nu.8.

Maiores etiam poſt lapſum terminum recipiuntur de ſtylo A.C.dec.40.n.9.

Oblator *venit ſub nomine emptoris.dec.99.n.6.*

Oblationi renunciare non poteſt dec.106.n.10.

Oblatorem *magis idoneum, & ad ſolutionem paratum eligere debet Iudex dec.30.n.11.*

Oblatores *tres requiruntur ad ſubhaſtationis validitatem, dec.120.n.4.& dec.122.nu.6.vbi quod non ſufficit vnus.*

Obligatio *eſt indiuidua.decif.40.n.3.*

Etiam cameralis nulla remanet ex cauſa defectu,dec. 30.nu.9.

Facta in carceribus ab iniuſte detento nulla eſt. dec.35. nu.15.

Generalis teſtatoris non comprehendit bona hæredis, dec.50.n.7..

Mulieris nulla eſt,quæ caret ſolennitatibus ſtatutariis dec.111.n.1.

Non tollitur in obligatione quantitatis niſi in ſumma,& quantitate ſoluta,decif.89.n.10.

Omnium bonorum viri non extenditur ad fundum dotalem, cuius ius iam erat reſolutum per vxoris mortem,dec.67.n.11.

Reddendi rationem intelligitur de adminiſtratis per eum qui ſe obligat.dec.35.n.20.& 21.

Reddendi rationem ſupponit adminiſtrationem, dec. 117.n.11.

Obligatio *cameralis continet renunciationem omni legum,& iuris auxilio.dec.42.n.12.*

Habet executionem paratam, nec vllam admittit exceptionem extrinſecam à contractu, dec.89.n.7.

Quæ non continet ſuſceptionem mandati, requirit ſeruationem termini. Decerni niſi infra tres,& relaxari niſi ad primam diem ex ſtylo A.C. qui alias mandatum reuocat cum expenſarum condemnatione dec.46.n.11.

Obligationis *cameralis vigore poteſt agi etiam contra debitorem debitoris.dec.80.n.3.*

Obligatus *pro dote,& intereſſe poteſt conueniri executiue pro interuſuriis,dec.69 n.11.*

Pro ſorte non tenetur ad fructus,dec.15.n.2.

Obſeruantia *non probatur niſi quadragenaria. decif. 95.n.8.Lim.vt n.9.*

Quoad iudicialia probatur ex teſtibus Curialibus & ex ſententiis latis, dec.95.n.6.Decl.vt n.10.

Vniformis non eſt neceſſaria in materia interpretatiua, ſed attenditur, quod eſt magis obſeruatum. decif. 95.nu.11.

Ordo *iudicialis in Fiſcalibus, & Cameralibus non ſeruatur,dec.36.n.3.*

Originale *quando non præualeat tranſſumpto. decif. 103.n.10.& ſeqq.*

P

PActum *inter ſocios, quod plus lucri & damni vnus participet, quam alter, eſt validum. dec.62. num.8.*

Maioris partis creditorum præſentium nocet abſentibus,& priuilegiatis hypothecam tamen non habentibus.dec.19.n.5.

Precarij ex formulario Bononiæ concedit facultatem variandi.dec.63.n.4.

Reſeruationis dominij rei venditæ vſque ad precij ſolutionem non efficit, vt deſinat eſſe contractus emptionis,& venditionis,dec.12.n.5.

Reſeruationis dominij in venditione continet illud quod ius commune,decif.118.n.6.

Pacto *reſeruationis dominis reſoluto, non eſt opus noua traditione,decif.12.n.8.*

Pacta *ſunt ſeruanda.dec.121.n.1.*

Paria *ſunt, emptorem non reperiri, vel iuſtum precium non offerri.decif.19.11.*

Paria *ſunt, vt loca montium reſignentur à non domino, vel à Iudice nulliter, & iniuſte procedente, dec. 112.n.28.*

Pater *filio decedenti ſuperſtitibus ſororibus ſuccedit pro virili,dec.76.n.29.Decl.vt n.32.*

Non cenſetur agere actum adminiſtratorio nomine, niſi id ſpecialiter exprimat dec.60.n.4.

Non poteſt adminiſtratorio nomine filij, qui ſeptennium exceſſit,procuratorem conſtituere,niſi cum illius conſenſu,dec.60.num.6.

Tranſiens ad ſecundas nuptias admittit ſucceſſionem filij primi matrimonij,illaque defertur ad alios filios ſuperuenientes. dec. 76. numero 27. Decl.vt num.30.

Vti legitimus adminiſtrator poteſt procuratorem nomine filij conſtituere,dec.60.n.2.

Patris *mandatum non extenditur ad mandatum nomine filiorum,præſertim tunc nō natorum.dec.60.n.3.*

Pecunia *de forma interuenire debet in ipſo actu deliberationis,dec.89.n.6.decif.115.n.5.*

A creditore poſteriori auocari non poteſt, cum hypotheca anterioris per commixtionem extincta dicatur,decif.104.n.12.

Pecuniæ *interuentum in deliberatione probare debet licitator ex quo tenetur docere de ſubhaſtatione valida.decif.115.num.2.Decl.vt num.3.Subdecl.vt num.4.*

Præſentia opus eſt ad ſubhaſtationis validitatem, decif.98.n.1.Lim.vt n.4.

Præſentiæ requiſitum creditoris fauore eſt introductum.decif.98.n.3.

Periti *plures de iure requiruntur.decif.24.n.6.*

Ad æſtimandam rem ſecundum tempus antiquum debent induci tanquam teſtes ad ſormiter probandum, non autem per ſolam inſpectionem, decif. 53.nu.6.

Peritorum *ad iudicium non recurritur niſi in ſubſidium,decif.53.n.7.*

Peritum *parte contumace pro ſe non eligente eligere debet Iudex ex officio,dec.24.n.7.*

Vide etiam in verb.Calculatoris.

Petitio *dicitur reſtricta ad ea; quæ petens proſequutus fuit.decif.83.n.8.*

Pignus *alio emptore non exiſtente poteſt adiudicari creditori,dec.67.n.8.*

Præſumitur ſufficiens pro credito,alio non probato.dec. 121.n.10.

Pignus *conuentionale vigore pacti venditum quis reſtituere non tenetur,dec.92.numero 2.Lim.ſecus ſi venditum fuerit per ſubhaſtationem, & ſic iudicialiter parte legitime non citata,d.decif.92.numero 3.& 4.*

Pignoris *iudicialis venditio facta cenſetur nomine debitoris,dec.38.n.5.*

Venditio per viam iudicialem,cùm omnia per manum Iudicis expediantur, facta non dicitur à creditore,ſed à debitore per factum Iudicis repræſentante,dec.68.n.5.

Digitized by Google

Pretorij venditio conſumitur de mandato Pretoris. dec.76.n.12.

Pignora *iure creditoris venduntur vel legis permiſſione, vel ex pacto.dec.67.n.1.*

Pignorum *iudicialium diſtractio dicitur contractus emptionis, & venditionis,qui conſenſu perficitur, & debet eſſe vltro citroque obligatorius. deciſ. 38. num.4.*

Venditio ab anterioribus creditoribus impediri non poteſt, ſed tamen de precio ſunt prius ſatisfaciendi. dec.19.n.1.

Vide etiam Res.

Plus *iuris cedere quis non poteſt, quam ipſe habeat, dec. 26.n.3.& 4.*

Poſſeſſio *an probet dominium,dec.42.n.3.*

Antiqua actoris in ſpolio probatur ex confeſſione aduerſarij in libello in alio iudicio.dec.82.n.4.

Capi non poteſt ex adiudicatione nulla, & vigore mandati adiudicando ſine nouo Iudicis miniſterio, & mandato de immittendo,dec.78.n.2.

Capta in vim decreti de adiudicando non prabet titulum ſed poſſeſſionem iure pignoris, dec. 100.num. 11.& 13.

Deliberatarij in ſpolio probatur ex litis ſuſtentatione, & ex inſtrumento deliberationis, dec.113.n.2.

Ex adiudicatione nulla, & exceſſiua non transfert titulum habilem ad fructuum acquiſitionem, dec. 100.n.16.

In ſpolio eſt concludenter, non præſumptione probanda,dec.96.n.23.

Inſtrumentalis, alio exiſtente in poſſeſſione non ſuffragatur,dec 96.n.31.

Inſtrumentalis ſuffragatur, quando habuit effectum, deciſ.52.n.4.

Locorum montium probatur ex litteris patentibus in alicuius perſonam cantantibus, & ex eorum deliberatione contra eundem facta,dec.112.n.17.

Moderna deliberatarij proueniens à Iudice, qui nulliter proceſſit, non impedit manutentionem priori poſſeſſori,dec.112.n.19.

Partis probatur ex confeſſione aduerſarij, dec. 33.nu. 2. Ampl.ſiue confeſſio ſit explicita ſiue implicita.d. dec.33.n.3.

Quando remaneat penes conſtituentem, dec.96.n. 32.

Solo animo perditur,deciſ.65.n.5.

Vigore deliberationis nullæ eſt vitioſa,dec.122.n.1.

Poſſeſſione *prætenſi ſpoliati ceſſante nulla ſpoliatio conſiderari poteſt,dec.82.n.7.*

Poſſeſſionem *accipiens vigore ſolius decreti adiudicationis dicitur accipere propria, non Iudicis auctoritate & ex ea ſpolium reſultat priuatum, non iudiciale, etiam quod in adiudicatione adſit facultas capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, deciſ.77.n.3.& 8.*

Poſſeſſionis *dimiſſio conditionalis non operatur abdicationem à dimittente niſi adimpleta conditione, dec.36.n.10.*

Defenſio excludit animũ eam dimittendi.dec. 15.n.5.

Poſſeſſor *bonæ fidei eſt citandus,dec.96.n.9.*

Malæ fidei, qui ſpolium commiſit, condemnatur in fructibus à die ſpolij.dec.96.n.5.Decl.procedere in mala fide euidentiſſima, quæ non poſſit excuſari, nec velari,dec.96.n.6.

Priuatus auctoritate Iudicis, qui rite,& recte proceſſit,non reſtituitur.dec.77.n.2.

Poſſeſſorium *prius de iure terminandum eſt, quam petitorium,deciſ.11.n.1.& 6.*

Vide etiam in verb. Calumnioſa.

Poſſidens *domum præſumitur illius fructus,& penſiones percipere,dec.37.n.6.*

In vim ſubhaſtationis, & deliberationis non poteſt à Iudice poſſeſſione priuari,niſi docto de illius notoria iniuſtitia vel nullitate,dec.55.n.6.

In vim ſubhaſtationis nulliter factæ non facit fructus ſuos,ſed imputat in ſortem,& tenetur actione ſpolij,deciſ.77.n.3.

Si ei titulus deficiat, tenetur ad fructuum reſtitutionem,dec.109.n.25.

Poſſidenti *ciuiliter competit manutentio pro recuperatione naturalis,dec.52.n.3.*

Poteſtas *primo creditori vendendi pignus hypothecæ poſteriori non affectum non cenſetur conceſſa ad effectum vendendi ſibi ipſi,dec.108.n.20.*

Precarium, *& illius extenſio ex formulario Bononiæ continet, vt bona poſſint præuia æſtimatione retineri, & etiam ſubhaſtari, deciſ.69.numero 5. & 6.*

Prælatio *longe differt à facultate reluendi, deciſ.95.numero 6.*

Præſcribere *non poteſt, qui ſcit,ſe teneri ad ſolutionem ſtante illius mala fide, dec.119.nu.1.Ampl.vt num. 2.3.& 16.*

Non poteſt ſemel conſtitutus in mala fide,deciſ.71.numero 11.

Non poteſt, qui non poſſidet. dec.119.nu. 12. Ampl.vt num.13.

Præſcriptio *hæreditatis petitionis non currit durante iudicio vniuerſali ſuper nullitate teſtamenti, deciſ. 101.n.25.*

Interrumpitur per acceptationem deuolutionis, deciſ. 119.n.7.

Interrumpitur ſubhaſtatione,& deliberatione ex defectu poſſeſſionis,dec.119.n.5.

Interrupta dicitur per litem cœptam, deciſ. 119. numum.10.

Non currit contra pupillum durante pupillari ætate, dec.119.n.8.

Non poteſt inchoari contra hæreditatem iacentem, dec.119.n.7.

Triginta annorum de iure communi requiritur in corporalibus.dec.119.n.14.

Statutaria ſubrogata eſt in locum præſcriptionis 30. annorum,dec.119.n.16.

Præſtatio, *quam quis in alienatione bonorum reſeruauit pro ſua ſuſtentatione ,dicitur ſufficiens, vt non poſſit maiorem prætendere ex beneficio. l. 2.ff.& C.quod cum eo,dec.23.n.3.*

Præſumitur, *& tenetur Executor perquirere,quis poſſideat bona.deciſ.96.n.12.*

In dubio pro ſententia adiudicationis,dec.50.n.1.

In dubio pro decreto Iudicis,deciſ.29.n.6.

In dubio pro ſententia, & ideo ex ea non poteſt competere ſpolium,dec.94.n.4.

Pro Iudice,& Executore,deciſ.96.n.11.& 29.

Pro re iudicata,ſtante præſertim curſu longi temporis, deciſ.77.n.13.

Pro validitate ſubhaſtationis & quod citatio interuenerit, ſi non agatur ad effectum exequendi ſententiam,ſed de defendenda poſſeſſione,niſi eius defectus,& nullitas probetur,deciſ.81.n.2.

Non præſumitur quis pro magno credito recuperare velle rem modici valoris. deciſ. 3. numero 5. vbi Lim.

Præſumptio *bonæ fidei oritur ex poſſeſſione quæſita*

auctori-

Digitized by Google

auctoritate Iudicis ordinate procedentis, & mala vbi ex inordinato proceſſu.dec.100.n.14.

In dubio non eſt quem voluiſſe rem propriam ſubijcere, & donare alieno fideicommiſſo, ac eius nomine rem ſibimet acquiſitam poſſediſſe dec.114. numero 9. & 15.

Pretium iuſtum dicitur, ſi ſit iuxta communem æſtimationem.dec.1.n.3.

Modicum dicitur iuſtum, ſi res ſit litigioſa, abſque fideiuſſione de euictione, poſſideatur in communi cum altero, & fructus ſolum aſcendant ad rationem quatuor cũ dimidio pro cẽtenario, dec.19.n.12.

Quis recipere non poteſt rei, quam vult retinere, deciſ. 13.n.6.

Pretij rei ſubhaſtatæ iniuſtitiam probare debet, qui eam allegat ad effectum arbitrij pro ipſa ſubhaſtatione ſuſtinenda, quæ prætendatur nulla, deciſ.47 numero 1.

Stante iuſtitia, nullitas ſubhaſtationis non attenditur, dec.58.nu.3. Intellige, ſi tamen iuſtitia pretij concludenter probetur, præſertim ſi adſit commiſſio ſanatoria cum clauſula, Conſtito de iuſtitia pretij d.dec.58.n.4.

Pretio iuſto præſumitur facta venditio ad haſtam plus licitanti, ſed non ſic adiudicatio facta creditori, quæ peritorum æſtimationem deſiderat. dec. 100. numero 18.

Prætoris interuentus in Conſilio adhibitus ad effectum validæ Congregationis non operatur, vt ſuo decreto dicatur confirmaſſe ordinationem de donando, dec.105.n.15.

Princeps poteſt tollere iuriſdictionem alteri commiſſam.dec.112.n.15.

Probatio æquiuoca non releuat, dec.99.n.11.

Imperfecta non releuat, dec.45.n.4.

Nulla maior eſt confeſſione partis aduerſæ, dec. 106. num.6.

Plena quomodo conſtituatur, dec 97.n.13.

Quæ non releuat, ſed affert tantum diſpendium, incommodum, & dilationem, non eſt admittenda. deciſ 79.n.6.

Sumi non poteſt ex inſtrumento, quod non eſt in actis. dec.93.n.13.

Probatione in parte deficiente, in totum corruet ſententia, & illius executio.dec.45.n.1.

Probationibus hinc inde concurrentibus, quæ præferenda.dec.99.n.12.

Proceſſus ſubhaſtationis non ſubſiſtit, niſi ſeruatæ ſint legitimæ ſolemnitates, & præſertim citationis, dec. 107.n.18.

Procurator, qui mandatum ſuſcepit ad licitandum tenetur, rem conſtituendi reſtituere, etiam quod emerit proprio nomine, dec.97.n.2.& 14.

Producens, & vtens dicitur approbare, dec.14. numero 6.

Promiſſio de deducendo debitum quando ſufficiat abſq; depoſito pro reluitione pignoris, dec.68.n.13. Liberationis à fideiuſſione an contineatur ſub obligatione de conſeruando indemnem, dec.54.n.2.

Pronunciatio per decretum diffinitiuum facit numerum ad effectum conformium, dec.87.nu.5. Ampl. vt n.6.

Proprietas reſeruata filiis in quarto dotali ex Statuto Vrbis non dicitur vnquam defiiſſe eſſe in patris hereditate.dec.94.n.12.

Proteſtatio in inuentario, quod non apponenda habeantur pro non ſcriptis, non operatur, donec de errore non doceatur, dec.103. nu.14.

Et reſeruatio iuris agendi ad veram dotis reſtitutionem indubitanter reſeruat ius agendi contra quoſcunque.dec.104.n.7.

Neceſſaria eſt in iudicialibus, alias quis ſibi præiudicat ex tacito conſenſu. dec.93.nu.8. Ampl. vt proteſtatio ſit repetenda in qualibet parte iudicij.d. dec.93.n.9.

Pupillus factus adultus poſt litem cœptam non amittit priuilegium l. vnic. C.quand. Imperat.int.pupill, & vid dec.49.n.7.

Habet priuilegium trahendi aduerſarium ad Curiam, dec.34.n.6.dec.49.nu.2. Ampl. vt huiuſmodi priuilegium ſuffragetur etiam litis conſortibus maioribus.d.dec. 34.nu.7. Intellige, ſi tamen dicto priuilegio vtatur, hocque deducat ad A. C. notitiam, vt ſit certus de ſua iuriſdictione, alias ſecus.d. dec.49.n.3. Intellige ſecundo ſi cauſa fuerit introducta per ipſum pupillum, vel eius legitimum procuratorem, alias ſecus, ita vt non ſufficiat mandatum ſubſecutum poſt pubertatem, vel ratificatio non conſtito de ſcientia omnium geſtorum & narratorum; d dec.49.nu 4.

Nec tacite, nec expreſſe ratificare poteſt venditionem nullam ſine Iudicis decreto, & abſque indubitata ſcientia qualitatis nullitatum. deciſ. 57. numero 17 & 18.

